# RHETORICA

AD

# HERENNIVM.

# RHETORICA

AD

# HERENNIVM

EX RECENSIONE

## PETRI BVRMANNI.



AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS VIDVAE POMBA ET FILIORVM
ANNO MDCCCXXIII.

# TYPOGRAPHVS TAVRINENSIS

L. S.

Paucula quaedam de romanis artis rhetoricae scriptoribus huic operi praemittere in animo habueram. Sed partim aliae cogitationes me a proposito avocarunt, partim me id commodius

atque uberius praestiturum putavi, quum Ciceronem evulgarem. Vtrum Tullio ipsi, an vero Cornificio, vel M. Antonio Gniphoni, nobili sui temporis grammatico, hoc opus tribuendum sit, copiose disputatum est a Schützio V. Cl. in prolegomenis; accidit quippe huic scriptioni quod egregiis quibusdam picturis, quae, deleto propter vetustatem auctoris nomine, ipso penicilli ac linearum ductu auream artis aetatem produnt. Tam sincera enim est romani sermonis simplicitas, tam apta verborum compositio, ut haec a seculo potius quam a studio repetenda videantur. Qua de causa si libellum commendavero prae tot commentariis, vel obscuris, vel parum docte exaratis, qui in manibus hominum sunt, haud multos repugnantes me habiturum puto. Quanti enim refert iuveniles aures ni-

tidis dictionibus assuescere, vel quis melius antiquorum artificium explicaverit, quam qui eosdem audierit? Accuratior libri editio Schützii curis prodiit Lipsiae, anno huius seculi V, sed non omnes ipsius lectiones admittendas existimavi, et in plerisque adeo P. Burmanni textum secutus sum. Quantum operae et diligentiae posuerim in colligendis castigandisque doctorum interpretationibus, quas nemo adhuc coniunctim ediderat, tuum sit iudicium, candide Lector.

Dabam Augustae Taurinorum Kal. Septembr. An. MDCCCXXIII.

C. G. SCHVTZII

# IN LIBROS RHETORICOS

AD HERENNIVM

# PROLEGOMENA

# PROLEGOMENA

## DE LIBRIS RHETORICORVM

### AD HERENNIVM.

*De vera horum librorum aetate.*

Quum inter omnes constet, quanta fuerit eruditorum hominum in coniecturis de librorum Rhetoricorum ad Herennium auctore dissensio, variaeque eorum opiniones a Petro Burmanno Secundo in praefatione ad editionem ab eo anno 1761 curatam copiose expositae sint, nolumus in refutanda plurimarum vanitate tempus conterere; novam potius viam insistemus, qua nisi verior, saltem probabilior de aetate horum librorum, eorumque auctore sententia reperietur.

Ac de vera quidem horum librorum aetate coniecturam facere licet adhibitis iis potissimum locis, quibus auctor mentionem facit rerum romanarum, quarum recentissimae, quae ab eo tanguntur, facile nos ducunt ad suspicandum, auctorem vel eas ipsum vivendo attigisse, vel saltem haud procul

ab iis abfuisse. Meminit igitur legis frumentariae a L. Saturnino latae, et Q. Caepionis, qui per vim ac seditionem impedierat, quo minus ista lex ad populum ferretur, quod factum est A. V. C. 653. Memorat bellum Marsicum s. Italicum III, 2, IV, 9, quod exortum est A. V. C. 664. Denique P. Sulpicii caedem, A. 665, quae quidem Purgoldo nuper novissima, qua auctor noster usus sit, rerum Romae gestarum memoria videbatur. Neque vero ipse recentius aliquod eventum reperire potui, quod quidem diserte et nominibus personarum additis commemoratum sit. Obscure tamen ac tecte mihi Sylla tangi ab auctore visus est libro IV, c. 54, de quo loco paulo post agemus.

Sed vera librorum ad Herennium aetas certius etiam definietur, si docuerimus, hos libros Ciceroni in manibus fuisse tum, quum adolescens Rhetorica sua, quos vulgo libros de Inventione appellant, conscriberet. Est enim dudum a viris doctis ea inter priores ad Herennium Rhetoricorum libros, et Ciceronis Rhetoricos multorum locorum similitudo observata, (de qua nuper etiam Purgoldus monuit) ut, alterum ex alterius libro quaedam sive verbotenus, sive immutata elocutione descripsisse, manifestum sit.

Itaque iam locis utrique communibus diligentius inter se comparatis efficiemus, multo probabilius

esse, Ciceronem in libris suis, qui agunt de Inventione Rhetorica, ex Rhetoricis ad Herennium quaedam transcripsisse, quam praeceptorem Herennianum Ciceronis libros compilasse.

Auctor ad Her. I, 2 agit de tribus generibus causarum, quae recipere debeat orator. Cicero de Inv. I, 5, definitiones horum generum iisdem fere verbis enuntiat; habet tamen hoc proprium, quod Aristotelem laudat, et Hermagorae rationem impugnat, qui oratoris materiam in causam et in quaestionem diviserat.

Herennianus ibidem partes quinque artis rhetoricae enumerat ac definit. Cicero I, 7, easdem definitiones paucis hic ibi verbis immutatis affert.

Sex orationis partes ab Herenniano cap. 3, deinceps enumeratas ac definitas, Cicero I, 15 sqq. ita pertractat, ut definitiones non, ut ille, una serie coniunctas ponat, sed eas singularum partium tractationi praemittat I, 15, 19, 24, 53. Verisimilius igitur est, Ciceronem Herennii definitiones deinceps positas pro consilio suo dispersisse, quam illum huius pèr plura capita sparsas definitiones in unum locum collegisse.

Herennianus I, 3, genera causarum quatuor facit: honestum, turpe, dubium, humile. Cicero quinque ponit: honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Si Herennianus e Cicerone hau-

sisset, cur e quinque his generibus unum omitteret? Contra si Ciceronem libros Rhetoricos ad Herennium inter caeteros, e quibus praecepta sua derivaret, adhibuisse ponamus, non est mirandum, eum quatuor generibus apud illum repertis quintum addere voluisse.

In praeceptis de exordio Herenniano I, 4, fere ubique cum Cicerone I, 15 convenit, nisi quod hic structuram orationis plerumque variat, saepius ab illo dicta brevius eloquitur, aliquoties quaedam addit, quae apud illum haud reperiuntur. Interdum est eadem verborum apud utrumque series. Sic sententia Herenniani I, 5 extr. *ab rebus ipsis benevolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando extollemus, adversariorum per contemtionem deprimemus*, iisdem verbis apud Ciceronem exprimitur.

De narratione similis est fere praeceptorum apud utrumque ratio. Cicero tamen I, 19 definitionibus exempla subiungit, quae non exstant apud auctorem ad Herennium I, 8. Omnino, si diligentius ista capita comparaveris, facilius Herennianum a Cicerone additamentis auctum, quam illius praecepta ex hoc excerpta iudicaveris. In virtutibus narrationum exponendis, Cicero quaedam omittit ab Herenniano dicta, v. c. exemplum ab hoc I, 9 allatum; quaedam vero interponit, quibus

ille caret, ut Inv. I, 20, locum de falsa imitatione brevitatis, et c. 21, praeceptum de non interponenda, aut quum obsit, aut quum nihil prosit, narratione.

Quam Herennianus I, 10 *divisionem* appellat, eam Cicero *partitionem* nominat I, 22, remque multo plenius, quam ille, et fusius tractat.

Quae deinde Cicero I, 24-41 de argumentatione praecipit, iis Herennianus caret, eorumque loco constitutionum definitiones apud eum sequuntur. I, 11 sqq.

Magna autem similitudo intercedit inter ea, quae Cicero de vitiis argumentationum eorumque reprehensione disserit I, 42, et locum auctoris ad Herenn. II, 20 de vitiosis argumentationibus. Vterque partim propriis, partim communibus exemplis utitur. Herennianus II, 21, vitiosam expositionem, qua id quod raro fit, fieri omnino negatur, hoc exemplo illustrat: *Nemo potest uno aspectu, neque praeteriens, in amorem incidere.* Ex Cicerone, qui eodem utitur, simul discimus, hoc esse ex oratione Curionis pro Fulvio depromtum. Iterum haec auctoris commemoratio, ni fallor, prodit, eam a Cicerone, qui exemplum sine auctore ab Herenniano prolatum legeret, potius additam, quam ab hoc, si nomen Curionis apud Ciceronem legisset, omissam fuisse. Cur enim omitteret is,

qui alios scriptores nominatim saepe citaret?

Magnopere vero attendendum est ad commemorationem loci Plautini, quo uterque perperam abutitur ad poëtam sine causa reprehendendum. Vterque nimirum hosce versus e Trinummo:

> Amicum castigare ob meritam noxiam
> Immune est facinus. Verum in aetate utile
> Et conducibile. Nam ego amicum hodie meum
> Concastigabo pro commerita noxia.

reprehendit, et quod non intellexit veram particulae *nam* significationem, Plautum infirmae rationis insimulat, quasi senex ille, quem hic loquentem inducit, ex eo quod ipse facturus sit, non ex eo quod fieri conveniat, utile quid sit ratiocinetur. At particula *nam* hic ut saepe ponitur, omissa brevi sententia facile supplenda; ut hic intelligi potest: *quod mihi quoque nunc usu venit;* ad quod referuntur ista: *Nam ego amicum* etc. non autem, ut auctor ad Herennium, et Cicero, eum sequutus, opinati sunt, ad sententiam: *Verum in aetate utile et conducibile.*

Auctor ad Herennium lib. II, 2 sqq. de causa coniecturali disserit; eam vero Cicero Inv. II, 5-16 multo aliter pertractat. Causam legitimam ab Herenniano II, 9 explicatam, Cicero alio loco II, 40, 42, 47 considerat, multumque ab Herennii praeceptore discedit. Vbi autem hic agit de causa

iuridiciali II, 13, primum docet, quibus ex partibus ius constet. Hunc locum Cicero bis tractavit. Primum in causa negotiali II, 22, deinde in genere deliberativo II, 53 sqq. Vtroque tamen loco eius disputatio latior et plenior est.

In locis de comparatione, de translatione criminis, de concessione, de remotione criminis, si Herennianum II, 14, 15, 16, 17, cum Cicerone Inv. II, 24, 26, 27, 31 contulerimus, facile hunc omnia multo quam illum copiosius tractasse perspexerimus.

De conclusione Herennianus agit II, 30; Cicero de Inv. I, 52. Vterque tres eius partes facit, enumerationem, indignationem, (quam Herennii doctor amplificationem vocat) conquestionem, sive ut Herennianus appellat, commiserationem. Conquestionis Cicero quindecim locos facit, Herennianus decem tantum, in quibus tamen ei cum Cicerone ita convenit, ut plerumque tantum oratio varietur, res fere eaedem sint apud utrumque; nonnunquam etiam iisdem verbis expositae. Iterum hic multo verisimilius est Ciceronem, quae apud Herennianum non invenisset, supplevisse, quam Herennianum Ciceronis libros manibus terentem, quaedam sine causa omisisse. Notandum est praecipue, utrumque attulisse dictum: *Nihil lacryma citius arescit*, quod Herennianus, auctore non

nominato, profert, Cicero autem rhetori Apollonio Moloni tribuit.

Denique in genere deliberativo ac demonstrativo Cicero de Inv. II, 51-59, fere brevior est Herenniano III, 2-9.

Iam si quaeratur, unde orta sit illa, quae inter Ciceronis et Herenniani libros intercedit similitudo, dixerit fortasse quispiam, hanc esse Graeco cuidam scriptori tribuendam, quem uterque sequutus sit; e. c. Hermagorae, cuius libri ab utroque scriptore laudantur. Verum quo minus haec nobis ratio satisfaciat, obstat potissimum locus ille Plautinus, quem neuter potuit ex Hermagorae libro sumere, et in quo reprehendendo uterque eodem modo erravit; quod sane vix fieri potuit, nisi alter esset ab altero in errorem inductus. Accedit quod, si uterque Graecum librum latine vertisset, difficile sit explicare, quomodo tot loca iisdem verbis potuerint ab utroque enuntiari.

Positum igitur sit nobis hoc inprimis, au t Herennianum Ciceronis libros rhetoricos, aut Ciceronem, quum Rhetorica scriberet, auctoris ad Herennium libros de arte Rhetorica usurpasse, et quae sibi viderentur idonea, inde in suum librum modo verbotenus, modo leviter immutata transtulisse. Iam si vicerimus, Herennianum haud videri Ciceronis libros compilasse, eo ipso Ciceronem auctoris ad

Herennium libros adhibuisse, ex iisque, quae vellet, excerpsisse docuerimus.

Praeter loca iam a nobis supra utriusque auctoris consensionem comparantibus notata, quae Ciceronem potius Herenniani textum, quem exscriberet, supplevisse, quam hunc illius verba, quibusdam omissis, contraxisse produnt, praecipue observandum est hoc, quod Herennianus nusquam dicit, se latinos quosdam artis scriptores sequutum esse. Memorat tantum Graecos, et quae illi inanis arrogantiae causa sibi assumserint, a se relicta esse profitetur I, 1. Cicero autem lib. II Rhetoricorum etsi non magis, quam ille, Latinos de arte rhetorica, qui sibi praeiverint, auctores laudat, dicit tamen c. 2, sibi ab ultimo principio huius praeceptionis usque *ad hoc tempus* omnium scriptorum copias expositas ex iisque eligendi potestatem fuisse. Praeterea auctor ad Herennium diserte significat IV, 7. nomina figurarum latina, quae de Graeco converterit, remota esse a consuetudine; unde probabiliter colligitur, ei nullum Rhetoris latini librum cognitum fuisse, e quo figurarum latina nomina, sic iam usitata et propterea minus asperitatis habitura, petere posset.

Denique auctor librorum ad Herennium I, 9 affirmat, sibi, quae de exordio et narratione dixerat, cum caeteris artis scriptoribus constare, nisi

quod de insinuationibus nova excogitaverit, quod eas solus in tria tempora diviserit. Ex hoc loco Purgoldus nuper recte collegit, Herennianum Ciceronis libris Rhetoricorum uti non potuisse. Cicero enim Inv. I, 17, disertis verbis de iisdem tribus temporibus agit, quibus insinuatione potius, quam altero genere exordii, quod principium dicitur, utendum sit. Iam quum Cicero non dicat, se haec praecepta primum invenisse, Herennianus autem sibi eorum inventorum laudem arroget, nec tamen in eum ulla vanitatis cuiusdam suspicio cadat, nemo non videt, Herenniani librum a Cicerone, non autem Ciceronis Rhetoricorum libros ab Herenniano usurpatos esse.

Libri Rhetorici de Inventione, quos Cicero de Orat. I, 2 ipse dicit sibi puero aut adolescentulo ex commentariis suis excidisse, scripti videntur intra annum aetatis eius 18 et 21, h. e., intra annum V. C. 664 et 667. Iam Herennianus inter exempla rerum a Romanis gestarum nullum, quod quidem diserte memoraverit, attulit recentius, quam P. Sulpicii caedem, quae incidit in annum V. C. 665. Purgoldus quidem suspicatur, in his verbis Her. IV, 54: *Quod si nunc L. ille Brutus reviviscat, et hic ante pedes vestros adsit, non hac utatur oratione? Ego reges eieci, vos tyrannos introducitis; ego libertatem, quae non erat, pe-*

*peri, vos partam servare non vultis; ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non curatis* — in his igitur Mariana tempora tangi suspicatur, h. e. annum urbis 666, quo Mariani rerum potiti erant. Verum id admodum lubricum et incertum est. Nam istis verbis, quae auctor composuit, ut figuram orationis, quam *conformationem* dicit, exemplo quodam illustraret, facile fieri potuit, ut aut nullum certum tempus, aut Gracchorum tempora respiceret. Ego vero mihi visus sum Syllani temporis obscurum aliquod vestigium reperire in his verbis, quae inter exempla brevitatis ponuntur. Her. IV, 54: *Proficiscitur in Asiam; deinde exsul et hostis est dictus; post imperator, postremo consul factus est.* Quae omnia in Syllam quadrare nemo negabit, qui meminerit, Syllam ad bellum Mithridaticum in Asiam profectum esse A. V. 666, post sequenti anno a Marianis hostem et exsulem iudicatum; ab exercitu autem, devicto Mithridate, imperatorem salutatum, A. V. C. 674 secundum consulatum gessisse. Sed ne huic quidem coniecturae multum tribuo. Sufficit nobis ex eo loco, quo Sulpicii caedes memoratur, certo colligi, libros ad Herennium scriptos esse post A. V. C. 665, nihilque in his libris occurrere, quod impediat, quo minus eos A. 666 exaratos esse statuamus.

*Nova de auctore librorum Rhetoricorum ad Herennium coniectura.*

Iam igitur omnes eorum opiniones, qui libros ad Herennium scriptos vel ad ipsum Ciceronem, vel ad alium quendam auctorem huius aetate inferiorem retulere, per se concidunt, nec est, quod in iis refutandis immoremur, aut quae de iis disputavit Burmannus Secundus in praefatione ad editionem suam, hoc loco repetamus.

Novam potius coniecturam de horum librorum auctore mihi quoque proferre liceat, quam nisi persuasero viris doctis, certe eam probabilitate, ultra quam in huiusmodi rebus progredi non possumus, haud carere, ut fateantur efficiam.

Nimirum libros Rhetoricos ad Herennium scripsisse nobis videtur *M. Antonius Gnipho*, de quo Suetonius in libello de claris Grammaticis pluscula memoriae mandavit. Omnia, quae de eo memorantur, in auctorem librorum Rhetoricorum ad Herennium conveniunt, nec ullum est indicium, quod repugnet.

Hoc igitur M. Antonius Gnipho, Suetonio teste, *ingenuus* fuit, *in Gallia natus*, *sed expositus*, *a nutritore suo manumissus*, *et*, *ut aliqui tradunt*, *Alexandriae institutus*. Auctor librorum ad Herennium se haud servilis conditionis, neque liber-

tinum, sed ingenuum fuisse prodit libro IV extr. ubi Herennium, civem romanum, *cognatum* suum dicit.

Gnipho fuisse dicitur *ingenii magni*, *memoriae singularis*. Auctor librorum ad Herennium pro istius aetatis ratione sat beatum ingenium sibi fuisse ostendit scientiae copia, iudicii acumine ac sinceritate, comta facundia. Memoriae felicitatem in eo facile agnoscimus, partim ex ubertate exemplorum ex historia vel graeca vel romana petitorum, partim quia tam naturalem quam artificialem memoriam oratori diligenter commendat lib. III. Porro Antonius Gnipho fuit *non minus Graece quam Latine doctus*. Eadem laus tribuenda est auctori librorum ad Herennium. Is non solum sibi cognitos esse graecos de arte rhetorica libros profitetur I, 1, III, 23, sed in eorum lectione diligenter versatum esse ipsa rerum tractatione satis demonstrat. Quippe non solum technica quaedam vocabula affert a se latinis verbis expressa I, 3, II, 2, sed etiam in doctrina de figuris verborum et sententiarum Graecos ita sequitur, ut figurarum nomina graeca primus latinis verbis reddere ausus sit IV, 7. Historiam Graecorum mythicam eum haud neglexisse, intelligitur ex I, 10. Latine doctum fuisse libri eius satis superque declarant. Nam poëtas legit Ennium II, 38; Pacuvium II, 39;

Plautum II, 38; Lucilium IV, 12. Oratores Latinos eum cognovisse patet e lib. IV, 5. In historia autem romana eum hospitem non fuisse, multa rerum gestarum exempla declarant ab eo commemorata, ut I, 12; II, 12; I, 15; II, 13; III, 2; IV, 9; IV, 13; IV, 22, 27 etc.

Praeterea Antonius Gnipho *comi facilique natura fuit*, *nec unquam de mercedibus pactus*, *eoque plura ex liberalitate discentium consecutus.* Has laudes in auctorem librorum ad Herennium convenire planum fit ipso eorum prooemio: « Etsi negotiis familiaribus impediti vix satis studio suppeditare possumus, et id ipsum, quod datur, otii libentius in philosophia consumere consuevimus, tamen tua nos, C. Herenni, voluntas commovit, ut de ratione dicendi conscriberemus, ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem putares. » Audis hominem comitate et facilitate insignem. *Negotia familiaria* de quotidiana familiares i. e. discipulos docendi opera interpretor, *studium* autem de meditatione ad scribendum collata. Quum deinde auctor ad Herennium pergit: *non enim spe quaestus aut gloriae commoti venimus ad scribendum*, *quemadmodum caeteri*, *sed ut industria nostra tuae morem geramus voluntati*, facile agnoscimus animum Gniphonis a lucri cupiditate alienum, ut qui ne de mercede quidem unquam pactus esset.

*Docuit vero Gnipho*, Suetonio auctore, *primum in divi Iulii domo pueri adhuc, deinde in sua privata.* Docuit autem (praeter Grammaticam) *et Rhetoricam, ita ut quotidie praecepta eloquentiae traderet, declamaret vero nonnisi nundinis.* Iam in auctore librorum ad Herennium nemo non intelligat magistrum eloquentiae docendo exercitatum; multum autem declamasse hominem, cum ea quae de pronunciatione praecipit, (de qua se primum omnium diligenter scripsisse profitetur IV, 11) satis demonstrant, tum praecipue numerosa declamationum fragmenta, quorum exemplis doctrinam de figuris rerum et verborum illustrat. Haec exempla omnia sua esse, non aliena, diserte testatur, et cur suis potius quam alienis usus sit exemplis, probabiliter docet IV, 6 sqq. et quamquam ea videtur expresse conscripsisse, ut in artis formam convenire possent IV, 7, tamen ea non poterant, nisi ab homine multum in declamatione versato proficisci.

Pergit Suetonius: *Scholam eius claros quoque viros frequentasse aiunt; in his M. Ciceronem, etiam quum praetura fungeretur.* Hinc igitur pronum est intelligere, unde illa multorum locorum in libris ad Herennium et Ciceronis Rhetoricis s. de Inventione libris similitudo orta sit. Nempe quum esset Ciceroni adolescenti propositum eligere

quodcunque placeret ex omnium doctorum, quicunque fuissent, ab ultimo huius praeceptionis usque ad suum tempus expositis copiis, quidni etiam Gniphonis doctoris sui dictata in consilium adhiberet, ex iisque quae vellet decerperet?

Deinde Suetonius Gniphonem multa scripsisse narrat. Auctor ad Herennium se, praeter Rhetorica, de *re militari*, et de *rep.* scripturum profitetur III, 2, item de *arte grammatica* IV, 12; et Atteius Philologus, eodem Suetonio referente, diserte scripsit, eum de Latino sermone duo libros edidisse. Quod vero idem Atteius retulit, eum haec tantum volumina scripsisse, caetera discipulorum eius, non ipsius esse, id neque Suetonius probasse videtur, nec est credibile, tot libros omnes eius nomine falso inscriptos fuisse, qui essent a discipulis editi. Fieri contra facile potuit, ut Gniphonis libri, quum in bibliothecis discipulorum reperirentur, his tamquam auctoribus tribuerentur, apud quos essent reperti. Atque hoc pacto facile est explicatu, qui factum sit, ut libros ad Herennium alii, ut Hieronymus et Priscianus, Ciceroni, alii Cornificio tribuerent, ut Quintilianus; nam Cornificium Ciceronis aequalem itidem Gniphonis scholam frequentasse haud est incredibile.

Restat ut doceamus, Gniphonis aetatem convenire libris ad Herennium de arte Rhetorica scriptis.

Gniphonem a Cicerone auditum esse scribit Suetonius, *etiam* quum praetura fungeretur, h. e. ab eo, non solum adolescente, sed a praetore quoque auditum esse; eundem iam docuisse Iulio Caesare puero nec tamen ultra quinquagesimum annum vixisse. Iam Caesar natus est A. V. 654, fuitque puer decennis A. 664, Cicerone annum XVIII agente: Praeturam Cicero gessit A. 687, qui annus si Gniphonis fuit 45, natum eum esse oportuit A. V. 642, ita ut A. V. C. 664 vigesimum secundum aetatis annum ageret, quo anno hominem ingenio pariter ac studio fretum iam docere et scribere coepisse consentaneum est. Sed si Cicerone praetore, h. e. anno 687, Gnipho iam 49 annum egit, natus scilicet fuit A. 638, et A. V. C. 664 ad XXVI annorum aetatem pervenerat. Illo igitur anno Cicero eum audire et libris ad Herennium scriptis uti potuit, quum circa annum 666 V. C. libros Rhetoricos suos ipse conscriberet. Neque vero repugnat librorum ad Herennium ultimum caput, seu IV, 56, e quo suspicari possis, auctorem adolescentiae, quam robustiori aetati propiorem fuisse, quum Herennii cognati sui voluntati obsequutus libros illos conscriberet.

Fieri etiam potuit, ut Cicero dictatis tantum Antonii Gniphonis uteretur, quum esset in scribendis Rhetoricis occupatus, quae dictata cum libris

ipsis postea demum forte conscriptis multis locis convenire necesse erat. Hoc certe innuere videtur Quintilianus, ubi de Ciceronis Rhetoricis loquens III, 6, ait: *Sunt enim velut regestae in hos commentarios scholae.*

Caeterum dignus est, qui conferatur, locus apud Suetonium de illustribus grammaticis c. 10 de Atteio Philologo: *Ipse ad Laelium Hermam scripsit, se in Graecis magnum processum habere et in Latinis nonnullum, audisse Antonium Gniphonem eiusque Hermam, postea docuisse.* Hic inter *eiusque* et *Hermam* vel excidit nomen aliquod, vel certe supplendum est. Ernesti suppleri volebat s. *filium* s. *discipulum.* Wolfius, qui Ernestianam Suetonii editionem nuper egregiis animadversionibus ditavit, malebat *servum* vel *libertum.* Sed nihil impedit, quo minus ita scripsisse Suetonium putemus: *audisse Antonium Gniphonem eiusque doctorem Hermam.* Quod si codicum auctoritate confirmaretur, novum accederet argumentum, quo Antonio Gniphoni libros ad Herennium scriptos vindicare posses. Nam horum auctor libro I scribit: *Noster doctor Hermes tres putavit esse.* Sed quoniam utroque loco lectio vacillat, nihil huic rationi tribuimus. Nihil enim agit argumentum, quod, ut Horatii verbis utamur, litem lite resolvit.

Cornificium seniorem quo minus, ut multis pla-

cuit, auctorem librorum ad Herennium esse credamus, maxime nobis obstat hoc, quod illum aequalem Ciceronis fuisse constat, quem ex aequalis et condiscipuli libris in suos rhetoricos tam multa transtulisse, haud est credibile. Neque tamen ausim negare, Quintilianum, qui saepe Cornificium laudat, quae ex eo attulerit, e libris Rhetoricis ad Herennium depromsisse, ipsumque eos Cornificio auctori tribuendos censuisse. Quod quum iam Riccobono visum esset, exortus est *Io. Marius Mattius*, qui in annotationibus suis in varios auctores latinos et graecos Riccobonum refutare conaretur. Nuper autem Spaldingius, novissimus idemque doctissimus Quintiliani institutionum oratoriarum editor, literis ad me scriptis, mihi significavit, se Riccobono assentiri, de eaque re singularem libellum meditari. Nimirum omnia ac singula loca, quae Quintilianus ex Cornificii libris excitat, in libris ad Herennium inveniri Spaldingius cum Riccobono contendit. Quod etsi ita manifestum est, ut dubitari nequeat, nondum tamen hoc ipso vincitur, libros ad Herennium a Cornificio scriptos esse.

Quintil. V, 10, 20: « Enthymema — Cornificius *contrarium* appellat. » Apud A. ad Her. IV, 18 legitur: *Contrarium est, quod ex rebus diversis alteram breviter et facile confirmat*, idque

in figuris numeratur. Propterea Mattius negabat Quintiliani de argumentis loquentis commemorationem Cornificii huc pertinere. Neque vero ipse id affirmare ausim, praesertim quum ille Quintiliani locus nondum satis expeditus esse videatur.

Quintil. IX, 2, 97: «Cornificius *licentiam* vocat παῤῥησίαν.» A. ad Herenn. IV, 36: *Licentia est, quum apud eos, quos aut vereri aut metuere debemus, tamen aliquid pro nostro iure dicimus.* Potest sane Quintilianus h. l. Herenniani nostri respexisse: fieri tamen etiam potest, ut ad alium librum respexerit, in quo Cornificius vocabulo *licentia* eodem modo, quo Herennianus, usus esset.

Quintil. IX, 3, 31, figurae *complexionis* scil. συμπλοκῆς idem exemplum affert, quo utitur A. ad Herenn. IV, 14: «Qui sunt — Carthaginienses.» Quia tamen Quintilianus haud addit, cui scriptori hoc exemplum acceptum referat, nihil illa commemoratione ad causam nostram efficitur.

Quintil. IX, 3, 56: «Sunt tamen erudita et Latina: *Africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit.* Et Calvi: *Non ergo magis pecuniarum repetundarum* etc.» Hic Spaldingius acute suspicatur post *latina* omissam esse a librariis mentionem auctoris, quia paulo post sequitur, *Et Calvi.* Sane si hic in codd. legeremus, *Sunt tamen erudita et latina Cornificii*,

hic locus me maxime moveret, ut existimarem, Quintilianum, ubi Cornificium laudat, auctorem librorum ad Herennium intellexisse.

Quintil. IX, 3, 69—71: «Aliter quoque voces aut eaedem diversa in significatione ponuntur, aut productione tantum vel correptione mutatae, quod etiam in iocis frigidum, equidem tradi inter praecepta miror; eorumque exempla vitandi potius, quam imitandi gratia, pono: *Amari iucundum est, si curetur, ne quid insit amari. Avium dulcedo ad avium ducit.* — — Cornificius hanc *traductionem* vocat, videlicet alterius intellectus ad alterum.» Si comparaveris locum ad Her. IV, 14, nihil sane obstat, quo minus Quintiliano Cornificium nominanti hunc ipsum locum obversatum esse putemus, et recte Spaldingius Marii Mattii cavillationes refutat. Sed si forte Cornificius ipse ex auctore ad Herennium ista mutuatus esset, sicut Cicero multa ex eodem desumsit, nondum hoc exemplo constaret, Cornificium libros ad Herennium scripsisse.

Quintil. IX, 3, 89: «Haec omnia (de figuris) copiosius sunt exsequuti, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicaverunt, sicut Caecilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius aliique non pauci.» Ex hoc loco an colligi possit, Quintilianum Cornificium no-

minando ad quartum librum auctoris ad Herennium respexisse, valde dubito. Nam primum quartus ille liber non est proprie dicatus doctrinae de figuris, sed omnino agit de elocutione. Deinde quid prohibet, quo minus Cornificium proprium librum de figuris verborum et sententiarum conscripsisse statuamus; quem Quintilianus ipse *non pauca* de arte Rhetorica scripsisse dicit?

Quintil. IX, 3, 91: « Quaedam omnino non sunt figurae, sicut *ordo*, *dinumeratio*, *circumscriptio*, sive hoc nomine significatur comprehensa breviter *sententia* sive *finitio*. Nam et haec Cornificius atque Rutilius schemata λέξεως putant.» Recte Spaldingius his verbis, (pronomine *haec* tantum ad verba quae proxime praecedunt relato) Quintilianum hoc significare existimat, *sententiam* et *definitionem* a Cornificio et Rutilio inter figuras verborum relatas esse. Idque factum est ab auctore ad Herenn. IV, 17, 25: unde tamen non sequitur, eum esse Cornificium, aut Quintilianum ad ista Herenniani capita h. l. respexisse. Nam si Cornificius proprium, ut nos putamus, librum de figuris composuit, potuit sane eodem modo, quo Rutilius, Herenniani exemplo inductus, *sententiam* et *definitionem* inter schemata λέξεως recipere.

Quintil. IX, 4, 98: « Adiicit his (figuris) Caecilius περίφρασιν, de qua dixi. Cornificius *inter-*

*rogationem*, *ratiocinationem*, *subiectionem*, *translationem*, *occultationem*; praeterea *sententiam*, *membrum*, *articulum*, *interpretationem*, *conclusionem*; quorum priora alterius generis sunt schemata, sequentia schemata omnino non sunt. » Herennianus utique in figuris verborum nominat *interrogationem* IV, c. 15, *ratiocinationem* c. 16, *subiectionem* c. 24, *translationem* c. 34, *occultationem* c. 27. Nam etsi in omnibus libris apud Herennianum c. 27 legitur *occupatio*; certissimis tamen argumentis mihi persuasit Spaldingius ibi esse *occultatio* legendum. Contra apud Quintilianum pro *translationem* forsitan rectius legatur *transitionem*, quam figuram Herennianus, et perperam quidem, in figuris verborum c. 25 nominat. Porro Herennianus habet *sententiam* IV, 17, *membrum*, *articulum* c. 19, *interpretationem* c. 28, *conclusionem* c. 30. Hunc igitur Quintiliani locum fateor argumentum caeteris omnibus multo speciosius praebere iis, qui Quintilianum, ubi Cornificium laudaverit, auctorem librorum ad Herennium significasse contendunt.

Neque tamen haec omnia Cornificium esse verum librorum ad Herennium auctorem demonstrant. Etenim Quintilianus non minus errare potuit, hos libros Cornificio tribuens, quam Priscianus eos Ciceroni assignans; ne illud ambitiosius urgeam, loca

illa Quintiliani, in quibus Cornificium laudat, etsi probabiliter ad libros ad Herennium trahi possunt, non tamen excludere omnem dubitandi rationem, si cogitemus fieri potuisse, ut Cornificii liber cum libris ad Herennium eandem ob causam, ex qua similitudo inter Herennianum et Ciceronem de Inventione fluxit, multis locis conveniret.

Caeterum auctorem librorum ad Herennium vel primum omnium, qui inter Latinos artem rhetoricam scripserint (post M. Catonem scilicet et M. Antonium, quorum ille, ut ait Quintil. III, 1, *aliqua* tantum; hic imperfectum opus scripserat), vel inter primos fuisse, hoc etiam nobis persuadet, quod nusquam nisi Graecorum de arte scriptorum mentionem facit, et quod se primum figuris sententiarum et verborum latina nomina imposuisse innuit IV, 7. Itaque fieri potest, ut eum Quintilianus inter *minus celebres*, qui ante Ciceronem de arte scripserint, quos lib. III, 1 nominatim haud recenset, retulerit. Praeterea tota orationis forma scriptorem prodit, qui uteretur sermone latino iam a Crasso et Antonio ad eloquentiam exculto, nondum tamen ad summam quam ei Cicero conciliavit perfectionem absolutionemque provecto; cuius quum nullibi mentionem fecerit, magno nobis argumento esse debet, eum, antequam illud ingenium ad maturitatem suam pervenisset, de arte rhetorica scripsisse.

P. BVRMANNI

# PRAEFATIO

INSCRIPTA

ISAACO SWEERSIO

Circumspicienti mihi, cuinam potissimum Ciceroniana haec Rhetoricorum ad Herennium, et de Inventione opuscula, doctorum Interpretum notis, et ineditis praesertim Graevii animadversionibus illustrata, quae mea qualicumque cura nunc in lucem prodeunt, offerrem ac dedicarem ex honoratis Vrbis nostrae Viris, cui litterarum elegantiorum peritia et Musarum amore praeter dignitatis decora conspicuo ac fulgenti grata haec venirent et opportuna, Tu prae ceteris, Amplissime et doctrinarum studiis simul cultissime SWEERSI, eligendus videbaris, cuius praeclaro nomini haec inscripta consecrarem; quem si inter viros huius Vrbis honoratos eruditissimum, inter eruditos vero honoratissimum si dicam, nullis me verborum lenociniis uti, neque inepta, aut minus tibi congrua praedicatione vim pudori tuo facere vel modestiae illudere, ultro agnituri sunt, qui Te ac merita tua propius inspexerint. Tu enim a prima iuventute ingenuis humaniorum litterarum artibus probe innutritus ac politus, posthabitis deviis et vulgo tritis anfractibus, quibus per-compendia ad sterilem et ieiunam Iurisprudentiam alii facto agmine

passim ruunt, regiam illam viam, qua ad veram masculamque eruditionem nobiliora adspirant ingenia, generosis semper passibus incessisti; unde ex historiarum veterum cognitione, Reipublicae Romanae fastis, domesticisque gentis patriae Annalibus, et tam publici, quam privati Iuris peritia, quas scientias doctis et rerum solidarum cupidis peregrinationibus corroborasti, illum consecutus es civilis prudentiae adparatum et usum, quem ingenti urbis nostrae et summi tribunalis iuridici emolumento in publica commoda exseris, et quo dignitates in Te sponte collatas non externo aut adventitio tantum natalium et Fortunae splendore, quo solo plerique capita efferunt, sed et propria et optima meritorum tuorum luce sic illustras, ut inter illos praecipue censearis Iudices, quorum suffragia non ex aliorum calculo aut adminiculo dependeant, sed honores illos, quos hactenus gessisti, pari omnium adplausu ita sustinueris, ut plurimi Te longe ampliori in loco collocari dignum uno ore consentiant, nisi ipse valetudinis ac sanitatis tuendae maiorem, quam laudabilis ambitionis proferendae curam tibi habendam censeres. Haec vero quemadmodum Tibi omnium aestimationem et venerationem iure conciliant, ita communem Procerum civiumque amorem ultro tibi adlicis vitae inculpatae integritate, prudenti de patria bene sentiendi ac merendi libertate, comitate non fucata, candore aperto, et lactea morum dulcedine, quibus eximiis animi virtutibus cunctos tibi amabili coagulo devincis adstringisque; praesertim vero Musarum cultores eo amplecteris favore, quo propria eruditione instructus verum et aequum litteris et litteratis pretium ponere soles. Neque privatae mihi desunt causae, quae vel solo amicitiae multis abhinc annis tecum exercitae nomine me impulerunt, ut hoc tenui licet et levi nimis forte mo-

numento publice tibi erecto exhiberem testificationem cultus et obsequii, quo egregias illas et non vulgares animi atque ingenii tui dotes semper prosecutus sum, Tibique Viro non tantum praeclara in dignitate posito, sed et litterarum nostrarum peritissimo offerrem Rhetorica haec, Ciceroni vulgo attributa ad Herennium, et de Inventione, ut titulus prae se fert, opera; quae quoniam praecepta Rhetorices, non tantum ad Orationes quascumque artificiose instituendas, sed et ad disceptationes causarum forensium rite et ordine agendas complectantur, ab hoc instituto diversum nemo criminabitur, si Tibi praecipue ista dedicentur, cui non iniucunda aut a persona tua aliena haec fore speramus, qui ad lites iuridicas in foro dirimendas exercitatissimus Iudex tanta cum laude sedere consuesti. Quum vero haec notis ac variantibus codicum MSS. lectionibus, contextus emendandi gratia, satis mihi ab aliis instructa videbantur, de Auctore Librorum ad Herennium, quae lis sub iudice adhuc pendet, utrum Cicero ipse, an Cornificius, Tullio nimirum aequalis ac familiaris, vel alius quispiam statuendus sit, aliquid in limine huius operis disserere, et Virorum doctorum sententias diversas ad examen revocare, mearum esse partium existimavi; quod argumentum dum mihi tractandum propono, Dissertatiunculae huius, et simul curae in novam hanc editionem collatae arbitrum Te et exactorem compellare in animum induxi, primumque omnium hac Dedicatione Epistolari, quae simul Praefationis vice fungatur, potius salutare Lectorem harum rerum et callentissimum et valde studiosum, quam nuda et praefationi praevia Dedicatione ex more vulgari Librum hunc ad te ablegare, qualis cuicumque viro honorato, licet litterarum et doctrinae minus gnaro, vel dignitatis vel amicitiae causa scribi potest, paucis

vero tantum et seculo hoc nostro valde raris, qui de eruditis eiusmodi Quaestionibus suum quoque suffragium ferre valeant: quod certe honorificum magis ac gloriosum Musis nostris existimandum reor, quam ambitiosis Dedicationibus patronos sibi sumere operum, quorum praeter titulos vix aliquid intelligant.

Horum igitur Rhetoricorum alterum de Inventione foetum Ciceronis genuinum esse plerique agnoscunt, sed ex quatuor libris duos tantum superstites referentem, licet titulum hunc ab auctore ipso non profectum fuisse pateat, quia et alias artis Rhetoricae partes ac solam Inventionem in his se tractasse, ipse indicat sub finem cap. 3, lib. II, pluresque libros a Cicerone conscriptos ex ultimis operis ipsius verbis manifestum est: ut ostendunt Vossius de Natur. et Const. Rhetor. cap. 13, et eruditi interpretes ad Quinctil. lib. III Instit. Orat. cap. 3, pag. 222. Libros vero ad Herennium, dubium et incertum habere Auctorem, communis doctorum virorum opinio est; licet plurimi non obscurae famae homines eruditi variis Dissertationibus Ciceroni vindicandos contenderint, alii Cornificio Seniori vel Iuniori adscribendos, unus Virginio Rufo vel Timolao, alter M. Gallioni Rhetori, nonnulli etiam Laureae Tullio, aut Tullio Tironi, Ciceronis libertis, tribuendos esse arbitrati fuerint. Horum omnium Diatribas, rariores saltem et vix obvias, huic editioni praefigere constitueram, sed Bibliopolis impensas istas aversantibus argumenta singulorum hic quasi per satyram colligere et examini modesto subiicere malui, ut Tibi aliisque rerum istarum peritis arbitrium constet eligendi ac diiudicandi, licet omnia tamen eo tantum reditura certus sim, ut congestis et enumeratis diversarum sententiarum suffragiis Auctorem incertum esse, mecum pronuntiaturus sis, ac facilius refutari posse opposita alio-

rum coniecturas, quam dubium et ignotum hactenus opusculi huius scriptorem e latibulis suis excitare.

Ciceroni qui adserunt, utuntur auctoritate Prisciani, qui aliquot locis, ut vel ex Indice Putschiano patet, Auctorem horum Rhetoricorum M. Tullium agnoscit, et sub eius nomine loca ex singulis quatuor libris adfert; cui addere potuissent Rufinum de Comp. et metr. Orat. pag. 315 et 321, inter Rhetor. antiq. Fr. Pithoei, ubi titulo *Ciceronis ad Herennium in Arte Rhetorica* producit locum de Membro Orationis, qui lectione nonnihil variata legitur lib. IV, cap. 19; et horum opinioni etiam favere posset Fortunatianus lib. I Art. Rhet. pag. 51: *Accedit ad hos* (legales status) *et translatio, quae tantum legalis est, et definitio, quam etiam legalem accipimus secundum M. Tullium:* ut his verbis respexerit ad lib. I ad Heren. cap. 13 et 15, et lib. IV, cap. 34, ubi de translatione, et lib. II, cap. 12 ubi de definitione agitur. Augustinus etiam in Princip. Rhetor. p. 290 eiusd. ed. Pith: *Haec omnia memoria suscipi debent, quam et plerique Graecorum, et M. Tullius in primis oratori affirmant necessariam, hoc, ut opinor, modo: Venio nunc ad thesaurum rerum omnium memoriam, quae nisi custos inventis ordinatisque rebus adhibeatur, intelligemus, omnia, etiamsi praeclarissima sint, in oratore peritura:* quibus paria sub Tullii nomine adfert Alcuinus, qui pleraque descripsit ex Libris de Inventione, Dialog. de Arte Rhetor. pag. 377; unde quis coniicere posset, respicere eos ad lib. III ad Herenn. cap. 15 fin: *Nunc ad thesaurum inventorum, atque omnium partium rhetoricae custodem, memoriam transeamus.* Sed in animo potius habuerunt illa ex Cic. lib. I de Orat. cap. 5: *Quid dicam de thesauro rerum omnium memoria, quae nisi custos inventis cogitatisque rebus et verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiamsi praeclarissima fuerint,*

*in oratore peritura:* ubi dubito, an non ex Augustino, reponendum sit *inventis ordinatisque rebus*, quia sic videtur in suis reperisse codicibus: cui coniecturae favere posset alius locus ex lib. II de Orat. cap. 85 fin. *Habetis, de inveniendis rebus disponendisque quid sentiam. Adiungam etiam de memoria.* Non tamen pro Cicerone librorum ad Herennium auctore pugnare potest, quod sequenti cap. 16 addit, se *alio tempore idoneo* dicturum de memoria, artificiali an naturali, seque *alias ostensurum*, an memoriae artificium sit, tanquam id referendum esset ad locum illum lib. I de Orat. de memoria omnium rerum thesauro, quum adferri deberet uberior locus, in quo alibi de memoria artificiali vel naturali egerit; quod quum frustra illic quaeras, argumentum inde mihi videtur peti posse, diversum a Cicerone loqui scriptorem, qui in alio opere deperdito de memoria artificiali dedita opera fuerit commentatus; nisi quis contendat huc spectare illa, quae occurrunt lib. II de Orat. 86, 87, 88. Ex istis vero similibusque Grammaticorum et Rhetorum locis nihil aliud colligi potest, quam illorum aevo iam Tullio haec attributa fuisse, quod, quia unus alterius errorem secutus est, non magis me movet, quam quod praeter auctoritatem Prisciani utantur etiam testimonio Hieronymi, duobus locis infra producendis, et Servati Lupi Abbatis Ferrariensis Epist. I ad praeceptorem suum Einhardum, vel Eginhartum, prope finem, cuius verba merentur adscribi: *Etiam hoc postulo, ut quosdam librorum vestrorum mihi hic posito commodetis etc. Sunt autem hi: Tullii de Rhetorica liber; quem quidem habeo, sed in plerisque mendosum. Quare cum codice istic reperto illum contuli, et quem certiorem putabam, mendosiorem inveni. Item eiusdem Auctoris de Rhetorica tres libri in disputatione ac dialogo de Oratore. Quos vos habere ar-*

*bitror, propterea quod in brevi voluminum vestrorum post Commentationem libri ad Herennium, interpositis quibusdam aliis, scriptum reperi, Ciceronis de Rhetorica:* unde docemur, iam isto tempore codices librorum ad Herennium mendosissimos et a viris doctis inter se collatos fuisse, a quibus libros tres dialogorum de Oratore distinguit, et in codice illo post libros ad Herennium fuisse alterum opus *Ciceronis de Rhetorica*, id est de Inventione, licet male dici *Rhetoricam*, addendamque vel subintelligendam esse *artem*, vel *Rhetoricen* cum Quinctiliano, aut neutro plurali *Rhetorica* dicenda, adversus Regium docuerit Becichemus: quamquam Svetonius in libro de Illustr. Grammaticis et de claris Rhetoribus *Rhetorica* utatur, sine addita voce *arte*: et sic auctor ad Herenn. lib. I, cap. 1: *Quod te non sine causa velle cognoscere Rhetoricam intelligebamus:* ubi *artem* alii inserunt: sed *Rhetorica* praefert Gronovius, a cuius sententia non alienum se profitetur Cl. Oudendorpius, quum et in MSS. titulus sit: *Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum liber explicit.* Graevius tamen ex aliis MSS. et edd. vetustis, in quibus *artem* desiderari notavit, vulgatam admisit: mihi vel subintelligenda vel potius a librariis omissa videtur haec vox, quia posteriori tempore passim *Rhetorica*, ut *Grammatica*, et sim. dicebatur; sed meliori aevo *rhetoricam artem* vocarunt: sic lib. III ad Heren. cap. 15 fin: *omnium partium rhetoricae artis custodem* addit codex Erfurtensis optimus et vetustissimus: ut ex MSS. etiam legendum lib. I de Inv. cap. 6, in fine: *Quare materia quidem nobis rhetoricae videtur artis:* ut paullo ante cap. 5: *Eas res materiam artis rhetoricae nominamus.* Hinc supplendum puto lib. II de Inv. cap. ult. in fin. *De Inventione, prima et maxima parte artis rhetoricae, satis dictum videtur:* nam deleta fuit vox, vel excidit ex similitudi-

ne consonae vocis *parte*: et sic lib. II de Inv. cap. 3: *Nonnullam rhetoricae quoque artis sibi curam adsumebat*: et alibi. Ciceronis certe Rhetorica vocasse veteres, et per ea intellexisse, ut opinor, libros de Inventione, non autem ad Herennium, patet ex Servio ad Virg. VIII Aen. 321: *Hoc autem est quod dicit Cicero in primo Rhetoricorum: Feros adhuc homines magni cuiusdam viri oratione compositos:* quae in vulgatis Servii editionibus sic exhibentur, tanquam ista *Feros adhuc homines* etc. essent totidem Ciceronis verba hoc ordine scripta, ac proinde inter eius Fragmenta referri mererentur. Sed sunt ipsius Servii, eodem sensu sed aliis et brevibus verbis in compendium quasi contrahentis ea, quae operosius narrantur lib. I de Invent. cap. 2: *Quo tempore quidam magnus videlicet vir et sapiens cognovit, quae materia esset*; et seqq: *Qui dispersos homines in agris et in tectis silvestribus abditos ratione quadam compulit unum in locum* etc. *et ex feris immanibus mites reddidit et mansuetos.* Sic per Ciceronis Rhetorica libros de Inventione etiam innuit, quum ad lib. IX Aen. 481 notat: *Est conquestio matris Euryali plena artis Rhetoricae: nam paene omnes partes habet de misericordia commovenda, a Cicerone in Rhetoricis positas:* quibus verbis nos remittit procul dubio ad lib. I de Invent. cap. 55. Similiter Servius ad eiusdem libri V 614: *Vtitur argumentis, quae in Rhetoricis commemorat Cicero, a gente, ab habitu, a gestu, ab animo:* quae conferenda cum lib. I de Invent. cap. 25 et 26. Nusquam vero Servius aliquid, quod sciam, adfert ex Ciceronis Rhetoricis, quod in libris ad Herennium sese offerat, quum tria haec loca aperte respiciant libros de Inventione, ut nunc vulgo inscribuntur, quae Ciceronis Rhetorica dicenda, ut non tantum ex his Servii, sed et Asconii Pediani, Hieronymi, aliorumque locis

probatur. *Artem Rhetoricam* vocat Cassiodorus in Rhetor. Compend. pag. 339 et 341: *Hunc Cicero ita facit in Arte Rhetorica. Si deliberatio et demonstratio genera sunt causarum, non possunt recte partes alicuius generis causae putari. Eadem enim res alii genus, alii pars esse potest, idem genus et pars esse non potest:* ubi Ciceronis artem Rhetoricam etiam agnoscit libros de Inventione, quia illa, quae profert, non leguntur in his ad Herennium, sed de Inventione lib. I cap. 9, et sic ea, quae de partibus Rhetorices, inventione, dispositione, memoria, et pronuntiatione ex Tullio adfert Sulpitius Victor in Inst. Orat. p. 242, eadem invenies lib. I de Invent. c. 7: quibus et alia loca facile subiungi possent. Tullio tamen vindicanda haec ad Herennium Rhetorica ideo volunt, quia lib. III cap. 2,* de Republica, et Re Militari se scripturum pollicetur, et quod Virgilii, Horatii, et similium non meminerit: quodque lib. I cap. 12 ista occurrant: *Tullius heres meus Terentiae uxori meae XXX pondo argenteorum vasorum dato:* denique quod praedicet operam suam foro et Curiae praestitam, ut et alibi saepe iactare solet. His argumentis viros doctos non adiunxisse miror locum ex lib. I de Invent. cap. 30: *Horum exempla et descriptiones in praeceptis elocutionis cognoscentur:* quia toto fere libro quarto ad Herennium elocutionis praecepta traduntur: sed quoniam ex verbis istis sequeretur, si idem utriusque operis auctor esset, libros ad Herennium ergo post opusculum de Inventione scriptos, quia dicit *in praeceptis elocutionis cognoscentur*, quod probare difficillimum esset, mihi verosimile fit, Ciceronem illic indicare voluisse, se elocutionis praecepta traditurum in sequentibus libris, quos duobus istis de Inventione addendos destinaverat, sed imperfectos reliquit, quia maturiori aetati se contulit ad dialogos de Orato-

re, tribus libris comprehensos; adeo ut de Elocutione forte egerit in tertio quartove libro Rhetoricorum, de Inventione nunc inscriptorum, quos si conscripsit, certe amissi perierunt: in iis enim Tullium de *dispositione et elocutione* disseruisse, coniici posset ex insigni Quinctiliani loco lib. III Inst. Orat. cap. 3: *Et Cicero quidem in Rhetoricis* ( intelligi libros de Inventione, certum est ) *iudicium subiecit inventioni: mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permixtum, nam neque dispositio sine eo, neque elocutio fuerit, ut pronuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in Partitionibus Oratoriis ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque pervenit partes: nam quum dupliciter primum divisisset, in inventionem atque elocutionem, res ac dispositionem inventioni, verba et pronuntiationem elocutioni dedit, quintamque constituit communem, ac velut custodem omnium memoriam.* Itaque isto in loco nullum sibi praesidium petere possunt, qui Tullio Rhetorica Herenniana vindicare conantur, quos inter ex recentioribus litterarum instauratoribus praecipui sunt Leonardus Aretinus, Georgius Trapezuntius, Laurentius Valla, Angelus Politianus, aliique plures, qui Ciceronem illorum parentem esse consentiunt, eique adseruit Antonius Mancinellus; et Sinibaldus Antoninus in Dialogo de Rhetoricis ad Herennium, splendidissimae operum Ciceronianorum editioni Aldinae praefixo, pleraque pro Cicerone argumenta satis accurate exhibuit, sed quibus et alia subiunxit, quae faveant Cornificio, de quo postea. Nostra quoque aetate inter Germanos peculiaribus Diatribis Caspar Kirchmaierus, et Ioh. Petrus Ludovicus, Professor quondam Hallensis, pro Cicerone in arenam hanc litterariam descenderunt, quorum in Bibliotheca sua Latina meminit Cel. Ioh. Alb. Fa-

bricius. Sed horum quidem dissertationes quum frustra in his terris quaesiverim, praecipuam mihi rationem habendam censui Nicolai Angelii Bucinensis, et Marini Becichemi Scodrensis, quorum de hac controversia dissertationes habentur in Oratoriis Ciceronis operibus ed. Basil. 1541; et Becichemi quidem ista leguntur cap. 39 Castigationum Criticarum in libros hos Rhetoricor. ad Herenn. quas nescio cur omiserit Graevius inter eius Centuriam Quaestionum Epistolicarum forma maiori olim editas cura Angeli Britannici. Hic enim operose libros hos ad Herennium e familia Ciceronis non amovendos contendit, seque opposuit non sine multa verborum acrimonia Raphaëli Regio, qui varie fluctuavit in divinando operis huius auctore, quod Ciceroni abiudicandum existimat in notis ad Quinctil. lib. III cap. 9 circa fin. quia diversa a Cicerone in lib. I de Inventione, et in his Rhetoricis ad Herennium praecipiantur de exordio orationis, tum quod idem Quinctilian. lib. IV cap. 5, refutet illos, qui *partitionem vetant ultra tres propositiones extendere*, idque in his libris ad Herennium reperiatur; colligit inde Regius, eum quidem nomine auctoris expresso indicaturum fuisse Ciceronem, si illius id opusculum censuisset. Sed hoc quidem argumentum non maioris momenti est, quam quo Ascensius non esse hunc Tullii foetum adfirmat, quia Quinctilian. lib. IX, 3, p. 814, non nominato auctore adferat, quae in his ad Herennium Rhetoricis etiam occurrunt lib. IV cap. 25; quum tamen alia illic sequentia sub nomine Calvi producat: hinc enim nihil de auctore colligi posse, notavit Patruus meus, quia non sunt ipsa auctoris ad Herennium verba, sed alterius, quae ille aeque ac Fabius in exemplum adponit. Itaque Virginio Rufo, ut vocat, adscribenda haec opinabatur Regius, quem de arte Rhetorica commentatum fuisse testatur Quin-

ctil. lib. III cap. 1, ubi eum suae aetatis Rhetoribus Plinio Rutilioque adiungit: illum Lipsius facit eundem, quem Tacitus lib. XV Ann. 71, sub Nerone eloquentiae doctorem memorat: *Virginium et Rufum claritudo nominis expulit. Nam Virginius studia iuvenum eloquentia, Musonius praeceptis sapientiae fovebat:* ita enim recte castigatum a viris doctis, non *Virginium Rufum*: duos enim diversos distinguit, Virginium Rhetorem, et Musonium Rufum, sectae Stoicae Philosophum: de quo notavi nonnulla ad lib. I Anthol. Lat. Ep. 79. Quod autem Vossius de Nat. Rhet. cap. 13 eundem hunc Tacito memoratum Virginium faciat ac illum, de quo Svetonius egerit in libro de claris Rhetoribus, sciendum est, nihil hodie de Virginio Rhetore in isto Svetonii opere mutilo legi, sed in Catalogo Rhetorum a Svetonio praeter illos, qui nunc exstant, laudatorum, quem ex codd. MSS. Achilles Statius notis suis subiunxit, recenseri *Virgilium*, sive ut legendum *Virginium Flavum*: et sic in cod. MS. Bonav. Vulcanii eundem vocari in vita Persii, Svetonio etiam vulgo adtributa, ad Tacitum monuit Lipsius: sed quia haec duo gentilitia nomina sunt, rectius *Virginium Flaccum* dici censet Patruus meus ad Quinctil. lib. XI, cap. 3, pag. 1026, a quo diversum Virginium Rhetorem arbitror, a Tacito memoratum, cum quo Vossius confundit Virginium Rufum Consulem, cuius laudes describit Plinius Secundus lib. II Epist. 1, eiusque Epitaphium exhibet lib. VI Ep. 10, et lib. IX Ep. 19, quod inserui Anthologiae Lat. lib. II Ep. 55; ubi nonnulla de Virginio isto Rufo, Vindicis victore, adnotavi, qui nihil commune habet cum Virginio Rhetore, quem sub Nerone recenset Tacitus, et *Virginium* vocat, ut Quinctilianus, non *Virginium Rufum*; neque enim Rufi illud cognomen Virginii Rhetoris, sed Musonii Philosophi est,

quod male Regius et alii, vitiosis Taciti editionibus, quae *Virginium Rufum* exhibent, decepti, addiderunt huic Rhetori Virginio, cui Rhetorica ad Herennium tribuenda hariolati sunt. Ea autem ratione inductus praecipue id credidit Regius, quia statum in arte Rhetorica coniecturalem, legalem, et iuridicialem Virginio huic tribuit Fabius, quae eadem definitio in his ad Herennium libris occurrat. Sed revocavit sententiam ad illum Quinctiliani locum lib. III, cap. 6, p. 249, ubi Anton. Pinus notat libros hos esse scriptos a Virginio ad Herennium Senecionem, Plinio lib. I Epist. 5, et alibi memoratum, non autem ad Herennium, Ciceronis necessarium: idem Regius ad lib. IV Inst. Orat. cap. 1, pag. 303, ex iis, quae ex Virginio illic tradit Quinctilianus, et in hoc tamen opusculo non inveniuntur, aperte colligit, decipi illos, qui Rhetorica haec Herennio inscripta ei tribuunt. Sed uberius hac de re egit Raphaël hic Regius in Quaestione, *Vtrum Ars Rhetorica ad Herennium Ciceroni falso inscribatur*, quae post eius Problemata in Quinctil. Inst. Orat. prodiit Venet. 1492; in qua paullo melioribus argumentis Ciceroni abiudicat hos libros, quam vêrum auctorem, quem in hac Quaestione Cornificium aut Timolaum esse coniicit, e tenebris eruit. Et recte quidem refutat illos, qui ex titulo, quo Ciceroni vulgo inscribuntur, et ex auctoritate aliorum, qui sub Tullii nomine adferre solent, argumentantur. Hac enim ratione admissa nunquam quaerendum esse, an aliquod opus suo ac legitimo auctori attributum sit, quod iure adfirmat, quia non ideo genuina sunt veterum auctorum opera, quibus tituli vulgo inscripti ea largiuntur, aut quae inter alia eorum non dissimilis argumenti scripta codicibus vetustis adnectuntur: hinc enim tot auctorum illustrium libri et olim et hodie circumferuntur falso iis

adtributi, ut scriptis supposititiis, quorum tituli parentes non suos mentiebantur, obelo confingendis et vero scriptori vindicandis plurimi inter antiquos Grammatici et Aristarchi operam dederint, et ut Quinctilianus dicit lib. I, cap. 4: *Iudicio suo ita severe usi sint, ut libros, qui falso viderentur inscripti, tanquam subditit ios submovere familia permiserint sibi, sed et auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino eximerent numero.* Cuius generis non pauca veterum Graecorum, et Latinorum auctorum scripta ex commentatione de Arte Critica et Criticis antiquis, quam aliquando meditatus fui, huc transferre possem post curas Wouwerii de Polym. cap. 16, et Maussaci ad Harpocrat. p. 397, si huius loci ista essent, aut a scopo nobis proposito non nimium nos avocarent. Auctoritatibus vero illorum, qui sub Ciceronis nomine libros hos laudare solent, quod pugnandum recuset Regius, animum quidem prae se fert a praeiudicatis et aliorum iudicio receptis opinionibus liberum, licet ipse tamen se his armis induat. Quinctilianum praeterea contendit nullam libri huius Ciceroniani mentionem facere, diligentissimum ceteroquin Ciceronis scriptorum observatorem, et cuius auctoritas hic praecipua sit, quia de arte Rhetorica agatur, cuius ille praecepta quum tradiderit, et antiquiores huius disciplinae magistros passim recensuerit, Ciceronem indicato nomine, ut libri huius auctorem, non illaudatum praeteriisset. Mentionem *Tullii filii et uxoris Terentiae* falsitatem prae caeteris ostendere, quia si auctor eius fuerit Cicero, id saltem valde iuvenis scripserit, ante quam uxorem Terentiam duxisset, aut filium Tullium procreasset. Quod vero praeceptoris *Hermetis* vel *Hermestis* meminerit hic auctor lib. I, cap. 9, id a Cicerone valde alienum esse, cuius tempore nullus *Hermes* vel *Hermestes* me-

moretur, quemque inter claros suae aetatis Rhetores in aliis operibus nusquam laudet Tullius. Damnat praeterea Ciceronem auctorem, propter stilum compositione, et sententiis perquam dissimilem aliis eius operibus, quae vel adolescens vel iuvenis vel senex scripsit, et quod praecepta eloquentiae diverso hic ordine tradantur, quam in aliis Tullii scriptis ad hanc artem spectantibus. Gellium denique adfirmare, neminem antiquorum usque ad Augusti tempora voce *barbarismi* usum, quae tamen occurrit lib. IV, cap. 12.

His potissimum argumentis spurium et supposititium Ciceronis foetum esse hoc opus contendit Regius. Cornificium igitur Seniorem eius auctorem esse suspicatur, quia Quinctilianus nonnulla huic Cornificio tribuit, quae in his libris leguntur; quemadmodum idem Regius in notis ad Quinctilian. lib. I, cap. 4, et lib. II, cap. 14, et cum eo Ascensius probare pluribus conantur, libros hos illius Cornificii esse, ad quem nonnullae supersunt Ciceronis Epistolae, et paullo post mortem Ciceronis editos esse. Eiusdem forte sententiae fuisse videtur Petrus Crinitus, qui in lib. II. de Poët. Lat. 29, ubi de Cornificio poëta postquam egit, sub finem capitis addit: *De Cornificio Oratore, qui Rhetoricos libros composuit, diximus in libris de claris Oratoribus*. Quod Criniti opus quum hodie non exstet, diiudicare non possumus, an per Rhetoricos illos libros intellexerit opus ad Herennium: aliter censuit Gyraldus, qui a poëta Cornificio oratorem distinguens, ad quem exstant Ciceronis Epistolae, Rhetoricos quidem libros eum scripsisse, sed quos nonnulli perperam ad Herennium esse putaverunt, dicit in Hist. Poët. Dial. IV, pag. 215. Turnebus tamen in suis ad Quinctilianum notis passim Cornificio, ut indubitato auctori tribuit, quae ex his libris adfert, et variis Fabii locis permotus

id adfirmat ad lib. III, cap. 1, p. 218, et ad lib. IX, cap. 2, p. 775, quia tradit illic Fabius, Cornificium παῤῥησίαν vertere *licentiam*, de qua agit hic auctor lib. IV, cap. 36 et 37. Ciceronem vero semper vertere *orationem* vel *vocem liberam ;* quod argumentum nonnullis videri possit speciosum, et nonnihil adiuvari a Iulio Rufiniano de Fig. Sent. pag. 29: *Parrhesia, oratio libera, quam Cornificius licentiam vocat:* quamquam complura alia ex Cornificio adferantur a Quinctiliano, quae in hoc Rhetoricorum opusculo non inveniuntur, ut ipse fatetur Regius ad lib. V, cap. 10. Alia etiam pro Cornificio ratiocinatione utitur Sinibaldus Antoninus, quod se familiaribus negotiis impeditum, et philosophiae deditum fateatur auctor ad Herennium ipso operis initio, optime id convenire Cornificio, quem occupatissimum fuisse fatetur Cicero lib. XII ad Fam. Ep. 18, ac philosophiae praecipuam operam dedisse ex eiusd. libri Ep. 23 colligit: tum quod multa in his ad Herennium Rhetoricis a Ciceronis praeceptis discrepent, sententiae huic favere, quia in dicendi ratione a Tullio dissidebat Cornificius, ut aperte illic indicat Cicero Epist. 17. Sed quoniam obstare sibi vidit Regius stilum a Ciceroniana aetate, ut agnoverat, diversum ac dissimilem, et Cornificius tamen Ciceronis aevo floruerit, quem inter oratores sui temporis laudat ibidem Tullius, hinc eo tandem delapsus fuit, ut ad longe inferiora tempora auctorem hunc detrudat, et hallucinetur esse Timolaum, Zenobiae filium, unum ex triginta Romanorum tyrannis tempore Aureliani, quia Trebellius Pollio Timolaum hunc Grammatices et Rhetorices peritissimum laudat: huic autem quum frater natu maior fuerit Herennianus, qui et ipse imperium adfectavit, sed uterque quum ab Aureliano essent victi, et in triumphum cum matre Zenobia ducti, indulgentia

tamen Imperatoris in agro Tiburtino privatam vitam agere iussi sunt, in quo otio Timolaum praeceptis his Rhetorices fratrem Herennianum imbuisse coniicit, ut exsilii dolorem hac quasi exercitatione erudita, quemadmodum Dionysius Corinthi, falleret, e tyranno et pseudo-Augusto literarum magister factus. Timolaum igitur in gratiam fratris Herenniani opusculum hoc scripsisse comminiscitur Regius, ac proinde suspicatur nomina *Timolai ad Herennianum*, obscuriora quippe, posteriori seculo ab imperitis mutata fuisse in *Tullii ad Herennium.* Haec autem nullis argumentis probata gratis tantum finguntur, ac proinde inter temeraria ingenii luxuriantis commenta referenda sunt; non enim Timolaus ille librorum horum auctor esse ullo modo potest, si verum sit, quod ipse Regius adfirmat, Quinctilianum nonnulla adferre, quae in hoc opere occurrant, quum diu post eius aetatem Timolaus vixerit, quem de arte Rhetorica scripsisse, aut si aliquam eiusmodi commentationem scripserit, huius propterea auctorem esse, probari etiam non potest, licet Trebellius eum Rhetorices peritum fuisse dicat. Miramur vero Raphaëlis huius Regii absurdam satis inconstantiam in excitandis quasi ab inferno tribus huius opusculi auctoribus tam diversae aetatis, Cornificio videlicet, qui Ciceronis aevo vixerit, Virginio, (Virginium Rufum male vocat) quem sub Nerone iuventutem in eloquentiae studio exercuisse supra ex Tacito vidimus, et denique Timolao, tyranno sub Aureliano. Singulis enim tam diversi temporis aetatibus, quibus dissimilem admodum formam ac faciem induit lingua Latina, stilum et dictionem huius operis convenire, probandum ipsi fuisset.

Neque etiam argumenta Regii, quibus Ciceroni adimere hoc opus admititur, absque omni controversia sunt. Nam quod utatur auctoritate Laurentii Vallae,

qui neget Tullium eius auctorem esse, licet ipse Regius profiteatur auctoritatibus ex omni disputatione tollendis hic contendendum non esse, falsitatis eum arguit Becichemus, adfirmatque Vallam sexcentis in locis sub nomine Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium adferre. Stilum autem ab aliis Tullii operibus alienum quod obiiciat Regius, inde ei extorqueri hoc scriptum non patitur, quia dictio eius non ubique eadem, sed pro materiae qualitate dissimilis est non modo in variis operibus, sed etiam in uno eodemque volumine, quia se exercuerit in diverso dicendi genere, aliterque scripserit iuvenis, aliter aetate iam confirmata. Causam vero nullam video, cur stilum auctoris huius tanquam humilem nimis et aridum adeo improbent nonnulli, qui licet Ciceronem quidem ipsum non referat, ab eius tamen aetate non abhorret; sed quum praecepta artis Rhetoricae tradat, quae doceri contenta, ab ornatu praecipuam dotem non requirit, recte auctor tantum doctoris breviter et dilucide partes suas agentis officio functus est; ut ipse innuit lib. II, cap. 1: *In primo libro locuti sumus de exordio, narratione, divisione, nec pluribus verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus.* Et sic Cicero etiam lib. II de Invent. cap. 3, profitetur se Artis praecepta *simpliciter sine ulla exornatione* expositurum. Quod vero non eadem tradat Tullius in artis oratoriae libris, recte distinguunt Nicolaus Angelius et Becichemus, eum in Oratoriis omisisse illa, quae Rhetoricen proprie spectant, quae nempe in his Rhetoricorum libris olim tractaverat, quemadmodum in Philosophicis aliisque scriptis saepe a se ipse dissidet. Porro quod Quinctilianus non meminerit horum librorum, nihil inde evinci urgent, quum non ideo sint spurii, quos ille nomine ac titulo expresso non laudaverit aut recensuerit, ut multa

veterum scripta omisit; sed tamen utatur verbis ac sententiis ex hoc ad Herennium opere desumtis, licet Ciceronem non nominet, quod ex modestia et veneratione praesertim facit, quando dissentit, ut solet plerumque, ubi Ciceronis opinionem aliquam damnat, aut veniam praefari, aut auctorem dissimulare. Sub Ciceronis vero nomine quae adfert lib. III, cap. 11. Συνέχον: *quod, ut dixi, continens alii, firmamentum alii putant, Cicero firmissimam argumentationem defensoris, et adpositissimam ad iudicationem*, clare mihi indicare videntur, Rhetorica Tullii ab eo censeri libros de Inventione, in quibus haec eadem invenies lib. I, cap. 14: *Firmamentum est firmissima argumentatio defensoris, et aptissima ad iudicationem:* ubi pro *aptissima* in suis exemplaribus *adpositissima* legisse Quinctilianum patet, ut et in Palatino aliisque codd. invenit Gruterus, et in quatuor MSS. Ioh. Mich. Brutus. Idem paullo post quum *Ciceronem in Rhetoricis Hermagoram secutum esse* dicit, libros certe de Inventione innuit. Sic et lib. II, cap. 16: *Cicero in Rhetoricis etiam, quos sine dubio ipse non probat, finem facit, persuadere*; ubi cogitabat illa lib. I, de Invent. cap. 5: *Officium autem eius facultatis videtur esse, dicere adposite ad persuasionem; finis, persuadere dictione.* Contrarium tamen Fabii testimonio probari volunt, unde liqueat Tullii hoc opus ad Herennium esse, qui Rhetoricos libros Ciceroni excidisse ait lib. III, cap. 1 sub finem, sed ab eo damnatos, quia in adolescentia scripti erant. Respexit nimirum Quinctilianus ad locum Ciceronis, in quo ipse lib. I de Orat. cap. 2, fatetur: *Quae pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata ac rudia exciderunt, vix hac aetate digna, et hoc usu, quem ex causis, quas diximus, tot tantisque consecuti sumus:* sed quae verba ad libros de

Inventione, quos non absolvit ipse, aut temporis iniuria delevit, si reliquos addiderit, recte retulit Regius, et Seb. Corradus in Quaestura de Cicer. P. II, pag. 255, ubi viros eruditos valde decipi dicit, qui per libros Rhetoricos, quos rudes et inchoatos ipse agnoscit, intelligunt libros ad Herennium, aut eos a Tullio scriptos existimant; quod se probaturum addit, si vel quisquam doctior amplius de eo dubitaret. Male igitur ad Rhetorica Herennio inscripta retulit Becichemus, quem sequitur Sinibaldus Antoninus, quamquam de utroque opere rhetorico intellexisse iam olim videatur Hieronymus, cuius auctoritate plurimos uti in libris his Tullio vindicandis, supra notabam. Ita enim ille lib. I advers. Rufin. pag. m. 137: *Lege ad Herennium Tullii libros, lege Rhetoricos eius: aut quia illa sibi dicit inchoata et rudia excidisse de manibus, revolve tria volumina de Oratore* etc. Et Ciceronem ipsum de utroque opere id profiteri, licet perfectiores esse libros Rhetoricos de Inventione censeat, apertius adhuc idem censet Hieronymus in Prooemio Comment. ad Abdiam: *Dicit et Tullius tuus adolescentulo sibi inchoata quaedam et rudia excidisse. Si hoc ille tam de libris ad Herennium, quam de Rhetoricis, quos ego vel perfectissimos puto, ad comparationem senilis prudentiae dicere potuit.* Cuius verba vel ideo adscripsi, quia etiam probant, alterum opus *Rhetoricorum* titulo, non *de Inventione*, olim inscriptum fuisse, adeo ut de eo vix dubitandi ratio sit: licet graeco *Rhetorices* nomine Ciceronem in ipsis librorum, quos hac de re primum scripserat, titulis usum testetur Quinctilianus lib. II, cap. 14. Sed pace Hieronymi liceat ab eo dissentire, et per libros istos Rhetoricos, quos inchoatos ac rudes sibi adolescentulo excidisse fatetur Cicero, cum Regio et Corrado intelligere solos duos Rhetoricorum de Inven-

tione, in quorum primo quum tradidisset, quo modo argumentationes tractari conveniret, in altero inventa in unamquamque rem exposuisset simpliciter et sine ullo ornatu, adeo ut in secundo inventa ipsa tradiderit, in primo inventorum expolitionem praeceperit, caeteras orationis partes, quae Oratori necessariae erant, se in reliquis dicturum in fine lib. II pollicetur; hinc mutato deinceps consilio videtur plerisque opus illud inchoatum destituisse, et a Quinto Fratre rogatus tres illos Dialogorum libros de Oratore elaborasse; qui omnium doctissimi, elegantes, et copiosi sunt, et in quibus se ipsum superasse merito iudicatur. Certe Quinctilianum loco isto non intellexisse libros ad Herennium, sed de Inventione, ab auctore Cicerone postea damnatos, ipse fidem facit lib. III, cap. 6: *In primo Ciceronis Rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem, quum ita scriptum sit: Negotialis est, in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur: cui diligentiae praeesse apud nos iurisconsulti existimantur.* Quae ipsissima verba leguntur lib. I de invent. cap. 11. His mox subiungit Fabius: *Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. Sunt enim velut regestae in hos commentarios, quos adolescens deduxerat, scholae, et si qua est in his culpa, tradentis est.* Et paullo post: *M. Tullius non dubitavit aliquos iam editos libros ipse damnare, sicut Catullum atque Lucullum, et hos ipsos, de quibus modo sum locutus, artis Rhetoricae.* Hinc sequitur ultro, Ciceronem ipsum per libros illos Rhetoricos, quos velut impolitum nec satis elaboratum adolescentiae opus repudiavit, solos de Inventione intelligere, et hos ad Herennium Tullio abiudicandos esse, quia ab eo neque ante, neque post libros de Inventione scribi potuerunt; quod bene animadvertit Aldus in Praefat. ad Andr. Naugerium. Nam si puer aut ado-

lescentulus duos istos de Inventione tantum inchoavit, rudesque et imperfectos reliquit, quando igitur hos ad Herennium composuit? An puerulus aut infans? quod adfirmare absurdum esset. *Inchoatos* vero et *rudes* quum testetur sibi libros suos Rhetoricos ex commentariolis formatos excidisse, de opere ad Herennium sane intelligi nequit, quod quatuor libris integris constat, in quibus auctor ille iactat in fine, *nihil rhetoricae praeceptionis praeteritum esse.* Si vero eos composuisset ante libros de Inventione, cur igitur nusquam illic eorum meminit, si de eadem arte bis scripserit, aut in Topicis, vel partitionibus Oratoriis? neque praeterea post libros de Inventione scriptos esse adfirmari potest, ut existimasse videntur illi, qui titulum Rhetoricae veteris operi de Inventione, et Rhetoricae novae libris ad Herennium indiderunt, quia si maturiori aetate doctior eos elucubrasset, politiores sane et magis culti deberent esse, quam libri de Inventione, cum quibus si comparentur hi ad Herennium, licet sua laude non fraudandi, tamen rudiores apparent ac magis ieiuni, neque ullo modo adultae et maturae Ciceronis eloquentiae convenire. Multo minus scripti fuerunt post Dialogos de Oratore, qui omnium perfectissimi sunt, aut post librum de Claris Oratoribus, vel Oratorem, de quo ipse testatur Lib. VI ad Fam. Ep. 18: *Se quidquid habuerit iudicii de dicendo, in illum librum contulisse.* Post illos enim, qui ab eodem auctore compositos esse libros ad Herennium somniaret, is profecto, quid lupinis distent aera, discernere nequiret. His vero similibusque artis oratoriae ac rhetoricae operibus promeritus est a veteribus recenseri et in exemplum proponi illorum, qui in sua quisque arte principes extiterunt; notabilis est Vitruvii locus lib. IX de Archit. cap. 3: *Item plures post nostram memoriam nascentes cum Lu-*

*cretio videbuntur velut de rerum natura disputare, de Arte vero Rhetorica cum Cicerone; multi posterorum cum Varrone conferent sermonem de lingua Latina.*

Deinde *Hermestem*, vel *Hermetem*, quod praeceptorem adpellet hic auctor, quo nomine nullus eo tempore Rhetor fuerit cognitus, iidem Angelius et Becichemus nihil inde probari posse adfirmant, quum Plutarchus, praeceptores Ciceronis praecipuos memorans addat, *et alios*, inter quos hic adolescentiae eius praeceptor *Hermes* referri potest; cuius tamen nomen abest a plurimis codd. MSS. ut de Palatinis, Mediceis, aliisque Italicis Angelius, Gruterus, et Gronovius testantur; quod nec in tribus suis Gryphianis codicibus reperit Ioh. Mich. Brutus, neque in sex Leidensibus Cl. Oudendorpius; frustra enim a Lambino *Hermagoras* reponitur, cuius post Gorgiam Leontinum, et Aristotelem meminit Cicero lib. II de Invent. cap. 6 et 11, et variis in locis Quinctilianus. Illum enim Hermagoram, licet saepe ab eo dissentiat, et antiquiores Graecos secutum esse adfirmant in opere de Inventione, quod etiam ex Victorini Expositione passim liquet, ostenditque Fr. Robortellus in tractatu de Facultate Rhetorica, seu praefatione ad Ciceronis Rhetoricos libros, quos vulgus, ut ait, de Inventione inscriptos putat: hunc vero Hermetem et recentiores sequi volunt in Rhetoricis ad Herennium, in quorum prooemio lib. I et IV indicat se reliquisse illa, quae Graeci scriptores inanis arrogantiae causa sibi adsumserunt, seque praeter Graecorum consuetudinem aliam viam ingressum, et suis exemplis usum fuisse. Et hinc in codd. MSS. hi libri inscribuntur, *M. Tullii Ciceronis novae Rhetoricae liber I incipit.* Quod autem *barbarismi*, et *soloecismi* voce utatur hic auctor lib. IV, cap. 12, inter argumenta, quibus Ciceronem operis huius scriptorem esse negat, re-

tulit Regius; quia Gellius hac voce neminem eorum, qui integre loquerentur, ante Augusti tempora usum esse tradit lib. XIII, cap. 6, et nullum Latinorum aut Graecorum, qui facundi haberentur, *barbarismum*, aut *soloecismum*, sed *barbarum* et *soloecum* dixisse, adfirmat lib. V, cap. 20. Sed hallucinatum esse Gellium recte censuit Becichemus, quum apud Dionys. Halicarnassensem, aliosque antiquiores utraque vox occurrat; quemadmodum e Graecis *soloecismi* voce Aristotelem, Theophrastum, et Chrysippum usos esse docet P. Faber ad Cicer. Acad. lib. II, pag. 320 ed. Davies. et iam e Latinis Lucilium, patebit ex Fr. Dousae ad illum notis pag. 106, quamquam Menagius ad Diog. Laert. pag. 289 et 290, de *barbarismo* adsentiri Gellio, sed de *soloecismo* aliter censere videatur. Mihi cum aliqua distinctione videtur *soloecum* et *barbarum* dicendum, quando pravum aliquod orationis tortuosae genus damnamus, quae *imparilitas* Asinio Capitoni, *stribligo* Latinis vetustioribus, teste Gellio, dicebatur: sed quum in Eloquentiae praeceptis vitia sermonis enumeramus, *barbarismo*, *soloecismo*, *idiotismo*, et sim. veterum exemplo recte uti licere existimamus. Similiter errasse etiam Gellium ostendit Becichemus, cui vox *novissimus* eiusdem monetae esse videtur lib. X, cap. 21, quum tamen saepissime Cicero, Varro, hic ipse auctor, aliique eam adhibuerint. Sed dum Raph. Regium acerrime castigat Becichemus, quia negaverit quemquam fuisse Herennium Ciceroni familiarem, aut usquam memoratum, contenditque eumdem esse, cuius meminit Cicero pro Caelio cap. 11, qui tamen illic *L. Herennius*, non vero *C. Herennius* vocatur, ipse ridendum se propinavit, dum nonnullos ex antiquitate Herennios recensens (quibus plures enumerat Fabricius lib. I Bibl. Lat. cap. 8, pag. 97.) inter illos, qui tem-

pore Ciceronis fuerunt, memorat etiam Herennium quemdam, cuius mentionem faciat Propertius. Insigne exemplum hic praebet nobis Becichemus, in quam pudendos et ioculares errores incidere possint viri docti, qui vel inemendatis editionibus primis vel corruptis veterum auctorum codicibus nimis supine utantur, quum nullius Herennii usquam meminisse Propertium certus adfirmare possim. Sed vitiosis, ut dixi, codicibus deceptus fuit, in animo habens illud Propertii lib. II, El. 18, init.

*Scis, here mi, multas pariter placuisse puellas,*
*Scis mihi, Demophoon, multa venire mala.*

Quo in loco *heremi* iunctim, quasi *Heremi*, in multis codd. MSS. exararunt rudes librariorum manus, quomodo et in primis editionibus excusum fuit, unde et in primo Leidensi meoque codice inepta Elegiae inscriptio est, AD HEREMVM DEMOPHONTEM, vel HEREMIVM, ut de suo libro antiquo testatur Dorvill. in Miscell. Observ. Vol. V, T. II, pag. 297; in secundo Leidensi AD EREMVM: in aliis, AD HERENNIVM DEMOPHONTEM, quod nomen versus tamen non admittit, nisi *Hereni* pro *Herenni* licentia insolita adripuerit Becichemus. Sed ignoscenda sunt viris eruditis, etiam Becichemo longe maioribus, similia errata, qui saepe ex duabus vocibus in vitiosa, quam adhibebant, editione veteri male coniunctis, in pares impegerunt lapsus, quemadmodum Ciceroniano illi P. Bembo, ut notavit Voss. II de Analog. cap. 24, imposuit vetusta Tullii editio Ascensiana, in qua *multismeis doloribus* quum una voce excusum esset, inde *multissimus* formavit, eoque superlativo ipse in Epistolis suis usus est: et magnus Casaubonus corrupta Valerii Flacci editione elusus cespitavit, dum in eius Argonauticon initio *Phoemonoë* legendum coniecit, quia illic *Phoebemone* editum repererat, iunctis male

vocibus, pro *Phoebe mone, si Cumaeae mihi conscia vatis Stat casta cortina domo;* et quae similia alibi viris doctis inprudenter exciderunt.

Inter illos etiam, qui Ciceroni libros hos ad Herennium abrogarunt, est Angelus Decembrius, unus ex primis illis litterarum renascentium Sospitatoribus, iudice Broukhusio ad Tibull. lib. I, El. 4, 77. His enim potissimum argumentis ostendit non esse hoc Ciceronis opus, lib. I, Polit. Liter. cap. 10, ob stili nempe diversitatem, et quod sub finem sine scopo absoluto quaedam aliena sint adiuncta: ut et nonnullas illic periodos in quibus totius operis, quod Cornificio tribuit, quasi recapitulatio est, spurias notat Gruterus: tum quod in codd. MSS. Ciceroni non semper adnectantur, sed a librariis indoctis adsutae, et propter argumenti vicinitatem aliis Tullii operibus Rhetoricis fuerint adiectae. Fatendum quidem esse, nonnullis in locis quamdam dictionis Ciceronianae similitudinem deprehendi, sed quod ex imitatione ortum esse, recte contendit, ut infinita in his loca sunt, quae iisdem fere verbis auctor imitatus est vel descripsit ex libris de Inventione. Deinde librum de Partitionibus Oratoriis etiam Ciceroni adimit, quia si iam ad Herennium scripsisset, frustra secundum laborem suscepisset, quum roganti Herennio familiari et cognato suo, ut colligunt ex lib. IV, cap. 56, respondere potuisset, se iam eo satisfecisse in prioribus libris, ut in dialogis de Oratore, et similibus; ex prooemio enim adparere, eum in Herennii gratiam istos libros scripsisse, unde fraudis occasionem cepit impostor. Sed hoc quidem argumentum praeposterum est, si in iuventute hoc opusculum ipsi exciderit, adeoque ante libros de Oratore scripserit. Partitiones vero oratorias levibus nimis coniecturis adductum Decembrium Ciceroni abiudicasse,

merito notat Vossius de Nat. Rhet. cap. 13: earum enim Tullium auctorem agnoscit Quinctilian. lib. III, cap. 3. Neque etiam adparere causam adfirmat Decembrius, cur in libris ad Herennium nullam de instituto suo rationem reddiderit, ut solet in aliis, quod tamen nescio cur adfirmet, quia in prooemiis ante singulos quatuor libros instituti sui rationem satis reddidisse videtur. Meliori denique et omnium optimo argumento rem agit Decembrius, mirum videri, Victorinum in haec Rhetorica ad Herennium, si Ciceronis essent, non aeque commentatum fuisse, ac in libros de Inventione, qui iactantur vulgo esse posteriores et perfectiores, nisi forte, ut hoc addam, illa ad Herennium, tanquam iuvenilia et minoris pretii, labore hoc suo indigna censuerit, aut, quod potius mihi videtur, ipse ea Ciceronis non esse iudicaverit. Cur enim in toto illo Commentario ad Rhetorica de Inventione nusquam ad partes vocat aut producit exempla ex libris ad Herennium? quae saepissime illic locum habere potuissent, si eos Tullium auctorem habere credidisset; quin et duos hos de Inventione seu artis Rhetoricae libros simul cum Victorini Commentis recensens Cassiodorus, nullam tamen Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium mentionem facit in Compend. Rhetoric. pag. 339, inter Rhetor. Pithoei: *Haec licet Cicero Latinae eloquentiae lumen eximium per varia volumina copiose nimis et diligenter effuderit, et in Arte Rhetorica duobus libris videatur amplexus, quorum Commenta a Mario Victorino composita in bibliotheca mea vobis reliquisse cognoscor.* Quae verba quum in MS. Palatino legerentur ante Victorini Commentarios, quos Q. Fabio Laurentio codex ille et MS. Coloniensis tribuunt, descriptoris alicuius esse, qui artis Rhetoricae epitomen collegit, perperam credidit P. Pithoeus, cu-

ius notam ad init. lib. I de Inv. exhibuit Graevius: hoc enim ipsum Cassiodori de Victorino testimonium glossator aliquis initio codicis istius praefixerat. Illo autem in loco per *varia volumina* a Cassiodoro intelligi non dubito Oratoriae artis opera, a quibus distinguit Ciceronis artem Rhetoricam, cuius duos quum tantum memoret libros, eos certe indicat, qui de Inventione vulgo inscribuntur, neque quatuor illos ad Herennium Ciceronis esse agnoscit, et sic ibidem paullo post subiungit: *Libros autem duos Ciceronis de Arte Rhetorica, et Quinctiliani duodecim Institutionum iudicavimus esse iungendos:* aliter enim post varia illa Oratoriae artis volumina sex artis Rhetoricae libros, et ex iis duos a Victorino Commentariis illustratos laudasset, quemadmodum in codice quodam MS. quem nuper oculis lustrabam, sub finem horum Rhetoricorum legebatur, *Ciceronis Rhetoricorum lib. VI explicit:* et sic in duobus codicibus Bernensibus dividi hoc opus in VI libros, monet Sinnerus in egregio illius Bibliothecae Catalogo nuper edito, pag. 336. Istius Marii Victorini Expositionem in Rhetorica Ciceronis, seu in duos hos nobis superstites libros de Inventione, editam inter eosdem Rhetores antiquos Pithoei pag. 79 et seqq. et in maiori Aldina Ciceronis editione contextui subiectam, quam Graevius etiam addere constituerat, libenter huic editioni cum Marini Becichemi castigationibus, quae leguntur inter eius Quaestiones Epistolicas cap. XVII—XXIX, adiunxissem, nisi me deterruisset voluminis nimium densandi moles, qua editionum novarum pretia incendi non facile, ut scis, patiuntur bibliopolae.

Decembrio succedat Franc. Floridus Sabinus, qui lib. I Lect. Succesiv. cap. 4, posthabita Prisciani et Hieronymi inter veteres, et Vallae ac Politiani inter recentiores, quos errasse censet, auctoritate, ex va-

riis horum Rhetoricorum locis, praesertim ex initio et fine operis, ostendit stylum minime Ciceronianum esse; ipsum Tullium, qui omnia sua artis oratoriae opera saepe memorat, horum tamen nusquam meminisse; Quinctilianum in recensione Rhetorum, qui aetatem suam antecesserunt, facta Ciceronis mentione, solos indicare Libros de Inventione, in adolescentia ab eo scriptos; Victorinum denique non interpretaturum fuisse imperfectum opus de Inventione, si integros ad Herennium libros Tullio adscribendos sibi persuasisset. His aliisque argumentis adfirmat Sabinus, Rhetorica haec Herenniana Ciceroni non magis convenire, quam generoso, ut ait, equo macilenti asini clitellas; aut illum, qui cum aliis eiusdem argumenti operibus Tullianis haec conferat, asinos certe (anseres dixisse mallem) ab oloribus distinguere non posse. Huic adiungendus est Iohannes Marius Matius, vel Mattius, Brixianus, qui Adnotationum in varios Auctores cap. 2, ex aliquot Quinctiliani locis id praecipue egit, ut ostenderet libros Rhetoricorum ad Herennium nec Ciceronis, nec Cornificii esse: cui quum se opposuisset Antonius Riccobonus, et pro L. Cornificio pugnasset, defensionem istius adnotationis suae uberiorem inseruit Mattius Libris Opinionum, quae illic legitur pag. 457—471 ed. noviss. Riccobonus autem comparatis Quinctiliani, et huius Auctoris locis, ostendere conatus est, ea, quae ex Cornificio adfert Fabius, reperiri in his ad Herennium Rhetoricis; quae tamen singula loca diligenter et accurate excussit Mattius, ut probaret, vel non integre verba Quinctiliani a Riccobono producta fuisse, vel licet Cornificius etiam Rhetorica scripserit, quod in aperto est, negat tamen haec eadem illa Cornificii Rhetorica esse, quoniam plurima a Cornificio tradita scribit Fabius, quae in his libris nusquam exstent. Ponderatis utriusque

argumentis, nullus dubito, quin Mario Mattio album calculum mecum adiecturus sis, neque Ciceroni, neque Cornificio tribuendum hoc Rhetoricorum opusculum ad Herennium esse; quemadmodum Tullio id etiam abrogat, et Cornificio dubitanter adiudicat Demsterus ad Rosin. lib. II, cap. 16, pag. 163: *Auctor Rhetoricorum ad Herennium, seu quilibet alius, certe Ciceronis non est illud opus.* Sic Lambinus ad lib. II ad Herenn. cap. 16, haesitat, an Cornificio sive alii cuiquam id dandum sit. Cornificio tamen id quoque adtribuerunt Petrus Victorius, Paullus et Aldus Manutii, Maioragius, Muretus, Sigonius, Barthius in Adversariis, et Glandorpius in Onomastico: aliorum iudicia breviter etiam collegit Heumannus in Schediasm. de libris Anonym. et Pseudonym. p. 149 et 150, ubi inter alia meminit Conr. Sam. Schurfleischii Dissertationis *De auctoritate Rhetoricorum ad Herennium*, editae Witteberg. 1703, qui Riccoboni pro Cornificio certantis sententiam amplectitur, quia dictio et vocabula Rhetoris Herenniani multum a Ciceronis eloquentia distant, licet imitandi industria ei similis esse studuerit, plurimaque ex libris de Inventione descripserit. Ciceroni vel Cornificio dubius adscribit Iac. Gronovius ad lib. IV, cap 8, et *iure olim viros doctissimos Ciceroni abiudicasse, ac verosimiliter eos adsignasse Cornificio* censet Graevius initio notar. ad lib. I, qui Cornificium etiam auctorem facit ad lib. I, cap. 14. fin.: nam manum eius aberrasse puto, quum Herennium vocat auctorem ad lib. II, cap. 4, pag. 56. Sed virorum doctorum auctoritates non adnumerandae sunt, prae quibus apud me praevalent argumenta Mattii, qui ostendit ea, quae ex Cornificio adfert Quinctilianus, et in hoc libro nusquam leguntur, desumta esse ex alio, quod periit, Cornificii opere rhetorico: nam licet pauca producat Fabius, tanquam

Cornificii, quae forte etiam in his occurrant, id certe non probat, illum huius quoque foetus parentem esse, quum saepissime eadem praecepta et exempla apud diversos Grammaticos, et Rhetores tradantur, ut vel ex eiusdem Quinctiliani loco patet lib. IX, cap. 3, p. 808 de Carthaginiensibus Romanorum hostibus, si conferatur cum lib. IV ad Herenn. cap. 14, unde tamen minime colligendum sit, eosdem et horum, et illorum operum auctores esse; quae argumentandi ratio si reciperetur, nihil certius adfirmari posset, quam Ciceronem utriusque huius rhetorici operis auctorem esse, quia passim et ubique similia iisdem fere verbis exposita, iisdemque exemplis illustrata inculcantur praecepta, totis saepe paginis ne mutatis quidem: sed unde mihi saniori argumento videtur constare, Ciceronis non esse Rhetorica ad Herennium, quorum auctor illa, quae eadem occurrunt in opusculo de Inventione, potius imitatus est vel descripsit ex illis Ciceronis libris, quum non verosimile sit, Tullium de eadem Arte geminum opus scripsisse, quorum alterum ab altero vix differat, neque ulterius progrediatur, sed similia fere, ut dixi, praecepta et exempla proponat, adeo ut in utroque opere passim eadem plane docuerit, ne verbis quidem variatis, aut ordine immutato. Ex innumeris locis sufficiat unus speciminis causa ex lib. I ad Herenn. cap. 2: *Oportet igitur esse in Oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, et pronuntiationem. Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quae causam probabilem reddunt*; et seqq. quae iisdem verbis etiam occurrunt lib. I de Invent. cap. 7: et haec quoque sua fecit Alcuinus Dialog. de Art. Rhet. pag. 360, quibus infinita ex aliis Rhetoribus addi possent, in quibus alter alterum presso pede sequitur, vel totidem verbis describit. Sic conferenda

sunt, ut plurima alia praeteream, loca ex lib. II ad Herenn. cap. 22, 23, 25 et 26, cum lib. I de Inv. cap. 45, 48, 49 et 50, in quibus eadem poëtarum veterum testimonia ita afferuntur, ut pateat unum alterius opus ante oculos habuisse: quemadmodum auctor ad Herenn. lib. II. cap. 27: *Vti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia quum de Musica inducta sit, disputatio in sapientiae rationem et virtutis utilitatem consumitur:* haec enim mutuatus est ex illis, quae breviora occurrunt apud Ciceronem lib. I de Inv. 51: *Item apud Pacuvium, qui vituperata Musica sapientiam laudat.* Sed et nonnunquam in utroque opere contraria aut dissimilia inveniuntur, quae eumdem scriptorem abnuant: ut auctori ad Herenn. lib. I, cap. 3: *Genera causarum sunt quatuor, honestum, turpe, dubium, humile.* Sed apud Cic. lib. I de Inv. cap. 15: *Genera causarum sunt quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum:* quae descripsit idem Alcuinus Dialog. de Art. Rhet. pag. 368: *Quot sunt causarum genera? quinque, honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum.* Sic lib. I ad Herenn. cap. 9 sub finem, auctor ille testatur, quae in praecedentibus dicta erant, sibi constare cum reliquis Artis scriptoribus, sed de insinuationibus se nova excogitasse, quas solus praeter caeteros in tria tempora divisit, ut certam viam et perspicuam rationem exordiorum traderet: ista vero divisio insinuationum in tria tempora ibidem cap. 6 amplius describitur, quae conferenda cum lib. I de Inv. cap. 17, ubi *tres causas* Cicero vocat, quae auctor Herennianus *tria tempora*, in quae se primum insinuationes distinxisse scribit; unde etiam colligi potest, diversos utriusque opusculi auctores esse. Quae vero auctor ad Herenn. lib. II, cap. 30, praecipit de indignatione per decem locos communes artificii rhe-

torici commovenda, ita defloravit ex lib. I de Inv. cap. 53 et 54, ut in decem istis locis communibus tractandis Ciceroni quidem adhaereat, sed nonnulla tamen amplioribus verbis extendat, vel in breviora contrahat, reliquos vero quinque locos a Tullio additos omittat, ut dissimilis adpareat: sed in cap. 31, de misericordia commovenda agens, eadem fere habet, quae lib. I de Inv. cap. ult. occurrunt, dictumque illud vetus, *nihil lacrima citius arescere*, sine auctore adfert, quod Apollonio Rhetori adscribit Cicero, a quo desumsisse Cornificium notat Cresollius Vacat. Autum. lib. III, p. 687, quum praecipit: *Commiserationem brevem esse oportet; nihil enim lacrima citius arescit:* sunt autem haec ipsa verba auctoris ad Herennium d. l., quae Cornificio tribuit Cresollius, quem supine descripsit Pareus ad Quinctil. lib. VI, cap. 1, p. 507, ubi dictum illud sine auctoris indicio Fabius profert. His plura similia passim deprehendent illi, qui accurata lectione singula artis Rhetoricae praecepta scriptoris utriusque component, quae vel plane eadem sunt, ubi praeceptor Herennianus Tullium sequitur ac describit, vel dissimilia, quando ab eo dissentit ipse, aut aliorum vestigiis insistit. Sed praecipue ex diligenti utriusque auctoris comparatione, singulorumque capitum collatione, in quibus eadem traduntur praecepta, plurima ex scripturae varietate indagari possunt a Criticis ad lectiones veras in alterutro scriptore stabiliendas, vel falsas reiiciendas, quod frequentius a viris doctis factitatum vellem, quemadmodum d. l. lib. I ad Herenn. cap. 8, legendum esse: *Illud genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, lenitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, errorem, misericordiam, rerum varietates*, etc. constabit ex compa-

ratione lib. I de Inv. cap. 19, prope finem: *Hoc in genere narrationis multa inesse debet festivitas, confecta ex rerum varietate, animorum dissimilitudine, gravitate, lenitate, spe, metu, suspicione, desiderio, dissimulatione, errore, misericordia* etc. Vnde patet, male viros doctos primo in loco *levitatem* praetulisse, et *errorem* expunxisse, nisi *levitate* altero in loco reponi praestet, ut *gravitati* opponatur. Istius generis plurima a me observata addi possent, si huius, quod nunc agimus, instituti essent.

Ab his vero, qui Lucio Cornificio Seniori, eidem, qui in bello civili Iul. Caesaris Quaestor, et pro Praetore missus fuit in Illyricum, hos ad Herennium libros adiudicant, in diversa abit Ger. Ioh. Vossius de Nat. et Const. Rhetor. cap. 13: cui varias virorum doctorum hac in re opiniones breviter recensenti magis credibile fit, esse L. Cornificium prioris Cornificii filium, qui Caesaris Octaviani partes secutus Brutum Iulii Caesaris percussorem pro tribunali accusavit, et Octaviani Triumviri favore Consul fuit A. V. C. DCCXIX. Sed docendum fuisse Vossio existimamus, Cornificium hunc filium inter Rhetores vel artis Rhetoricae praeceptores ab aliquo veterum, Quinctiliano aut Suetonio, laudari; quo eodem argumento refutat Nascimbenium, qui in Comment. ad lib. II de Invent. hoc opus largiendum coniecerat Laureae Tullio, Ciceronis liberto, qui et ipse Ciceronis nomine audit, et cuius exstat nobis Epigramma in Academiam, Ciceronis villam, quod edidi lib. II Antholog. Lat. Ep. 156. Et hinc in aliam potius coniecturam deflectit Vossius, esse Tullium Tironem, Ciceronis etiam libertum, quia hunc inter Rhetores illius aevi nomen habuisse, ex Plinio constet, qui lib. II Hist. Nat. eius meminit, quemque inter Rhetores claros retulerat Suetonius, ut ex Indice Achillis Statii patet,

ubi post M. Fabium Quinctilianum ultimus illorum, quorum vitae a Suetonio descriptae perierunt, vulgo recensetur IVL. TITO, sed pro quo TUL. TIRO legendum censent. Sub huius nomine circumferuntur hodie Notae scribendi compendiariae in fine Gruterianarum Inscriptionum: illius saltem quasi auctoris titulum iis praefixerunt, quia notas has primum commentum esse M. Tullium Tironem scribit Hieronymus in Chronic. Euseb. pag. 156 ed. Scalig. Nonnulla quoque eius scripta de Vsu et Oratione Linguae Latinae, Epistolae, Pandectae de variis Quaestionibus, a Gellio, alia a Plutarcho memorantur: vide notas ad Gellium lib. IV, cap. 10. Id certe probabilius mihi adpareret, si quid in his divinando assequi fas sit, quam quod nonnulli de Ciceronis filio somniarunt. Sed quem Tullii filium intelligant, in ambiguo relinquunt. An illum, quem secum de ratione dicendi disserentem introduxit, et instruit in Dialogo Partitionum Oratoriarum? hinc forte haec opinio nata fuit; eumdem opinor, quem Trebonius Ciceroni scribit lib. XII ad Fam. Ep. 16, se Athenis vidisse *deditum optimis studiis, summaque modestiae fama:* quae ad filium M. Tullium referenda, cui libros de Officiis inscripsit. Sed hunc Athenis a Gorgia Rhetore voluptatibus et comissationibus corruptum a patre degenerasse constat, ideoque id vel solo Senecae refutatur testimonio, qui Marcum Tullium *nihil ex paterno ingenio habuisse praeter urbanitatem, cuique natura memoriam demserat, et ebrietas, si qua ex ea supererat, subduxerat*, scribit Suasor. VII circa finem: vide de eo Corradi Quaestur. p. 275 et seq. Neque facile quemquam opinor amplexurum esse sententiam illorum, quibus referenda haec Rhetorica Herenniana videntur ad M. Gallionem, quia hunc inter Rhetores reponit Seneca, itidem Rhetor, et auctor Dialogi de claris Orat.

cap. 26, qui tamen dum *calamistros Maecenatis*, *et tinnitus Gallionis* reprehendit, illum inter tumidos et Asiaticos Rhetores reponit. Sic Iul. Caes. Scaliger lib. III de Re Poët. cap. 31 et 34, quae ex libris ad Herennium affert, Gallioni tanquam certo auctori adscribit; et Aldus Manutius in Praefatione ad Naugerium aliorum fide narrat, in codice quodam MS. antiquissimo, qui Romae in Bibliotheca Palatina exstare dicebatur, titulum hunc fuisse, M. GALLIONIS RHETORICORVM AD C. HERENNIVM LIBER PRIMVS: sed deletum Gallionis nomen, ita tamen ut legi posset, et pro eo, ut falso ac supposititio, T. CICERONIS superscriptum fuisse, licet ipse de rei veritate dubitet. Gallionem hunc eumdem censet Aldus, ad quem exstat Ovidii Epistola in Ponticis lib. IV, Ep. 11, sed in qua Elegia nihil occurrit unde a Rhetorices studio commendetur Gallio, quum ceteroquin Ovidius non omittat illas studiorum partes, quibus amici praecipue excelluerunt, ut observat Patruus ad Quinctilianum p. 218: quem vero M. Gallionem innuant Scaliger, aliique, haereo. Gallio enim ille, qui frater Senecae Philosophi, et Lucani patruus fuit, antea M. Annaeus Novatus, non M. Gallio, sed Iunius Annaeus Gallio dictus fuit, postquam a Iunio Gallione adoptatus esset: de quo plura notavi ad lib. III Anthol. Lat. Ep. 155. Sed neque ad illius aetatem hoc opus demittendum esse arbitror, neque ad illum Gallionem, quem sub Patris Gallionis nomine, ut ab alio distinguat, inter celebres, qui tempora sua antecesserunt, Rhetores enumerat Quinctilianus lib. III, cap. 1, circa finem: *Scripsit de eadem materia non pauca Cornificius, aliqua Stertinius, nonnihil Pater Gallio: accuratius vero priores Gallione Celsus et Lenas, et aetatis nostrae Virginius, Plinius, Rutilius.* Vides Quinctilianum adfirmare, patrem Gallionem tantum *nonnihil* de arte Rhetorica scripsisse, cuius

operam huic arti impensam valde tenuem fuisse oportet, quia post *non pauca Cornificii, et aliqua Stertinii*, tanquam minoris adhuc et levioris curae laborem subiungit, *nonnihil Pater Gallio:* sed eo priores Celsum, et Lenam accuratius hanc materiam tractasse; unde iustam coniecturam capio, neque illi Gallioni Patri, qui perfunctoria adeo cura nonnihil de hac arte commentatus est, tribui posse operosiores hos quatuor libros Rhetoricorum ad Herennium, quem illius Gallionis aevo vixisse etiam probandum esset; neque alii eiusdem nominis Gallioni adiudicandos, quem Senecae Philosophi fratrem, Rhetoris vero filium faciunt nonnulli, qui illius cum laude meminit in prooemio lib. III et V Controvers, et alibi. De eo vide A. Schotti Catalog. Rhetor. apud Senec. in *Iunio Gallione* pag. 16, ubi inter alia addit: *Huius Gallionis esse Critici quidam existimant Rhetoricorum ad Herennium libros, quos Cornificio Quinctilianus , M. Tullio Hieronymus adtribuunt.* Schottum vero cum Delrio mire fluctuasse in distinguendis Gallionibus, ad illum Fabii locum Patruus meus notavit.

Ceterum haec omnia hactenus enumerata quum admodum controversa sint et incerta, mihi persuasissimum est, ultro Te, SWEERSI politissime, concessurum, verum horum Rhetoricorum ad Herennium auctorem ignotum nobis latere, quem Ciceronem ipsum esse qui negant, iis me accedere profiteor. Becichemo enim et Sinibaldo Antonino nequaquam adsentiri possum, qui, ut Ciceroni hos libros adversus Raph. Regium vindicent, pro sententia sua praecipue afferunt, et in prima acie collocant illa, quae occurrunt lib. I, cap. 12: *Tullius heres meus Terentiae uxori meae* XXX *pondo vasorum argenteorum dato quae volet:* in quibus verbis a se ipso exemplum ducere videatur Cicero, illius igitur id

opus esse, contendunt. Regius vero inde νοθείας argumentum deducit, quod si in adolescentia hos libros sibi excidisse fateatur ipse, pateat inde falsitas tituli, quia tunc nondum uxorem Terentiam duxerat, aut filium Tullium procreaverat. Certe probandum fuisset Becichemo, et Sinibaldo Antonino eius vestigia prementi, Ciceronem valde iuvenem ante hos artis Rhetoricae libros a se conscriptos Terentiam in matrimonio iam habuisse, ac Tullii patrem fuisse, qui demum ei natus fuit quum annum aetatis quadragesimum tertium ageret; vel si praecepta haec Rhetorica adolescens quidem in Commentarios coniecerit, ea tamen maturiori aetate edidisse, hac uxore iam ducta. Tullium enim haec in adolescentia scripsisse aut edidisse, refutat ipsum operis initium, ubi se negotiis familiaribus ita impeditum dicit, ut vix satis otii studio eloquentiae sibi superesset, quod in philosophia libentius consumere consueverat, cui non nisi senior operam dedit: quae ostendunt virum natu grandiorem, non vero adolescentem loqui, ideoque haec Ciceroni non convenire, qui Rhetoricos libros rudes et inchoatos sibi adolescentulo excidisse queritur: et hoc praecipue inter illa, quibus Ciceroni abrogat hoc opus, urget Iacobus Proustius initio notarum in usum Delphini editarum, qui partim ex vocabulis durioribus, et nonnullis, ut ait, absurdis, puerilibus, et a libris de Oratore discrepantibus, in illorum partes etiam transit, qui Cornificio tribuunt, cuius nomen titulo inscripsit, quod propter Quinctiliani auctoritatem non firmo admodum talo inniti, iam supra satis dictum est. Quumque in libris ad Herennium, et de Inventione plurima persimili tractentur modo, existimat Cornificium hortulos suos ex Ciceronis fontibus irrigasse, vel utrumque Rhetoris alicuius antiquioris Hermetis, Hermagorae rivulos fuisse consectatum. Sed

eo decurrere vix necesse videtur, quia de Hermete isto Rhetore, et auctoris huius praeceptore, res valde incerta est. Mihi tamen, ut ad Terentiam Ciceronis uxorem, filiumque eius Tullium revertar, alio argumento, quam quo fecit Regius, hic utendum videtur, ut illa, quae a Becichemo, et Sinibaldo Antonino ei obiecta sunt, amoveamus; nimirum aut mentionem uxoris Terentiae et filii Tullii parum probare, Ciceronem ipsum operis huius auctorem esse, quia more Grammaticorum vel Iurisconsultorum (nam loquitur illic de filio, quem paterfamilias heredem fecit) generalia haec tantum et vaga nomina sint, quibus uti liceat cuicumque Grammatico aut Rhetori, adhibito tantum nomine proprio uxoris et filii inter antiquos notioris, quemadmodum saepe apud Iurisconsultos: *Titius filius meus heres esto: si moriatur, antequam pubes factus sit, tunc Seius heres esto. Titius heres esto, si hereditatem non creverit, Moevis heres esto*; et similia tritissima: vel, quod mihi verosimilius apparet, iis in verbis *Tullii*, ac *Terentiae* nomina intrusa fuisse ab impostoribus, ut eo magis operi huic Rhetorico ea arte quasi et fuco illustre Ciceronis nomen inscriberent. Idemque dicendum coniicio de *Tusculani* mentione, quam pro sua opinione non adduxisse Becichemum, equidem miror, lib. IV, cap. 50 fin. *Tametsi in Tusculano quidem coepi insanire, et in iisdem fundamentis aedificare:* vel adfirmari etiam potest *Tusculanum* in genere sumi pro quavis villa elegantiori in agro Tusculano sita, qui praediis superbissimis erat quasi consitus, unde et *Tusculanum* pro villa quacumque magnifica dicitur: vid. Hotoman. ad Cic. IV Verr. 57 p. 278. Vel denique locus hic nonnihil favere posset sententiae Vossii, Tullium Tironem divinantis, ut hic Ciceronis libertus loqui videatur, dicatque se aedificare in iisdem fundamentis villae

incensae, quibus antea Cicero ipse inaedificaverat: licet prius malim, quia non constat, Tironem post obitum Ciceronis possessorem eius villae fuisse, sed Antistium Veterem, ut patet ex Epigrammate supra indicato. Ne autem temere coniecisse videar, quae de Terentia coniuge, ac filio Tullio ab auctore operis ad Herennium memoratis, modo dicebam, erunt, ni fallor, manifestiora, si conferantur cum alio loco ex libris de Inventione, ubi eodem exemplo utitur Cicero, sed omisso utroque nomine proprio. Ipsa verba lib. I ad Herenn. cap. 12 sic occurrunt: *Paterfamilias quum filium heredem faceret, testamento vasa argentea uxori legavit hoc modo:* TVLLIVS HERES MEVS TERENTIAE VXORI MEAE XXX PONDO VASORVM ARGENTEORVM DATO, QVAE VOLET. *Post mortem eius vasa pretiosa et caelata magnifice petit mulier. Tullius se, quae ipse volet, in* XXX *pondo ei debere dicit* Haec, inquam, verba comparanda sunt cum similibus, quae leguntur lib. II de Invent. cap. 40: *Paterfamilias quum filium heredem faceret, vasorum argenteorum centum pondo uxori suae sic legavit:* HERES MEVS VXORI MEAE VASORVM ARGENTEORVM PONDO CENTVM, QVAE VOLET, DATO. *Post mortem eius vasa magnifica* (leg. *magnifice*) *et pretiose caelata petit a filio mater: ille se, quae ipse vellet, debere dicit.* Hic nimirum rogatos velim illos, qui ex verbis istis prioris loci ad Herennium: *Tullius heres meus Terentiae uxori meae* etc. defendere conantur, Ciceronem ipsum operis auctorem loqui, cur igitur non scripserit: *Paterfamilias, quum filium heredem facerem, vasa uxori legavi hoc modo* etc. Et quomodo haec scribens, dum viveret, potuerit addere, quae se defuncto inter uxorem filiumque acta fuerint: *Post mortem vasa petit mulier, Tullius ei se dare dicit.* Quae certe ridicula et absurda sunt, nisi quis argutari velit, verbis istis *Post*

*mortem* etc. poni tantum a scriptore vivente casum, qui post mortem suam locum posset habere. Sed cur, quaeso, in opere de Inventione, quod Ciceroni ut genuinum adscribitur, nomina propria absunt, *Heres meus uxori meae dato* etc., et in altero ad Herennium, quod vel iuvenem scripsisse volunt, antequam maritus aut pater esset, vel penitus ei abiudicatur, inserta adduntur coniugis ac filii nomina, *Tullius heres Terentiae uxori meae* etc.? Vnde clarissime liquere arbitror, vel interpolata a mala manu esse haec nomina, vel alium ac diversum a Cicerone, et quidem eiusdem aevi aut paullo post illius obitum viventem scriptorem loqui, sed ex consuetudine veterum artis rhetoricae et oratoriae magistrorum in eiusmodi argumentorum exemplis frequentata uti tantum his uxoris, filii, et alibi villae Tusculanae nominibus propriis, a celebri et illustri oratore Cicerone desumtis, tanquam loqueretur ipse. Illius igitur aevo proximum esse Grammaticum vel Rhetorem, affirmare ausim, sive cum Vossio Tullium Tironem, Ciceronis libertum, sive, quod tutius videtur, incertum esse scriptorem, de quo nihil aut parum nobis constet, quia plura eius opera hodie non supersunt, sed Ciceronianae tamen, ut dixi, aetatis statuamus: quod vel hinc, ut alia omittam, colligi posse opinor, quia omnia virorum in Rep. Rom. illustrium, quorum mentionem facit, exempla, et poëtarum veterum, quae adfert, loca, ad Augusti aetatem non extendantur; neuter enim ullius Caesariani vel Augustei aevi poëtae usquam meminit, aut exemplum historicum istius temporis adfert: cui sententiae ne quis obiiciat illa, quae leguntur lib. IV, cap. 1: *Etenim quum possimus ab Ennio sumtum, aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia, illa relinquere, et ad sua devenire.* Neque enim ultima loci huius verba indicant auctorem multis se-

culis ita distantem a Gracchi et Ennii exemplis, ut ad inferiora deiiciendus sit tempora, quum sic Cicero ipse potuisset loqui, adeoque et alius aetate ipsi compar; unde patet, ea referri posse ad aevi a Ciceroniana aetate non remoti exempla, a quibus abstinuisse videtur, ut Quinctilianus lib. III, cap. 1, etiam testatur, se pepercisse nominibus et exemplis viventium, quia venturum erat laudi eorum tempus, quum ad posteros virtus duret, neque invidia perveniat: quam causam etiam esse existimo, cur auctoritate et exemplis Ciceronis, cuius recens nimis erat memoria, non utatur hic auctor, vel eodem tempore, vel paullo post eius mortem scribens, quod ceteroquin posterioris aevi Rhetoribus et Grammaticis frequentiori in usu est, ut Quinctilianus aliique passim fecerunt; nisi dicamus, Ciceronis mentionem dissimulasse hunc scriptorem, quia illius de Inventione libros passim descripsit. Et his quidem argumentis alios hactenus usos ignoro, quemadmodum viris doctis inter illa, quibus Ciceroni recte hos libros adimunt, observatum dubito, auctorem hunc aliud opus suum *Artis Grammaticae* memorare lib. IV, cap. 12: *Haec, qua ratione vitare possimus, in Arte Grammatica dilucide dicemus*: ut pro *discemus* ex MSS. praeferunt Gruterus et Graevius, qui recte notat *dilucide discere* locutionem Latinis ignoratam, sed *dilucide dicere*, vel *docere*, usitatissimam esse: sic enim et lib. I, cap. 17: *Sedulo dedimus operam, ut breviter et dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus:* ita *rem dilucide narrare* lib. I, cap. 9, et *dilucide loqui* lib. II, cap. 2. *In primo libro loquuti sumus de exordio* etc. *nec pluribus verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus.* lib. I de Inv. c. 33: *Sed quia non satis alicui videbitur dilucide demonstratum;* et alibi. An igitur hi ad Herennium libri auctorem habent Ci-

ceronem, cuius opus *Artis Grammaticae* ignotum penitus est? neque enim ita deperditum illud facile existimandum est, ut nulla scripti huius Grammatici Ciceroniani superessent vestigia inter Fragmenta illorum, quae amisimus, aut nusquam eius apud aliquem Grammaticorum veterum exstaret mentio.

Sed iam diutius forte, quam fas erat, de Auctore horum ad Herennium Rhetoricorum tua tempora me moratum fuisse vereor, Amplissime Sweersi, quae Ciceroni perperam adscripta esse, te mihi assensurum non dubito, meque satis ex voto refutasse argumenta illorum, qui vel Tullio, vel Cornificio, vel alii cuicumque scriptori, levibus nimium coniecturis innixi, ea adsignarunt. Reliquum igitur tibi videbitur esse, ut verum ac genuinum Rhetorici huius foetus parentem indagatum a me, caeterisque notis et indiciis probatum exhibeam, quod iure tuo exigere posses. Id qui praestare valebit, magnum mihi Apollinem fore agnoscam, partim quia nulla Rhetorum, vel Grammaticorum veterum nobis supersunt monumenta, quae eumdem vel similem auctorem prodant aut demonstrent, partim quia non alia huius scriptoris ad posteritatem pervenerunt opera, e quibus res ad liquidum deduci possit. Ciceronem sane ipsum non esse, sed Ciceroniano tamen aevo vixisse, vel paullo post eius obitum haec literis mandasse, ac proinde ad inferiora tempora minime detrudendum esse, non infirmis rationibus me ostendisse opinor; sed nomine suo auctorem ignotum e situ excitare, atque ex tenebris hisce in lucem protrahere, quum a quoquam fieri posse desperem, sanius et modestius videri, ut ignorantiam candide profiteamur, quam vagis vel temerariis coniecturis et hariolationibus orbi erudito illudamus, mecum iudicaturum Te auguror. Hac igitur parte deficere et claudicare malo hanc qualemcumque

nostram commentationem, quam operam me ludere, et irritum laborem perdere. Quapropter *faciliorem mihi veniam deprecationis arbitrabor fore*, ut fere cum Quinctiliano prooem. Inst. Orat. loquar, *quod quum inter diversas, et quasdam etiam inter se contrarias virorum eruditorum opiniones difficilis esset electio, si non inveniendi nova, at certe de illis iudicandi, partes mihi sumserim*. Quod si Musis non omnino aversis mihi successisse censueris, de aliorum suffragiis, benevolis an iniquis, minus sollicitum me reddes. Ad alteram itaque Epistolae huius partem, sed multo breviorem, qua novae huius editionis rationem Tibi me redditurum promisi, accedo.

Quam sub exitum seculi proxime elapsi egregiam Ciceronis editionem, suis et optimorum commentatorum animadversionibus instructam, inchoavit Celeberrimus Ioh. Georg. Graevius, ad finem a viro praeclaro non fuisse elaboratam, merito dolemus. Nam Epistolas tantum ad Familiares et Atticum, Libros de Officiis, Catonem Maiorem, Laelium, Paradoxa, et Somnium Scipionis, tum Orationum Volumina absolvisse eum non nescis; obstante fato, ne et reliquis primam admoveret manum, aut supremam imponeret: quorum tamen nonnulla notis suis adornata et editioni parata reliquisse, et iam typographo suo commisisse Graevium suspicor, quae aliquamdiu illic delituerint, et post utriusque obitum alio, ni fallor, aberraverint. Illam certe sortem subiisse ineditas hactenus has in Libros IV Rhetoricorum ad Herennium, et in partem Librorum de Inventione, mihi patuit ex schedis earum autographis, quas duobus fasciculis comprehensas ante paucos abhinc annos, quum venales nostra in urbe exponi viderem ab obscuro quodam vilium libellorum tabernario inter nescio quas futiles quisquilias, nihil cum

literata eiusmodi merce commune habentes, quibus loco non suo sed valde alieno immixtae vagabantur, eas iure emtionis adquisitas ab interitu vindicaveram. Sed ne solus invento hoc thesauro fruerer, illas in publica rei literariae commoda typis describendas, et Graevianam Ciceronis editionem, insertis aliorum notis illum in modum, quo Graevius ipse priora curaverat, et haec quoque in schedis suis digerenda notaverat, hoc volumine augendam esse existimavi, praesertim quum rhetorica ad Herennium, et de Inventione, non edita fuerint a viris inter Anglos eruditissimis, Daviesio, Pearcio, Th. Bentleio, Toolyo, et Cockmanno, qui Graevianae editioni reliqua Ciceronis opera et curas succedaneas eadem forma addiderunt; ratus me gratiam non exiguam ab elegantiorum literarum cultoribus hoc munere initurum, simulque operam non inutilem, neque a statione mea publica alienam, navaturum studio eloquentiae, cuius egregia praecepta uterque hic libellus complectitur.

Contextum illorum Ciceronis operum, quae ipse edidit Graevius, ad splendidam et emendatissimam Petri Victorii editionem, quae Florentiae apud Iuntas An. CIƆIƆLXX prodiit, et hodie rarissima atque in paucorum manibus est, conformavit. Victorio enim prae caeteris salutem vitamque debet Tullius, adeo ut eius sospitator dici mereatur. Non tamen religioni duxit Graevius, aliquando ab ea recedere, ubi vel sana ratio, vel codicum praestantissimorum auctoritas id suaderet. Haec vero opuscula Rhetorica ad sex codices antiquos recensuit, quorum Erfurtensis omnium optimus et veterrimus est, cuius ope plurimas labes, quae praecedentes foedaverant editiones, etiam aliis Ciceronis operibus feliciter abstersit: illius codicis usum habuit a Fred. Bened. Carpzovio, Senatore Lipsiensi doctissimo, et

Ioh. Tentzelio, Ducum Saxoniae domus Gothanae Historico, scriptisque eruditis claro. Vid. Neocori et Sikii Biblioth. Nov. Libror. T. V, pag. 688 et 689, ubi Orationum editio Graeviana recensetur. Alter est Duisburgensis, quem olim Fr. Fabricii fuisse, toties Grutero laudatum, putat ad lib. II, cap. 16, p. 87, deinde Puteanum, Cauchianum, suum quoque codicem, et praecipue Pithoeanum adhibuit, quorum primus a Claudio Puteano, eruditione et honoribus illustri quondam inter Gallos viro, secundus a Ioh. Cauchio, Vltraiectinae olim civitatis ornamento insigni, quartus ab egregio illo et de literis tam praeclare merito Petro Pithoeo nomen habet. Ab Eduardo nempe Bernardo, Oxoniensi, non vulgaris doctrinae viro, habuit exemplar editionis Argentoratensis Lambinianae, in qua Pithoeus Orationes, et alios Ciceronis libros cum membranis manu exaratis contulerat, et minoris Gryphianae an. 1550, cuius margini idem adnotaverat varias lectiones ex duobus MSS. excerptas, inter quos codices optimus erat, cum quo Gryphianam composuerat, ut discimus ex Graevii praefationibus ante Cic. Orationes, et Libros de Officiis. Pithoeum vero et alias Ciceronis editiones, praeter duas istas Lambinianam et Gryphianam, ad vetustos codices exegisse oportet, quoniam possideo et ipse exemplar editionis Wechelianae Francof. 1590, cuius Tomus V complectitur opera Philosophica, Acad. Quaest. de Finibus, Tusculan. Disput., de Nat. Deor., de Divin., Fato, de Legibus, de Officiis, Catonem, Laelium, Paradoxa, et Somnium Scipionis, eiusdem P. Pithoei manu cum MSS. collata, et ad Tomum VI adscriptas variantis scripturae differentias ad tres priores libros Epistolarum ad Familiares. Inter vetustas editiones, quibus usus est Graevius, eminet prae caeteris Mediolanensis an. 1498, ut de Cratandri,

Victorii, Caroli et Roberti Stephani, P. Manutii et aliorum nihil addam, quarum in notis saepe memini. Recte vero suis observationibus praemisit notas Dion. Lambini, quas nescio cur in sua editione omiserit Gronovius; licet enim Lambino passim iniquior sit Gruterus, merito tamen eius in Ciceronem labores laudat Lipsius lib. I Var. Lect. cap. 20 Fulvii quoque Vrsini pauculas notas non negligendas notaverat, quas ex reliquis eius ad Ciceronem notis, Antverpiae apud Christoph. Plantin. 1581 editis, excerpsit. Lambinianis praeterea addidit optimas Iani Gruteri, tot aliis in literas nostras meritis inclyti, quem licet haud raro reprehendat Gronovius, illis tamen non facile carere vellent homines literati, quum plurimis iisque optimis codicibus fuerit usus. Sex enim consuluit Palatinos, quorum secundus, quartus, et sextus caeteris erant antiquiores; primum vero secundumque tertio meliores fuisse notat ad lib. II de Inv. cap. 2. Sextus olim fuerat Ioannis Palatini, ducis Bavariae ac Simerensis, qui pater fuit Frederici II Electoris, ut dicit ad lib. I ad Herenn. cap. 3. Membranas quoque Ampliss. Caroli Rechlingeri Vlricianas memorat ad lib. II de Inv. cap. 36, et praeter haec instuctus fuit copiis Iani Guilielmii, qui, iuvenis licet, Ciceroni ad codices vetustos emaculando immortuus fuit, inter alia usus membranis Fr. Fabricii, et excerptis ex codd. Gemblacensi, Erphurdensi, Bruilerensi, ac chartaceo Suffridi Petri, ut initio notarum monet Gruterus. Eumdem hunc adparatum criticum aliis Ciceronis operibus castigandis admovit Graevius, qui in praef. ad Epist. Famil testatur se ab Amplissimo Ioh. Sixio habuisse editionem Lambinianam cum libris vetustis collatam a Iano Guilielmio, et cum Palatinis codicibus a Grutero, quod idem exemplar recensetur in Catal. Biblioth. Sixian. inter codd. MSS. pag. 110. Horum etiam

observationibus adiunxi Iacobi Gronovii notas, qui in Rhetoricis his emendandis duos insignioris notae codices adhibuit, Florentinum, et Oxoniensem, quem Laudianum vocat ad lib. I de Inv. cap. 24. Nonnullas etiam codicis Traiectini variationes, et notulas paucas his subiectas videbis, quas editioni Gronovianae an. 1692, quam typographis exprimendam dedi, alleverat Celeb. Arn. Drakenborchius.

Caeterum quia Graevius notas suas, et quas iis inserui variantes veterum codicum lectiones, tantum perduxerit ad lib. I de Inv. cap. 23, fato forte praeventus, ne et reliquas adtexeret, non improbaturum te confido, quod defectus huius sarciendi et supplendi causa subiunxerim Animadversiones Ioh. Mich. Bruti, petitas ex editione Lugdunensi apud Ant. Gryphium 1570, formae minoris; quia nullam earum rationem habuerat Graevius, neque illas in sua editione exhibuerat Gronovius, dignas profecto, quas Lambini et Gruteri notis inseruissent; nam in contextu ad tres vetustos Gryphianos, aliosque codices, et antiquas editiones emendando occupantur: meminit earum ipse lib. III Epist. pag. 284, et Lambin. ad lib. II de Invent. cap. 54, laudatque Brutum magno ingenio et doctrina praeditum P. Victorius lib. XXXII Var. Lect. cap. 13, et virum pereruditum atque acerrimi iudicii vocat Graevius ad Cic. lib. I ad Att. Epist. 2, quorum encomiis nihil officere potest maligna Gebhardi morositas, qui Brutum hunc ut baronem sive fatuum ac stultum hominem perstringit ad Cic. V Tusc. cap. 2, sed ubi vide Daviesii notas. Sane Gebhardus provinciam sibi a Grutero demandatam in Cicerone ad vetustos libros castigandos rectius et maiore cum laude administrasset, si plus studii posuisset in emendate scribendo, quam in vellicando Lambino, Aldo, aliisque se longe doctioribus, ut notat

Graevius in praef. ad Epist. ad Familiares. Fuerunt etiam, qui Brutum in suis ad Ciceronem notis nonnulla Lambino subripuisse criminati sunt, sed a qua calumnia falso sibi intentata ipse se purgat operosa ad Lambinum epistola inter Epistolas Bruti, ubi pag. 602 et 603 ed. Berol. rationem exponit, qua in edendo commentandoque Cicerone versatus sit, et quomodo Hotomanni, Sigonii, Mureti, Faërni, ipsiusque Lambini notis fuerit usus, ita ut nihil sibi ipse de alieno sumserit, ingenuo animo laudans, quorum curas probaret, et cum nullius contumelia in quibusdam dissentiens. Hae certe notae in Rhetorica ad Herennium, et de Inventione, Brutum ab hac sinistra suspicione facile liberant, in quibus Lambini saepe cum laude meminit, sive eius coniecturas admittat, sive repudiet, emendationum nimiarum vel coniecturarum temere invectarum parcus ipse et abstinens. Criticos enim nimis audaces odisse Brutum patet ex eius Epistolis lib. III, pag. 346, quemadmodum fastidiosos Ciceronianos etiam valde aversabatur, ut docet Epistola ad Bargaeum lib. V, pag. 590 et seqq. Fuit autem hic Brutus, nam merito non suo hodie fere obscurior est, natione Venetus; Venetias enim patriam suam vocat in Adpend. Epist. pag. 1129, ex familia antiqua oriundus, qui adolescens Patavii literis operam dedit praecipue sub Lazaro Bonamico, cui summa necessitudine coniunctus fuit, ut et Mediolani Aonium Palearium, Pisis Petrum Ang. Bargaeum, Viennae Ioh. Sambucum, et alibi viros eruditione insignes habuit amicissimos. Sed dein fortunae iniuria et iniquitate, nulla tamen patriae culpa, neque ullo suo dedecore exclusus fuit loco, quem maiores eius per trecentos fere annos tenuerant, ut queritur in operosa ad Paul. Theupolum epistola, a quo ad scribendam patriae urbis Venetae Historiam

compulsus erat, quae extat in Adpend. Epistolar. Bruti pag. 1068, et inter Epistolas clar. Viror. ab ipso Lugduni editas lib. I, pag. 176. Hinc variis per Europam peregrinationibus omnem fere vitam consumsit, quarum partem describit in Epist. ad Vesp. Gonzagam. ibid. p. 100—104. His vero assiduis concursationibus fessus recessum quaesivit in Laurentiano, villa prope Lucam et Pisas, ubi in otio literato aliquamdiu moratus est, ut colligo ex eius Epist. ad Sylvium Vonicum pag. 211 et 212, aut in Andreae Duditii, ad quem scriptus est liber IV Epistolarum, villa Paschoviana, optimae Bibliothecae adparatu instructa, cuius delicias describit lib. III, pag. 322 et 323. In exteris enim regionibus, Hispania, Anglia, Gallia, et Germania peregrinatum fuisse patet ex eius Epistolis pag. 593: in Galliae autem urbe Lugduno ex officina celebris Typographi Antonii Gryphii praeter Opera Ciceronis, notis suis emendata, Epistolas clarorum Virorum, suis passim immixtis, edidit an. 1561, de quarum editione ipse agit Brutus in epistola ad Lambin. in Adpend. Epist. pag. 1138 ed. Berol. Istas vero Epistolas bonae frugis plenas esse, et nonnullas veterum scriptorum emendationes continere, sed editionem istam Gryphianam hodie rariorem, videbis in notis Patrui mei ad Tom. I Syllog. Epist. pag. 109, ubi Lipsius de Bruti Epistolis, quarum una centenis Lipsianis, licet eruditis, elegantior est, iniquissime iudicat. Ex illa vero Lugdunensi editione desumtae sunt Bruti Epistolae, quae in rarissima Cracoviensi an. 1583 desiderantur, et titulo Adpendicis leguntur sub finem editionis Berolinensis an. 1698, quam a viro Amplissimo Ioh. Fred. Cramero curatam esse patet ex Graevii praefat. ad Cic. Orat. pag. 9, licet in Adpendice nonnulla occurrant, quae iam antea in opere ipso fuerant exhibita, ut insignis epistola ad Petr. Ang.

Bargaeum, quae in Adpendice est pag. 1099 et seqq. paucis variatis edita erat lib. V Epist. pag. 583 ad pag. 592, et quae ex Bruti lib. I de Instauratione Italiae leguntur in Adpend. pag. 1072— 1081, ubi luculenta Venetiarum, seu patriae suae, descriptio est, eadem quoque iam ante edita erant pag. 621—631, ex cuius operis libro II prolixum fragmentum exstat pag. 1007 ad pag. 1061, quae omnia etiam inter Epistolas clar. Vir. a Bruto editas conspiciuntur lib. I a pag. 105 ad p. 168. Lugduni quoque edidit Historiam Florentinam an. 1562, hodie rarissimam, de qua legi meretur Franc. Luisini epistola ad Brutum inter clar. Vir Epist. lib. I pag. 229 et 230, ex qua facile refutatur id, quod alii affirmant, hanc Bruti Historiam Florentinam minime honorificam fuisse domui Mediceae. Alii quoque in ea culparunt, quod ab alta nimis et fabulosa antiquitate res repetierit, sed quam censuram rei Romanae scriptorum, Bembi Historiae Venetae, M. Ant. Sabellici, aliorumque exemplo retudit P. Ang. Bargaeus epist. ad Brutum inter easdem claror. Viror. Epist. lib. I pag. 224 et seqq. Ex Gallia Basileam se contulit, ubi multam expertus est humanitatem Theodori Zuingeri, cui *Theatrum vitae humanae* inter ingentium Voluminum auctores nomen dedit. Basilea in Transilvaniam an. 1574 discessisse Brutum, verosimile est, honorificentissima conditione evocatum a Stephano Bathorio, istius tum regionis Archonte, ut patet ex eleganti eius epistola Stephano huic scripta lib. X Epist. pag. 84 et seqq. et hunc biennio post Poloniae Regem creatum, cuius honoris fastigium ipsi gratulatur lib. I Epist. 1 et 2, illuc secutus est, commodam habitationem nactus in Arce Cracoviensi, et eodem Historiographi Regis Poloniae, quo antea Transilvaniae Principis, titulo et munere ornatus, ut res Dacicas et Pannonicas decribe-

ret: cuius operis saepissime meminit in Epistolis; ut lib. I, pag. 177; lib. II, pag. 205, 206, 221, 228, 229; lib. III, pag. 294, 315, et 345, et lib. IV, pag. 511. Sed Historiam hanc Bruti Dacicam et Pannonicam unquam editam dubito, cuius se libros XII iam confecisse scribit lib. I Epist. pag. 80. Brutum certe Regis Poloniae Historicum et Consiliarium scribere tantum meditatum fuisse Historiam Hungaricam et de Stephano, dicit Reiner. Reineccius in Epist. Hist. pag. 42. Huc forte etiam spectant Philippi Callimachi libri III de vita et rebus gestis Vladislai Hungarorum, et Polonorum Regis, quos edidisse Brutum ex iisdem eius Epistolis liquet. Post obitum vero illius Stephani Bathorii, Poloniae Regis, an. 1587, quum adsumtus esset in comitatum Guilielmi S. Clementis, Legati Regis Hispaniae Philippi ad Rudolphum II Imp., regnum Poloniae reliquit, iam septuagenarius, operamque suam deinceps addixit Imp. Maximiliano, Sacrae Caesareae Maiestatis Historici titulo insignitus. Hoc loco positus Orationem conscripsit de Ernesti Archiducis Austriae, totiusque Austriacae familiae laudibus, quae Legato isti Regis Hispaniae dedicata legitur post Bruti Epistolas in editione novissima Berolinensi. Constituisse etiam post Lazium scribere de Imperatore Ferdinando patet ex lib. III Epist. pag. 259. In his vero regionibus vitae exitum invenisse Brutum, mihi credibile fit; licet de tempore, quando e vivis excesserit, aut loco, ubi defunctus fuerit, vix constet. Caeterum praeter haec scripta Bruti paulo ante enumerata, quae vel edidit vel meditatus fuit, etiam memorat in Epistolis lib. III, pag. 284, notas suas in Horatium, cum Lambinianis excusas, quae exstant in sola rarissima editione Veneta Pauli Manutii an. 1566: in Iul. Caesarem quoque libellum variarum lectionum edidit, quas se dedicasse Andreae Marino scribit in Adpend.

Epist. pag. 1121, et illae quidem habentur in Caesare Iungermanni ed. Francof. 1606. Sed praeter has varias lectiones adornavit etiam Caesaris commentarios multis animadversionibus emendatos, adiecto volumine uberiori, quo voces et locutiones Caesaris omnes, rerumque descriptiones, ad supellectilem historicam aliis suppeditandam illustraverat, quem librum Basileae edere, et Transilvaniae Principi inscribere in animo se habuisse scribit lib. II Epist. pag. 220. Sed haec de fatis, scriptisque Bruti huius notata sufficiant, quae operosius recensere paraveram, eumque in finem Epistolas illius diligenter perlegere et excerpere iam inceperam, sed impetum hunc repressi, postquam incidissem in Neocori, et Sikii Biblioth. Novor. Libr. Tom. III an. 1698, ubi pag. 559 ad pag. 568, accurata satis de Bruti vita ac scriptis instituta est recensio, quae si conferatur cum illis, quae congessit Baylius in Lexico Critic. et Histor. Tom. I, pag. 687 et seqq. videbis omnia fere ex solis Bruti Epistolis desumta et electa, sed haud pauca, hic a me commemorata, omissa esse: unde simul tamen liquet, quam utiles et necessariae ad fata virorum eruditorum indaganda sint eorum Epistolae, quas hodie a plerisque tam fastidiose contemni ac negligi, saepe te, SWEERSI, mercis huius literariae studiosissime, iure querentem et mecum indignantem memini.

Notis vero Bruti additas vel praemissas forte nonnulli exspectassent Manutianas, quia illas singulis Ciceronis, quae edidit, voluminibus ad finem subiecerat Graevius, magis profecto, quod ipse fatetur, ut typographorum opinioni ac voluntati, quam animo suo, morem invitus gereret. Nam in Praefat. ad Libros de Officiis testatur Aldum praeter variantes codicum MSS. lectiones nihil de suo promsisse, sed omnia illic

ex H. Wolfii et Xysti Betuleii notis; ideoque eas, quia Manutiani nominis famae non responderent, omissas maluisset; quemadmodum idem Aldus alibi quoque aliorum messem excantavit, et in sua ad Iul. Caesarem scholia omnes Ioh. Rhellicani observationes, nulla eius mentione facta, transtulit; sic et in hos Rhetoricorum libros omnia eum ex Toxita derivasse, in Praefatione sua, quam ex schedis eius exhibui, admonuit Graevius, qui dedicationi Aldinae praemittendam notaverat dedicationem Toxitae, et suae praefationi subiicendam Antonii Riccoboni a Ioh. Mar. Matio Brixiano Defensionem, ex opere Riccoboni de Vsu artis Rhetoricae pag. 667 et seqq. ut et Libris de Inventione adiungere Marii Victorini scholia proposuerat, quod patet ex Indice Interpretum Tullianorum post eius Praefat. in Epist. ad Famil. Sed cur ista praetermiserim, rationem in superioribus dedi. Vtinam vero pro commentatione Manutiana haberemus Salmasii notas, quas in Auctorem Rhetoricorum ad Herennium, ex codicibus vetustis a se emendatum, promisit ad Tertullian. de Pall. pag. 199, quae tamen non memorantur in Catalogo anecdotorum Salmasii scriptorum, Epistolis eius praefixo, ut alia plura a Viro magno promissa illic neglecta sunt. Egregia denique et pulcherrima accessione editioni huic nostrae coronidem imposuit Vir Celeberrimus et eruditissimus Franciscus Oudendorpius, qui pro summa amicitiae necessitudine ultro mihi concessit, et ad finem subiungi permisit notas suas in utrumque hoc Rhetoricorum opus, quae ad sex codices Leidenses, et editionem Mediolanensem an. 1474, atque Omniboni an. 1476, diligentissime exegit. Breves illae sunt in libros ad Herennium, sed uberiores ad Rhetorica Ciceronis de Inventione, quia in illorum praecipuam partem desiderantur notae Graevianae.

Haec erant, SWEERSI Amplissime, quae Tecum de Auctore Rhetoricorum Herennianorum, et copiis literatis, quibus novam hanc editionem instruxi, communicanda et iudicio tuo submittenda habebam; quibus si nonnihil meruisse me de Cicerone, et laudatissima Graevii editione locupletanda, Tibi, aliisque peritis harum rerum arbitris videbor, non leve operae pretium tulisse me existimabo, eademque alacritate et ardore ad literas elegantiores, quantum in nobis est, porro promovendas, aliaque maiora tendanda et orbi erudito impertienda me adcingam. Vale, Vir eximie, meque inter primos virtutum tuarum cultores numerare, ac Musis nostris favere perge. Dabam e Santhorstiano ipsis Nonis Octobr. CIƆIƆCCLX.

IOH. GEORG. GRAEVII

# PRAEFATIO

Primo loco collocantur Libri Rhetoricorum ad Herennium, cuiuscumque sint auctoris, antiqui certe et aetatis optimae. Quae de illo viri docti seculo superiore disputarunt, praemissa sunt Aldi Manutii Commentario, qui tamen Manutii non est, sed Michaëlis Toxitae Rhaeti, qui anno MIↃLVI in officina Ioannis Oporini Basileae commentarium totum cum typographicis etiam mendis, quas tamen Veneti cumularunt, exscripsit. Non credidissem hoc aliis dicentibus, nisi meis oculis mihi fuisset credendum. Non tantum verba omissa in commentario Aldi Manutii nomen praeferente, ex Toxita restitui, sed et integras periodos. Notabilis maxime est locus in explanatione ad cap. 53 libri IV in quibus haec verba habentur apud Aldum: *Item illud*:

*Demissum lapsi per funem.*

*Sic enim equi Troiani altitudo demonstratur, et apud Homerum, quum Menelaus Graecos in equo sedisse de*

*oratore Siculo, et oratore malo notus est locus.* Vnde nullam possis elicere sententiam. Quomodo enim ullam pervestiges, quum plures sint versus in Aldina omissi, qui ex Toxita sunt reponendi, ut explanatio possit intelligi. Hi nimirum: *In equo sedisse dicit, ostendens uno verbo equi magnitudinem. Alter modus ex* αμφιλογία ἢ διττὸν, *quod est, aliud verbis dicitur, aliud mente intelligitur, unde* ευτραπελία *nascitur. Est enim hoc* σχῆμα γελοῖον καὶ σκεπτικὸν, *quo in iocis, ridiculis, et sarcasmo utimur, ut in hoc loco cernere, videre, et possidere significat, hoc est, multa per fas et nefas acquisivisse. Vtimur etiam in sensu contrario, quum dicimus aliquem nec in cella vini, nec in penu olei et frumenti quidquam cernere, hoc est, mendicum esse. Item illa ex secundo de Oratore, de Siculo etc.* Haec omnia sunt apud Aldum vitio librariorum omissa, sine quibus tamen locus huius commentarii est mancus et mutilus, nec potest intelligi, nisi ex Toxita, ex quo verbum de verbo descripsit, nihil de suo addens, nisi vix in tribus aut quatuor locis, iisque paucissimis et nullius momenti verbis. Delevissem sane Aldi Manutii nomen, et pro illo substituissem Michaëlis Toxitae, veri huius commentarii auctoris, nisi typographis fuisset hic, ut in multis aliis, invito mos gerendus. Volunt illi totum Manutii in Ciceronem commentarium huic editioni includi. Itaque nolebant Manutii nomen expungi, ne quis calumniari possit, aliquid a Manutiis ad Ciceronem illustrandum dictum factumve esse, quod in illorum editione non inveniretur. Iussi tamen Manutii prooemio praefigi epistolam Toxitae, qua suas ex-

planationes commendat suis patronis. Nemo autem mirabitur os Aldi, quum nec pudentior fuerit in notis ad Libros de Officiis, et qui eis iunguntur, ut in adlocutione ad Lectorem ibi notavi. Sex MSS. codicibus usus sum, Erfurtensi, Puteaneo, Pithoei, Cauchiano, Duisburgensi, et meo; editione antiquissima anni 1478, quam Ioanni Kolio debeo, aliisque vetustioribus. Vale.

# RHETORICORVM

AD

# C. HERENNIVM

LIBRI QVATVOR

# RHETORICORVM

## AD

# C. HERENNIVM

## LIBER PRIMVS.

### *ARGVMENTVM*

*Libro primo Cornificius, sive quisquis librorum horum auctor est, de quo parum utique inter doctos constat, hoc inquam libro agit, pauca praefatus, de oratoris officio, tribus causarum generibus* cap. 2, *et de inventionis partibus, de exordio* cap. 3-7, *de narratione* cap. 8-10, *et de confirmatione et confutatione, quae quoniam ex causae cuiusque constitutione pendet, de tribus constitutionibus causarum, coniecturali, legitima, et iuridiciali, praecipit* cap. 11-17. I. A. Ernestvs.

Etsi negotiis familiaribus impediti vix satis studio suppeditare possumus, et id ipsum, quod datur otii, libentius in philosophia consumere consuevimus: ta-

*Rhetoricorum ad Herennium lib. I*) Haec est inscriptio huius libri in editionibus Victorii, Caroli Stephani, P. Manutii, et aliorum antiquiorum. Accedit meus MS., nisi quod is addat: *M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum liber primus ad Caium Herennium incipit feliciter*; quamvis Ciceroni olim viri doctissimi iure hos libros ad Herennium abiudicarint, et verosimiliter adsignarint eos Cornificio. Graevivs.

*Etsi negotiis familiaribus impediti*) Petrus Pithoeus in margine Lambinianae editionis notat: *Vel prooemium indicat non esse Ciceronis opus.* Id.

*Vix satis otium suppeditare possumus*) Sic in omnibus quidem libris

men tua nos, C. Herenni, voluntas commovit, ut de ratione dicendi conscriberemus, ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem putares. Et eo studiosius hoc negotium suscepimus, quod te non sine causa velle cognoscere rhetoricam intelligebamus. Non enim

1. *Tua causa noluisse nos, aut fugisse.* MSS omnes, *noluisse, aut fugisse nos.* Edd. *aut nos fug.* Recte coniecisse Verburgium credo, *aut nostra fugisse*, vel. *f. nostra.* Ovd. Quidam immutant hunc ordinem, et legunt *aut fugisse nos*, unde facile et eleganter fiet: *Ne aut tua causa noluisse, aut fugisse nostra laborem* etc. Vt Auctor tam respectu Herennii, quam sui ipsius reddat rationem, quae illum compulit ad scribendum. Verbvrg. — *Rhetoricam.* Vocem *artem* male a recentioribus Edd. fuisse intrusam testantur MSS. O. et Edd. vett. licet ita vulgo legas quoque apud Priscianum L. III, pag. 611, *artis Rhetoricae.* Sed et ibi istas voces esse spurias clamant caetera Prisciani loca, semper modo citantis e L. I, II, III etc. *ad Herenn.* Non alienus sum a I. Gronovii sententia, qui ex inscriptione, quam aliquot Codd. et Edd. primae prod–unt *Rhetoricorum*, divinavit legendum *Rhetorica.* Ovd. *Artem* abest manuscriptis reperi, atque idcirco nihil mutavi: sed vox *otium* videtur mihi ab aliquo adiecta, et ita legendum: *vix satis studio supped. poss.* ut *suppeditare* accipiamus absolute, pro ἐπαρκεῖν, id est sufficere; quod nostro sermone diceremus: *à peine pouvons nous fournir à l'étude;* Italico: *a fatica possiamo bastare allo studio.* Quum simus toti fere occupati negotiis familiaribus, vix ulla nostri pars superest, quae in studio versari possit. Lambin. Palat. quartus notae optimae liber, non agnoscit illud *studio;* aberatque item a membranis Francisci Fabricii, quibus usus fuit Guilielmius noster: qui praeterea adscripserat heic ad oram libri sui variantes lectiones excerptas ex codice Gemblacensi, Erphurdiensi, Bruilerensi, denique e chartaceo Suffridi Petreii. Ego autem usus sum Palatinae Bibliothecae exemplaribus sex, quorum secundus, quartus, ac sextus erant antiquiores caeteris. Grvt. MSS. *Vix satis otium suppeditare.* Graev.

*Ne aut tua causa noluisse nos, aut fugisse laborem*) Pith. et meus MS. *Ne aut tua causa noluisse, aut nos fugisse laborem.* Erfurt.: *Ne aut tua causa noluisse, aut fugisse laborem nos putares.* Idem.

*Cognoscere artem rhetoricam*) Deletis vocibus *artem rhetoricam*, sic legendum putabam: *non sine causa velle cognoscere intelligebamus;* ut subintelligatur, vel repetatur ἀπὸ κοινοῦ, *rationem dicendi*, quod antecedit. In nonnullis codicibus non est vox *artem.* Lamb.

*Cognoscere artem rhetoricam*) Nullus e sex Pall. admisit voculam *artem:* ideoque videtur expungenda: quamvis pro ea contra Lambinum puguet Guilielmius. Grvter. Quam iuste tueri mediam vocem nonnulli potuerint, videant; certe etiam in tribus nostris exemplaribus non adest. Porro quamquam bis, nempe libro III in principio et in fine totius scripti huius sic loquatur, occurrit tamen lib. II, 27: *Veluti qui rhetoricam vituperant propter alicuius oratoris vituperandam vitam.* Et fine libri III: *De quinta*

parum in se fructus habet copia dicendi, et commoditas orationis, si recta intelligentia et definita moderatione animi gubernetur. Quas ob res illa, quae Graeci scriptores inanis arrogantiae causa sibi assumserunt,

ab omnibus Pall. MSS. it. a Lips. Ern. — *Porum habet in se fructus.* Lege e quatuor vel quinque vetustioribus nostris. *in se porum fructus habet.* Edd. pp. *in se fr. hob.* Oud. — *Inanis a. c. s. assumserunt,*

*parte Rhetoricae deinceps dicemus*; ubi substantivum aeque videmus negligi. Vtique et Velleius ita *comicam novam* dixit, et Ausonius *sophisticam*. Sed tamen videndum, quum in MSS. legatur, *cognoscere Rhetoricam intelligebnmus*, an non illud *M* venerit ex duplicata temere prima syllaba verbi sequentis, et auctor dederit *rhetorica*. Nam quum Asconius in Divinationem et Orationem de Praetura urbana citet librum primum Rhetoricorum, et ea propter, quae citat, tam in libro I de Inventione, quam ad Herennium exstent; ut fatendum quidem est ab Mario Victorino illa vocari Rhetorica; ita sciendum quoque est, hos ad Herennium libros in MSS. non minus appellari Rhetorica; quem titulum sic in MS. conceptum vidi: *M. Tullii Ciceronis ad Caium Herennium Rhetoricorum liber explicit*; et testatur idem de duobus P. Lambecius in libro II Comment. Bibl. Caesareae, quidquid alii negent. Iac. Gronov. *Artem* non agnoscit MS. Traiectinus, in quo titulus est huic libro *Rhetorica nova*. Burm.

*Velle cognoscere Rhetoricam*) Lambin. Grut. et recentiores edd. *Velle cognoscere artem Rhetoricam*. Sane Pithoeus quoque notavit in MS. se legisse: *M. Tullii Ciceronis novae Rhetoricae lib. I incipit*; at in V. C. Theod. Bezae Vezelii scriptum fuisse: *M. Tullii Ciceronis ad Herennium artis rhetoricae lib. I incipit*. In meo codice est: *M. Tullii Ciceronis Rhetoricorum liber primus ad Caium Herennium incipit feliciter*. Sed in hoc loco *cognoscere artem Rhetoricam*, nec in Pithoei, nec in meo quoque codice legitur *artem*, nec in Mediolanensi 1478. Sed nec in P. Victorii Iuntina editione Veneta 1537, nec in Caroli, nec Rob. Stephani, et omnibus antiquioribus editionibus. Cur ergo in recentibus toleratur? Graev.

*Non enim parum habet in se fructus*) Erfurt. *non in se parum fructus habet*. Idem.

*Si recta intelligentia, et definita moderatione animi gubernetur*) Hoc est, si prudenter et modeste utamur eloquentia, si illa non abutamur ad seditiones concitandas, quales sunt tribunitiae conciones, et ad imbuendos homines pravis opinionibus, qualis fuit eloquentia sophistarum, et illorum philosophorum, qui disserebant nullam esse iustitiam, nullam divinam providentiam. Hi sunt, qui non intelligenter seu recta intelligentia gubernant eloquentiam, quam propterea tantopere improbat Plato in Gorgia, et aliis in locis. Graev.

*Definita moderatione animi*) Vox *definita* abest a quibusdam lib. vet. Lamb. MSS. quidam *Moderatione animi*. MS. meus, *Diffinita moderatione animi*. Graev.

*Scriptores inanis arrogantiae causa*) Lamb. ed. *scriptores arrogantiae causa*. Burm.

reliquimus. Nam illi, ne parum multa scisse viderentur, ea conquisierunt, quae nihil attinebant, ut ars difficilior cognitu putaretur: nos autem ea, quae videban-

*reliquimus.* Omnes bene servant *inanis.* Sed in vetustioribus et plerisque est *relinquimus.* In nonnullis *assumsere*; et mox in O. est *conquisiverunt.* OVD. *Arrogantiae causa.* Lambinus sublatam vocem *inanis* e verbo *arrogantiae*, tanquam alieno loco, paullo infra *gloriae* adiungit: et sane epitheton est multo magis gloriae aptum, quam arrogantiae. Excusis quidem cum manuscriptis convenit; e quibus, ne quem hoc fugiat, aliquot principio carent: a distributione temporis, quo quis uti principio possit; nimirum, *tria sunt tempora, quibus principio uti non possumus*, initium facientes. BRVTVS. — *Quae nihil attinebant.* Ed. A. 1474, *q. n. ad artem a.* Omn. *q. n. ad propositum a.* E glossa. OVD. *Quae nihil ad propositum attinebant.* Lambinus, ut videtur, ex ingenio loco emendato, duo hinc verba sustulit, *ad propositum*; cuius coniecturam, Aldi et Victorii

*Arrogantiae causa*) Vocem *inanis*, quae fuerat alieno loco posita, et suo motu (nam debet poni infra sexto abhinc versu, et coniungi cum voce *gloria*) ego hinc sustuli, et in suum locum restitui. LAMB.

*Inanis arrogantiae causa*) Pall. omnes, et Guilielmiani hoc loco retinent illud *inanis*, quod Lambinus adiungit infra voci *gloria.* Apparet quidem eo commotum, quod ore vulgi teratur *inanis gloria*, non item *arrogantia inanis.* Quomodo tamen locutum hunc scriptorem quid vetat credere? Certe non repugnat aut latinitatis ratio, aut sententiae. Miseram vero optimorum scriptorum sortem, si hoc modo illis praescribere, et pro captu nostro quidvis immutare nobis licebit. Haec Guilielmii schedae. GRVT. *Inanis arrogantiae* etiam retinet MS. Traiectin. BVRM.

*Ne parum multa scisse viderentur*) Erfurt. *Ne parum multa scisse videantur.* GRAEV.

*Assumserunt, reliquimus*) MS. et Edd. vett. *Assumsere, reliquimus.* ID.

*Ea conquisierunt*) Sic edidi secutus vetustissimos libros, in quibus ita legebatur, non *conquisiverunt*; etiam cap. 10 *quaesisse* vel *quaesisse* habent libri vetusti, et priores editi, ubi Gruterus retulit *quaesivisse*; frustra: et ideo recorrexi. Sic IV, 3, *nescierunt.* GRON. Al. *Ea conquisiverunt.* Quamvis mei codices cum vulgatis *conquisiverunt* scribant, assentior tamen Iac. Gronovio ex suis libris reponenti *conquisierunt.* GRAEV.

*Quae nihil attinebant*) Sic legendum, non *quae nihil ad rem attinebant*, aut, ut habent alii libri vulg. *ad propositum attinebant*; ita enim usitate loquuntur boni scriptores, *quae nihil attinent*, sine adiectione. M. Tull. Acad. Quaest.: *Nihil attinet de assensione omnia loqui.* Idem Off. lib. ..... *Neque enim naturae attinet repugnare.* Idem Accus. lib. V: *Quid enim attinuit te iubere, in ea parte figere, quae ad fretum spectaret?* Horat. lib. I, Od. 19: *Nec versis animosum equis Parthum dicere, nec quae nihil attinent.* LAMB. Eiecimus binas dictiones *ad rem*, quae in nullo comparebant Palatinorum, nam primus earum loco habebat, *ad propositum.* GR. Sic et MS. Traiect. BVRM.

*Quae nihil attinebant*) Edd. *Quae nihil ad rem attinebant.* GRAEV.

*Nos autem ea, quae videbantur*) Erfurt. *Nos quae videbantur.* IDEM.

tur ad rationem dicendi pertinere, sumsimus. Non enim spe quaestus, aut gloria commoti venimus ad scribendum, quemadmodum caeteri; sed ut industria nostra tuae morem geramus voluntati. Nunc, ne nimium longa sumatur oratio, de re ipsa dicere incipiemus; si te unum illud monuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multum iuvare; ut intelligas, hanc rationem praeceptionis ad exercitationem accommodari oportere.

2. Oratoris officium est, de his rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus, ac legibus constitutae sunt, cum assensione auditorum, quoad eius fieri poterit. Tria sunt genera causarum, quae recipere debet orator: demonstrativum, deliberativum, iudiciale. Demonstrativum est, quod tribuitur in alicuius certae

editio, tum e tribus Gryphii manuscriptis libris unus, qui integer est, confirmat, in quo ea verba absunt. Br. — *Pertinere.* Exsulat a m. pr. Voss. tert. Oud. — *Spe quaestus aut gloria.* In Leidd. pr. ac qu. et Voss. pr. *gloriae*, quod recipiendum duco. Idem. — *Sed site.* Ita habent impressi omnes: in uno Gryphii manuscripto *sed* particula abest. Brutus.

2. *Moribus ac legibus.* In sex membranis et Edd. pp. *m. et l.* Oud. — *Quoad eius fieri poterit.* Recte quidem Capidurus, finem Oratoris esse persuadere dictione, verum haud recte locutionem ellipticam integrat. Primo enim recti casus vox deest, quae esset *aliquid*; et secundo *τὸ eius*

*Aut inanis gloriae* ) Sic restitui ex codice manuscripto, quum antea legeretur, *aut gloria commoti;* licet etiam legere, *aut inani gloria commoti.* Lamb.

*Aut gloria commoti* ) Lamb. ed. *aut inanis gloriae*, ex MS. ut ait. In MS. sane Ant. Cauchii et Duisburgensi legebatur *aut gloriae commoti*, scilicet *spe*, quod mihi valde probatur. Graev.

*De re dicere incipiemus, si te unum illud monuerimus* ) Non modo Duisburg. *De re dicere incipiamus:* sed et *Sed te unum illud monuerimus.* Id. — *De re ipsa.* Τὸ *ipsa* additum a Schütz in edit. quae prodiit Lips. 1804.

*Non multum iuvare* ) Malim legi, *non multum adiuvare.* Lamb.

*Ad exercitationem accommodari*) Al. *Accommodari ad exercitationem.* Pith. *commodari ad exercitationem.* Graev.

*Cum assensione auditorum*) Duisb. *cum assensione auditoris.* Burm.

*Deliberativum, iudiciale*) Duisb. et meus *Deliberativum, et iudiciale.* Graev.

*Demonstrativum est* ) Imperite dixerunt Latini *demonstrativum*, quod Graeci ἐπιδεικτικόν, quum *ostentativum* potius debuerint dicere, ut docet Quinctil. lib. III, cap. 4. Lamb.

*Quod attribuitur in alicuius* ) Erfurt. *Quod tribuitur in alicuius.* Idem.

personae laudem, vel vituperationem. Deliberativum est, quod in consultatione positum, habet in se suasionem, vel dissuasionem. Iudiciale est, quod positum in controversia, habet accusationem, aut petitionem cum defensione. Nunc, quas res oratorem habere oporteat, docebimus; deinde quo modo has causas tractari conveniat, ostendemus. Oportet igitur esse in oratore inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem. Inventio est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium, quae causam probabilem reddant. Dispositio est ordo, et distributio rerum, quae demonstrat, quid quibus in locis sit collocandum. Elocutio est idoneorum verborum et sententiarum ad inven-

in tali oratione supplendum est ex ea sententia, quae proxime praecessit, licet non semper unica voce eam supplere possis, sed magis respiciendum sit ad integrum sensum, quam ad aliquam in ea vocem. Hoc sane loco *eius* respicit *dicere cum assensione auditorum*, quae voces, si cum *eius* iunguntur, tanquam in generandi casu positae debent respici. Verb. — *Deliberativum est, quod in consultatione positum habet.* MSS. sex, *delib. est in consultatione, quod habet*: mox *persuasionem* Ed. 1476. Ovd. — *Quod positum in controv. habet.* O. *q. p. est in c. et quod h.* Id. — *Has causas tractari.* Voss. pr. *has res tractare.* Leid. tert. *tractare.* Id. — *Memoriam et pronunciationem.* Delenda est copula, auctoribus MSS. O. Idem. — *Quid quibus in locis sit c.* Membranae sex carent praepositione, et recte, cum Edd. primis; *quibusque* Voss. tert.

*Laudem vel vituperationem*) Erfurt. *Laudem et vituperationem.* Id.

*Deliberativum est, quod in consultatione positum, habet in se* etc. Adblanditur mihi scriptura Pal. quarti: *Deliberativum est in consultatione, quod habet in se.* Grvt. Sic et Erfurtensis. Graev.

*Suasionem vel dissuasionem*) MSS. et edd. nonnullae, *suasionem et dissuasionem.* Al. edd. *persuasionem et dissuasionem.* MSS. *suasorem et dissuasionem.* Id.

*Quod positum in controversia habet*) Erfurt. *Quod positum est in controversia et habet.* Duisb. *quod positum in controversia in se habet.* Graev.

*Memoriam, pronuntiationem*) Sic Erfurt. Duisb. et ed. Cratandri Basil. Vulgatae addunt copulam, *Memoriam et pronuntiationem.* Sic in praecedentibus *demonstrativum, deliberativum, iudiciale*, quidam libri addunt copulam. Idem.

*Quid quibus in locis sit collocandum*) Sic Vulgg. Erfurt. et alius Cauchii MS.: *Quod quidque loco sit collocandum*, quod placet. Cratand. ed. *quid quibusque locis conveniat et collocandum sit.* Idem.

*Verborum et sententiarum*) Erfurt. *Verborum ac sententiarum.* Idem.

tionem accommodatio. Memoria est firma animi rerum et verborum et dispositionis perceptio. Pronuntiatio est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. Haec omnia tribus rebus assequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione. Ars est praeceptio, quae dat certam viam rationemque dicendi. Imitatio est, qua impellimur cum diligenti ratione, ut aliquorum similes in dicendo velimus esse. Exercitatio est assiduus usus consuetudoque dicendi.

3. Quoniam igitur demonstratum est, quas causas

et Ed. 1476. Id. — *Et dispositionis.* Recte copulam addidit Lambinus, a Graevio vindicatam, et agnitam a meis quinque Codd. in quibus vetustissimi Leid. pr. et Voss. pr. Mox est in O. et Edd. pp. *tribus rebus.* Idem. — *In dicendo velimus esse.* Sic in solo est Leid. sec. Reliqui MSS. et Edd. dant *valeamus esse*, vel *esse valeamus*: bene: dein in MSS. quatuor *ergo.* Oud. *Velimus esse.* Sic. Ald: Victor. Lamb. habent: in excusis et manuscriptis nonnullis legitur, *esse valeamus.* Brut.

3. *Quoniam igitur demonstratum est, quas causas oratorem recipere opor-*

*Et dispositionis*) Copulationem et ex cod. vetere restitutam quis non videt esse necessariam? Lamb.

*Firma animi rerum et verborum et dispositionis perceptio*) Non ita omnes scripti: sed in bene multis posterior copulativa non extat; quomodo etiam veteres editi, qui mihi quidem hic videntur castigatiores, quum non consistat dispositio in aliis, quam in rebus vel verbis, et memoria praebeat animo firmam perceptionem dispositionis rerum et verborum. Gron. Copula, quae est in omnibus meis, est necessaria. Nam licet res et verba memoria simus complexi, si tamen dispositionem non teneamus, confundemus et perturbabimus omnia. Graevius. Posterior copula deest etiam MSo Traiect. Burm.

*Est vocis, vultus, gestus*) Edd. Al. *Vocis et vultus et gestus.* Graev.

*Tribus rebus*). Sic habent tres libri manuscripti: vulgati, *tribus modis:* in uno manuscr. legitur, *tribus assequi*, neutra voce adiecta, neque *rebus* neque *modis;* ego tamen legi malim, *tribus rationibus.* Lambinus. Edd. Al. *tribus modis adsequi.* MSS. *tribus adsequi.* Graev.

*Ars est praeceptio*) Pith. et Erfurt. *Ars est perceptio.* Idem.

*Certam viam ac rationem dicendi*) Erf. *Certam viam ac rationem discerendi;* forte *disserendi.* Idem.

*Impellimur cum diligenti ratione*) Gembl. et Bruil. item Pal. quart. *dicendi;* forte fuit *diligendi ratione*, pro *delegendi.* Veteribus enim *dilectus*, quod nobis hodie *delectum;* diligendi ergo ratio, esset delectus, quo non aliud magis in imitatione necessarium; quippe quem eloquentiae magistrum Cicero saepe dixit. Guilielmius. Grut.

*Similes in dicendo velimus esse*) Melius Erfurt. Pith. Duisb. meus MS. et edd. Mediol. et Cratand. *Similes in dicendo valeamus esse.* Graev.

*Quoniam igitur demonstratum est*

oratorem recipere, quasque res habere conveniat, nunc, quemadmodum ad orationem possint oratoris officia accommodari, dicendum videtur. Inventio in

*teat, quasque res hobere conveniat.* Ita in quibusdam impressis legitur. Nos ex Gryph. manusc. cui cum Aldi editione, Victorii, et Lambini congruit, sublato verbo *oporteat*, postremo loco *conveniret* edidimus. Bᴜʀᴍ. — *Oratorem recipere.* Leid. pr. *suscipere.* Ed. 1476 addit *oporteat.* Oᴜᴅ. — *Habere convenint.* Recte sic correxit Graevius. Accedunt nostri tres et Edd. pp. *convenit* Leid. sec. In ceteris *conveniret.* Oᴜᴅ. — *Ad orationem possint oratoris officiu occommoduri.* Leid. pr. Voss. pr. *possit oratio ad rationem oratoris officii*, vel *possint ad orationem ortoris officia acc.* Leid. sec. *possit orotio od rationem oratoris officii acc.* tert. *ad orationem possint orotoris acc. officia.* Voss. tert. *officin oratoris ad orationem acc. possint*, vel *possit oratio ad orationem orotoris officia acc.* Leid. qu. *possit ortio nd rotionem orotoris officii occomm. Et quemadmodum officio orotoris ad rationem accom. possiut.* Cum Victorio et vulgatis facit Voss. sec. et Edd. pp. Oᴜᴅ. — *Nunc quemadmodum ad orationem possint officia ortoris occommodari, dicendum videtur.* Ita legitur in omnibus excusis. Nos, ut Lamb. putat, inesse mendum suspicati, *ad inventionis rotionem accommodori* edidimus. Bᴜʀᴍ.

etc.) Tota haec clausula est ab interpretibus; aut potius liber iste in epitomen redactus est ab aliquo. Quid enim absurdius hac recapitulatione, quum tribus punctis sua omnia vix siguarit, nedum demonstrarit? Sic et infra ubi est: *Nunc quoniam uno* etc. Nihil odiosius est tali insinuatione, hoc in breviculo, idemque postea millies occurrit, non sine incredibili lectorum fastidio, meo certe: quem pudet pigetque tam multas bonas horas consumsisse in tam turbido lacu. Sed quid faciamus? quia Tullio cohaeret, tale quid ei dandum videbatur, et vero in libris posterioribus dignus est ferre nomen Tullium. Gʀᴜᴛ. MS. *Quoniam ergo demonstratum.* In Erfurt. nec *igitur*, nec *ergo* legitur. Gʀᴀᴇᴠ.

*Quasque res habere conveniot*) Sic Erf. Duisb. et alii MSS. et edd. vett. sed recentiores *quasque res habere conveniret.* Iᴅᴇᴍ.

*Nunc, quemadmodum possint nd inventionis rationem oratoris officia*) Sic hunc locum restitui ex eo, qui sequitur eadem pag. *Nunc quoniam una cum oratoris off. q. r. c. f. e. p. s. ut de o. p. l. et eas ad inventionis rationem occommodaremus* etc. Nam libri veteres nihil me adiuverunt, praeterquam quod mihi mendi suspicionem commoverunt; sic enim habent nonnulli: *possit oratio od rationem oratoris officii* etc. alii: *possit orator ad orationem ipsius officio accommodare,* etc. Lᴀᴍʙɪɴ.

*Quemodmodum od orationem possint*) Ita editio Victorii, neque aliter Pall. aliquot; caeteri *rationem*, nisi quod primus, *od inventionem possint*; secundus, *quemadmodum ortio nd rationem oratoris officii* etc. Lambinus coniecturam suam nobis obiecit, *quemadmodum ad inventionis rationem possiut* etc. Nihil mutari placet; quippe ad orationem ipsam oratoris officia accommodantur, quum traditur inveniundi via, quae eloquentiae mater est. *Guilielmius.* Gʀᴜᴛ.

*Ad orationem possint oratoris officia accommodari*) Al. *Ad rationem posseut oratoris officia accommodari.*

sex partes orationis consumitur, in exordium, narrationem, divisionem, confirmationem, confutationem, conclusionem. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris constituitur ad audiendum. Narratio est rerum gestarum, aut perinde ut gestarum, expositio. Divisio est, per quam aperimus, quid conveniat, quid in controversia sit; et per quam exponimus, qui-

*In sex partes orationis cons. in exord.* Ita MSS. O. et Edd. pp. nisi quod in Mediol. A. 1474 non compareat *orationis*. Nec male. Ovd. — *Oratoris aut iudicis constituitur vel adparatur*) *vel i.* in MSS. aliquot et Ed. Med. *et par.* Voss. tert. Sed optime Leid. qu. simpliciter dat *oratoris constituitur ad audiendum*; ut bene e suis emendavit Graevius. Id. — *Perinde ut g.* Leid. pr. sec. Voss. pr. sec. cum Edd. pp. *proinde*, ut passim. Idem. — *Quid conveniat.* Ed. Med. 1474, *q. conv.*

Duisb. *possit oratio ad rationem oratoris officii accommodari.* Lamb. ed. *Ad inventionis rationem possint oratoris officia accommodari.* Graev.

*In sex partes orationis consumitur, in exordium*) Sic placuit edere, quum et quondam ita Victorius, et in tribus meis reperiam. Gronov. Nec aliter MS. Traiect. Burm.

*In sex partes orationis consumitur, in exordium*) Sic. Pith. ac Erfurt. nec non Mediol. Cratand. Victorii et Hervag. edd. quod et Iac. Gronovius probavit. Sed praeterea in Erfurt. et Cauchii MSS. non legitur *orationis*, et commode posset abesse. Al. Edd. *In sex partes orationis consumitur, exordium.* Graev.

*Est principium orationis*) Erfurt. *Est principium narrationis.* Idem.

*Animus auditoris aut iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum*) Monet Guilielmius exstare in Coloniensi *et apparatur*, quomodo et tres Pall. posteriores, itaque habet illud *vel* tanquam insigne glossematis; ut scilicet *vel apparatur* adiectum fuerit ab librario parum latino. Gruter. Verissime coniecit Guilielmius, idque firmat optimae notae codex Duisburgensis; a quo abest etiam *aut iudicis*, quod et ipsum supervacuum est. Itaque hunc fidum ducem hic sumus secuti. Erf. *Auditoris vel iudicis.* Graev.

*Constituitur ad audiendum*) Edd. *Constituitur, vel apparatur ad audiendum.* MSS. quidam: *Constituitur et apparatur ad audiendum.* Graev.

*Perinde ut gestarum*) Erf. et Cauch. *Proinde ut gestarum.* Idem.

*Quid conveniat, quid in controversia sit*) Hanc lectionem servant Pall. vetustiores, nam quo quodque exemplar est recentius, hoc pluribus interpolatum est quisquiliis exscriptorum, unde sec. *quid nobis conveniat, quid* etc. at primus adhuc amplius, *quid nobis ex adversariis conveniat, quid* etc. Qualia quum forte reperisset in Gallicanis membranis Lambinus, obtrusit lectori, *quid nobis cum adversario conveniat; quid* etc. Non inepte; si alterius ore auctor quisque loqui debebat, non suo. Gruter.

*Quid conveniat, quid in controversia sit*) Edd. *Quid conveniat, et quid in controversia sit.* Lamb. ed. *Quid nobis cum adversario conveniat, et quid in controversia sit.* Graev.

*Et per quam exponimus*) Erf. *Et*

bus de rebus simus acturi. Confirmatio est nostrorum argumentorum expositio cum asseveratione. Confutatio est contrariorum locorum dissolutio. Conclusio est artificiosus terminus orationis. Nunc, quoniam una cum oratoris officiis, quo res cognitu facilior esset, producti sumus, ut de orationis partibus loqueremur, et eas ad inventionis rationem accommodaremus, de exordio primum dicendum videtur.

4. Causa posita, quo commodius exordiri possimus, genus causae considerandum est. Genera causarum sunt quatuor, honestum, turpe, dubium, humile. Ho-

*nobiscum adversariis.* Id. — *Simus dicturi.* *Sumus* Leid. pr. qu. Ed. 1476, *acturi* reposuit bene Graevius, suffragantibus Leid. pr. Voss. pr. et recentioribus quatuor. Oud.—*Quibus de rebus simus acturi.* Sic Gryph. unus manuscriptus, quem posthac littera A designabimus. In eodem legitur mox *cum assertione.* Br. — *Cum asseveratione.* Leid. qu. *cum assentatione.* Sed pr. et tert. *cum assertione*; quod nequaquam spernendum videtur. Idem. — *Terminus orationis.* In Voss. sec. *argumentationis term.* Leid. qu. *orationis term.* sed Leid. sec. non agnoscit τὸ *orationis.* Idem. *Quo commodius.* Addit Leid. qu. *et facilius*, ut in Duisb. Id. — *Genus per quod exponimus.* Pith. *Exponimus*, optime, ut *per quam* ex prioribus repetatur mente. Idem.

*Sumus dicturi*) Libri manuscr. tres habent, *sumus acturi.* Ego tamen nihil muto. Lamb. Guilielmio placebat *acturi*, inventum in duobus suis, et tribus Lambini. Est quidem *agere* verbum forense, hincque *actores causarum*: sed quum parum intersit, et nihil varient Pall. retineo lectionem receptam. Gruter. Guilielmio assentitur Erfurt. Pith. Duisb. quos hic sequor. *Agere de re aliqua*, sive in foro, sive in senatu, sive in schola, est dicere, disserere de aliqua re. Vulgg. *Quibus de rebus simus dicturi.* Graev.

*Expositio cum asseveratione*) Duisb. *Expositio cum assentatione.* In marg. Hervag. est, *expositio cum assertione.* Idem.

*Artificiosus terminus orationis*) Pall. tres priores, ex Italia ad nos delati, adiiciunt, *totius orationis.* Quae dictio otiosa videri non posset, nisi abesset totidem Pall. in Germania forte descriptis: quorum quartus plane est scriptura antiqua, ut et sextus, qui ultimus praescriptum habet nomen Iohannis Palatini, Ducis Bavariae ac Simerensis, qui fuit pater Frederici II Electoris. Grut. Quidam MSS. *Artificiosus terminus totius orationis.* Graev.

*Producti sumus*) Legendum fortasse est, *provecti sumus.* Verumtamen nihil muto, praesertim veteribus codicibus vulgatam scripturam confirmantibus, *producti sumus*! quod aequale est Graeco verbo προήχθημεν. Lambin.

*Quo commodius exordiri possimus*) Duisb. *Quo commodius et facilis exordiri possimus*; leg. *et facilius.* Graev.

nestum causae genus putatur, quum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum videtur; aut id oppugnamus, quod ab omnibus videtur oppugnari debere: ut pro viro forti contra parricidam. Turpe genus intelligitur, quum aut honesta res oppugnatur, aut defenditur turpis. Dubium genus est, quum habet in se causa et honestatis et turpitudinis partes. Humile genus est, quum contemta res affertur. Quum haec ita sint, conveniet exordiorum rationem ad genus causae accommodari.

5. Exordiorum duo sunt genera. Principium, quod graece προοίμιον appellatur; et insinuatio, quae ἔφοδος

*causae erit considerandum.* Ita Gryph. BRVT. — *Genus putatur.* Voss. pr. *putetur.* Leid. qu. *id putamus.* Ed. Med. *putamus.* OVD. — *Id oppugnamus.* Primam voculam non habent Leid. sec. Voss. tert. Ed. 1476. IDEM. — *Humile genus est.* Deest verbum substantivum Voss. pr. contra *causae* addit Leid. quartus. ID — *Res affertur. Antefertur* in quatuor iunioribus et Edd. pp. *ante affertur*, vel *ante afferatur* Leid. pr. Voss. pr. et tert. IDEM. — *Cum contemta res ante affertur.* Sic idem Gryph. a quo dissentiunt excusi omnes. Vnus Leoniceni liber habet, *antefertur*, sed uterque male, ut existimo. BR. — *Exordiorum rationem.* Voss. pr. *Exordii narrationem*: Leid. sec. *exordium et narrationem*; tert. *exordii rat. causae ad genus. Omne* additur in sola ed. 1476. OVDEND.

5. Εφοδος. MSS. O. et Edd. pp. *epodos* vel ἔπωδος. OVD. In diversa hic

*Honestum causae genus putatur*) Duisb. *Honestum causae genus id putamus.* GRAEV.

*Quum aut defendimus id, quod*) Sic Erfurt. Vulg. *Cum aut id defendimus.* IDEM.

*Quod ab omnibus defendendum*) Guilielmius, et heic, et statim infra delevit vocabulum *ab*, nescio an librorum iussu: haeret id sane in sex Palatinis, et vetuste editis. GRVT.

*Aud id oppugnamus*) Erf. *Aut oppugnamus.* GRAEV.

*Ab omnibus videtur oppugnari debere*) Erf. *Oppugnari debere videtur.* IDEM.

*Turpe genus intelligitur*) Al. *Turpe genus causae intelligitur.* IDEM.

*Quum habet in se causa et honestatis et turpitudinis partem*) Melius Erfurt. *et honestatis et turpitudinis partes.* IDEM.

*Humile genus est*) Duisb. *Humile genus causae est.* IDEM.

*Quum contemta res affertur*) Erf. *Cum contemta res ante affertur.* Pith. *Cum contemta res antefertur.* IDEM.

*Ad genus causae accommodari*) Lamb. et al. edd. *Ad omne genus causae accommodari.* Sed *omne* non est in Erf. IDEM.

*Προοίμιον appellatur, et insinuatio*) Erfurt. *Procemium appellatur, insinuatio.* IDEM.

*Quae ἔφοδος nominatur*) Maluit Guilielmius ἔπωδος; ut latinis expres-

nominatur. Principium est, quum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum. Id ita sumitur, ut attentos, ut dociles, ut benevolos auditores habere possimus. Si genus causae dubium habebimus, a benevolentia principium constituemus, ne quid illa turpitudinis pars nobis obesse possit. Sin humile erit genus causae, faciemus attentos. Sin turpe causae genus erit, insinuatione utendum est, de qua posterius dicemus; nisi quid

abeunt editores, quum edatur ab aliis ἔπωδος, ab aliis ἔποδος, cuius varietatis causa est, quod neque Aristoteles, neque Hermogenes eius mentionem faciunt. Secutus est igitur Auctor doctorem suum Hermetem, qui docendi gratia eam vocem videtur adhibuisse. De re, quae ea voce designatur, dubium non est, quum satis superque ex sequentibus pateat, hic callidam quamdam rationem dicendi insinuari, quasi Orator eadem via progrediatur, qua adversarius; quum interim insinuet auditoribus longe aliam rerum imaginem, quam adversarius. De voce igitur non admodum sollicitos nos esse oportet, quum de re conveniat, et utrovis modo scripta non incommodum sensum constituat. VERB. — *Quum statim.* Voss. sec. *quo s.* OVD. — *Benivolos.* Sic et *benivolentia* MSS. O. et ed. pp. semper. ID. — *Sin turpe causae genus erit. Genus* abest a Leid. qu. In aliis vocum ordo variatur. Voss. tert. *sin turpe*, caeteris omissis, optime. V. Lamb. et Graev. OVDENDORPIVS. — *Insinuatione utemur.* Nos, ut Lamb. edidit, *insinuatione utendum erit* excudendum curavimus, hanc scripturam in Gryph. A, quae multo quidem vulgatae praestat, nacti. BR. — *Nisi quid nacti fuerimus.* In septem nostris et edd. pp. est *erimus*,

sere literis duo MSS. eius, et Pal. omnes; translatio tunc ducta esset ab incantationibus morbos pellentibus; quarum meminit Suidas: tanquam heic quoque rhetores magico quasi artificio aversos hominum animos ad se allicerent: sed longius petitum videtur. GRVTER.

*Quae ἔφοδος nominatur*) MS. meus et Mediol. edd. *quae epodos nominatur.* Cratand. et Ascens. *Quae ἔπωδος nominatur.* ἔφοδος, est inductio, quum occulta quadam ratione in exordio inducitur auditor ad audiendum et accurate attendendum. GRAEVIVS. *epodos* in MS. Trai. BVRM.

*Benevolos auditores*) Erfurt. et meus ac Mediol. ed. *benivolos auditores*, et mox iidem *a benivolentia principium*. GRAEV.

*Sin turpe erit*) Sic edidi, deletis duabus inanibus vocibus, *causae genus*. LAMBINVS.

*Sin turpe causae genus erit*) Al. *Sin turpe genus causae erit.* Duisb. *Sin turpe causae erit.* Lamb. ed. *Sin turpe erit.* Sane Lambini coniecturam adprobat quodam modo Duisburgensis codex, in quo *genus* non legitur. GRAEV.

*Sin turpe genus causae erit*) Vt si pro ebrietate, aut pro podagra dicatur. IDEM.

*Insinuatione utendum est*) Al. *Insinuatione utemur.* IDEM.

*De qua posterius dicemus*) Haec in Erfurtensi traiecta sunt ad sequentia verba, *Sin honestum de qua posterius dicemus.* IDEM.

*Nisi quid nacti fuerimus*) Ita qui-

nacti fuerimus, quare adversarios criminando, benevolentiam captare possimus. Sin honestum causae genus erit, licebit recte vel uti, vel non uti principio. Si uti volemus, aut id oportebit ostendere, quare causa sit honesta, aut breviter, quibus de rebus simus dicturi, exponere. Si principio uti nolemus, a lege, a scriptura, aut ab aliquo firmissimo nostrae causae adiumento principium capere oportebit.

dein *captare* exaratur in Leid. tert. in reliquis et edd. *capere*. Ovd. — *Vel uti vel non uti*. Prius *vel* male exsulat ab ed. 1476. Iu. — *Simus dicturi*, *exponere*. *Sumus* Leid. qu. *ostendere* Leid. sec. deest verbum ed. Med. Ovd. — *Si uti volemus*, *sine voce*, *principio*. Vt iam Aldus et Victorius ediderant, scriptum invenimus in Gryph. A. Lambinus secundo loco vocem *principio* tollit, haud illam etiam illic magnopere opportunam. Br. — *A lege*, *a scriptura*. Placet *ab lege*, quod dant Leid. pr. sec. tert. Voss. sec. in quo etiam et Leid. sec. *ab scr.* in Leid. qu. *aut a scr.* edd. *vel a scr.* Med. addit *aut a narratione*. Ovd. — *A narratione*, *a lege*, *a scriptura*. Ita Lamb. legit, quod quidem videtur ratio postulare: ubi enim quis principio non utatur, reliqua illi est narratio, quam primam aggrediatur: quae quamquam ita siut, absunt tamen aeque a manusc. et ab impressis aliis. Br. — *Aut ab aliquo firmissimo*. Deest τὸ *aut* Voss. tribus: *firmissimo* non comparet in Leid.

dem, quod scio, Gothofredus, et Gruterus; quum ante illos legant editiones *nacti erimus*, quod probant nostri tres: et particula ista aeque frequenter, vel saepins etiam sic construitur ab hoc scriptore. Mox quoque iidem *benevolentiam capere*. Gronov. Vtrumque in MS. Traiect. Bvrm.

*Nisi quid nacti fuerimus*) MSS. quidam et edd. vett. *Nisi quid nacti erimus*. Sed *fuerimus* est in Duisb. et Erfurtano MSS. et ed. Victoriana. Graevivs.

*Benevolentiam captare*) Quidam MSS: *Benivolentiam capere*. Idem.

*Sin honestum causae genus erit, licebit*) Erfurt. *Sin honestum de qua posterius dicemus*, *licebit*. Idem.

*Licebit recte uti, vel non uti*) Cauch. *Licebit recte vel uti*, *vel non uti*. Idem.

*Si uti volemus*, *aut id oportebit*) Lamb. ed. *Si uti principio volumus aut id oportebit*. Idem.

*Quibus de rebus simus dicturi*) Duisb. *Quibus de rebus sumus dicturi*. Idem.

*Si principio uti nolemus*, *a lege*, *a scriptura*, *aut ab aliquo firmissimo nostrae causae*) Erfurt. *Si principia uti nolemus*, *ab lege*, *ab scriptura*, *ab aliquo nostrae causae*. Duisb. *Si principio uti nolemus*, *a lege*, *aut a scriptura*, *aut ab aliquo firmissimo*. Meus MS. *Si principio uti nolemus a lege*, *vel a scriptura*, *vel ab alio firmissimo*. Lamb. ed. *Sin uti nolemus*, *a lege*, *a scriptura*, *aut ab aliquo firmissimo*. Ed. Veneta et Hervag. *Sin principio uti nolemus*. Idem.

*Ab aliquo firmissimo nostrae causae adiumento*) Erf. *Ab aliquo nostrae causae adiumento*. Pith. *Ab aliquo firmissimo nostrae causae argumento*. Idem.

Quoniam igitur docilem, benevolum, attentum habere auditorem volumus, quomodo quidque confici possit, aperiemus. Dociles auditores habere poterimus, si summam causae breviter exponemus, et si attentos eos faciemus: nam docilis est is, qui attente vult audire. Attentos habebimus, si pollicebimur, nos de rebus magnis, novis, inusitatis verba facturos, aut de iis rebus, quae ad remp. pertinent, aut ad eos ipsos, qui audient, aut ad Deorum immortalium religionem; et si

sec. Ovd. — *Quidque confici. Quodque* Leid. tert. qu. *quodque eorum* ed. 1476, *effici* Voss. sec. Leid. qu. Ovd. — *Quomodo, quidque fieri possit.* Sic habet Gryph. A. *Quomodo quidque confici possit.* Ald. Victor. Leonic. *quomodo quidque eorum confici possit* legit. Lamb. loco verbi *conficit, efficit* habet. Br. — *Docilis est is.* Expungatur pronomen, iubentibus MSS. sex in recentissimo; et ed. 1476, *ille.* Ovd. — *Aut de iis rebus.* Et hic deleatur *rebus* auctoritate MSS. quinque vetustiorum et ed. Mediol. Id. — *Quae ad remp. pertinent.* Immo *pertineant* cum MSS. quinque melioribus, et edd. pp. dein *eos ad ipsos* Leid. pr. *audiant* sec. *audiunt* tert. Id. — *Ad d. imm. religionem.* Addunt Leid.

*Quomodo quidque confici possit*) Duisb. MS. *Modo quodque efficipossit.* Lamb. ed. *Quomodo quidque effici possit;* quod vulgatae praetulerim. Al. *Quomodo quidque eorum confici possit.* Hervag. *Quomodo quidque conficipossimus.* Idem.

*Dociles auditores habere poterimus*) Erf. *Dociles auditores habere possumus.* Idem.

*Si attentos eos faciemus*) Pith. *Si attentos faciemus.* Idem.

*Docilis est is, qui attente vult audire*) In nullo MS. reperi istud *is*, quod tamen habent etiam editi. Gronov. Non exstat *is* in meo et Duisburg. nec in suis reperit Gronovius. Sed Erfurtensis: *Nam docile est, quod attente vult audire.* Graev. in MS. Traiect. *est ille.* Burm.

*Nos de rebus magnis*) Vt Virg. *Maius opus moveo.* Capidvrvs.

*Quae ad remp. pertinent*) MSS. vel *pertinent* vel *pertineant.* Gron. *Pertinent* MS. Traiect. Burm.

*Aut de iis rebus, quae ad rempub. pertinent*) Erfurt. et al. *Aut de iis quae ad remp. pertineant.* Al. *Quae ad remp. pertinerent.* Edd. nonnullae: *quae aut ad remp. pertinent.* Idem.

*Eos ipsos, qui audient*) Erf. *Eos ipsos, qui audiunt.* Graev.

*Religionem, aut ad pietatem: et si* etc. Verba illa, quae erant in libris vulgg. *nos esse dicturos*, sustulimus, ut supervacanea. Petenda enim sunt ἀπὸ κοινοῦ superiora *verba facturos;* adde quod non reperiuntur in tribus libris manuscriptis. Lamb.

*Ad Deorum immortalium religionem: et, si* etc. Secutus sum Victorium et Manutium, Pall. et quinque, item Fabr. nam retro vulgati verbosius, *religionem, aut ad pietatem et si* etc. Male; nam quod cui in mentem veniat, *pietatem* heic intelligi de iis officiis, quae conferuntur in parentes, cognatos, liberos etc. id vero minus nihilo est: ea attentionem non excitabit, sed magis benevolentiam,

rogabimus, ut attente audiant; et si numero exponemus res, de quibus dicturi sumus. Benevolos auditores facere quatuor modis possumus, a nostra, ab ad-

pr. Voss. pr. *pietatem*, Leid. tert. *et pietatem* cum ed. Med. ed. 1474, *aut pietatem nos esse dicturos*, prave. Ovd. *Ad deor. imm. religionem aut ad pietatem nos esse dicturos.* Tria ultima verba, quae post vocem, *pietatem*, male haeserant, cum a Lambino admoniti, tum quod a Gryphii libro eodem manuscripto longe optimo absunt, sustulimus. Videntur autem e margine in Ciceronis contextum temere ab imperito librario invecta. Br. — *Res, quibus de rebus dict. sumus.* Sic legendum esse docent Voss. tres, Leid. sec. et ed. Med. *rebus* addunt etiam reliqui tres. Omnibonus ergo primus edidit *de quibus d.* Ovd. *Si exponemus res, quibus de rebus dicturi sumus.* Ita, ut legitur in Gryph. A, edi curavimus, usitata optimis scriptoribus dicendi ratione, ut infra eodem libro: *De his rebus caute confligendum est, quibus in rebus*, et quae sequuntur. In impressis partim vox illa prior *res* abest, partim duae sequentes, *de* itaque ibi mox ponitur. Grvt. Edd. *Ad deorum immortalium religionem, aut ad pietatem nos esse dicturos.* Erf. *Aut deorum immortalium religionem, et si.* Merito Lamb. et Grut. deleverunt haec verba *aut ad pietatem.* Nam nec in Erfurt. nec in Pith. nec in Duisb. MSS. leguntur. Graev.

*Ad Deorum immortalium religionem*) Vt quum ipse Cicero dicit: *Iudicio Deorum immortalium, testimonio Senatus, consensu Italiae, confessione inimicorum, beneficio divino, immortalique vestro maxime laetor, Quirites.* Capidvr.

*Et si rogabimus ut attente audiant*) Pulcherrrime Virgil. IV Georg. *Hanc etiam, Maecenas, aspice partem: Admiranda tibi levium spectacula rerum, Magnanimosque duces totiusque ordine gentis Mores, et studia, et populos, et proelia dicam.* Graev.

*Vt attente audiant*) Erf. *Vt attente audiantur.* Idem.

*Et si numero exponemus res, de quibus dicturi*) Plerique MSS. *quibus de rebus dicturi;* ut videatur id admittendum, sed prius expuncta syllaba *res.* Grvter. Cur illam exigat, non bene intelligo, quum Manuscripti nihil varietate sua definiant, et in uno plenissime legam, *exponemus res: quibus de rebus.* Id non minus nunc pati queo, quam initio capitis 2: *de his rebus posse dicere, quae res ad usum civilem constitutae sunt*, et centies tum in hac, tam reliqua horum scripturum parte, et cap. 10. Gronov. Quem et vid. ad lib. IV, cap. 8. Bvrm.

*Si numero exponemus res, de quibus dicturi*) Quidam MSS: *Si numero exponemus res, de quibus rebus dicturi.* Alii aliter: *Si numero exponemus res, de quibus dicturi.* Meus MS. et edd. quaedam: *Si numero exponemus res, quibus de rebus dicturi.* Duisb. *Si numero exponemus res, de quibus rebus dicturi.* Quod lac. Gronovius merito tuetur. Exemplum huius rei est apud Ciceronem pro Cluent. *Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes, quarum altera inniti*, et quae sequuntur. Graev.

*Aut a nostra*) Duisb. *Aut ab nostra.* Idem.

versariorum, ab auditorum persona, et a rebus ipsis. A nostra persona benevolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus, aut in remp. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos, aut in eos, qui audiunt, aliquid referemus; dum-

*rebus.* Brvtvs. — *A nostra.* MSS. quinque *ab nostra* ed. Med. *a. n. persona.* Ovd. — *Ab adversariorum.* Addunt *nostrorum* MSS. sex et ed. pr. bene. *ab advers. persona* Voss. sec. Idem. — *Et a rebus ipsis.* Copulam non habet ed. Med. *ab r.* Voss. pr. *et ab n.* sec. et duo Leid. Idem. — *Aut in remp.* Sic alii habent. Lamb. *Si aut remp.* Gryph. A, *atque in remp.* quomodo edidimus. Br. — *Aut in amicos.* Leid. qu. *aut etiam in am.* Ovd. — *Aut in eos, qui audiunt, aliquid ref.* Sic etiam in MSS. Leidd. et Voss. ac pp. edd. nisi quod *eos ipsos* dent edd. et *ipsos eos*

*Ab adversariorum, ab auditorum*) Erfurt. *Ab adversariorum nostrorum, ab auditorum.* Idem.

*Et a rebus ipsis*) Ab Erfurt. aberat copula. Idem.

*Benevolentiam contrahemus*) Quidam putant legendum, *conrademus*, aut *corrademus*: ego nihil muto. Lamb. Quum tradat Lambinus, quosdam arbitrari legendum *corrademus*, prodideritque Becichemus in libro suo MS. inveniri *comparemus*, suspicetur quis non de nihilo, duo illa, *benevolentiam contrahemus*, esse a largitione scribarum: certe subintelligi posse, nemo negaverit. Grvt. MSS. *A nostra persona benevolentiam comparemus.* Graev.

*Aut in remp.*) Lamb. *Si aut in remp.* Idem.

*Aut in rempub. quales fuerimus, aut in parentes, aut in amicos*) Ab Erf. absunt haec omnia. Idem.

*Aut in remp. quales fuerimus*) Quod nostra intersit, et necessitate commotos ad hanc rem accessisse dicamus. Vide exordium Ciceronis orat. pro Rabirio. Capidvr.

*Aut in amicos*) Duisb. *Aut etiam in amicos.* Graev.

*Aut in eos ipsos, qui audiunt, vel omnes, vel aliquos, referemus*) Sic restitui libros aliquot veteres secutus. Longe profecto melius, quam quomodo habent vulgati, *aut in eos ipsos, qui audiunt, aliquid referemus*, d. Lambinvs. Recepi lectionem Lambinianam libris aliquot veteribus nixam, ut quidem ipse adfirmat; nam nostri subscribunt vulgato, *qui audiunt aliquid referemus:* neque ullam suorum varietatem prodidit Guilielmius. Grvtervs. Erfurt. *Aut in eos, qui audiunt, aliquid referemus.* Lamb. et Grut. edd. *Aut in eos ipsos, qui audiunt, vel omnes, vel aliquos referemus.* Mei quoque omnes, praecipue illi optimi Erfurtensis, Duisburgensis, et Pithoei, illa verba, quae inseruit Lambinus, nescio quibus ex MSS. quos non nominat, et retinuit Gruterus, ignorant. Si in MS. leguntur, potuerunt in eum irrepsisse ex magistri interpretatione versibus interposita, aut margini allita. Nolui ego, invitis libris, quos alii omnes praeter Lambinum evolverunt, retinere, quamvis ea non displiceant mihi. Graev.

modo haec omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata. Item si nostra incommoda proferemus, inopiam, solitudinem, calamitatem: et si orabimus, ut nobis sint auxilio; simul ostendemus, nos in aliis spem noluisse habere. Ab adversariorum persona benevolentia captabitur, si eos in odium, in invidiam, in contemtionem adducemus. In odium rapiemus, si quod eorum spurce, superbe, perfidiose, crudeliter, confidenter, malitiose, flagitiose factum proferemus. In invidiam trahemus, si vim, si potentiam, factionem, divitias, incontinentiam, nobilitatem, clientelas, hospitium, sodali-

Leid. qu. *audient* Voss. sec. ed. Med. *aliquod* Voss. sec. Idem. — *Vel omnes*, *vel aliquos*. Inter duas voces *audiunt* et *referemus*, in Lambini editione interiecta verba leguntur. Brvt. — *Dummodo haec omnia* etc. Ab Omnibono haec est lectio. In MSS. meis ad unum omnibus, et ed. Med. *dum*; quod optimis quibusque cum subiunctivo pro *dummodo* in usu esse, nemo nescit. Ovdendorpivs. — *Simul ostendemus*. MSS. sex cum ed. pr. *et simul*. Leid. tert. *si simul*. Ed. 1476, *Et si simul*: certe addi quid debet. Idem. — *Benevolentia captabitur*. *Benivolentiam captabimus* Voss. sec. Leid. tert. Idem. — *In odium*, *in invidium*, *in contemt*. Tertium *in* a MSS. abest, si excipias Voss. sec. et Leid. qu. Idem. — *Si quod eorum*. *Quid* Leid. qu. ed. 1476, Idem. — *Eorum*. Sic Lamb. *adversariorum* alii. Br. Et sic est etiam in Lips. Ern. — MS. Lips. post *divitias* addit *eloquentiam*. Ern. — *Hospitia*, *sodalitates*. I. e. multi-

*Dummodo, haec omnia ad eam ipsam rem*) Erfurt. *Omnia ad eam ipsam rem*. Idem.

*Dummodo haec omnia ad eam ipsam rem, de qua agitur, sint accommodata*) Quale illud pro L. Flacco: *Quum in maximis periculis huius urbis atque imperii, gravissimo atque acerbissimo reip. casu, socio atque adiutore consiliorum periculorumque meorum L. Flacco, caedem a nobis, coniugibus, liberis nostris, vastitatem a templis, delubris, urbe, Italia depellebam, sperabam potius, iudices, honoris potius L. Flacci me adiutorem futurum, quam miseriarum deprecatorem*. Capidvrvs.

*Si nostra incommoda proferemus*) Quibus per commiserationem benevolentia captatur. Interdum id facimus a persona alterius, quem defendimus. Vide exordium pro P. Sulla. Capid.

*Et simul ostendemus*) Al. *Etsi simul ostendemus*. Graevivs.

*Benevolentia captabitur*) Pith. *Benevolentiam captabimus*. Bvrman.

*In invidiam, in odium, in contemtionem*) Erfurt. *In invidiam, in odium, et contemtionem*. Idem.

*Si quod eorum*) Duisb. et nonnullae edd. *Si quid eorum*. Idem.

*Perfidiose, crudeliter*) Erfurt. *perfidiose, perniciose, crudeliter*. Graev.

*Si vim, si potentiam, factionem*) Duisb. *si vim, potentias, si factionem*. Idem.

*Si vim, si potentiam, factionem*) Quale est exordium in orat. pro P. Quintio. Capidvr.

*Hospitium, sodalitatem* etc. Arbi-

tatem, affinitates adversariorum proferemus, et his adiumentis magis, quam veritate eos confidere aperiemus. In contemtionem adducemus, si inertiam, ignaviam, desidiam, luxuriam eorum proferemus. Ab auditorum persona benevolentia colligetur, si res eorum fortiter, sapienter, mansuete, magnifice iudicatas proferemus; et si, quae de iis existimatio, quae iudicii exspectatio sit, aperiemus. A rebus ipsis benevolum efficiemus auditorem, si nostram causam laudando extollemus, adversariorum per contemtionem deprimemus.

tudinem hospitum, sodalium. Ita Guilielmius pro vulgato *hospitium sodalitatem*: neque enim invidiosum est habere *hospitem*, *sodalem*. Lall. —*Veritate eos conf.* Sic sola ed. Med. in caeteris *veritati*. Ovd.—*Luxuriam eorum*. MSS. O. et edd. pp. *adversariorum*. Quod nulla de causa mutarunt recentiores edd. cum Lambino. Idem. — *Benevolentiam colligetur. Colligitur* MSS. duo et edd. pp. *captatur* Voss. sec. *ducitur* Leid. pr. Idem. — *A rebus*. In quatuor vetustioribus *ab r.* Idem. — *Laudando extollemus*. Voss. pr. cum Leid. pr. a m. pr. et Leid. sec. *tollemus*. Idem.

tratur Guilielmius corrigendum *hospitia*, *sodalitates*; neque enim odiosum, habere hospitem, aut sodalem: multitudo in invidia fuit. Grvt.

*Quam veritate eos confidere*) Sic Pal. sec. quart. sextus, item Bruil. dictumque vetuste ac venuste videbatur Guilielmio. Grvt.

*Quam veritate confidere*) Plerique MSS. et edd. *Quam veritati confidere*. Duisburg. *Quam veritate confidere*. Sed Pith. Cauch. meus cum editis *veritati*. In Erfurtano haec omnia *et his adiumentis*, usque ad *adversariorum proferemus* non habentur. Graev.

*Luxuriam eorum*) Sic in nullo vetere inveni, sed simpliciter *luxuriam adversariorum*, ut est in olim editis. Gronov. Et ita MS. Traiect. Bvrm.

*Si luxuriam eorum proferemus*) Quale est illud in Vatinium principium. Capidvr. Sic quidam MSS. in meo et edd. priscis est: *Si luxuriam adversariorum proferemus*, quod in suis quoque Gronovius legit. Graev.

*Si res eorum fortiter*, *sapienter*) Quale est illud Darii apud Curtium lib. V, cap. 6: *Si me cum ignavis* etc. Et Ciceronis exordium in Orat. post reditum in Senatum. Capid.

*Si quae de his existimatio*, *quae iudicii expectatio*) Quale Apuleii principium est in Apologia. Idem.

*Si nostram causam laudando extollemus*) Quale est quarti huius libri totum exordium. Capid.

*Laudando extollemus*) Equidem verba *extollere*, et *deprimere* aliquoties opposita occurrunt apud Ciceronem, etiam apud Livium, ut patet ex citatis ab Patre ad lib. XXX, 36. Hic tamen in MSS. mihi occurrit *laudando tollemus*. Gronov.

*Laudando extollemus*) Quidam MSS. *Laudando tollemus*. Graev.

*Per contemtionem deprimemus*) Edd. Vett. *Per contentionem deprimemus*. Graevivs.

6. Deinceps de insinuatione aperiundum est. Tria sunt tempora, quibus principio uti non possumus, quae diligenter sunt consideranda: aut quum turpem causam habemus, hoc est, quum ipsa res animum auditoris a nobis alienat: aut quum animus auditoris persuasus videtur esse ab iis, qui ante contra dixerunt; aut quum defessus est eos audiendo, qui ante dixerunt. Si causa turpitudinem habebit, exordiri poterimus his rationibus: rem, non hominem; aut hominem, non rem spectari oportere: non placere nobis ipsis, quae facta dicantur ab adversariis, et esse indigna, aut nefaria. Deinde quum diu rem auxerimus, nihil simile a nobis factum

6. *Aperiundum est.* MSS. sex et ed. 1476, *aperiendum est.* Voss. tert. *aperiemus.* Ed. Med. *dicemus.* Oud. — *Tempora quibus.* Leid. sec. *genera vel tempora, q.* Voss. pr. ed. 1476, *in quibus.* Bene. Oud. *Tria sunt tempora, quae diligenter sunt consideranda : in quibus principio uti non possimus.* Vnus Leoniceni liber vetustissimae editionis (Venetiis enim nonagesimo tertio abbine anno est excusus) converso ordine verborum, ita habet. Gryph. tres libri manuscripti longe vetustissimi a vulgatis non dissentiunt. Br. — *Aut hominem non rem.* Desunt Voss. tert. *aut* carent quatuor; in Leid. tert. legas *hominem, non rem; aut rem, non hominem*, et sic dant edd. pp. nisi quod A. 1476, *aut* non conspiciatur. Oud. Quatuor haec verba absunt a duobus Gryph. manuscrip. quorum est uterque vetustissimus; in uno leguntur, qui est recentior, ut in vulgatis

*Deinceps de insinuatione aperiundum est*) Pal. quartus nihil habet loco illius, *aperiundum est*; et profecto poterat abesse. Grvt.

*Quibus principio uti*) Erfurt. et meus: *In quibus principio uti.* His verbis adscripserat Pithoeus: *Hinc orditur V. C. Claud. Puteani vetustiss. exemplar.* de insinuatione et tribus temporibus principii. Graev.

*Persuasus videtur esse*) Putean. et Erfurt. *Persuasus esse videtur.* Idem.

*Aut quum defessus est eos audiendo, qui ante dixerunt*) Haec in Erfurt. non leguntur. Graev.

*Aut hominem non rem*) Non sunt in Puteani MS. Idem.

*Non rem spectare oportere*) Indicat Guilielmius exstare in Bruil. *expectare*; quod et mihi repertum in Pal. pr. sec. quarto, sexto, et sic saepe expressum in bonis auctoribus, de quo nos integro capite in libellis Suspicionum. Grvt. In Pithoeano non leguntur haec verba: *Aut hominem non rem.* Addit Pithoeus: *et glossa est manu recenti reposita.* Mox una voce auctior Erfurtensis: *Et esse indigna, aut nefaria proferemus*; a Duisburg. abest *aut.* Graevivs.

*Quum diu rem auxerimus*) Al. *quum rem diu auxerimus.* Haec verba, *quum diu rem* etc. usque *aut de maiore proferemus*, non habentur in Erfurtensi. Idem.

ostendemus; aut aliquorum iudicium de simili causa, aut de eadem re, aut minore, aut de maiore proferemus. Deinde ad nostram causam pedetentim accedemus, et similitudinem conferemus. Item si negabimus, nos de adversariis, aut de aliqua re dicturos, et tamen occulte dicemus interiectione verborum. Si persuasus auditor fuerit, id est si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit: (neque enim non facile scire po-

habentur, praeter particulam *aut*, quae abest. Bvrm. — *De simile causa, aut de eadem aut de minore.* Sic MSS. O. mei et edd. pp. nisi quod in Leid. chartaceo sit *et de eadem re*: mihi istud *re* non placet: *simili de causa* in eodem et Leid. tert. Ovdendorp. — *Ad nostram causam.* Vltima vox deest Leid. qu. Idem. — *Si negabimus. Si deneg.* Voss. pr. dein *de aliqua re eorum* Ed. Omnib. contra MSS. O. Idem. — *Aut de aliqua re eorum dicturos. Forum* neque in Aldi, neque in Victorii editione legitur; cum quibus tres Gryph. congruunt. Lambinus, ut etiam Lugduni excusi, habet. Iam mox duae voces, *id est*, in duobus Gryph. vetustioribus non habentur. Non incommode autem videntur posse desiderari.

*Aut de eadem re, aut minore*) Vulgg. *Aut de eadem, aut de minore.* Idem.

*Aut de eadem re, aut de minore*) Sic reposui ex Duisburgensi, quum *re* desideretur in aliis, ut paulo post: *aut de aliqua re dicturos;* mox Put. *aut de minore aut maiore.* Pith. *de minore aut maiore.* Addit Pithoeus *de* esse glossam. Abest etiam a Duisburg. Idem.

*Ad nostram causam pedetentim*) Putean. *aut nostram causam pedetempum.* Duisb. *ad nostram pedetentim.* Idem.

*Aut de aliqua re dicturos*) Hactenus impressi interiectum habebant, *re eorum dicturos*, perperam: sane contra MSS. nostros: et vero de persona, aut de re dicimus. Gvrr.. Vulgg. *aut de aliqua re eorum dicturos.* Sed *eorum* abest cum ab aliis MSS. tum Putean. Duisb. Erfurt. in quo *aut aliqua re dicturos.* Graevivs.

*Si persuasus auditor fuerit, id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit*) Quis concoquat hanc explicandi rationem, ut quum in glossa sit singulare, in expositione ponatur plurali numero? Certe non sic facit alibi. Etiam MSS. hic fraudem agnoscunt, in quorum uno non apparet vox *auditoribus.* In duobus hic ordo est *fidem fecerit auditoribus*, et eorum tamen unus *auctoribus.* Mox iidem duo *putarint*, quomodo etiam nonnulli editi antiquiores, alii vero *putaverint;* quod non video cur sit mutatum. Gronov. In Puteani et Erfurt. codicibus legitur, *si persuasus auditor, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit.* Quam lectionem probat Pithoeus, addens *fuerit, id est*, est glossa. Non tamen recedendum puto a vulgatis, aut omnia ista delenda: *id est, si oratio adversariorum auditoribus fidem fecerit;* ut sit interpretatio horum verborum, *si persuasus auditor fuerit.* Graevivs.

*Auditoribus fidem fecerit*) Erfurt. et Put. *fecerit auditoribus fidem.* Id.

terimus, quoniam non sumus nescii, quibus rebus fides fieri soleat) ergo si fidem factam putabimus, his rebus nos insinuabimus ad causam: de eo, quod adversarii firmissimum sibi adiumentum putaverunt, primum nos dicturos pollicebimur; aut ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo maxime, quod ille nuperrime dixerit; aut dubitatione utemur, quid potissimum dicamus, aut cui loco primum respondeamus cum admiratione. Si defessi erunt audiendo, ab aliqua re, quae risum movere possit, exordiemur, ab apologo, a fabula verisi-

BVRT. — *Si de eo.* Lamb. sublata particula *si De eo*, clausulae principium facit: cuius emendationem duo Gryph. B C tuentur: iisdem paullo post, sine *aut*, *ab adversarii dicto*, et linea sequenti *dubitatione utemur* aeque habent, sine voce *aut*; quae cum in excusis aliis, tam in Gryph. A legitur; *quo loco* in eiusdem B et C habetur, ubi alii *cui loco*. ID. — *Adiumentum putarint.* Sic Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. vulgo *putaverunt*: in Voss. sec. non legas *adiumentum*; nec male. OVD. — *Cum admiratione.* Addunt Voss. pr. *vel confirmatione* Leid. sec. *vel affirmatione.* IDEM. — *Exordiemur, ab apologo.* Dele verbum ἀπὸ κοινοῦ repetendum, nec in ullo MS. comparens. IDEM. — *A fabula.* Leid. sec.

*Ergo si fidem factam*) Propter aliquot verba interposita, iterat ea, quae ante dicta sunt, sed aliis verbis: quod est scriptoribus perquam usitatum. *Si persuasus* (inquit) *auditor fuerit*, *id est* etc. deinde sequitur interpositio: qua absoluta, subiicitur eiusdem rei iteratia aliis verbis, *ergo si fidem* etc. LAMBINVS.

*His rebus nos*) Al. *His nos rebus.* GRAEVIVS.

*De eo, quod adversarii*) Quidam libri veteres non habent particulam *si* ante *de eo, quod*: quos secuti sumus. Vulgata tamen lectio ferri potest. LAMB.

*De eo, quod adversarii*) Sic Erfurt. Put. et alii MSS. Vulgati, *si de eo, quod adversarii.* GRAEV.

*Aut ab adversarii dicto exordiemur, et ab eo maxime*) Erfurt. *Ab adversariis dicto exordiemur, ut ab eo maxime.* Duisb. *Aut ab adversariis dicto exordiemur.* IDEM.

*Aut dubitatione utemur*) Erfurt. *Dubitatione utemur.* GRAEVIVS.

*Aut cui loco primum*) Erf. *Aut quo loco primum.* IDEM.

*Respondeamus cum admiratione*) Erf. *Respondeamus cum affirmatione.* IDEM.

*Ab aliqua re, quae risum movere possit, exordiemur*) In optimo Erfurtensi non est *exordiemur*, et potest abesse sine ulla detrimento, et ἀπὸ κοινοῦ repeti. Sic paullo post pro *a fabula verosimili*, Erfurt. *Fabula verosimili* sine *a*. Quod hic non magis desideres, ac in sequentibus vocibus. GRAEV.

*Exordiemur, ab apologo, a fabula*) In Erfurt. non est *exordiemur*, nec *a* in sequentibus verbis. Sed sic scribitur, *possit, ab apologo, fabula verisimili.* IDEM.

mili, imitatione, depravatione, inversione, ambiguo, suspicione, irrisione, stultitia, exsuperatione, collatio-

caret *a.* tert. *vel.* Tum *vel imitatione* Voss. pr. Leid. sec. aliique: *imitatione sententiae* Voss. sec. Ovd. — *Immutatione.* Sic Gryph. B C habet alius, ut est in excusis, *imitatione*: hn. sequenti, ubi impressi *ambiguo* habent, in his Leonic. cuius est antiquissima editio, in Gryph. B *abicia*, in C *abiecta* legitur: ut verisimile sit, corruptam vocem, et depravatam ex vera *abiecta*, quae non male adiungi verbo *suspicione* potest. Si quam enim in suspicionem adversariorum oratione sint iudices vocati; ut principium ab ea abiecta, et refutata instituantur: mox in utroque eorum rursus *collectione*, *litterarum mutatione*, a quibus Gryph. A non dissentiens, vocem *collatione*, quae in vulgatis mansit, retinet. In Leonic. qui *collatione* habet, *abiectione*, *mutatione litterarum* legitur. Item *similitudine turpi*, *novitate*, in Gryphii B et C scriptum exstat. Br. — *Inversione*, *ambiguo*. *Verborum inversione* Voss. sec. Tum ab ambiguo MSS. quatuor. Ovd. — *Suspicione*. Praeponunt MSS. tres

*Imitatione*) Imitatio nihil est aliud quam orationis, vocis, atque oris alterius repraesentatio verecunda atque venusta: nam histrionica est impudens et nimia. Antonius praecipit ea furtim utendum esse, quamobrem in verbo sive voce vitandum est, quidquid est scurrile, in imitatione oris, quidquid est mimicum. Toxita.

*Depravatione*) Vocis vultusque deformatione. Hanc Antonius ab oratore non tractandam putat. Idem.

*Inversione*, *ambiguo*, *suspicione*) Al. *Inversione*, *abiectione*, *ambiguo*, *suspicione*. Erfurt. *inversione*, *suspicione*. Graevius.

*Inversione*) Sententiae in contrariam partem inclinatione. Huius exemplum est in II de Oratore, cap. 65 de L. Helvio, Lamia deformi, cuius orationem auditurus Crassus: *Audiamus*, *inquit*, *pulchellum*. *Respondit Helvius: Natura mihi non formam*, *sed ingenium dedit. Audiamus igitur hominem disertum*, *inquit. Erat* autem infacundus et balbus. Toxita.

*Ambiguo*) Ambiguum est, quum nescitur, in quam partem accipi debeat. Vt cuidam adulatori Africano coronam saepe imponenti, quum eam subinde hic reiiceret: Noli, inquit Crassus; caput enim magnum est. Referri enim magnitudo non solum ad capitis crassitiem potest, sed et ad sapientiam, qua volebat regnum occupare. Idem.

*Suspicione*) Vt si dicas: Quot hic doli lateant, vos nescitis. Idem.

*Stultitia*, *exsuperatione*) Erfurt. et Cauch. *Stultitia*, *separatione*.

*Stultitia*) Quum adversarios videri stultos, quod minus prudenter quae dixerint excogitarint, videri nolumus. Capidvr.

*Exsuperatione*) Quum quae ipsi fecerint mala nostra antecedant, aut quae dixerunt longe exsuperent, quae facta sunt, ac per hoc falsa esse deprehendantur. Capidvr. Exsuperatio est alicuius rei parvae ridicula amplificatio, αὔξησις ὑπερβολική. Toxita. Sic quoque G. Vossius exponit IV Institut. Orat. notatque ab auctore horum librorum alibi, et ab ipso Cicerone III de Oratore dici *superlationem*, a Fabio vero lib. VIII, *superiectionem*, quae Graecis dicatur ὑπερβολή. Sed G. Trapezuntius Rhetor. lib. I ait: Ab exsuperatione fit exordium, quum accusantes dicimus

ne, abiectione, adiectione, litterarum mutatione: praeterea expectatione, similitudine, novitate, historia,

*abiectinne* : in Voss. pr. Leid. sec. *a suspicione.* Idem. — *Mutatione, praeterea expectatione.* Vix dubitu, quin sit legendum: *litterarum mutatione praeter expectationem.* Verb.

maioris criminis accusare potuisse, ut si quem furti accuses, eum etiam sacrilegii accusare potuisse. Defensor exsuperatioue utetur, si dicere poterit, se non solum nullam huius rei criminationem timuisse, sed laudem etiam sperasse hoc pacto: Quidam traiecto exercitu naves comburi iussit, vicit, rediit, causam dicit quod naves combussisset. Cuius simile est pro L. Flacco Ciceronis exordium. Inferius in lib. IV clarius exponit: *Significatio est, quae plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratioue. Ea fit per exsuperationem, ambiguum* etc. *Per exsuperationem, quum plus dictum est, quam patitur veritas, augendae suspicionis causa, sic: Hic de tanto patrimonio tam cito testam, qua sibi petat ignem, non reliquit.* In Erfurt. perperam legitur *separatione* pro *exsuperatione.* Graev.

*Collatione, abiectione, adiectione litterarum*) Secutus sum editionem Roberti Stephani, confirmatam ab interprete Palatini primi; nisi quod idem quoque explicet praeterea vulgatum illud, *collocatione:* adeo ut forsan et hoc reponi heic possit. Lambinus haec etiam habet, sed interponit ter voculam *aut*, quae in nullo MS: posset etiam legi *collectione* cum Bruil. ac Fabr. Grvt.

*Collatione* etc. Collatio est quum conferimus nostra cum adversariis. De collatione vide Vossium lib. V Institut. Orator. cap. 10, sect. 1. Varie hic locus legitur tam in editionibus, quam in MSS. In Mediol. legitur: *Collatione, abiectione, mutatione literarum.* Ascensii, Cratandri, Hervag. et multae aliae lectionem, quam Gruterus secutus est, exprimunt. Sed Victorii, *collocatione, litterarum mutatione.* Lamb. ed. *Collatione, adiectione aut abiectione litterarum, aut commutatione.* Erfurt. *Collectione, litterarum mutatione.* Pithoei: *Collocatione, litterarum mutatione.* Meus codex: *Collectione, abiectione, litterarum mutatione.* Duisb. *Collatione aut litterarum mutatione.* Hanc veram duco huius loci scripturam esse, illa vero *abiectione, adiectione* esse glossam magistri, qui interpretatus sit *mutatione litterarum* per illa *abiectione, adiectione.* In nullo sane codice, quos evolvi, *adiectioue* legitur. In aliis tam edd. quam MSS. *adiectioue* alio loco ponitur, ut in Argentoratensi: *inversione, abiectione, ambiguo, suspicione* etc. In Putean. *inversione, abiectione, ambiguo, adiectione, suspicione.* In Erfurt. plane non legitur. Sic enim totus locus ibi se habet: *Inversione, suspicione, irrisione, stultitia, separatione, collectione, litterarum mutatione.* Ista litterarum mutatio aliter dicitur παρανομασία, de qua vide Vossii Institut. Orator. lib. V, c. 5, sect. 1. Eo etiam pertinet παρήχησις, de qua idem eodem capite sect. 3. Graev.

*Exspectatione*) Quum fingimus auditorem exspectare rem magnam, quam dicturi sumus. Longol.

versu; aut ab alicuius interpellatione, aut arrisione; et si promiserimus, aliter, ac parati fuerimus, nos esse dicturos, nos non eodem modo, ut caeteri soleant, verba facturos, quid alii soleant, quid nos facturi simus, breviter exponemus.

7. Inter insinuationem, et principium hoc interest: principium huiusmodi debet esse, ut statim, apertis his rationibus, quibus praescripsimus, aut benevolum, aut attentum, aut docilem faciamus auditorem. At insinuatio eiusmodi debet esse, ut occulte per dissimulatio-

7. *Principium huiusmodi.* Sic MSS., quos vidi, sex, cum ed. Mediol.; vulgo male addebant *quod* vel *quia*. Sed et *eiusmodi* est in sex meorum et ed. Omniboni. Ovd. *Quod principium huiusmodi debet esse.* Tres Gryph. manuscripti *quod* non habent: quae eadem lectio in nonnullis impressis habetur. Leon. Victor. Ald. Lambin. *quod* retinent: in iisdem Gryph. libris *aeque perscripsimus* legitur sequenti versu. Br. — *Apertis rationibus.* In nullo meorum est *his*, quod addidit Graevius. Sed *quibus* praebent MSS. et edd. Ovd. — *Quibus praescripsimus.* Ita codices, non ut vulgo, *quas.* Lall. — *Eiusmodi debet esse.* Voss. pr. sec. ed. Med. *hu-*

*Aut ab alicuius interpellatione, aut arrisione* etc. Ita exemplaria nostra omnia. Lambinus *irrisione* maluit; oblitus turpiter, id verbum paullo ante positum hac ipsa in re. Grvter. Hic quoque satis magna varietas. Nonnullas edd. *ab alicuius interpretatione, aut arrisione.* In Erfurtensi totus locus sic legitur: *Historia, versu, aliter ac parati fuerimus, nos esse dicturos ab alicuius interpellatione aut arrisione, nos non eodem modo, ut caeteri solent, verba facturos.* Non male, nam in sequentibus non additur *nos non eodem modo* etc. et, *quid alii soleant* etc. non additur *aut* ac *si promiserimus.* In Duisb. haec tantum discrepant a vulgatis: *irrisione* ibi scribitur pro *arrisione*, *si promiserimus* deleta copula *et*, quae in edd. exstat. *ut caeteri solent*, aeque ac Erfurt. et, *quod alii soleant*, pro *quid alii soleant.* Interpellatio est, quum alterius sermone interrumpitur oratio, aut fingitur interrumpi. Graev.

*Ab arrisione*) Affabili allocutione ad aliquem cum iucundo risu, unde recreari potest animus defessus. Long.

*Quod principium huiusmodi esse debet*) *Quod* expunxi auctoritate Putean. Erfurt. Duisb. cod. Meus codex: *quia principium huiusmodi esse debet.* Erfurt. etiam pro *huiusmodi* scribit *eiusmodi.* Graev.

*Apertis rationibus, quibus praescripsimus*) Est ab antiquitus cusis, et Pall. nostris, aliorumque; vulgata, *quas praescripsimus.* Genus dicendi e Graecia est, inquit Guilielmius, qui item monuit abesse Fabr. *apertis*, ac probat. Grvt. Adprobant Erfurt. Puteau. nisi quod meus, et Duisb. addunt *his*, *apertis his rationibus*, *quibus praescripsimus*, quod recepi. Al. *Apertis rationibus*, *quibus praescripsimus.* Erfurt. *Apertis rationibus,*

nem eadem illa omnia conficiamus, ut ad eamdem commoditatem in dicendi opere pervenire possimus. Verum hae tres utilitates tametsi in tota oratione sunt comparandae, hoc est, ut auditores sese perpetuo nobis attentos, dociles, benevolos praebeant; tamen id per exordium causae maxime comparandum est. Nunc, ne quando vitioso exordio utamur, quae vitia vitanda sunt, docebo. In exordienda causa servandum est, ut lenis sit sermo, et usitata verborum consuetudo, ut non apparata oratio esse videatur. Vitiosum exordium est, quod in plures causas potest accommodari: quod vulgare dicitur. Item vitiosum est, quo nihilo minus adversarius potest uti: quod commune appellatur. Item illud, quo leviter com-

*iusm.* Ovd. — *In dicendi opere pervenire.* Ita solus ex meis dat Voss. sec. Ceteri cum edd. pp. *in d. opere venire.* Mox *sint comp.* in MSS. IV. Idem. — *Ne quando vitioso exordio utamur. Ne quando vitio in exordio utamur*, Gryph. A. Brvt. — *Vitanda sunt.* Voss. sec. Leid. qu. cum ed. Mediol. *sint.* Ovd. — *Et usitata v. c.* In MSS. quatuor et ed. Omnib. *ut*: bene. Ed. Mediol. *et ut us.* Idem. — *Quo nihilominus.* Leid. sec. *quod n.* Idem. — *Quo leviter commutato.* Duae posteriores voces

*quibus perscripsimus.* Edd. *Apertis rationibus, quas praescripsimus.* Graevivs.

*Illa omnia conficiamus* ) Erfurt. *Omnia illa conficiamus.* Idem.

*Vt ad eamdem commoditatem* ) Erfurt. *Vt per eamdem commoditatem.* Graev.

*In dicendo pervenire* ) Sic restitui coniectura ductus. Nam perspicue germana, et recta scriptura fuerat a scriptoribus librariis depravata, quum ex *dicendo per*, *dicendo opere* fecissent. Lamb. Sic Lambinus ex coniectura; in aliis Edd. et MSS. Putean. Erfurt. meo, et in omnibus, quos ego consului codd. est, *in dicendi opere pervenire.* Al. *in dicendi opere venire.* At *in dicendo pervenire* est mera Lambini coniectura, quam ego recipere non sum ausus, quamvis eam receperiut praeter Lambinum Manutius, et Gruterus. Graev.

*Verum hae tres utilitates* ) Erfurt. *Verum hae res utilitates.* Mihi persuasum est *utilitates* esse interpretationem magistri, quae in contextum irrepsit, quam si deleveris, et legeris ex Erfurtensi: *Verum hac res, etsi in tota oratione sint comparandae*, omnia erunt planiora et lenius fluent. Idem.

*In exordienda causa* ) Erf. *Exordienda causa* sine *in*. Idem.

*Vt non apparata oratio esse videatur* ) Putean. *ut non apparata oratio videatur.* Erfurt. *ut non apparata oratio videatur esse.* Idem.

*Quo nihilominus* ) Erf. *Quod nihilominus.* Idem.

*Quod commune appellatur* ) Pith. *quod commune appellari potest.* Idem.

*Quo leviter commutato adversarius*

mutato adversarius poterit uti ex contrario. Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositum est, aut nimis longum est, et quod non ex ipsa causa natum videtur, (quod separatum vocatur; in quo etiam translatum includitur) ut proprie cohaereat cum narratione:

absunt a Voss. et Leid. O. et ed. Omnib. in quibus *quo advers. ex contrario poterit* (vel *potest*) *uti*; in ed. Med. *q. adv. ex contrario leviter commutato p. u.* Idem. — *Apparatis verbis comp. est.* Voss. tert. *apparate* cum ed. Med. *Accurate* et *adparate* Leid. tert. dein *est* recte abest a Leid. qu. Idem. — *Aut nimis longum.* MSS. sex, et edd. pp. *aut nimium l.* in ed. Med. *aut quod n.* Idem. — *Natum videtur.* MSS. V. *videatur.* In. — *Quod separ. etc. includitur.* Desunt haec MSS. O. et ed. Med. Ovd. *Quod separatum vocatur: in quo etiam translatum includitur.* Quum haec verba in meis manuscriptis non exstent, absint autem aeque in Aldi, et in Victorii editione, equidem in eam suspicionem venio, ut ea tanquam redundantia inducenda censeam. Sapiunt certe nescio quo pacto seduli hominis explicationem, ne satis Ciceronis sententia intelligeretur, verentis. Illud saue omittendum non est, a Lambino in his verbis, quae mox sequuntur, negationem addi, ut non proprie cohaereat cum narratione: quod ille, qua rationa adductus fecerit, docet. Brvtvs — *Cohaereat cum narratione.* Voss. tert. *coh. narrationi.* Ed. Med. *conveniat.* Ovd.

*poterit uti ex contrario.* Pith. *Quo adversarius ex contrario leviter commutato potest uti.* Erfurt. *Quod adversarius ex contrario poterit uti.* Meus MS. cum nonnullis edd. *Quo adversarius ex contrario potest uti.* MSS. quidam: *Quo leviter commutato adversarius poterit uti ex contrario, quod commutabile dicitur.* Idem.

*Aut nimis longum*) Dicant causam, qui sic mutarunt. Nos in omnibus legimus, *aut nimium longum*, quod mihi non ingratius accidit, quam *nimium quantum*: aut ut in I Verrin. *nimium diligentem.* Magna autem huius loci in MSS. mutatio, et licet in ipso contextu non habeant omnes, tamen in margine agnoscunt hic argui exordia, vulgare, commune, commutabile, longum, separatum, translatum, contra praecepta. Itaque quum probabiliter aliae appellationes huc invectae sint, certe non minus probabiliter augebitur, *ex contrario poterit uti, quod commutabile dicitur*, et in fine, *auditorem, quod contra praecepta et inefficax appellatur.* Vtique idem tenor per omnia servandus fuit, nec apparet haec esse sciolorum. Gron. Erfurt. Putean. Duisb. meus, *nimium longum* prae se ferunt: quod in suis quoque Gronovius inveuit, probavitque, quia dicatur, ut *nimium quantum:* sed Duisburg. recte quoque prius *est* non agnoscit. In praecedentibus verbis Erfurt. *Quod nimium apparate compositum est*, pro *apparatis verbis.* Quod sane non displicet. Graev. *Aut nimium longum* Codex Traiect. Bvrm.

*Vt non proprie cohaereat*) Quis non videt, negationem hic desiderari in libris vulgatis, in quibus legitur, *ut proprie cohaereat* etc. separatum enim est id, quod non cohaeret. Lamb. Revocavi veterem scripturam a Lambino foede eiectam, immissa voce negativa *non*, quae in nullis visa mihi

et quod neque benevolum, neque docilem, neque attentum facit auditorem.

8. De exordio satis dictum est: deinceps ad narrationem transeamus. Narrationum tria sunt genera. Vnum, quo exponimus rem gestam, et unumquodque trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa: quod pertinet ad eas causas, de quibus iudicium futurum est. Alterum genus narrationis est, quod intercurrit nonnunquam fidei, criminationis, aut transitionis, aut

8. *Satis dictum est.* MSS. VI, et ed. Med. *Satis erit d.* Ovd. — *Vnum quo exp.* Voss. et Leid. tert. cum ed. Omnib. *Vnum est cum exp.* Leid. pr. ed. Med. *unum, cum exp.* in Al. *unum est quo.* Ovd. — *Quod pertinet ad eas causas. Quod maxime pertinet* Gryph. A, in caeteris *maxime* abest. Et paullo post, duo verba *vel laudationis* in eiusdem manuscr. B et C non habentur. Br. — *Fidei, criminationis.* Voss. pr. Leid. pr. ed. Mediol. *fidei aut crim.* in reliquis et edd. ante Graev. *aut fidei aut* membranis, scriptorisque sententiae prorsus est contraria; admissis quidem distinctionibus nostris, quas ipsa propugnat ratio. Grvt.

*Attentum facit auditorem*) Quidam MSS. teste Gronovio: *Attentum facit auditorem, quod contra praecepta et inefficax appellatur.* Idem.

*De exordio satis dictum est: deinceps*) Erfurt. *De exordio satis dictum: deinceps.* Duisb. *de exordio satis ērit dictum: deinceps.* Graev.

*Narrationum tria sunt genera*) Duisb. *Narrationum vero tria sunt genera.* Erfurt. meus, et edd. nonnullae: *narrationum genera tria sunt.* Idem.

*Vnum, quo exponimus rem gestam*) Erf. *Vnum est cum exponimus rem gestam.* Idem.

*Quod trahimus ad utilitatem nostram, vincendi causa*) Saepe non narramus ita, ut gesta res est, et non malitiae, sed victoriae causa. Vt pro Milone Cicero fecit non solum in descriptione itineris, sed etiam in verbis a Milone de Clodii morte dictis, quae a Clodio dicta esse ait. Talis etiam magna ex parte est Sinonis apud Maronem narratio. Toxita.

*Alterum genus narrationis est*) Erfurt. *Alterum genus est narrationis.* Graev.

*Quod intercurrit nonnunquam fidei, criminationis, aut transitionis*) Sic reposui ex Puteani codice, deletis voculis *aut*, quae in vulgatis habentur, *quod intercurrit nonnunquam aut fidei aut criminationis*; primum *aut* nec Erfurtensis agnoscit, in quo legitur: *Quod intercurrit nonnunquam fidei, aut criminationis* Narrationis autem hoc genus Trapezuntio vocatur digressorium. Idem.

*Fidei*) Ad fidem faciendam, quale in Verrem illud: *Nonne ita, ut, omnibus nobis tacentibus, ipsae te tuae tabulae condemnare possent. Cedo, quaeso, codicem, circumfer, ostende. Videresne totum hoc nomen deletum esse in litura?* et quae sequuntur. Plures tales narrationes in iisdem Verrinis habes. Capidvr.

alicuius apparationis, vel laudationis causa. Tertium genus est id, quod a causa civili remotum est; in quo tamen exerceri convenit, quo commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Eius narrationis duo sunt genera: unum, quod in negotiis; alterum, quod in personis positum est. Id, quod in negotiorum expositione positum est, tres habet partes, fabulam, historiam, argumentum. Fabula est, quae neque veras, neque verisimiles continet res; ut hae, quae tragoedis traditae sunt. Historia est res gesta, sed ab aetatis nostrae memoria remota. Argumentum est ficta res, quae tamen fieri potuit; velut argumenta comoediarum. Illud

*crim.* Ovd. — *Apparationis vel laudationis c.* Suprasc. in Voss. pr. *vel amplificationis*: desunt *vel laudat.* a Leid. teit. *causa aut laudationis* Ed. Med. *aut* pro *vel* in duobus aliis. Idem. — *Vt hae, quae tragoedis traditae sunt.* Voss. pr. cum duobus Leid. et ed. Med. *ut hae sunt*, dein *a tragoedis* Voss. sec. *in tragoediis* Leid. duo: *tragoediis* Ed. Med. *a tra-*

*Apparationis vel laudationis causa*) Erfurt. *Apparationis causa.* Graev.

*Laudationis*) Vt in Verrina IV: *Etenim ut simul Pub. Africani humanitatem cognoscatis, oppidum Himeram Carthaginienses quondam ceperant, quod fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum*, et quae sequuntur. In illis Verrinis sunt omnis generis narrationum exempla plura et elegantissima. Toxita.

*Vt hae, quae tragoediis traditae sunt*) Sic sane et plures MSS. nisi quod in plerisque opinor, *tragoedis*, quod ipse video in duobus. Sed in tertio erat *ut haec sunt quae tragoedis*, quae superscribendo aucta sunt usque *in tragoedis sunt traditae.* Plane persuadeor esse hic aliquid inconcinnum; immo fere illud *traditae* ortum ex superscripto *tragicae*, quae erat expositio τῶν *suetae tragoediis*: forsan enim ex lectione antiqua MSS. quam posui, patebit auctorem scripsisse: *ut hae suuetae tragoedis.* Gron.

*Vt hae sunt, quae tragoedis traditae sunt*) Vulg. *Vt hae, quae tragoediis traditae sunt.* Al. edd. *Vt hae quae in tragoediis traditae sunt.* Erf. et Putean. *Vt hae sunt, quae tragoediis traditae sunt.* In meo MS. est: *Vt hae quae a tragoedis traditae sunt.* Recepi *tragoedis* ex hoc et aliis MSS. Dicitur ut illud Taciti I Annal. cap. 1: *Claris scriptoribus memorata sunt.* Graev. MS. Traiect. etiam legit, *quae a tragoedis traditae sunt.* Bvrm.

*Argumentum est ficta res*) Sic accipitur apud Suet. Calig. 57: *Parabatur et in nocte spectaculum, quo argumenta inferorum per Aegyptios, et Aethiopes explicantur.* Et in Ner. 12: *Inter pyrrhicarum argumenta taurus Pasiphaën ligneo iuvencae simulacro abditam iniit.* Graev.

*Velut argumenta comoediarum*) Erfurt. *Velut argumenta tragoediarum.* Idem.

*Illud Genus narrationis*) Putea-

genus narrationis, quod in personis positum est, debet habere sermonis festivitatem, animorum dissimilitudinem, gravitatem, levitatem, spem, metum, suspicionem, desiderium, dissimulationem, misericordiam, rerum varietates, fortunae commutationem, insperatum incommodum, subitam laetitiam, iucundum exitum rerum. Ve-

*goediis* Ed. Omnib. *traditae* deest Leid. qu. Id. — *Grav. levitatem.* Sic etiam IV ex meis cum ed. Mediol. in al. *lenit.* male. Ab omnibus abest *errorem.* Id. — *Dissimulationem*, *errorem. Errorem* neque in manuscriptis legitur, neque in quibusdam impressis. Ald. Vict. Leonic. Lambini editio habet. Br. — *Fortunae commutationem.* Voss. sec. Leid. qu. *commutationes* : contra *varietatem* est in Leid. pr. et tert. Ovd.

nus, *Aliud genus narrationis.* Idem.

*Quod in personis positum est*) Haec narratio vocatur ἐπιδεικτικὴ ἢ πλαστικὴ περὶ τῶν προσώπων, quae personarum habet fictionem. Hoc genere comprehenditur, quidquid est apud poëtas de personis quas vel verae sunt, et notae, vel fictae. Verae sunt, quae aliquando fuerunt, quibus quum oratio ficta attribuitur, ἠθοποιΐα dicitur; ut quum Cic. loquens de rep. introducitur. Quum vero ab inferis quasi excitatur persona nota, vocatur εἰδωλοποιΐα. Personae fictae sunt vel rerum inanimatarum, aut ratione carentium, quibus sensus deest, quae προσωποποιΐα appellatur. Exempla sunt apud Ciceronem in Verrinis Siciliae loquentis; pro Plancio Reipublicae; apud Poëtas, Famae, Invidiae etc. Toxita.

*Animorum dissimilitudinem*) In comparatione scilicet personarum etc. Idem.

*Gravitatatem, lenitatem*) Haec non videtur inter hos animorum impetus habere locum, et quum senilem hic, ac iuvenilem habitum innuat, malo cum alio MS. *levitatem*, quod non dubito in pluribus exstare libris. Nam quod sequitur *errorem* (dicat enim Gruterus ubi legerit *errores*) plane expuli, quum nuspiam firmetur. Gronovivs.

*Gravitatem*, *levitatem*, *spem*) Vulgg. *Gravitatem*, *lenitatem*, *spem.* Recte *levitatem;* et sic etiam Puteani codex. Idem. Ita et MS. Traiect. et nonnullae editiones. Bvrm.

*Dissimulationem*, *misericordiam*) Interserunt recentiores, *errores.* Sed non comparet in ullo Pall. aut editione veteri. Grvt. Vt nec in MS. Traiect. Bvrm.

*Dissimulationem*, *misericordiam*) Vulgg. *Dissimulationem*, *errorem*, *misericordiam. Errorem* recte expunxit Gruterus, nec ea vox in Erfurt. Puteau. Duisb. nec meo legitur codice. Graevivs. Nec in MS. Traiect. Bvrm.

*Fortunae commutationem*) Duisb. *Fortunae commutationes*, ut Lambinus edidit. Idem.

*Iucundum rerum exitum*) Erfurt. et Duisb. *iocundum rerum exitum.* Sic semper optimi et antiquissimi codices. Graev.

rum haec in exercendo transigentur. Illud, quod ad veritatem pertinet, quomodo tractari conveniat, aperiemus.

9. Tres convenit res habere narrationem, ut brevis, ut dilucida, ut verisimilis sit: quae quoniam fieri oportere scimus, quemadmodum faciamus, cognoscendum est. Rem breviter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, unde necesse erit: et si non ab ultimo initio repetere volemus; et si summatim, non particulatim narrabimus; et si non ad extremum, sed usque eo, quo opus erit, prosequemur; et si transitionibus nullis utemur; et si non deerrabimus ab eo, quod coeperimus exponere; et si exitus rerum ita exponemus,

9. *Tres res convenit h.* Sic MSS. VI cum edd. pp. val *tres res habere c.* vulgo *tres conv. res h.* Mox *lucida* Voss. sec. Ovd. — *Quo opus erit prosequemur.* Leid. pr. *fuerit*, ac *persequemur* verissime MSS. O. *prosequamur* Ed. Mediol. Iorm. *Persequemur*, quomodo emendat Lamb. auctoritate manuscriptorum innixus, legendum. Ba. — *Coeperimus exponere.* Leid. tert. *excerpsimus exponere vel coeperimus dicere.* Ovden. — *Exitus rerum ita exponemus.* Probo, quod cum Erfurtensi dant Voss. tres et Leidd. pr. sec. *ponemus.* Id. *Ita exponemus. Ita ponemus* duo

*Verum haec in exercendo transigentur*) Sic habent libri manuscripti. Haec autem referenda sunt ad id, quod supra dixit: Tertium genus esse narrationis a causa civili remotum, in quo tamen exerceri conveniat, etc. Lamb.

*Haec in exercendo transigentur*) Al. *Hoc in exercendo transigitur.* Graev.

*Tres convenit res habere*) Erfurt. *Tres res convenit habere.* Idem.

*Vt dilucida, ut verisimilis sit*) Erfurt. *Vt brevis, ut lucida, ut verisimilis sit.* Idem.

*Quomodo faciamus cognoscendum est*) Put. *Quemadmodum faciamus demonstrandum est.* Idem.

*Si inde incipiemus narrare*) Duisb. *Si inde ceperimus narrare.* Idem.

*Ab ultimo initio repetere*) Habnerim vocabulum *initio* pro glossatoris emblemate. Gryter. Male. Is ab ultimo initio repetit rem, quum incipit narrare de iis rebus, quae longe antecedunt hoc tempus, quo id contigit, de quo narrare coeperunt, et ad rem nihil pertinent; ut si quis de nobilitate Romana velit narrationem instituere, et incipiat narrare de adventu Aeneae in Italiam. Graev.

*Quo opus erit prosequemur*) Erfurt. et Lamb. ed. *Quo opus erit persequemur.* Idem.

*Si transitionibus nullis utemur*) Putean. *Si translationibus nullis utemur.* Idem.

*Si exitus rerum non ita exponemus*) Erfurt. *Si exitus rerum ita ponemus.* Idem.

ut ante quoque quae facta sunt, sciri possint, tametsi ea reticuerimus. Quod genus est, si dicam, me ex provincia redisse, profectum quoque in provinciam intelligatur. Et omnino non modo id, quod obest, sed etiam id, quod neque obest, neque adiuvat, satius est praeterire. Et ne bis aut saepius idem dicamus, cavendum est: etiam ne id, quod semel supra diximus, deinceps dicamus, hoc modo:

*Athenis Megaram vesperi advenit Simo:*
*Vbi advenit Megaram, insidias fecit virgini:*
*Insidias postquam fecit, vim in loco attulit.*

Gryph. B C quibus Leonic. suffragatur. Br. — *Ea reticuerimus.* E meis ita habet solus Leid. qu. in caeteris *nos r.* nisi quod Voss. tert. neutram vocem agnoscat. Leid. tert. *tacuerimus.* Oud. — *Quod genus est.* Sic etiam Voss. pr. tert. edd. pp. *q. genus est hoc modo* Leid. qu. In al. *q. genus.* Idem. — *Quod semel diximus.* Ita legendum cum Erfurt. et ed. Mediol. vulgo *semel supra*, vel *supra semel*: rectius *saepius deinceps* dat etiam Leid. qu. In. — *Quod semel supra diximus. Semel* in tribus Gryph. manuscriptis non exstat. Excusi habent; in his etiam Leonic. Br. Non est in Cod. Lips. Ean. — *Athenis Megaram.* MSS. O. et ed. Omn. habent *Megarum*, etiam in seq. versu, nisi quod illic in Voss. pr. sit *Megarim*, pro *Megaridem*, ut est apud Cic. V in Verr. cap. 25: de *Megara* sing. num. vide me ad Suet. Tib. cap. 4. Oud. — *Vim in l. attulit.* Leid. tert. *intulit*, male. V. me ad lib. II de Inv. c. 42. — *Vim illi in loco attulit. Illi* quod a caeteris abest, ex Gryph. A addidimus. Br.

*Tametsi ea reticuerimus*) Sic rescripsimus ex Duisburgensi et Lambinianis. Vulg. *Tametsi nos reticuerimus.* Dein in sequentibus verbis ex Puteani cod. adieci *est*, *quod genus est*, quod in vulgatis desideratur. Graevius.

*Me ex provincia redisse*) Sic Erf. et Lambin. ed. sed vulgg. *Me ex provincia rediisse.* Idem.

*Et omnino non modo id quod obest*) Erfurt. *Et homini non modo id quod obest.* Idem.

*Ne id quod semel supra diximus, deinceps dicamus*) Omittit Erfurtensis *supra*; merito. Duisburgensis commode quoque addit, *saepius deinceps dicamus.* Idem.

· *Athenis Megaram vesp. advenit Simo* etc. Versus sunt iambei tres: quod animadversum indicavit Auratus primum Memmio, deinde mihi. *Insidiatur* autem legendum, non, ut in libris vulgg. *insidias fecit.* Praeterea pro *in loco*, malim legi *inlico*, seu *illico.* Lamb.

*Athenis Megaram*) Erfurt. *Athenis Mecarum.* Putean. *Athens Mecharum.* Graev.

*Insidias fecit virgini*) Lambinus, *insidiatur virgini*, contra Pall. et Guilielm. neque versus labat; absorbetur enim prima syllaba a fine antecedentis. Sed et idem editor mutat illud *in loco* praeter auctoritatem membranarum: notatque e *vestigio*, *statim* etc. Grut. Optime Gruterus tuetur membranarum scripturam. Con-

Rem dilucide narrabimus, si ut quidque primum gestum erit, ita primum exponemus; et rerum ac temporum ordinem conservabimus, ut gestae res erunt, aut ut potuisse geri videbuntur. Hic erit considerandum, ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid nove dicamus; ne quam in aliam rem transeamus; ne ab ultimo repetamus; ne longe persequamur; ne quid, quod ad rem pertineat, praetereamus; et si sequemur ea, quae de brevitate praecepta sunt; nam quo brevior, eo dilucidior et cognitu facilior narratio

— *Vt quidque primum gestum erit.* Abest *primum* a Voss. pr. Leid. tert. *id quod pr.* Ed. Med. OVD. — *Ne quid nove.* Suspecta haec mihi sunt. In V MSS. ponuntur ante τὰ *ne quid ambigue.* In duobus, et ed. Mediol. ante τὰ *ne quid contorte.* Agit simpliciter de lucida et bene ordinata narratione. OVD. *Ne quid perturbate, ne quid contorte* etc. In duobus Gryph. B C, *ne quid perturbate, ne quid nove dicamus, ne quam in aliam rem* etc. alteri cum excusis convenit. BR. — *Si sequemur ea.* MSS.

tra Lambini editiones ex coniectura, *vim illico attulit. In loco* est commodo loco, seu suo aut opportuno tempore, ut saepissime apud Comicos. GRAEV.

*Vt quidque primum erit*) Erf. *Vt quidquid primum gestum erit.* IDEM.

*Ne quid perturbate, ne quid contorte, ne quid ambigue, ne quid nove*) Erfurt. *Ne quid perturbate, ne quid novi dicamus.* IDEM.

*Perturbate*) Ne confundamus ordinem temporum. GRAEV.

*Contorte*) Si confundamus rerum ordinem, quod fit rerum, quae coniungi debebant, transpositione, et non necessariorum interpositione. ID.

*Ne quid nove dicamus*) Erfurt. *Ne quid novi dicamus*, quod verius puto. Nova hic sunt inusitata, quae in talibus causis numquam acciderunt, aut solent accidere, aut suspectam reddant narrationem. *Nove* hic exponit Mich. Toxita, et qui eum sequitur, aut describit, Aldus Manutius, de novis verbis, et *contorte* de hyperbatis intelligit. Sed non hic loquitur de dotibus dictionis, seu elocutionis, sed de rebus, quae narrandae sunt. IDEM.

*Ne quam in aliam rem transeamus*) Ne omissis rebus ad praesens negotium pertinentibus non narranda atque aliena narremus, sive ut digressiones fugiamus. IDEM.

*Ne longe persequamur*) Al. *Ne longe prosequamur.* IDEM.

*Ne quid, quod ad rem pertineat*) Put. *Ne quod ad rem pertineat*) IDEM.

*Et si sequemur ea*) Al. *Et si persequemur ea.* IDEM.

*Nam quo brevior, eo dilucidior*) Erfurt. *Nam quo brevior, dilucidior, et cognitu facilior erit oratio.* Verum tamen est illud Horatii: — — *Brevis esse laboro, Obscurus fio.* Itaque illam brevitatem intelligit, in qua nihil omittitur, quod ad rem pertinet, sed omnia, quae non ad eam spectant, et ad nostrum non faciunt, quod tum urgemus, institutum, praetereuntur, quum non dicimus omnia, quae dici

fiet. Verisimilis narratio erit, si, ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus; si spatia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt: ne refelli possit, aut temporis parum fuisse, aut causam nullam, aut locum idoneum non fuisse, aut homines ipsos facere aut pati non po-

VI *persequemur*, in Leid. qu. *sic*. Ovd. — *Verisimilis narratio erit*. Leid. tert. Ed. Mediol. *fiet*. Voss. pr. *est*. Idem. — *Ne refelli possit. Ne referri possit* Lamb. edidit: manuscripti eodem consensu, et impressi, *ne* possunt. Egregie Horatius: *Ordinis haec virtus est, et venus, aut ego fallor, Vt iam nunc dicat, iam nunc debentia dici Pleraque differat, et praesens in tempus omittat*. Id.

*Verisimilis narratio erit*) Erfurt. *Verisimilis narratio fiet*. Id.

*Vt mos, ut opinio, ut natura postulat*) *Mos* scilicet religionis, id est, universorum, qui est observandus. Nam omnia fere maiorum instituta iudicantur, ut ait C. Nepos in prooemio. Sed tamen ibidem addit illos esse *expertes literarum*, hoc est indoctos, idiotas, *qui nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt*. *Opinio* vel est omnium, vel maioris partis, vel meliorum. Vt si quis in terris, superstitionibus antiquis etiam nunc in tanta Evangelii et bonarum artium luce, obnoxiis, velit tueri opinionem a Gallis, Belgis, et aliis cultioribus gentibus merito probatam, sagas et veneficas, quales putantur et habentur vulgo, nullas esse, sed esse miserarum anicularum aut meras praestigias, nugas, ac aniles ineptias, ac superstitiones, aut malevolorum criminationes mendacissimas, ut non flammis, sed verberis aiut coërcendae, is ludat operam. *Natura*, si id quod dicimus nec a nostra natura, nec ab illius, de quo dicimus, nec eorum, pro quibus, vel contra quos agimus, alienum sit. Non enim consentaneum est, ut de pudicitia agat leno, de castitate meretrix. Nam: *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?* Graev.

*Consiliorum rationes*) Put. *consiliorum narrationes*. Id.

*Ne referri possit*) Sic restitui, adprobata Memmii et Aurati coniectura. *Referri* autem dictum accipio pro respondendo obiici, et ut vulgus loquitur, replicari. Cuius significationis quum exempla multa sint, unum mihi nunc occurrit, Acad. Quaest. lib. IV, in extr.: *Sic ego nunc tibi refero, artem sine scientia esse non posse*. Et Or. pro Caecina: *Hic est mucro defensionis tuae: in eum ipsum causa tua incurrat necesse est. Ego enim tibi refero: Si non sim ex eo loco deiectus* etc. Lamb.

*Ne refelli possit* etc. Aptum huic loco verbum, itaque acumen laudandum Aurati ac Memmii, coniectantium *referri*, sed non id etiam inferendum in contextum cum Lambinianis, repugnante omni supellectile librorum nostrorum calamo exaratorum. Grvt. Ed. Lamb. *Ne referri possit*. Graev. Vid. Gifan. Observ, L. L. in *Refellere*. Burm.

tuisse. Si vera res erit, nihilominus haec omnia narrando conservanda sunt: nam saepe veritas, nisi haec servata sint, fidem facere non potest. Sin erit ficta, eo magis erunt conservanda. De iis rebus caute confligendum est, quibus in rebus tabulae, aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuisse. Adhuc quae dicta sunt, arbitror mihi constare cum caeteris artis scriptoribus, nisi quae de insinuationibus nova excogitavimus, quod eas soli, praeter caeteros, in tria tempora divisimus, ut plane cer-

*refelli* legunt. Bʀᴠᴛᴠs. — *Nisi haec servata sint.* Voss. tert. *n. h. omnia conservata s.* in ed. Mediol. etiam *conservata non potest.* Voss. tert. *non poterit.* Oᴠᴅ. — *Sin erit ficta.* In nonnullis *erunt* vel *erunt fictae*: contra mox pro *erunt* in quibusdam *erit.* Leg. scilicet cum Erfurt. *Sin ficta* scil. *res erit.* Iᴅᴇᴍ. — *De iis rebus.* Voss. pr. *his de rebus*: optime transposita praepositione. Iᴅᴇᴍ. — *Confligendum.* Idem cum Leid. sec. tert. *confingendum.* Iᴅᴇᴍ. *Alicuius firma a.* Ed. Mediol. *scripti alicuius f. a.* male. Iᴅᴇᴍ. — *Adhuc quae dicta sunt.* Ed. Med. *Adhuc ea, quae scripta sunt*; dein post *constare* addit Voss. sec. *communia.* Iᴅᴇᴍ. — *Nisi quae.* Sic MSS. plerique cum ed. Med. al. *quia.* Iᴅᴇᴍ. — *De insinuationibus.* Leid. tert. qu. Voss. tert. a m. sec. *de insinuatione*, et mox cum ed. Omn. *eam*, sed *ea* bene Leid. sec. *Ni quod de insinuatione nova quaedam excogitavimus*; *qui* etc. Ita Lamb. legit; *de insinuationibus* manuscrip. habent: in caeteris non discedunt a lect. vulgata. Bʀ. — *Soli praeter cet.* MSS. VI *soli nos.* Ed. Omnib. *nos soli.* Oᴠᴅ.

*Nihilominus haec omnia narrando*) Lamb. *Tum nihilo minus haec omnia narrando;* vel, *tamen nihilo minus haec omnia narrando.* Gʀᴀᴇᴠ.

*Fidem facere non potest*) Erfurt. *Fidem non potest facere.* Lamb. ed: *fidem non poterit facere.* Iᴅ.

*Sin erit ficta, eo magis erunt conservanda*) Erfurt. *Sin ficta, magis erunt conservanda.* Al. *Sin erit ficta, eo magis conservanda erunt.* MS. *Sin erunt ficta, eo magis erunt conservanda.* Iᴅ.

*Caute confligendum est*) Nihil muto, tametsi quidam libri manuscripti habeant, *confingendum est.* *Confligendum* autem interpretor, concertandum, contendendum, pugnandum; ut sit translatio. Praeterea libri vulgati nonnulli habent *confligendum erit.* Lᴀᴍʙ. MSS. quidam, *caute confingendum est.* Al. *caute confligendum erit.* Gʀᴀᴇᴠ.

*Videbitur interfuisse*) Duisb. *Videtur interfuisse.* Iᴅ.

*Nisi quia de insinuationibus nova excogitavimus, quod eas soli* etc. Haec est vett. edd. scriptura, firmaturque a Pall. deinde cusi, *insinuatione*, item *eam;* Guilielmius emendaverat, *nisi quae de insinuatione nova excogitavimus, eam soli nos* etc. Gʀᴠᴛ.

*Quae de insinuationibus nova excogitavimus*) Erfurtanus: *nisi quia de insinuationibus nove excogitavimus.* Duisb. *nisi quae de insinuatione nova excogitavimus.* Lamb. ed. *nisi quia de insinuatione nova quaedam excogitavimus.* Gʀᴀᴇᴠ.

*Soli, praeter caeteros*) Scripti ve-

tam viam et perspicuam rationem exordiorum haberemus.

10. Nunc, quod reliquum est, quoniam de rerum inventione disputandum est, in qua singulare consumitur oratoris officium, dabimus operam, ut nihilo minus industriae, quam rei utilitas postulabit, quaesiisse videamur, si prius pauca de causarum divisione dixerimus. Causarum divisio in duas partes distributa est. Primum perorata narratione debemus aperire, quid nobis conveniat cum adversariis. Si ea, quae nobis utilia erunt, conve-

10. *In qua singulare c. o. officium.* Leidd. pr. sec. *in quo.* Tum unicum Voss. sec. Leid. sec. ac Voss. pr. sec. Leidd. tres praebent *artificium*, omnino bene. Ovd. *Oratoris officium. Artificium*, ubi impressi *officium* habent, edidimus, duorum Gryph. exemplarium B C auctoritatem, quae certa praesertim ratione nititur, secuti. Linea sequenti, *industrie* Lamb. legit, ab Aldi editione non dissentiens. Cum manuscriptis, qui *industriae* habent, Victorio convenit. Br. — *Quaesiisse.* MSS. O. et edd. pp. *quaesisse.* Ovd. — *De divisione causarum.* Hic ordo est in MSS. O. et ed. Mediol. Idem. — *Distributa est.* Leid. qu. *distribuitur.* Idem. — *Perorata narratione.* Leid. tert. *post narrationem.* Ovd. *Primum perorata narratione. Primum per narrationem* legitur in duobus Gryph. manuscriptis; quae lectio haud scio an sit vulgatae praeferenda. Br. — *Cum adversariis.* Post haec verba in Voss. pr. Leid. pr. sec. legitur, *quid in*

iustiores, *solis nos praeter.* Sed et illa *praeter caeteros* valde suspecta habeo. Vide notas patris ad Senecae Hippolyt. vs. 874. Gronov.

*Quod eas soli praeter caeteros*) Put. *Quod eam solum nos praeter ceteros.* Duisb. *Quod eam soli praeter ceteros.* Sed melius Erfurtensis, *quod ea soli praeter ceteros*, scilicet quae nova excogitavimus. Graev. *Eam nos soli praeter ceteros* Cod. Traiect. Bvrm.

*In qua singulare consumitur oratoris officium*) Erfurt. *In quo singulare consumitur artificium.* Graev.

*Nihilo minus industriae*) Erfurt. *Nihil minus industriae.* Id.

*Quaesisse videamur*) Al. *Quaesivisse videamur.* Id. Vid. Gron. supr. ad cap. I. Bvrm.

*De causarum divisione*) Erf. *De divisione causarum.* Graev.

*Causarum divisio*) Hermogenes προκατασκευὴν vocat, id est, aditum ac vestibulum confirmationis τῆς κατασκευῆς. Duplicem illi locum tribuit, aliquando enim ait illam post prooemia poni, ut in oratione Demosthenis legationis male obitae, aliquando post narrationem, ut in oratione contra Aristocratem. Vide de partitione, et quando illa utendum, quando sit omittenda, Quinctil. Institut. IV, cap. 5. Toxita.

*In duas partes distributa est*) Duisb. *In duas partes distribuitur.* Non male. Graev.

*Primum perorata narratione debemus*) Erfurt. *Primum per narrationem debemus*; forte, *Primum post narrationem.* Ed. Lamb. *Primum enim perorata narratione.* Idem.

*Ab adversario, si ea quae nobis uti-*

nient, quid in controversia relinquatur, hoc modo: Interfectam esse matrem ab Oreste convenit mihi cum adversariis: iure fecerit, et licueritne facere, id est in controversia. Item e contrario: Agamemnonem esse a Clytaemnestra occisum confitentur: quum id ita sit, me ulcisci parentem negant oportuisse. Deinde quum hoc fecerimus, distributione uti debemus. Ea dividitur in duas partes, enumerationem et expositionem. Enumeratione utemur, quum dicemus numero, quot de rebus dicturi sumus. Eam plus quam trium partium numero esse non oportet: nam et periculosum est, ne quando plus minusve dicamus, et suspicionem affert auditori

*controversiis sit.* Ed. Med. *Et si quid in controversia sit.* Ed. Omnib. *et quid in controversia relinquatur.* Ovd. — *Quid in controversia relinquatur.* Hisce carent illi libri, qui post *adversariis* ponunt. Voss. tert. *in controversiis.* Voss. sec. Leid. tert. qu. *in controversiis relictum sit.* Id. — *Iure fecerit.* Voss. tert. Leid. tert. qu. ed. Med. *iurene f.* Idem. — *Et licueritne f.* Deest copula Leid. qu. *ei facere* Voss. tert. ed. Med. *id fac.* Leid. tert. Idem. — *Quum id ita sit.* Abest τὸ *id* a MSS. III. Id. — *Esse non oportet.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. ed. Omnib. *contineri n. op.* Leid. pr. *esse contineri n. op.* Ovd. *Numero esse non oportet.* Sic legitur

*lia erunt, convenient, quid in controversia relinquatur, hoc modo*) Erfurt. *Ab adversariis, quid in controversiis si ea, quae utilia nobis erunt convenient, hoc modo.* Duisb. *Si ea, quae nobis utilia sunt, convenient, quod in controversiis relictum sit, hoc modo.* Idem.

*Interfectam esse matrem*) Put. *Interfectam matrem.* Id.

*Iure fecerit et licuerit facere*) Duisb. *Iure ne fecerit, licuerit ne facere.* Id.

*Item e contrario*) Erf. *Item e contrarie.* Id.

*Me ulcisci parentem*) Lamb. ed. *Tamen me ulcisci parentem.* Id.

*Eam plus quam trium partium numero esse non oportet*) Erf. *Ea plus quam trium partium numero, non oportet.* Duisb. et quidam alii: *Eam plus quam trium partium numero contineri non oportet.* Pal. *Ea plus quam trium partium uti non oportet.* Cratand. ed. *Ea plus quam trium partium numero constare non oportere.* Graev.

*Eam plus quam trium partium numero esse*) Hoc reprehendit Quinctilianus, et non vult hoc numero quasi lege partitionem alligandam esse, quum causa plures desiderare possit partes. Ideo Trapezuntius quatuor posuit. Tox.

*Eam plus quam trium partium numero esse non oportet*) Sic Pal. pr. ac sec. at tertius et quint. *Numero contineri non oportet;* quartus, *ea plus quam trium partium uti non oportet.* Ex quibus liquet, quantum sibi indulserit scribarum licentia. Grvt. Cum Palatino tertio et quinto facit codex Traiect. Bvrm.

*Suspicionem afferet auditori*) Erfurt. *Suspicionem auferet auditori.* Graev.

meditationis et artificii; quae res fidem abrogat oratori. Expositio est, quum res, de quibus dicturi sumus, exponimus breviter et absolute. Nunc ad confirmationem transeamus. Tota spes vincendi ratioque persuadendi posita est in confirmatione et confutatione: nam quum adiumenta nostra exposuerimus, contrariaque dissolverimus, absolute nimirum munus oratorium confecerimus.

11. Vtrumque igitur facere poterimus, si constitutionem causae cognoverimus. Causarum constitutiones

in vulgatis fere omnibus. Alter e Gryph. manuscriptis, *numero contineri*, quomodo legitur in Leonic. exemplari, alter *constare* habet. Br. — *Fid. abr. oratori.* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Omn. *orationi*: bene: *orationis* Leid. pr. Ovd. — *Quum res de quibus d. s.* Voss. pr. sec. Leid. sec. tert. ed. Omnib. *Cum res quibus de rebus*: τὸ *res* delendum opinor. V. cap. 17. *Quibus de rebus* etc. Idem. — *Ad confirmationem trans.* Addunt *et confutationem* Leid. qu. ed. Med. Ovd. *Nunc ad confirmationem et confutationem*, ut Lamb. edidit, legitur in Gryph. A; alii duo *confutationem* non habent; quae aeque vox abest ab impressis Ald. Vict. Leonic. Br. MS. Lips. addit: *et confutationem.* Ern. — *Ratioque pers.* Leid. tert. *totaque ratio p.* Ovd. — *In confirm. et confut.* Voss. tres *et in confut.* Bene. Idem. — *Adiumenta m.* Voss. pr. Leid. pr. ed. Med. *argumenta.* Idem.

*Quae res fidem abrogat oratori*) Alii libri habent *fidem abrogat orationi.* Lamb. Sane in Erfurtensi etiam est *orationi*; et id perplacet; in Puteau. *quae res fidem abrogat auditori.* Graev.

*Quum res, de quibus dicturi sumus*) Ita etiam plerique Pall. non ut prius editi *cum res quibus de rebus dicturi*; pudet quidem adnotare tam pusilla, sed facio fidei meae causa, saepius tamen meliorem deinde faciam hunc auctorem, nec indicabo; tantum velim sciat lector, nihil nos abire a lectione recepta, nisi inducti aut auctoritate exemplarium plutteariorum, vel scriptorum, vel olim excusorum. Grvt. Firmat sane Gruterianam lectionem Puteau. et Duisburgensis codex. Edd. quaedam *cum res, quibus de rebus dicturi sumus.* Graev. Cum his edd. facit tamen MS. Traiect. Vide supra ad cap. 4. Bvrm.

*Nunc ad confirmationem transeamus. Tota spes vincendi*) Duisburgensis duabus vocibus auctior est, quam caeteri libri: *Nunc ad confirmationem transeamus, et ad confutationem. Tota spes vincendi.* Graev.

*In confirmatione et confutatione*) Erfurt. *In confirmatione, et in confutatione.* Id.

*Nam quum adiumenta nostra* etc.) Nonnulli legi volunt *Nam quum argumenta nostra ex pos.* Lamb. In Puteani MS. et Cratand. ed. etiam est *Nam quum argumenta nostra.* Graev.

*Constitutionem causae*) Hoc est statum causae, seu controversiae. Id.

alii quatuor fecerunt: noster doctor Hermes tres putavit esse, non ut de illorum quidquam detraheret inventione, sed ut ostenderet, id, quod oportuisset simpliciter ac singulari modo docere, illos distribuisse du-

11. *Noster doctor Hermes.* Proprium nomen abest a MSS. meis sex, nisi quod in Voss. pr. et Leid. pr. recentiore manu suprascriptum sit *Hermes*, et in Marg. Leid. sec. legatur. *Hermestes doctor Tullii.* In Leid. qu. et Ed. Omnib. *Hermestes.* Ed. Med. *Hermes.* Ovn. *Hermes. Hermagoras* Lamb. legit ex uno, atque altero esemplari manuscr. duo Gryph. B et C neutrum habent; ita enim in his scriptum esstat, *noster doctor treis putavit esse.* Bvrm. *Noster doctor.* Addunt editi plerique *Hermetes*:

*Noster doctor Hermagoras*) Sic habet liber manu scriptus unus, et alter. Hermagoram autem saepe commemorat Marc. Tull. in lib. de Invent. et Quinctil. lib. I et II. De Hermete autem nullum verbum, quod sciam. Lamb. *Hermagoras* emendat Lambinus, quod ita hic idem scriptor (ut ipse putavit) nominetur a Cicerone in libris de Inventione, et Quinctiliano lib. I et II. In veteribus autem libris modo *Hermestes*, modo *Hermes* nominatur. Ego veram lectionem puto *Hermes*; nam *Hermestes* errore librarii factum est, qui coniunsit *Hermes* nomen cum dictione *tres*, quae statim sequitur. F. Vrs.

*Noster doctor Hermetes*) Haud aliter Victorius, et alludunt Pall. in quibus fere *Hermestes*, aut *Hermes*; nisi quod quartus ac sextus totum nomen omittant, quemadmodum et Bruil. et Fabr. Lambinus reposuit *Hermagoras*, secutus Huberti Lougolii fidem. Guilielmius mallet nihil adesse, quam nomen falsum, utique quum et Nicolaus Angelius testatus fuerit, de suis in Italia omnibus, nihil comparere ibidem, praeter *noster doctor tres.* Grvt. Angelii huius fidem confirmat praeclarus ille Mediceus, et alter satis vetustus; sed in hoc superscriptum ab nova manu *Hermestes vel Hermetes.* Gronov. MS. Traiect. *Hermetes* a m. pr. *Hermes* a m. sec. Bvrm.

*Noster doctor Hermes tres putavit esse*) MSS. et edd. *Noster doctor Hermestes tres putavit esse.* Lamb. ed. *Noster doctor Hermagoras tres putavit esse.* In Duisb. est *noster doctor Hermestes*, ut edd. antiquiores. Sed Putean. *Noster doctor Hermes.* At Erfurt. ut et Rob. Steph. cum praeclaro Mediceo, quem laudat I. Gronovius, *Noster doctor tres putavit esse.* Sed, ne nimis a vulgatis recederem, *Hermes*, quicumque fuerit, recepi. Nec enim apud Graecos et Latinos *Hermetes* nomen est viri. Hermetionis quidem fit mentio in una alterave Inscriptione apud Gratiauopolitanos inventa, ut in hac, quam Chifletius vidit: D. M. CASSIAE. PAVLI. HYLAE. AN. XVII. P. CASSIVS. HERMETIO. FILIAE. PIISSIMAE. Sic et Hermesii meminit inscriptio inedita, in qua commemoratur C. Hiativs C. L. Hermesivs Avg. N. Sed nusquam ullus *Hermetes* legitur. At *Hermes* est nomen notissimum, ab antiquissimis temporibus cognitum, et quod sescenties in Inscriptionibus occurrit. Graev.

*Detraheret inventione*) Lamb. ed. *Detraheret enumeratione.* In.

*Simpliciter et singulari modo docere*) Putean. et Erfurt. *Simpliciter ac*

pliciter, et bipertito. Constitutio est prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione coniuncta. Constitutiones itaque, ut ante diximus, tres sunt, coniecturalis, legitima, iuridicialis. Coniecturalis est, quum de facto controversia est, hoc modo: Aiax in silva, postquam rescivit, quae fecisset per insaniam, gladio incubuit. Vlysses intervenit: occisum conspicatur; e corpore telum cruentum educit. Teucer intervenit; quum fratrem occisum, et inimicum fratris cum gladio cruento videt, capitis arcessit. Hic, quoniam coniectura verum quaeritur, de facto erit controversia, et ex eo consti-

sed nomen incognitum omittunt MSS. complures. Lall. — *C. itaque ut ante diximus.* Vox *itaque* exsulat a Leid. tert. *ante* a Voss. pr. Leid. pr. melius. Ovd. — *P. rescivit.* Sic solus Leid. qu. in reliquis vere *rescit*; dein in O. *Vlixis.* Ovd. *Conspicatur: e corpore t. c. educit.* Voss. tert. *suspicatur* etc. Leid. qu. *conspicit* etc. *eduxit.* A sex et Edd. primis abest praepositio *e.* Ovd. — *Telum cruentum educit. Gladium eduxit* Gryph. A; caeteri, ut vulgati, habent *telum.* Brvt. — *Quum fratrem occisum.* Non comparet τὸ *quum* in Voss. sec. Leid. tert. Bene *ubi fr.* Ed. Omnib. *fratrem suum occ.* Leid. sec. Ovd. — *Et inimicum fr.* MSS. VI carent copula. Bene. Io. — *Cum gladio cruento videt.* Leid. qu. Ed. Omnib. *cruentato.* Leid. qu. *videret.* Voss. pr. Leid. sec. *videat.* Voss. sec. Ed. Med, *vidit.* Id. — *De facto erit controversia etc.* Leid. tert. *d. f.*

*singulari modo docere*; et sic Grut. Idem.

*Cum accusatoris insimulatione coniuncta* ) Put. *Accusatoris insimulatione coniuncta.* Id.

*Prima deprecatio defensoris cum accusatoris insimulatione* ) *Deprecatio* est, quod alii vocant *depulsionem*, Graeci ἀντίστασιν, ἀπόφασιν. *Insimulationem* vero alii *intentionem*, Graeci ἀνστασιν, καὶ ἀπόφασιν. Ex his duabus status nascitur; ut, ἔνστασις est, *occidisti Aiacem*, ἀντίστασις, *non occidi*; στάσις et quaestio est, an occiderit: *Occidit Clodium Milo. Inique occidit: Non inique occidit, sed iure:* Status est *an iure occiderit.* Tox. Recte *deprecationem* interpretantur *depulsionem.* Est enim *deprecari* saepissime propulsare, depellere, amoliri. Cic. Act. V in Verr.: *Is non modo hoc non perfecit; ut virgnrum vim deprecaretur.* Sic alibi *deprecari periculum.* Graev.

*Postquam rescivit* ) Put. et Erfurt. *Postquam resciit.* Id.

*E corpore telum cruentum educit* ) Erf. *Corpore telum cruentum educit.* Idem.

*Quum fratrem occisum* ) Put. *Cum fratrem suum occisum.* Id.

*Et inimicum fratris* ) Erf. *Inimicum fratris.* Id.

*Cum gladio cruento videt* ) Duisb. *Cum gladio cruentato videret.* Erfurt. *Cum gladio cruento vidat*, pro *videat*, aut *videbat.* Id.

*Hic quoniam coniectura verum quaeritur* ) Erfurt. *Hic coniectura verum quaeritur.* Id.

tutio causae coniecturalis nominatur. Legitima constitutio est, quum in scripto, aut ex scripto aliquid controversiae nascitur. Ea dividitur in partes sex, in scriptum et sententiam, contrarias leges, ambiguum, definitionem, translationem, ratiocinationem. Ex scripto et sententia nascitur controversia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire, hoc modo: si lex sit, quae iubeat, eos, qui propter tempestatem navim reliquerint, omnia perdere: eorum navim, caeteraque esse, si navis conservata sit, qui remanserint in navi. Magnitudine tempestatis omnes perterriti navim reliquerunt, scapham conscenderunt, praeter unum aegro-

*enim controversia est.* Id. — *In scripto, aut ex scripto.* Exsulat τὸ *in* a MSS. V; *descripto* Leid. tert. *in scriptum* Leid. qu. *ex scripto* Edd. pp. Tum *e scriptis* Voss. pr.; Leid. tert. *e scripto*; Leid. pr. sec. *in scriptuis.* Voss. sec. *per scriptum.* Edd. pp. *ex scriptis.* Simpliciter legendum puto, *cum scripto aliquid contr. nascitur.* Id. — *In scriptum.* Sic etiam Leid. qu. sed abest praepositio a caeteris et Edd. Id. — *Si lex sit.* Voss. pr. *Si sit lex*, bene; unde alii cum Leid. tert. *sit lex* fecerunt. Id. — *Conservata.* Voss. sec. *reservata.* Id. — *Remanserint.* Voss. pr. sec. Leid. sec. qu. Ed. Omnib. *remanserunt.* Id. — *Magnitudine t. omnes perterriti.* Voss. pr. Leid. pr. *m. t. quidam p.* Leid. tert. *M. quidem t. quidam p.* Forte *omnes quidem.* Id. — *Scapham conscenderunt.* MSS. O. *in scapham.* Edd. Omn. *et in sc.* verissime ad-

*Quum in scripto, aut ex scripto aliquid controversiae nascitur* ) Erfurt. *Cum scripto, aut scripto aliquid controversiae nascitur.* Duisb. *Cum in scripto aliquid* etc. Edd. *Cum in scripto, aut ex scriptis. Aut ex scripto* procul dubio ex margine irrepsit, quum quis magister interpretatus esset *in scripto.* Ex Duisburg. rescribendum *Quum in scripto aliquid controversiae nascitur.* Et sic legendum esse declarant sequentia, quum tradit quid sit *scriptum*, quamvis ex aliis praestet legere *ex scripto.* Mox ex illo addidi voculam *in*, *dividitur in partes sex*, *in scriptum*: a vulgatis abest illa. Idem.

*Cum scripto ipso dissentire* ) Put. *Cum scripto ipso disedere*, forte *dissidere.* Id.

*Lex sit quae iubeat* ) Recentiores edd. *Sit lex, quae iubeat*, non male. Sed Erfurt. Puteau. meus, Victor. et optimae quaeque edd. Rob. et Carol. Steph. Cratand. et aliae: *Si lex sit, quae iubeat.* Cur tot codicum fidem respuerunt? Id.

*Eorum navim* ) Erfurt. *Eorum navem.* Id.

*Qui remanserint in nave* ) Erfurt. *Qui remanserunt in nave.* Id.

*Navim reliquerunt* ) Erfurt. *Navem reliquerunt.* Id.

*Et in scapham descenderunt* ) Sic restitui, secutus libri manuscripti longe optimi auctoritatem, quum ratio

tum: is propter morbum exire et fugere non potuit. Casu et fortuitu navis in portum incolumis delata est: illam aegrotus possidet: navim petit ille, cuius fuerat. Haec constitutio legitima est ex scripto et sententia. Ex contrariis legibus controversia constat, quum alia lex iubet aut permittit, alia vetat quidpiam fieri, hoc modo: Lex vetat eum, qui de pecuniis repetundis damnatus sit, in concione orationem habere. Altera lex iubet, augurem, in demortui locum qui petat, in concione nominare. Augur quidam damnatus de pecuniis repetundis, in demortui locum nominavit. Petitur ab

ditur praepositio. Vide ad Caes. l. V B. G. c. 7. *conscendere in naves.* Id. — *Et fugere non potuit.* Voss. pr. Leid. pr. *et effugere n. p.* Voss. tert. *et facere n. p.* Leid. qu. *nec fugere p.* In. — *Fortuitu.* Voss. tert. *fortuito.* Ed. Med. *fortuna.* In. — *Incolumis delata.* Voce prima caret Leid. qu. *illata* Voss. tert. In. — *Possidet, petit.* Leid. sec. *possedit.* Voss. sec. *petiit.* Id. — *Aut permittit.* Desunt Voss. tert. *alia permittit* Leid. qu. Ed. Med. In. — *Altera l. i. in d. l. q. petat.* Voss. pr. *alia* Voss. sec. *q. petat succedere.* In. — *In demortui locum nominavit.* Praemittit Ed. Mediol. *eum qui petebat*: MSS. O. *in d. qui petat locum*,

adinvat. Nam qui navi relicta in scapham se conferunt, non *conscendunt*, sed *descendunt*. Lamb.

*Scapham conscenderunt*) Est in Pall. qoarto et sexto, quorum brevitas mihi placuit prae aliorum, *et in scapham conscenderunt.* Lambinus reposuit, ex optimis, ut loquitur, membranis, *Et in scapham descenderunt.* Ex quo putabat Guilielm. faciendum *escenderunt.* Grvt. Ex his tamen patet, in MSS. esse terminationem praeteriti, ut est etiam in nostris MSS. atque ideo secuti eam sumus. Gron. Et sic in MS. Traiect. Bvrm.

*Et scapham conscenderunt*) Erf. *In scapham conscenderunt.* Lamb. *Et in scapham descenderunt.* Al. *Scapham conscenderant.* Graev.

*Casu et fortuitu navis*) Sic optimi MSS. Vulgati tamen, ut et Putean. *casu et fortuna navis.* Id.

*In portum incolumis delata est*) Duisb. *In portum delata est.* Id.

*Augur quidam damnatus*) Erf. et al. MS. *Vir quidam damnatus.* Id.

*Qui petat in concione nominare*) MS. *In concione nominatur.* Id.

*In demortui locum nominavit*) Abieci duas voces insestrices loci non sui, *locum qui petat nominavit*, auctoritate Pall. pr. sec. quarti, sexti, et Bruilerensis, tanto quidem magis quod esset in tertio *qui petebat.* Grvt. Puteaneus cum vulgg. *In demortui locum qui petat nominavit.* Duisb. *In demortui, qui metus, locum nominavit.* Erfurt. *Vir quidam damnatus de pecuniis repetundis in demortui locum nominat.* Graev.

eo mulcta. Constitutio haec legitima est ex contrariis legibus.

12. Ex ambiguo controversia nascitur, quum scriptum duas aut plures sententias significat, hoc modo: Paterfamilias quum filium heredem faceret, testamento vasa argentea uxori legavit hoc modo: Tullius heres meus Terentiae uxori meae 30 pondo vasorum argenteorum dato, quae volet. Post mortem eius vasa pretiosa et celata magnifice petit mulier. Tullius se, quae ipse volet, in 30 pondo ei debere dicit. Constitutio est legi-

vel *locum qui petat*, n. Id. — *Constitutio haec legitima est*. MSS. V carent voculis *haec* et *est*, alii duo cum Ed. Med. non agnoscunt *haec*: sedes etiam verbi *est* in illis variat. Id.

12. *Quum scriptum duas aut pl. etc.* Voss. tert. c. s. *aut duas aut pl.* Ed. Omn. *c. res in unam sententiam scripta duas etc.* Ovd. *Quum scriptum duas aut plures sententias significat.* Vt Lamb. edidit, legitur in Gryph. A; vetustiores duo eodem modo habent, *cum res unam sententiam, scriptum duas, aut plures sententias significat*, fortassis non male. Brvt. — *Vxori legavit hoc modo.* Sic solus Voss. tert. cum Ed. Med. a caeteris et Ed. Omn. absunt ista *hoc modo*. Ovd. — *Petit mulier.* Sic Voss. tert. et Ed. Med. In reliquis *illa petit*. Id. — *Quae ipse volet, in XXX*

*Constitutio haec legitima est ex contrariis legibus*) In Duisb. *Constitutio legitima est ex contrariis legibus.* Erfurt. *Constitutio legitima ex contrariis legibus.* Id.

*Quum scriptum duas aut plures sententias significat*) Erfurt. *Cum res unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat.* Vulg. *Cum scriptum duas aut plures res significat.* Sed melius meus codex: *Cum res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat.* Quae est vera huius loci scriptura, quam alii codices perverterunt. *In unam sententiam*, ut *in eam sententiam* in lib. de Off. *Plura in eam sententiam ab iisdem contra verecundiam disputantur.* Alia huius locutionis exempla non pauca suppeditant. Graev.

*Legavit, hoc modo*) Pall. quartus non habet illud *hoc modo*, et non videtur esse auctoris. Abesse potest profecto salva sententia; utpote quum neque agnoverit item Bruil. aut Fab. Grvt. Abest sane etiam a MS. Duisburgensi, et ed. Wecheliana. Graev.

*Pondo vasorum argenteorum dato*) Put. *pondo vasorum dato.* Id.

*Magnifice petit mulier. Tullius se, quae ipse volet, in XXX pondo* etc. Sic omnino Pall. plerique et Gulielmiani; prius editi *magnifice illa petit. Tullius se quae velit ipse XXX pondo* etc. Grvt. Vulgg. *magnifice illa petit.* Lamb. ed. *magnifice petit illa.* Erfurt. *Celata magnifice petit.* Graev.

*In triginta pondo ei debere*) Sic sane et Puteani, Duisb. et meus, sed Erfurtensis cum plerisque vulgatis omittit *in*; quae particula non est omittenda. Sic enim veteres loquebantur. Plin. XXXIII, 11: *Delphi-*

tima ex ambiguo. Ex definitione constat causa, quum inde controversia est, quo nomine factum appelletur: ea est huiusmodi: Quum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, Caepio, qui per id temporis quaestor urbanus erat, docuit senatum, aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus remp. videri eum facere. Saturninus ferre coepit. Collegae intercedere: ille nihilominus cistellam detulit.

*p.* MSS. IV *vellet*; praepositio male abest a Voss. sec. Leid. qu. Ed. Med. et Leid. pr. a m. sec. Id. — *Ex definitione causa constat.* MSS. VI carent τῷ *ex.* Leid. sec. *de diffin.* Voss. pr. *diffinitiva c. c.* Id. — *Inde controversia.* Voss. tert. Leid. tert. Edd. pp. *in.* Id. — *Quum L. Saturninus legem frumentariam etc.* L. Apuleius Saturninus Tribunus plebis fuit seditiosus, Mario et Flacco Consulibus publice interfectus est, id est anno ab Vrbe condita 654. Popularem illum atque auctorem seditionis fuisse factum narrat Cicero de Harusp. Resp. propterea quod in annonae caritate eum Quaestorem Senatus a sua frumentaria procuratione amovisset, eique rei M. Scaurum praefecisset. Res a multis narratur, praesertim a Floro breviter lib. III, c. 16. Vesbvrg. — *Q. Caepio, qui per id t. etc.* Addidi praenomen, auctoribus Voss. pr. sec. Leid. pr. tert. qu. Ed. Omnib. quod cur omiserint alii, nescio. Ovd. — *Docuit senatum* Leid. qu. *edocuit s.* Id. — *Collegae interc.* Ed. Med. *coll. eius int.* Id.

*nos quinis millibus sestertium in libras emto.* Ibid. *Constat eumdem sex millibus sestertium in singulas libras vasa emta habuisse*; et lib. X, 22: *Pretium plumae eorum in libras denarii quini.* Quae loca Gronovio debentur, qui illa lib. de Pec. vet. c. 10, attulit. Graev.

*Ex definitione constat causa*) Erf. et Duisb. *Definitione causa constat.* Idem.

*Quum in controversia est*) Legendum fortasse est, *quum controversia est* etc. Lambinvs.

*Cum inde controversia*) Ita Pal. pr. quart. Bruil. et Fabr. non *in*, ut antea vulgati. Grvt. Vulgg. *Cum in controversia est*; *inde* firmat Duisb. caeteri consentiunt vulgatis. Graev.

*De semissibus et trientibus*) Intelligitur lex Appulia, frumentaria, quum L. Appulius Saturninus tulit, de frumento gratis dando populo ex aerario, abrogata lege Sempronia, de modio tritici vendendo populo semisse et triente, seu dextante assis, tribus circiter deutis Batavicis. Nam assis sunt quatuor dentae, seu semistuferus. Idem.

*Laturus esset Caepio*) Lamb. ed. *Laturus esset Q. Caepio.* Idem.

*Docuit Senatum*) Duisburg. *Edocuit Senatum.* Idem

*Videri eum facere*) Erf. *Videri ea facere.* Idem.

*Saturninus ferre coepit*) Putean. *Saturninus legem ferre coepit.* Idem.

*Collegae intercedere*) Put. *Collegae eius intercedere* Idem.

*Sitellam detulit*) Sic habent non-

Caepio, ut illum contra S. C. intercedentibus collegis adversus remp. vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deiicit, impedimento est, quo secius feratur lex: arcessitur Caepio maiestatis. Constitutio est legitima ex definitione. Vocabulum enim definitur ipsum, quum quaeritur, quid sit minuere maiestatem. Ex translatione controversia nascitur, quum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit. Hac parte

— *Contra SC.* In nullo Cod. legas *SC.* omnia desunt Ed. Mediol. Id. — *Vidit ferre.* Leid. pr. sec. *v. facere.* Id. — *Cistas deiicit.* Leid. sec. qu. cum Ed. Omnib. *c. deiecit.* Id. — *Quo secius feratur lex.* MSS. O. carent voce *lex.* Id. — *Constitutio est legitima.* Exsulat verbum a MSS. V. Id. — *Minuere maiestatem.* Voss. tert. *imminuere m.* Id. — *Graeci* nulli libri manuscr. quibuscum congruunt quidam vulgati, alii habent, *deferre*, alii vulgati habent, *cistellam detulit.* Lambinvs.

*Cistellam detulit* ) Sic vulgati omnes et Pall. ad unum. Lambinus ex suis maluit *sitellam.* Grvt. Erfurt. et Lamb. ed. *Sitellam detulit.* Sed Put. Duisb. meus, *cistellam.* Cistellae hae sive cistae alibi *situlae* dicuntur, et *urnae*, in quas coniiciebantur sortes centuriarum, ut cuius sors prima exisset, ea esset praerogativa. Meminit earum Sisennius Hist. IV apud Nonium in *Cistae* *Quae erant legum ferendarum gratia paratae defecerant.* Vide Manut. de legibus cap. 36, et Anton. Augustin. de legibus XIV. Graev. *Cistelam* MS. Traiect. Bvrm.

*Contra S. C. intercedentibus* ) Erfurt. et Put. *Vt illum contra intercedentibus.* Idem.

*Pontes disturbat, cistas deiicit* ) Libri manuscripti quidam habent, *gradus pontis disturbat, cistellas deiicit.* Quam scripturam caeterum probo: tantum ex *cistellas*, *sitellas* facio. Lamb. Haud secus Pall. nostri, nisi quod sec. *gradus pontis disturbat, cistam deiicit*, quod ipsum pro interpretamento habuerim, aliter quam placitum Lambino. Grvt. Putean. et Lamb. ed. *gradus pontis disturbat.* Sed caeteri vulgatis subscribunt. Graev.

*Cistas deiicit* ) MS. *Cistam deiicit.* Al. *Cistellas deiicit.* Idem. *Deiecit* Cod. Traiect. Bvrm.

*Feratur lex, arcessitur* ) Erfurt. et Duisb. *Feratur, arcessitur.* Graev.

*Constitutio est legitima* ) Erf. *Constitutio legitima.* Idem.

*Ex translatione* ) Translatio μετάστασις et μετάληψις dicitur, alii statum τῆς παραγραφῆς, id est, praescriptionis vocant. Hic auctor eum sub legitimo statu complectitur; quoniam, ut Fortunatianus ait, nulla translatio, sive praescriptio sine lege potest esse. Toxita. Vide de translatione Vossii Institut. Oratorias lib. II, cap. 10. Idem.

*Controversia nascitur, quum* ) Erf. *Controversia, cum.* Idem.

*Aut iudices mutandos* ) Lamb. ed. *aut iudices commutandos.* Idem.

constitutionis, Graeci in iudiciis, nos in iure civili plerumque utimur: in hac parte nos iuris civilis scientia adiuvabit. In iudiciis tamen nonnihil ea utimur, hoc modo: Si quis peculatus accusatur, quod vasa argentea publica de loco privato dicatur sustulisse, possit dicere, quum definitione sit usus, quid sit furtum, quid peculatus, secum furti agi, non peculatus oportere. Haec partitio legitimae constitutionis his de causis raro venit in iudicium, quod et in privata actione praetoriae exceptiones sunt, et causa cadit is, qui

*in iudiciis.* Edd. Med. *Gr. utuntur in i.* male. Mox inseritur in Voss. tert. ridicule *ius scriptum ante iudices.* Id. — *Nos iuris civilis scientia iuvabit.* MSS. O. et Edd. pp. ita exhibent: quod perperam auxerunt seqq. Editores. Id. — *Ea utimur hoc modo.* Dele τὸ *ea* MSS. et Edd. pp. auctoribus; prave *ut hoc modo* praebent MSS. IV, et Ed. Omn. *s.* i. e. scilicet, *hoc modo.* Leid. tert. Id. — *Quod et in privata actione.* Deest copula MSS. plerisque et Edd. pp. Id. — *Exceptione sunt.* Leidd. sec. tert. *fiunt.* Ovd. *Praetoriae exceptiones sunt*, ut Lamb. edidimus ex Gryph. B et C auctoritate, quibus Leonic. editio suffragatur; *fiunt* fere excusi habent, Ald. Vict. Bvrt. — *Causa cadit.* Voss. tert. Leid. tert. qu. Edd. pp. *a causa c.* Ovd.

*Nos iuris civilis scientia maxime adiuvabit* ) Opinor, sic mutatum fuit ab Gothofredo, et tum Grutero, ante quos alii *iuvabit*, alii etiam τὸ *maxime* omittebant; id quod in nullo trium codicum reperi, qui tantum habent, *scientia iuvabit.* Gron. *Scientia adiuvabit* Put. et Duisb. Solus Erfurtensis retinet *maxime*, quod tamen respuunt editiones Victor. et aliae priscae; itaque illam delevi. Graev. *Scientia iuvabit* Cod. Traiect. Bvrm.

*Ea utimur, hoc modo* ) Pal. quat. et Bruil. *utimur ut hoc modo;* quis non videt, *hoc modo*, delendum, retento *ut?* Grvt. Pravum arbitrium. Nam patet illud *ut* extitisse ex postrema syllaba verbi praecedentis, ubi scriptum fuit olim *utim*, ubi linea tenuiore adscripta, et mox fere evanescente, ut videbatur aliis, hi adscripserunt *ur*, alii quibus vestigia lineae apparebant, inde fecerunt *ut.* Vnde patet voces *hoc modo* quae in omnibus scriptis exstant, retineri debere; syllabam vero *ut* esse lusum calami describentium. Gronov. Erfurt. *Vtimur ut hoc modo.* Duisb. *utimur hoc modo.* Edd. Victor. et aliae, *ea utimur, ut hoc modo*, sed Gronovius censet *ut* delendum esse. Graev.

*Haec partitio legitimae constitutionis* ) Raro haec pars legitimae constitutionis venit in indicium. Idem.

*Praetoriae exceptiones sunt* ) Puteau. et edd. nonnullae *exceptiones fiunt.* Quae sit exceptio vide Vlpianum lib. II D. de Exceptionibus. Idem.

*Et causa cadit is, qui non* ) Erfurt. *Et causae cadit, quia egit, nisi habuit actionem, qui non.* Idem.

non, quemadmodum oportet, egerit; et in publicis quaestionibus cavetur legibus, ut ante, si reo commodum sit, iudicium de accusatore fiat, utrum illi liceat accusare, necne.

13. Ex ratiocinatione controversia constat, quum res sine propria lege venit in iudicium, quae tamen ab aliis legibus similitudinem quamdam aucupatur. Ea est huiusmodi: Lex est, Si furiosus exsistit, agnatum, gentiliumque in eo, pecuniaque eius potestas esto. Et lex: Qui parentem necasse iudicatus erit, is obvolutus et

13. *Ab aliis legibus etc.* Voss. tert. *Ab aliis rebus vel legibus similitudine quadam a.* Ovd. *Similit. quamdam auc. Similitudine quadam aucupatur* scriptum est in duobus Gryph. B C, quae, ni fallor, germana lectio est; aucupatur enim non similitudinem, seu causae adiumentum, ex similitudine; posse autem desiderari verbi adiunctum, exempla scriptorum, atque usus latini sermonis docet; quae quamquam ita sint, nostro tamen instituto, sententia nostra indicata, vulgatam lectionem retinuimus. Br. — *Lex est.* Exsulat verbum a Voss. pr. Leidd. O. et Edd. pp. sed suprascr. in Leid. qu. *Exsistit Agnatum gentiliumque.* Voss. pr. tert. Leid. pr. tert. qu. Ed. pp. *agnatorum*; quidam etiam *existat, existet.* Ovd. *Si furiosus existit. Si furiosus esse incipit* Lamb. ex Lib. Tuscul. Idem *deiicitor* legit paullo post, quo loco alii *deiiciatur* habent; in iisdem paullo ante *ut is obvolutus* legitur, quemadmodum etiam in Leonicen. exemplari. Brvt. — *Et lex.* Voss. tert. Leid. *Et lex est.* Ovd. — *Is obvolutus.* Sic MSS. O. *ut is o.* edd. Med. Omnib. mox *in fluentem* ed. Omnib. *Et lex* Voss. tert. *et lex est.* Id. — *Agnatum gentiliumque.* Voss. pr. tert. Leid. pr. tert. qu.

*Similitudinem quamdam aucupatur*) Erf. *similitudine quadam aucupatur.* Graev.

*Si furiosus exsistit*) Hic locus ex Tuscul. Quaest. sic videtur esse restituendus: *Si furiosus esse incipit* etc. Sic enim ibi scriptum est: *Qui ita sit affectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae. Itaque non est scriptum*, SI INSANVS, sed SI FVRIOSVS ESSE INCIPIT. Sed Adrianus Turnebus hanc lectionem tuetur, et ait haec verba, *esse incipit*, esse interpretationem verbi *exsistit:* quum tamen in lib. II de Inventione sub extremum legatur, *Si furiosus est.* Lamb. Meus codex: *Si furiosus exsistet.* Erf. et Put. *Lex, si furiosus exsistat.* Sic Statium: *Et lex, qui parentem necasse*, et, *Et lex, si pater familias.* Graev.

*Agnatum gentiliumque*) Casus gignendi antiquus, pro *agnatorum*, neque aliter Pal. quar. sextus, Fabr. ut etiam mox omnes libri habent; et convenit XII tabularum formulis. Grvt. Sic Erfurt. et Duisb. cum Pall. sed vulgg. *Agnatorum gentiliumque.* Graev.

*Et obligatus corio*) Ex libris manuscrip. alii habent et *obligatus culleo*; alii, *et obligatus corio lupino*; ego *culleo* legendum puto. Lamb.

*Is obvolutus et obligatus corio, de-*

obligatus corio, devehatur in profluentem. Et lex: Paterfamilias uti super familia pecuniave sua legaverit, ita ius esto. Et lex: Si Paterfamilias intestatus moritur, familia pecuniaque eius agnatûm, gentiliumque esto. Malleolus iudicatus est matrem necasse: ei damnato statim folliculo lupino os obvolutum est, et soleae li-

edd. pp. *agnatorum.* Voss. sec. Leid. sec. tert. qu. *et gentilium.* Id. — *Legaverit. Legassit* in lib. II de Invent. (cap. 50), scriptum habet vetustiss. Gryph. codex; quae nobis fuit causa, cur et hoc loco ita excudi curaremus. Bvrt. — *Qui parentem necasse iudicatus erit.* Illustris in primis est locus in oratione pro Roscio Amer. c. 25, quem non describo. Alios locos etiam non tango. Satis est si lector moneatur, eamdem rem iterum proponi lib. II de Invent. c. 50. Vers. — *F. lupino os obvolutum est.* Voss. tert. *f. obvolutum os lupino.* Leid. tert. *f. obv. lup. os*, ed. Mediol. *folliculus lupinus in os.* Leid. sec. *involutum.* Ovd. *Os obvolutum. Os involutum* Gryph. A. Bvrt. *Et soleae ligneae.* Ne pedibus terram contingeret. De Malleoli autem facinore scribit Eutropius de Bello Cymbrico. Longol. Vbi Eutropius id scribat, sane nescio. Si pro Eutropio Orosium legas, reperies narrationem eius rei lib.

*vehatur*) Sic MSS. nostri omnes, nisi quod Liliensis, os *obvolutus.* Stephanus pater publicavit *culeo*, quod et retinuit Manutius, ut et *deiiciatur in profl.* quomodo item Victoriana, quod ad ultimam attinet. Gavt. Potius de formula legis movisset controversiam. Nam quum et praecedens et sequens concipiatur per *esto*, cur haec non creditur scripta per *devehitor?* Sed hic latet aliquid singulare, quod aperiunt duo MSS. exhibentes *ut is obv. et obl. corio devehatur*, quod frequens in legibus et scripturis. Gronov. et ita etiam cod. Traiect. Bvrm.

*Is obvolutus et obligatus*) MSS. tres, *ut is obvolutus et obligatus.* MS. os *obvolutus corio.* Edd. quaedam, *obligatus culleo.* Al. *obligatus corio lupino.* Vt est etiam in Puteani codice: et sic duo MSS. Iac. Gronovii: praeterea Duisb. *Lex est, qui parentem necasse*, et nonnullae Edd. *deiiciatur in fluvium.* Put. *deiicitor in fluvium.* Graev.

*Paterfamilias uti super familia* etc. Simeo Bosius Lemovix, vir doctissimus et acutissimus, putat hanc legem XII tab. in libris omnibus esse mendosam, et sic emendandam: *Paterfamilias uti suae rei, familiae, tutelae, pecuniaeve suae legassit, ita ius esto.* Lamb.

*Pecuniave sua legaverit*) Edd. vett. *pecuniave sua legavit.* Erfurt. *Pecuniave sua ligaverit.* Ed. Lamb. *Pecuniave sua legassit.* Graev.

*Si Paterfamilias intestatus moritur*) Putean. *Si moritur paterfamilias intestatus.* Vulgg. *Si paterfamilias intestato moritur.* Idem.

*Agnatum gentiliumque esto*) Vulgg. *Agnatorum gentiliumque esto.* Erfurt. *Agnatum gentilium esto.* Idem.

*Folliculi lupino os obvolutum est, et soleae*) Erf. *folli lupinos*, et *soleae.* Put. *folliculo lupino os volutum, et soleae.* Al. MS. *folli cum lupino os obvolutum est, et soleae.* Idem.

*Soleae ligneae pedibus inductae sunt*)

gneae pedibus inductae sunt, et in carcerem ductus est. Qui defendebant eum, tabulas in carcerem afferunt: testamentum ipso praesente conscribunt; testes rite adfuerunt: de illo supplicium paullo post sumitur: ii, qui heredes erant testamento, hereditatem adeunt. Frater minor Malleoli, qui eum oppugnaverat in eius periculo, suam vocat hereditatem lege agnationis. Hic certa lex in rem nulla adfertur, et tamen multae adferuntur, e quibus ratiocinatio nascitur, quare potuerit, aut non potuerit iure testamentum facere. Constitutio legitima est ex ratiocinatione.

V, *c.* 16, cui addas licet Livianam Epitomen LXVIII. VERBVRG. — *Pedibus inductae.* MSS. V vetustiores *in ped.* Leid. qu. *p. indutae.* Voss. pr. *inditae.* Malc. Vide ad Sueton. Aug. c. 92, et L. II de Inv. C. 50. OVD. — *Et in carcerem ductus est.* MSS. tres carent copula; *deductus* Voss. pr. *inductus* Leid. pr. ID. — *Tabulas in carcerem afferunt.* Leid. qu. *statim t. etc.* Leid. tert. *ferunt.* ID. — *T. i. p. conscribunt.* Voss. sec. *scribunt.* Addit ed. Med. *heredes, quos iubet, scribunt*: bene, si e MSS. V. Lib. II de Invent. c. 50. ID. — *Rite adfuerunt.* MSS. V, et ed. Omnib. *recte*, sed. in Voss. primo suprascriptum *vel rite.* ID. — *Paullo post.* Desunt Leid. sec. ID. — *In eius periculo.* Exsulant a Leid. qu. ID. — *Hic certa l. in r. n. adfertur.* Voss. sec. *hic cum certa l. i. r. n. sit.* ID. — *Ex quib. ratioc. n.* Sic MSS. O. cum ed. Med. vulgo *e quibus.* ID. — *C. legitima est ex ratioc.* Ita solus Leid. qu. cum ed. Omnib. a reliquis abest verbum. ID.

Quidam libri manuscripti habent, *indutae*, nonnulli *inditae*: ego *pedibus indutae*, vel *in pedes indutae* magis probarim. LAMB. Bruil. *ferreae in pedibus*, quod *in* restat etiam in Pal. pr. quar. sext. GRVT. Erfurt. *Ligneae in pedibus inductae*, MS. *Ferreae in pedibus inductae.* Pessime Lambinus. Nam *induci* proprie dicuntur, quae pedibus induuntur. Suet. Aug. 92: *Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextro induceretur.* *Socci* sunt pedum tegumenta. Hinc et *induci* dicuntur quamvis manibus inderentur. Suet. Claud. 8: *Solebant et manibus stertentis socci indui*, et sic alii. GRAEV.

*Et in carcerem ductus est*) Erf. *In carcerem ductus est.* IDEM.

*Tabulas in carcerem*) Duisb. *Statim tabulas in carcerem.* IDEM.

*Testes rite affuerunt*) Erf. et Duisb. *Testes recte affuerunt.* IDEM.

*De illo supplicium paullo post sumitur*) Voces medias in MSS. non observavi. GRONOV. In Erfurtensi etiam, et nonnullis aliis MSS. hae voces *paullo post* non leguntur, ut nec videntur in duobus MSS. quos Iac. Gronovius inspexit. GRAEV. ut nec in MS. Traiect. BVRM.

*Qui eum oppugnaverat in eius periculo*) Tria verba postrema resipiunt glossam interpretis. GRVT.

*E quibus ratiocinatio*) Erf. *Ex quibus ratiocinatio.* GRAEV.

*Constitutio legitima est ex ratioci-*

14. Cuiusmodi partes essent legitimae constitutionis ostendimus, nunc de iuridiciali constitutione dicamus. Iuridicialis constitutio est, quum factum convenit, sed iure, an iniuria factum sit, quaeritur. Eius constitutionis partes sunt duae, quarum una absoluta, altera assumtiva nominatur. Absoluta est, quum id ipsum, quod factum est, ut aliud nihil foris assumatur, recte factum esse dicemus. Ea est huiusmodi: Mimus quidam nominatim Accium poëtam compellavit in scena. Cum eo Accius iniuriarum agit. Hic nihil aliud defendit, nisi

14. *De iuridiciali constitutione dicamus.* Leid. qu. caret *constitutione.* Ed. Med. *dicemus.* OVD. — *Accium p.* Voss. pr. sec. Leid. qu. Ed. Omn. *Actium p.* semper. ed. Med. *Acium.* ID. — *Compellavit in sceno. Cum eo.* Leid. qu. *nominovit appellavit.* Voss. pr. Leid. pr. sec. tert. *in coenaculo meo.* Voss. tert. Leid. qu. Ed. Omn. *in coenaculo. In en.* Voss. sec. *in oena cum eo.* Ed. Med. *in senoculo. Cum eo.* Sed vide L. II, c. 13. OVD. — *Hic nihil aliud def.* Voss. pr. *hec natione* ) Erf. *Constitutio legitimo ex ratiocinatione.* IDEM.

*Cuiusmodi partes essent* ) Putean. *Quoniam cuiusmodi partes essent.* ID.

*Absoluta*) Graecis ἀντιληπτική. Est autem ἀντίληψις simplex facti defensio, recte aut iure factum esse, quae adversariorum criminationi obducitur. TOXITA.

*Quum id ipsum quod foctum est* ) Erf. *Quum id ipsum quod factum sit.* GRAEV.

*Recte factum esse dicemus* ) Erf. *Certe factum esse dicemus.* IDEM.

*Ea est huiusmodi* ) Erf. *Ea huiusmodi est.* IDEM.

*Compellavit in scena* ) Debetur Becichemo; scripti enim nostri omnes, *in coenaculo;* placuitque Guilielmio, firmabatque illo Plauti Amphitr. *In superiore qui habito coenaculo*, ut scilicet alludatur ad ista theatri coenacula: pro Becichemo tamen militat infra locus libro II, cap. 13 m. quamquam et ibidem Pal. tert. *in coenaculo* disertim prae se ferat. GRUT.

*Compellavit in scena. Cum eo Accius*) Erf. et multi alii, *compellavit in coenaculo eius Accius.* Put. *compellavit in scenaculo in eo Accius.* Duisb. *nominavit in scena, cum eo Accius.* GRAEV.

*Hic nihil aliud defendit, nisi licere*) Etsi id solum et unum defendat, nihilominus potest multa alia adsumere causam suam iuvantia et animum accusatoris iniquum ac foedum et criminationi pronum ostendentia: ut adeo haec verba in exemplo non sint paria praemissae declarationi. Ea autem recte se habebunt, si commutatis verbis legas *nihil aliud, nisi defendit*, quomodo dedisse auctorem opinor; et coastat hanc locutionem saepe quasi imperfectam ab scribis repletam. Vide paterna ad Livium IV, 26, et Quinctiliani Decl. 4. Itaque idem sentio in verbis, quae habentur IV, 30: *Hae autem nihil aliud fece-*

licere nominari eum, cuius nomine scripta dentur agenda. Assumtiva pars est, quum per se defensio infirma est, sed assumta extraria re comprobatur. Assumtivae partes sunt quatuor; concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio. Concessio est, quum reus postulat sibi ignosci. Ea dividitur in purgationem, et deprecationem. Purgatio est, quum consulto se negat reus fecisse. Ea dividitur in fortunam, imprudentiam, ne-

*Mimus n. a. d.* Voss. sec. Leid. qu. Ed. Med. *Hic minus n. a. d.* Id. — *Nominari eum.* Voss. pr. Leid. tert. edd. Med. Omn. Leid. pr. a m. sec. *nominare.* In nonnullis *eum nom.* Id. — *Extraria re.* Voss. pr. tert. Leid. qu. Ed. Omn. *ex contraria re*, sed supra *extraria re* in Voss. *aliqua re extranea* Voss. sec. *re extranea* ed. Mediol. Verum est simpliciter *extraria.* V. ad Cic. l. II de Invent. cap. 50. Vt a *contra* est *contrarius*, sic ab *extra extrarius.* Ovd. *Extranea re. Extraria* habent tres Gryph. manuscr. *ex contraria* legitur in Leon. libro. Br. Lips. *extranea.* Sic etiam II, 13. Ernest. — *Translatio criminis.* Voss. tert. *relatio cr.* Ovd. — *In imprudentiam, fortunam, necessitatem.* Sic MSS. O. cum ed. Med. Vulgo *in fort. impr.* In nonnullis etiam exemplum *imprudentiae*

*runt, nisi Alexandrum perculerunt.* Honesta oratio abigit illud *fecerunt.* Gronov. Duisb. *Hic minus nihil aliud defendit.* I. Gronovius coniicit scriptum fuisse: *Nihil aliud, nisi defendit, licere.* Graev.

*Assumtiva*) Ἀντιθετικὴ ἢ προσληπτικὴ a Graecis dicitur, quum per se defensio est infirma; quoniam ius aliquo modo violatum concedimus, sed ab aliquo foris adiuncto argumento defendimus, quod vel similis, vel maioris boni compensationem habet. Est enim ἀντίθεσις τῆς ποιότητος ἀντικατάλλαξις. Toxita. Vide de statu assumtivo Vossium in Institut. Orat. lib. I, cap. 9, sect. 7. Graev.

*Sed assumta extraria re comprobatur*) Sic fere omnes libri nostri; nisi quod quidam *ex contraria*, et ita infra de hac ipsa constitutione: *Sine ulla assumtione extrariae defensionis:* ubi Lambinus non debuit inculcare *extraneae*, neque aliter editio Stephani. Gryt. Multae Edd. *sed assumta ex extranea re comprobatur.* Comprobatur *extraria re* ab Erfurtensi, et Puteaneo, nisi quod in hoc *re* quoque non legatur, et Duisburgensi codice. Meus codex MS. et nonnulli alii, *sed assumta ex contraria re comprobatur.* Puteani scriptura verissima est: *re* ortum ex ultimis syllabis *ria* praecedentis vocis, *Extraria* nimirum *defensione*, ut inferius: *Sine ulla assumtione extrariae defensionis.* Graev. *Ex contraria* MS. Traiect. Burm.

*Concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio*) Lamb. ed. *Concessio criminis, remotio, translatio, comparatio.* Graev.

*Postulat sibi ignosci*) Erf. *Postulat ignosci.* Idem.

*Imprudentiam, necessitatem*) Lamb. et al. edd. *imprudentiam, necessitudinem.* Erf. *Inprudentiam, fortunam, necessitatem*, et sic semper ille codex *inprudentia* pro *imprudentia.* Idem.

cessitatem. Fortunam, ut Caepio ad tribunos plebis de amíssione exercitus. Imprudentiam, ut ille, qui de eo servo, qui dominum occiderat, supplicium sumsit, cui frater esset, antequam tabulas testamenti aperuit, quum is servus manumissus testamento esset. Necessitudinem, ut ille, qui ad diem commeatus non venit, quod eum aquae interclusissent. Deprecatio est, quum et peccasse se, et consulto fecisse reus confitetur, et tamen postulat, ut sui misereantur. Hoc in iudicio fere non potest usu venire, nisi quando pro eo dicimus, cuius multa recte

praecedit exemplum *fortunae.* Id. — *Ad tribunos plebis.* Leid. tert. qu. ed. Med. *ad tribunum pl.* ed. Omn. *apud tribunum pl.* Id. — *De exercitus amissione.* Sic MSS. O. et ed. Med. Id. — *Manumissus testamento esset.* In nonnullis *test. manum.* Leid. tert. *manu testamento missus e.* Abest *testamento* ab ed. Med. Id. — *Tabulas testamenti aperuit.* Ita Gryph. B C, *aperuisset* eiusdem A, excusi fere eodem modo, *aperuerit.* Br. — *Necessitudinem.* Voss. pr. tert. Leid. pr. *necessitatem.* Oud. — *Quum et peccasse se et consulto fecisse reus confitetur.* Voces *se* et *reus* desunt plerisque MSS. et edd. pp. nisi quod in Voss. tert. sit *se cum reus et p. et c. f. conf.* Id. — *Misereantur.* Voss. sec. Leid. qu. edd. pp. *misereatur.* Id. — *In iudicio f. n. p. usu venire.* MSS. III et ed. Med. *iudicium*; *evenire* in Voss. pr. Vide ad l. I Invent. cap. 10. Id. — *Recte facta constant.* Vox *facta* deest Voss. pr. *exstant* Leid. pr.

*Tribunos plebis de amissione exercitus*) Erf. *Tribunos plebis de exercitus amissione.* Bello nempe Cimbrico, de quo Eutropius. Idem.

*Antequam tabulas testamenti aperuit*) Edd. *Antequam tabulas testamenti aperuerit.* Idem.

*Ad diem commeatus non venit*) Erf. *Ad diem commeatus convenit.* Idem.

*Quod quum aquae interclusissent*) Erf. *Quod cum has interclusissent.* Idem.

*Quum et peccasse se, et consulto fecisse reus confitetur*) Liber unus manuscrip. habet, *consulto peccasse.* Lamb. Voculam *reus* reduxi iussu Pall. trium et primarum editionum. Solus Pal. pr. habet alio positu: *et consulto fecisse et se peccasse reus confitetur.* Grut. Pal. et edd. nonnullae: *cum peccasse, et consulto fecisse confitetur.* Erfurt. *cum peccasse se, et consulto fecisse se confitetur.* Meus codex MS. *cum et peccasse et consulto reus fecisse confitetur.* MS. Lamb. *cum peccasse, et consulto peccasse confitetur.* Graev.

*Hoc in iudicio non potest fere usu venire*) Putean. *Hoc in iudicium non potest fere usu venire.* Erf. *Hoc in iudicio fere non potest usu venire.* Idem.

*Cuius multa recte facta constant* (Hoc est *in media sunt*, et *nota omnibus.* Eam vim verbi *constare* non vidit Lambinus, quum hoc mutavit, reseribendo *facta esse constat*, etiam contra vett. edd. in qaibus tamen, *facta esse constant*, aliter atque Pall. et Bruil. Grut. Cum Grutero faciunt

facta constant. Hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus; Quod si hoc fecisset, tamen ei pro pristinis beneficiis ignosci conveniret: verum nihil postulat ignosci. Ergo in iudicium non venit: At in senatum, aut ante imperatorem, et in consilium talis causa potest venire.

15. Ex translatione criminis causa constat, quum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus: ut Orestes quum se defendit, in matrem confert crimen. Ex remotione criminis causa constat, quum a nobis non crimen, sed culpam ipsam amovemus, et vel in hominem transferimus, vel in rem quam-

sec. tert. ed. Med. *facta esse* ed. Omn. Id. — *Hoc modo in loco communi per ampl. iniiciemus.* Voss. pr. tert. Leid. tert. *loco communi p. a. ini. hoc modo*: verbum *ini.* exsulat a Leid. tert. Id. — *Quod si hoc f.* Leid. qu. *quid si h. f.* ed. Med. *quod si fec.* Id. — *Aut ante imperatorem.* Voss. sec. Leid. pr. *et a. i.* Id. — *In consilium.* Voss. sec. Leid. qu. ed. Omn. *concilium.* Id. — *T. c. p. venire.* Voss. pr. sec. Leid. pr. *t. c. p. evenire.* Leid. qu. *convenire.* Id.

15. *In matrem confert crimen.* Voss. pr. tert. *conferens.* Leid. qu. *transfert.* Ovd. *Confert crimen. Conferens crimen* in tribus Gryph. Putean. et Duisb. sed cum Lambino meus codex: at Erfurtensis non inepte, *cuius multa recte facta exstant*, quamvis *constant* non repudiem. Ab Erfurtensi non longe recedit editio Cratandri, in qua est: *cuius multa recte facta existant.* Graev.

*At in senatum, aut ante imperatorem, et in consilium*) Erfurt. *Aut senatum ad imperatorem, et in consilium.* Putean. *At in senatum aut imperatorem concilium.* Edd. vett. *Aut in senatum, aut ante imperatorem.* Id.

*Et in consilium* etc. Vulgo *concilium*, contra libros et sententia nulla. *Consilia* consulum intelligit, aliorumque magistratuum, cum quibus agnoscebant delicta interdum domi ex Senatusconsulto, de quo in Bruto, ubi deprecationi locum ait esse posse: exemplum illustre est in Laelio Marc. Tullii capitis 13 initio. *Guilielmius.* Gavt. Nihil locus ille in Laelio, ubi agitur de consilio dando libere amicis, ad hoc argumentum, de quo hic Cornificius loquitur, facit, nec intelligitur consilium consulum aut magistratuum urbanorum, sed consilium militare Imperatorum, quod conflabatur ex legatis, tribunis, primique loci ducibus; de quo saepe Livius, aliique. Sueton. Tib. 18: *Quum animadverteret, Varianam cladem temeritate et negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit, semper alias sui arbitrii.* In illo consilio puniebantur militaria crimina. Graev.

*In matrem confert crimen*) Erfurt. *In matrem conferens crimen.* Idem.

*Vel in rem quampiam conferimus*) Verbum ultimum est a glossatore,

piam conferimus. In hominem transfertur: ut si accusetur is, qui P. Sulpicium se fateatur occidisse, et id iussu Consulum defendat; et eos dicat non modo imperasse, sed rationem quoque ostendisse, quare id facere liceret. In rem confertur, ut si quis ex testamento, quod facere iussus sit, ex plebiscito vetetur. Ex comparatione causa constat, quum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, et id, quod fecerimus, satius fuisse facere. Ea causa huiusmodi est: C. Popillius, quum a Gallis obsideretur, neque effugere ullo modo posset,

manuscr. legitur. BRVTVS. — *Si accusetur.* Voss. pr. et Leidd. duo *accusatur.* Voss. tert. ed. Med. *accusaretur.* OVD. — *P. Sulpicium se fateatur occid.* Leid. sec. *Publ.um se f.* Leid. tert. qu. ed. Oum. *se fatetur*; ed. Med. *fateretur* sine τῷ *se.* Io. — *Sed rationem quoque ost.* Voss. tert. non agnoscit τὸ *quoque.* Leid. tert. *sed etiam rat.* ID. — *Ex plebiscito vetetur.* Voss. tert. *ex p. facere vetetur.* ID. — *Ex comparatione causa c.* Ita MSS. O. et edd. pp. non *ex comp. criminis c. c.* ID. — *C. Popllius.* Voss. tert. *Gn.* Leid. qu. *Gne. Pompeius.* In MSS. IV et edd. pp. *Pompilius*, vel *Pompillius.* ID. — *Neque ef-*

subintelligiturque *transferimus*; sane nulla huius vola vel vestigium exstat in Pal. sec. ideoque omnino expunxissem, nisi fuisset in aliis MSS. vel eius loca *inferimus.* GRVT. In Palatino secundo, *Vel in rem quampiam. In hominem* reclamant etiam omnes nostri. Itaque vocem istam retinemus. GRAEV.

*Si accusetur is*) Erf. *Si accusatur is.* IDEM.

*Qui P. Sulpicium se*) Erf. *qui publicum se.* IDEM.

*Et id iussu consulum defendat*) Sic Pall. et olim impressi, *nisi* quod Pal. pr. *non* habent voculam *id*; tert. vero eius loco *se*; posterius editi, *et id iussu consulum se fecisse defendat*, ex supervacuo. GRVT. Edd. multae: *et id iussu consulum se fecisse defendat.* GRAEV.

*Ex comparatione criminis causa constat*) Dubito de voce *criminis*, an sit legitima: neque enim agnoscunt aut vetuste editi, aut Pall. quatuor priores, aut Fabricianus codex; invexit primum Victorius. GRVT. Vict. Grut. aliae edd. *ex comparatione criminis causa constat*; delevi sane *criminis*, auctoritate quoque Puteani, Erfurtensis, et mei codicis; quin nec in Mediol. nec Cratandri nec aliis vetustioribus edd. haec vox exstat. GRAEV. nec in MS. Traiect. BVRM.

*Ea causa huiusmodi est*) Erfurt. *Et causa huiusmodi est.* GRAEV.

*C. Popilius*) Sic esse legendum indicavit Adr. Turnebus libro Advers. XIII, cap. 13. LAMB. *C. Popillius* est in veteribus libris. Mihi quidem propter historiae ignorationem etsi incertum sit, utro modo legi debeat, labor tamen, ut *Popillium* scribendum putem. F. VRSIN. Vulgg. *C. Pompilius a Gallis*; Erf. *Consul Popilius cum a Gallis.* GRAEV.

*Neque effugere ullo modo*) Put. et Erfurt. *neque fugere ullo modo.* GRAEV.

venit cum hostium ducibus in collocutionem: ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret; satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum: exercitum eduxit, impedimenta reliquit; arcessitur maiestatis.

16. Quae constitutiones, et quae constitutionum partes sint, videor ostendisse. Nunc quo modo eas, et qua via tractari conveniat, demonstrandum est, si prius aperuerimus, quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quo

*fugere.* Sic solus Voss. sec. cum ed. Omn. in caeteris *fugere.* Id. — *Ita discessit ut.* Leid. sec. *i. d. ut si.* Non male. L. qu. *recessit.* Ovd. *Vt impedimenta relinqueret. Vt si impedimenta* habet Gryph. A. Br.

16. *Videor ostendisse.* Sic etiam mei MSS. VII cum Ed. Mediol. *satis vid. o.* Ed. Omn. Ovd. — *Aperuerimus.* MSS. III, Ed. Omn. *aperie-*

*In collocutionem* ) Erf. *in colluctationem.* Idem.

*Exercitum eduxit, impedimenta reliquit* ) Quadriga horum verborum nata mihi videtur a glossa marginali; plus quam superfluam, res ipsa clamat: aut si retinenda, tunc certe expungenda venient illa, *satius esse duxit impedimenta quam exercitum.* Grvter. Sane videtur posse offendere quodam genere haec tam inexspectata repetitio. Sed vide an haec offensio non veniat ab omissa particula, quam MS. optimus ita restituens suppeditat, *ita discessit* (nim. ex collocutione, non obsidione) *ut si impedimenta relinqueret, exercitum educeret.* Haec fuit illi proposita conditio; de qua deliberans *satius esse duxit amittere impedimenta, quam exercitum.* Quum id decrevisset, facto exsecutus est, et *exercitum eduxit, impedimenta reliquit.* Sic apparet et ipsam facti seriem exprimi per narrationem, et nihil omnino superesse, et particulam *si* commode a me restitutam. Gron. In Erfurt. non est *exercitum.* Putean. *cum exercitum eduxit:* in praecedentibus Gronovius legit ex MS. *ita discessit, ut si impedimenta relinqueret, exercitum educeret.* Sed nostri omnes repugnant. At in Erfurt. *quam exercitum eduxit, impedimenta reliquit.* Graev.

*Arcessitur maiestatis* ) Erf. *adcersitur maiestatis.* Vulgg. *accersitur maiestatis.* Idem.

*Satis videor ostendisse* ) Vox prior in nullo MS. a me conspecta est, certo indicio esse suppositam et huc quoque petitam ex similibus interpositionibus, et praecipue lib. II, 18. Gron. Edd. *Sint, satis videor ostendisse.* Quum autem nec hanc vocem *satis* optimi codices Puteani et Erfurt. agnoscant, cur eam retineam, nullam video causam esse. Graev.

*Nunc quo modo eas* etc. Legendum esse voce divisa, non unita, ut vulgo circumfertur, ostendit id, quod illi respondet, *qua via.* Grvt. Edd. *Nunc quomodo eas.* Graev.

*Quid oporteat ab ambobus* ) Erfurt. *quid oporteat ambobus.* Id.

*Ab ambobus* ) Ab oratore scilicet accusatoris et rei, et ab ipso iudice. Tunita.

ratio omnis totius orationis conferatur. Constitutione igitur reperta, statim quaerenda est ratio: ratio est, quae causam facit, et continet defensionem, hoc modo: (ut docendi causa in hac potissimum consistamus) Orestes, quum confiteatur se occidisse matrem, nisi adtulerit facti rationem, perverterit defensionem; ergo adfert eam: quae nisi intercederet, ne causa quidem esset: illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Ergo (ut ostendi) ratio ea est, quae continet defensionem, sine qua ne

*mus.* Id. — *Quaerenda est ratio. Ratio est.* Tò *est ratio* desunt MSS. III. Id. — *Quae causam facit.* Voss. tert. *q. c. stare facit.* Id. — *In hac potissimum causa c.* Sic inveni in MSS. O. et ed. Med. abest vulgo τὸ *causa.* Id. — *Quum confiteatur.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *cum fateatur.* Voss. tert. *confitetur.* Ed. Mediol. *cum confitetur.* Ed. Omn. *cum fatetur.* Id. — *Perverterit def.* MSS. V et edd. pp. *pervertit.* Id. — *Ne causa quidem esset.* MSS. III, Ed. Omn. *Nec c. q. e.* Id. — *Ne parva*

*Quo ratio omnis* ) Al. *quo omnis ratio.* Graev.

*Constitutione igitur reperta* ) Sic Pall. sic Bruil. sic antiquitus cusi: neoterici voce adiecta, *Constitutione igitur causae reperta.* Grvt. Edd. *constitutione causae igitur reperta* Graev.

*Constitutione igitur reperta* ) Vide lib. I de Inventione, ubi aliter et uberius haec tractat. Principio status est investigandus, qui ex intentione accusatoris ac depulsione rei nascitur. Statu reperto, quaerenda ratio est, id est τὸ αἴτιον, quae causam facit, et defensionem continet: sine qua ne parva quidem dubitatio potest remorari damnationem: si videlicet de facto constet, nec tamen ulla facti adferatur ratio. In ratione firmamentum est quaerendum, quod Graeci συνέχον καὶ αἰτίαν vocant. Ex infirmatione igitur et confirmatione rationis iudicatio nascitur, quae est iudicii quaestio. Graeci κρινόμενον appellant. Reperta iudicatione ad eam tamquam scopum propositum orator argumenta omnia accommodabit. Tox. Vide G. Vossii Institut. Orator. lib. I, cap. 6, sect. 6. Graev.

*Quaerenda est ratio. Ratio est, quae causam facit* ) Erfurt. et Putean. *Quaerenda ratio est, quae causam facit.* Equidem non video, cur *ratio est* repetatur. Nec male Erfurt. statim: *Orestes confitetur se occidisse.* Put. *Orestes cum confitetur se occidisse* Vulgg. *cum confiteatur se occidisse matrem.* Id.

*Docendi causa* ) Put. *dicendi causa.* Idem.

*In hac potissimum consistamus* ) Erf. *in hac potissimum causa consistamus.* Id.

*Perverterit defensionem* ) Pall. tres *pervertit*, ut et lectio vulgata. Bruil. et Pal. tertius quart. sext. *perverterit;* quod Guilielmio non displicuisse videtur, ideoque admisimus. Grvt. Vulgg. *Pervertit defensionem. Perverterit* tuetur Erfurtensis et Duisb. Lambini editio, *pervertet defensionem*, invitis libris. Graev.

*Sine qua ne parva quidem* ) Sic le-

parva quidem dubitatio potest remorari damnationem. Inventa ratione, firmamentum quaerendum est; id est, quod continet accusationem, quod adfertur contra rationem defensionis, de qua ante dictum est. Id constituetur hoc modo: Quum usus fuerit Orestes ratione, hoc pacto: Iure occidi, illa enim patrem meum occiderat; utetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnatam poenas pendere oportuit. Ex ratione defensionis, et ex firmamento accusationis, iudicii quaestio nascatur oportet; quam nos iudicationem, Graeci κρινόμενον adpellant. Ea constituitur ex coniunctione firmamenti et rationis defensione, hoc modo: Quum dicat Orestes, se patris ulciscendi causa matrem occidisse, rectumne fuerit a filio sine iudicio Clytaemnestram occidi. Ergo hac ratione iudicationem

*quidem.* MSS. IV, Ed. Omn. *nec p. q.* Id. — *Id est quod.* Voss. pr. *i. quod.* Leid. qu. *id quod:* τὸ *id est* exsulant ab ed. Med. Id. — *Hoc pacto.* Leid. tert. qu. *hoc modo.* Id. — *Sed non abs te tamen.* Deest *sed* Voss. tert. *tamen* deest MSS. VI et ed. Omn. Voss. tert. *non tamen.* Ed. Med. *non tamen abs te.* Id. — *Ea constituitur.* MSS. plerique et edd. pp. *Ea constituetur.* Id. — *P. ulciscendi causa.* Voss. tert. *p.*

gendum, non ut vulgo *sine qua nec parva quidem.* Nam vel sic loquuntur Latini, *ne parva quidem dubitatio:* vel sic, *nec parva dubitatio* etc. Lamb. Al. *sine qua nec parva quidem.* Graev.

*Firmamentum quaerendum est; id est, quod continet* etc. Melius Pal. pr. et Bruil. item Liliensis collegii liber, *firmamentum quaerendum est id quod* etc. Grvt. MSS. quidam: *Firmamentum quaerendum est id, quod.* Omnes nostri libri stant pro vulgata. Graev.

*Quod continet accusationem* ) Erf. *Quod accusationem continet.* Id.

*Sed non abs te tamen* ) Prima vocula videtur addita a mala manu; sane non exstat in Pal. prim. quarto, sexto: eiusque loco habet tert. quint. *At non abs te*, sine dictione *tamen*, quae quoque non est in antiquioribus edd. aut Pal. quarto aut sexto. Grvt. Sic et Erfurt. nisi quod corrupte pro *at* in illo *ut* scribitur. Al. MSS. *at non abs te occidi.* Graev. *Tamen* etiam abest a MS. Traiect. Bvrm.

*Ex ratione defensionis* ) Put. *Ex ratione defensoris.* Graev.

*Ea constituitur ex coniunctione* ) Erfurt. *ea constituetur ex coniunctione.* Idem.

*A filio sine iudicio Clytaemnestram*) Erfurt. *sine iudicio a filio Clytaemnestram.* Id.

*Iudicationem inveniri convenit*) Erf. *iudicationem repperire convenit.* Al. *iudicationem invenire convenit.* Id.

reperire convenit: reperta iudicatione, omnem rationem totius orationis eo conferri oportebit.

17. In omnibus constitutionibus et partibus constitutionum hac via iudicationes reperientur, praeterquam in coniecturali constitutione. In ea nec ratio quaeritur, quare fecerit, fecisse enim negatur; nec firmamentum exquiritur; quoniam non subest ratio. Quare ex intentione et infitiatione iudicatio constituitur, hoc modo: Intentio est, Occidisti Aiacem: Infitiatio, Non occidi: Iudicatio, occideritne. Ratio omnis utriusque orationis, ut ante dictum est, ad hanc iudicationem conferenda est. Si plures erunt constitutiones, aut partes constitutionum, iudicationes quoque plures erunt in una causa, sed omnes simili ratione reperientur.

*ulc. gratia.* Id. — *Reperire convenit.* Voss. sec. *reperiri* ed. Med. *invenire.* Oud. Et mox, *reperta* duo Gryph. B C habent: eodem verbo paullo inferius non semel, eadem significatione est usus. Brutus. — *Eo conferri oport.* Voss. tert. Leid. tert. *conferre.* Oud.

17. *Praterquam in coni. const.* Voss. tert. *nisi in c. c.* Oud. — *In ea nec ratio q. f. quaer.* MSS. O. et edd. pp. *Nam in ea.* In optimis etiam IV et iisdem edd. is est ordo, quem expressi; vulgo *quaeritur q. f.* Id. Lips. *Nam in ea nec ratio, quare fecerit, qu.* Ern. — *Non subest ratio.* Voss. pr. *nec s. r.* Oud. — *Infitiatione.* Voss. sec. *depulsione.* Leid. tert. *infirmatione.* Id. — *Intentio est.* MSS. quatuor carent verbo. Id. — *Infitiatio.* Leid. tert. *depulsio.* Id. — *In una causa.* Voss. tert. *in eadem c.* paulo ante *quoque* deest Leid. sec. Id. — *Sed omnes simili r. r.* Voss. pr. Leid. pr. edd. pp. *sed et omnes.* Leid. sec. *una r.*

*Inventa iudicatione*) Erf. *repperta iudicatione.* Id.

*Omnem rationem totius orationis*) Sequutus antiquiores discessi ab Gruteriana, quam nimis fideliter retinuerunt aliae proximae, et in his ipsa Londinensis, inepte edens *orationem*: et bene idem observavit Basileensis. Quae mox omnes consentiunt in id, ut exhibeant *ea nec ratio*, omissa vocula *in*, quae in MSS. palam exstat, et sensui necessaria est. Lib. III, 2. Gron. Exstat etiam in MS. Traiect. Burm.

*Eo conferri*) Erf. *eo conferre.* Graevius.

*In ea nec ratio quaeritur*) Al. edd *in ea enim nec ratio quaeritur.* In Grut. et aliis omnibus eam secutis edd. vitio librariorum *in* omissum fuit. Duisb. *Nam in ea nec ratio quaeritur.* Sed in praecedentibus vitio typographi editum fuit, *omnem orationem* pro *omnem rationem.* Graev.

*Ex intentione et infitiatione*) Erf. *ex intentione et inficiatione;* sic statim idem, *inficiatio, non occidi.* Id.

*Intentio est, occidisti Aiacem. Inficiatio*) Duisb. *intentio, occidisti matrem. Infitiatio.* Id.

*Sed omnes simili ratione reperien-*

Sedulo dedimus operam, ut breviter et dilucide, quibus de rebus adhuc dicendum fuit, diceremus. Nunc quoniam satis huius voluminis magnitudo crevit, commodius est in altero libro de caeteris rebus deinceps exponere; nequa propter multitudinem literarum possit animum tuum defatigatio retardare. Sed si quo haec tardius, quam studes, absolventur, cum rerum magnitudini, tum nostris quoque occupationibus assignare debebis. Verumtamen maturabimus, et quod negotio diminutum fuerit, exaequabimus industria: ut pro tuo in nos officio et nostro in te studio munus hoc accumulatissime tuae largiamur voluntati.

Ib. — *Huius voluminis magn.* Voss. tert. *huiusmodi v. m.* Id. — *Si quo tardius haec, quam studes.* Ita mei omnes, et edd. pp. nisi quod a Mediol. exsulet *quo.* Voss. sec. *in aliquo.* Vulgo *haec t.* Id. — *Diminutum f. exaeq. industria.* Leid. pr. *demin.* et MSS. V, *industrie.* Id. — *Accumulatissime.* Leid. quart. *accommodatissime.* Id.

*tur* ) Erf. *sed et omnes simili ratione repperientur.* Id.

*Nunc quoniam satis huius voluminis magnitudo crevit* ) Lamb. ed. *Nunc quoniam huius voluminis magnitudo satis crevit.* Id.

*Propter multitudinem literarum* ) Voces eae tres videntur a glossa: erat in Pal. quarto *altitudinem.* Grut. MS. *propter altitudinem litterarum.* Graev.

*Sed si quo haec tardius quam studes* ) Est a plerisque Pall. item Fabr. et Br. aliae edd. *Sed si quidem haec tardius.* Grut. Erfurt. quoque et Duisb. *si quo* asserunt, ut et Lamb. editio. Verum in Erfurt. omissum quoque est *sed*, et totus locus sic scribitur: *Si quo tardius haec, quae studes, absolventur;* rectius mea sententia. *Haec, quae studes*, sunt haec, quibus nunc incumbis, in quibus nunc versaris. Cic. Orat. post red. *quum vero literas studere incipit.* Sed exempla passim obvia. Vulgatum *quam studes*, pro quam cupis, desideras, latinae aures respuunt. Graev. MS. Traiect. a manu pr. ita ut in contextu ed. Gronov. habetur, sed emendatum manu sec. *hoc* pro *haec* et *absolvetur* pro *absolventur.* Burm.

*Quod negotio diminutum* ) Erfurt. et Lamb. ed. *quod negotio deminutum fuerit.* Meus codex *quod de negotio diminutum fuerit.* Graev.

*Exaequabimus industria*) Sic omnes quidem habent libri, praeter unum et alterum, in quibus scriptum est *exequemur:* sed legendum puto *exsarciemus*, id est reparabimus; utitur hoc verbo et Q. Tullius, *aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas;* et Terent. Heautont. *Nisi eos, qui opere rustico faciundo facile sumtum exsarciant suum.* Lamb. MS. *exequemur industria.* Erfurt. *exequemur industriae.* Graev.

*Munus hoc accumulatissime*) Liber unus manuscriptus habet *accuratissime;* ego nihil muto. Lamb.

*Munus hoc cumulatissime* ) MS. *munus hoc accuratissime.* Graev.

# RHETORICORVM

AD

# C. HERENNIVM

## LIBER SECVNDVS.

### *ARGVMENTVM*

*Praemissa brevi cum dictorum superiori libro, tum hoc ipso dicendorum summa* cap. 1, 2, *pergit ea exponere, quae ad genus causarum iudiciale pertinent, de quo superiori libro coeperat praecipere, ut, quomodo quaeque in foro iudiciisque tractari causa oporteat, recte intelligatur. Et quoniam huius generis tres constitutiones sunt, coniecturalis, legitima, et iuridicialis, quarum naturam et partes libro primo definiendo explicaverat, exemplis subiectis illustraverat, et quomodo constitutione causae et ratione firmamentoque causae repertis, iudicatio scil quaestio* (τὸ κρινόμενον) *inveniatur, ostenderat; nunc etiam, quo quaeque constitutio modo tractari debeat ex artis praeceptis, docet. Itaque primo a* cap. 2-9 *de coniecturali agit et fuse ostendit, quo narrandi modo, quibus signis, argumentis, testimoniis, suspicionibus probabile fieri possit, rem aliquam esse factam aut non factam; deinde a* cap. 9-13 *quomodo orator debeat versari in tractandis legitimae constitutionis partibus, quum ex scripto aut in scripto aliquid natum controversiae est; denique vero etiam a* cap. 13 *ad* 18 *quibus argumentationibus uti conveniat, quum, ubi rem a nobis factam, iure factam defendimus, et ubi iurene factum aliquid sit, quaeritur, quae est constitutio iudicialis absoluta, tum, ubi extranea assumenda est defensio, quae assumtiva propterea dicitur. His expositis, de argumentationibus ornate absolute-*

*que tractandis agit, et quae earum cum partes et virtutes, tum vitia sint, fuse enumerat a* cap. 18-30; *denique de argumentorum conclusionibus, non his modo, quae in fine orationis cuiusque sunt, sed etiam quibus in principio, secundum narrationem, et post firmissimam argumentationem, utimur.* I. A. Ernestvs.

1. In primo libro, Herenni, breviter exposuimus, quas causas recipere oratorem oporteret, et in quibus officiis artis elaborare conveniret, et ea officia qua ratione facillime consequi posset. Verum quia neque de omnibus rebus simul dici poterat, et de maximis primum scribendum fuit, quo caetera tibi faciliora cognitu videren-

1. *In quibus officiis artis.* Voss. pr. *in quibus partibus officia vel officiis artis.* Margo Leid. sec. *in q. partibus officia artis.* Voss. tert. *in q. partibus officia.* Leid. tert. *in q. partibus officii.* Mihi non displicet *in q. partibus officia artis elab.* Auct. de Corr. Eloq. cap. 9, *dignum aliquid elaborare.* Adi ad Suet. Aug. cap. 64, *nihil aeque elaboravit.* Ovd. — *Quia neque de o. r.* Voss. pr. sec. Leid. qu. *quod n. ct.* Id. — *Et de maximis.* Deest copula Leid. tert: *rebus* vero addunt MSS. O. et edd.

*Et in quibus officiis elaborare* etc. Sic restitui, deleta voce *artis*, quae fuerat inepte inculcata ab iis, qui scriptum reperissent in quibusdam libris, *elaborare are*, quum tres postremae litterae huius verbi a librario aliud agente essent iteratae; ex *are* enim factum est modo *arte*, modo *aperte*, nunc *artis*, nunc *partibus*, atque ita hic locus depravatus est. Officia autem oratoris intellige, inventionem, dispositionem, elocutionem etc. Lamb. Delet *artis* Lambinus; ego non ausim, neque variant libri veteres: nisi quod in duobus audio reperiri *partibus artis*, quod etiam ipsum non displicet: alterum tamen restat in Pall. sext. Grvt. Puteani codex vulgatam retinet, sed Erfurt. *partibus* inserit; *in quibus partibus officiis artis elaborare.* Lamb. ed. *in quibus officiis elaborare.* Forte scripsit auctor horum Rhetoricorum, *in quibus partibus officii artis elaborare conveniret.* Id.

*Facillime consequi posset*) Erfurt. *facillime consequi possit.* Id.

*Verum quia neque de omnibus rebus* etc. Sic Pall. et vett. edd. nisi quod in Pal. pr. non adsit *rebus*, quam vocem nec requiram; vulgati hodie *verum quod neque* etc. Grvt. Sic Pall. et meus cod. omissa voce *rebus*; sed Erf. Put. cum plerisque edd. *verum quod neque de omnibus* Graev.

*De omnibus rebus simul dici poterat, et de maximis primum scribendum fuit*) Erfurt. *de rebus omnibus simul dici poterat, et de maximis rebus primum scribendum fuit.* Putean. *de omnibus simul dici poterat, et de maximis rebus primum scribendum fuit.* Id.

tur; ita nobis placitum est, ut ea, quae difficillima essent, potissimum scriberemus.

Causarum tria sunt genera, demonstrativum, deliberativum, iudiciale; multo difficillimum est iudiciale: ergo id primum absolvemus. Hoc et priore libro egimus, quum de quinque oratoris officiis tractaremus, quorum inventio et prima et difficillima est: ea quoque nobis erit hoc in libro propemodum absoluta, et parvam partem eius in tertium volumen transferemus. De sex

pp. Id. — *Ita n. placitum.* Leid. tert. qu. *itaque.* Id. — *Potiss. scriberemus.* Voss. pr. tert. Leid. qu. edd. pp. *conscriberemus.* Voss. sec. *scriberentur.* Id. — *De quinque or. officiis.* Deest *quinque* Voss. pr. Leid. pr. qu. *de or. officiis v.* Voss. sec. tert. Leid. sec. *de oratoriis of. v.* Leid. tert. Ovd. *De Oratoris officiis quinque.* Vt Lamb. habent tres Gryph. manuscr. et Leonic. exemplar. Br. — *Eaque nobis.* Ita nostri codices, melius quam in vulgatis, *ea quaque nobis.* Lall. — *Hoc in libro.* Praepositionem non agnoscunt MSS VI. In Leid. sec. ed. Med. *in hoc l.* Ovd. — *Et parvam partem eius.* MSS. VI et edd. pp. *sed p. p.*

*Potissimum scriberemus*) Lamb. ed. *potissimum conscriberemus.* Id.

*Causarum tria sunt genera*) Lamb. ed. *causarum igitur tria sunt genera.* Id.

*Hoc et priore libro egimus*) Sic Guilielmiani, sic Pall. sic edd. vett. nam recentes praeposita vocula, *De hoc* etc. Grvt. Lamb. et nonnullae aliae edd. *de hoc et priore libro egimus.* Erfurt. *hoc et priore libro, de oratoris officiis.* Graev.

*Quum de quinque oratoris officiis tractaremus*) Haud secus Pall. Gul. vett. edd. nam mediae aetatis, *cum de oratoris officiis tractabamus.* Grvt. Erf. *de oratoris officiis quinque, inventio*, reliquis omnibus recisis. Vulgg. *egimus, cum de oratoris officiis tractabamus.* Graev.

*Quae prima et difficillima est*) Liber unus manuscrip. habet, *quae prima, quaeque difficillima est.* Lamb.

*Inventio et prima et difficillima*) Vett. edd. *quia prima difficillima quidem est.* Graev.

*Ea quoque nobis erit*) Malim legi *eaque nobis erit* etc. Lamb. Erf. *ea quoque nobis erit hoc libro.* Graev.

*Et parvam partem eius in tertium volumen transferemus*) Prima Lamb. ed. *sed parvam partem eius in tertium volumen transferemus.* Erfurt. *Parvae partes eius duae in volumen transferentur.* Id.

*De sex partibus* etc. Enumeratio isthaec tam prolixa valde ineptit: nam certe paucula admodum de his supra dixit; et nae miserabili erant memoria, quibus tam cito illa exciderant. Grvt. Quidquid id sit, auctor non ignoravit suum Herennium, cuius animum ne defatigatio introëat, vereri se etiam alibi (lib. I, cap. ult.) testatur. Praeter haec in vetustis video esse *incipiemus*, quod ab recentibus manibus interpolatum est, ut fieret *incepimus.* In uno reperi *in-*

partibus orationis primum scribere incepimus: in primo libro loquuti sumus de exordio, narratione, divisione, nec pluribus verbis, quam necesse fuit, nec minus dilucide, quam te velle existimabamus: deinde coniunctim de confirmatione et confutatione dicendum fuit: quare genera constitutionum et earum partes aperuimus: ex quo simul ostendebatur, quomodo constitutionem et partes constitutionis, causa posita, reperiri oporteret: deinde docuimus, iudicationem quemadmodum quaeri conveniret: qua inventa, curandum, ut

*eius.* A Leid. pr. abest *et*, a Voss. tert. *eius* Id. — *Primum scribere incepimus. In primo libro.* Voces *primum* et *libro* desunt Leid. qu. *incipiemus* Voss. tert. qui exhibet *in quo pr. libro.* V. Graev. Id. — *Dilucide.* Voss. tert. *lucide.* Id. — *Coniunctim.* Voss. pr. Leidd. O. *coniuncte.* Mox *et de confut.* Leid. tert. Io. — *Partes constitutionis.* MSS. V, *partem c.* Id. — *Curandum, ut om. r.* Voss. tert. Leid. qu. ed. Med.

*stituimus*, quod sane praeferrem. Nec sic tamen evilatur nausea enumerationis huius; praesertim quid est illud *primum ?* et cur ineptissime iterat mentionem libri primi? Ego suspicor τὸ *primum* natum esse pro *tum*, ubi primam literam aliquis aspiciens pro notam numeri sic mutavit. Sic certe fit decentior series, et stilus mollior. Reliqua vide, an non sic mecum constitues *De sex partibus orationis tum* (nempe post oratoris officia) *scribere instituimus. In primo loquuti sumus de exordio.* Quod aliquis non intelligens male per vocem *libro* supplendum putavit. Gron.

*Vbi de sex partibus orationis primum scribere incepimus*) Edd. Grut. et al. *de sex partibus orationis primum scribere incipiemus.* Lambin. ed. et Put. God. *de sex partibus orationis primum scribere instituimus.* Duisb. *de sex partibus orationis scribere incepimus.* Meus MS. *de sex partibus orationis primum scribere incepimus.* Tota haec περικοπὴ in Erfurtensi sic scribitur: *Eo quoque nobis erit hoc libro propemodum absoluta. Porvae partes eius duae in volumen transferentur, ubi de sex partibus orationis primum scribere incipiemus.* Hanc lectionem valde probo, nisi quod numerus voluminis sit omissus vitio librariorum. Scriptum fuerat, *parvae partes eius duae in III volumen transferentur.* Duae parvae partes sunt quae pertinent ad inventionem in genere deliberativo et demonstrativo. *III volumen est tertium volumen*: illud *III* absorpsit praecedens *in*; *incipiemus* est etiam in meo codice. Alius MS., teste Grouovio, *scribere instituimus* sed Duisb. abest *primum.* Graev.

*De confirmotione dicendum fuit et confutotione*) Al. edd. *de confirmatione et confutatione dicendum fuit.* Id.

*Et portes constitutionis*) Erf. et Duisb. *et partem constitutionis.* Id.

*Reperiri oporteret*) Erf. *repperiri oporteret.* Id.

*Curondum, ut omnis rotio*) Duisb. *curandum est, ut omnis ratio.* Id.

omnis ratio totius orationis ad eam conferatur: postea admonuimus esse causas complures, quibus plures constitutiones aut partes constitutionum accommodarentur.

2. Reliquum videbatur esse, ut ostenderemus, quae ratio posset inventiones ad unamquamque constitutionem aut partem constitutionis accommodare. Et item quales argumentationes, quas Graeci ἐπιχειρήματα appellant, sequi, et quales vitari oporteret: quorum utrumque pertinet ad confirmationem et confutationem. Deinde ad extremum docebimus, cuiusmodi conclusionibus orationum uti oporteat: qui locus erat extremus

*curandum est, ut.* Id. — *Cousas complures, quibus.* Voss. O. Leid. tert. qu. Ed. Omn. c. *quamplures.* Ed. Med. *plures.* Tum *in quibus* MSS. O. et edd. pp. Id.

2. *Quales argumentationes.* Voss. tert. Leid. sec. tert. Edd. pp. *quas arg.* Ovd. — *Et quales vitari op.* Voss. tert. edd. pp. *quos.* Leid. sec. tert. cum edd. pp. carent copula; *vitare* dant etiam Voss. et Leid. tert. cum ed. Omnib. Ovd. — *Ad confirm. et ad confut.* Sic etiam Voss. pr. Leid. pr. sec. Id. — *Locus er. extremus.* Leid. pr. tert. *l. e. pro-*

*Quibus plures constitutiones*) Erf. *in qua plures constitutiones.* Duisb. et edd. pleraeque *in quibus plures constitutiones.* Id.

*Reliquum videbatur esse*) Erf. *reliquum videbitur esse*, non male. Id.

*Quae ratio*) Hoc est, qui locus status. Loci statuum sunt τὰ μέτα, λόγοι, καὶ πίστεις, Hermogenes κεφάλαια appellat, hic auctor *rationes.* Toxita Gerh. Vossius lib. I Institut. Orator. vocavit capita, cum Sopatro, ea nimirum, quae continent propriam argumentationem, et confirmationem eiusdem propositionis ab aliis diversam. Graev.

*Et item quales argumentationes*) Erfurt. *et item quas argumentationes.* Id.

*Quas Graeci ἐπιχειρήματα appellant*) De epichiremate, et variis eius generibus vide Quinctiliani lib. V Instit. cap. 10. In verbis praecedentibus Erfurt. *et item quas argumentationes*, pro vulgato, *et item quales argumentationes.* Mox in sequentibus, *sequi et quales vitari*, idem codex copulam omittit, sed Pith. *sequi quasque vitare oporteret.* Id.

*Ad confirmationem, et ad confutationem*) Sic Erfurt. Vulgg. *ad confirmationem et confutationem.* Id.

*Orationum uti oporteat*) Duisb. *orationum uti oporteret.* Id.

*Qui locus erat extremus de sex partibus*) Id verum, sed etiam *erat proximus*, hoc est, post praecedentes quinque absolutas solus restans ex illis sex. Sic enim deprehendo legi in omnibus nostris, unde non dubito etiam in aliis sic extare; idque praeferendum vel ideo, quod vix modo anteeessit τὸ *extremum.* Videntur neglexisse, qui id explicare ne-

de sex partibus orationis. Primum ergo quaeremus, quemadmodum quamque causam tractari conveniat. Et nimirum coniecturalem, quae prima et difficillima est, potissimum consideremus. In causa coniecturali, narratio accusatoris suspiciones interiectas et dispersas habere debet, ut nihil actum, nihil dictum, nusquam ventum, aut abitum, nihil denique factum sine causa putetur. Defensoris narratio simplicem et dilucidam expositionem debet habere, cum adtenuatione suspicionis. Huius constitutionis ratio in sex partes est distributa;

*ximus*. V. Graev. Id. — *Tractari conveniat*. Voss. O. et Leid. pr. tert. *tractare c*. Id. — *Quae prima et difficillima est*. *Eam quae* est in Leid. sec. qu. Voss. tert. ed. Omn. quae lectio est nata ex compendio *eam* sive *causam*, ut est in Voss. sec. *prima et* deest Voss. sec. Leid. sec. *et* exsulat a Leid. pr. Legendum scil. cum Voss. pr. Leid. tert. edd. pp. *q. prima quaeque d*. Id. — *Exp. debet habere*. Leid. sec. *ia*-

quierunt. Gron. Erfurtensis et al. MS. *qui locus erat proximus*: *extremus* propter eiusdem vocis, quae modo praecesserat, ingratam repetitionem reiicit Gronovius. Verum nescio an *proximus* recte ponatur, quum enumerantur quinque partes in fine periodi, nulla alia parte sequente. Malui igitur ex Pithoeano recipere *postremus*. Graev.

*Primum ergo quaeremus*) Erfurt. *Primum igitur quaeremus*. Id.

*Tractari conveniat*) Erf. *tractare conveniat*. Id.

*Et nimirum coniecturalem, quae prima et difficillima est*) Liber unus MS. habet, *quae prima quaeque difficillima est*. Lambin. Pall. pr. *coniecturalem earum quae est difficillima*, omissis caeteris; nam sec. *coniect. ea quae difficill. est*. Bruilerensis, *nimirum quaeque difficill. est*, quod et in quarto, praeterquam quod is *quae*, non *quaeque*, omisso prorsus illo *coniecturalem*: vett. edd. *coniect. quae prima quaeque difficill. est*. Grut. Ad Palatinum secundum fere accedunt nostri, exhibentes *coniecturalem ea quae difficill*. Hinc facile vidi venisse ab auctore, *Et nimirum coniecturalem* (*eaque difficillima est*) *potiss. consid*. Gron. Erfurt. *et nimirum quam quae difficillima est*. Duisb. *Et nimirum coniecturalem eam, quae prima, et quae difficillima est, potissimum consideremus*. Quomodo in aliis libris hic locus legatur vide in notis. Gron. quum et in suis legerit *coniecturalem ea quae difficillima est*, censuit scripsisse auctorem horum Rhetoricorum, *coniecturalem*, (*eaque difficillima est*) *potissimum consideremus*. Graev. In MS. Traiect. *Coniect. quae prima quaeque diffic. est*, ut in vett. edd. Burm.

*Nusquam ventum, aut abitum*) Erf. *Nusquam ventum, aut habitum*. Graev.

*Nihil denique factum sine causa*) Erf. *Nihil denique sine causa*. Id.

probabile, collationem, signum, argumentum, consecutionem, approbationem. Horum unumquidque quid valeat, aperiemus. Probabile est, per quod probatur, expedisse reo peccare, et a simili turpitudine hominem numquam abfuisse. Id dividitur in causam et in vitam. Causa est ea, quae induxit ad maleficium, commodorum spe, aut incommodorum vitatione: ut quum quaeritur, num quod commodum maleficio appetierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem, num aliquam cupiditatem amoris, aut huiusmodi

*cere.* Id. — *Vnum quidque.* MSS. plerique et edd. pp. *unum quodque.* Id. - *Reo peccare, et a simili.* Deest *reo* Leid. tert. in Leid. sec. *peccasse.* Voss. pr. Leid. sec. *ab s.* Id. — *Numquam abfuisse. Afuisse,* ut alibi docuimus, quod etiam antea Lamb. adnotaverat, in duobus Gryph. B et C scriptum semper invenitur. Brutus. — *Quae induxit.* Ed. Omn. *indueit.* Voss. tert. *ind. eum.* Oud. — *Inc. vitatione.* Ed. Omn. *inc. evitatione.* Id. — *Vt quum quaeritur.* Leid. pr. caret τοῦ *ut.* Voss. tert. ed. Omn. *ita.* Ed. Med. *ita ut.* Id. — *Num quod commodum.* Voss. tert. Leid. tert. qu. Ed. Omn. *an.* Id. — *Appetierit.* Leid. qu. *appetiverit.* Oud. *Maleficio appetierit*, non *acquisierit*, legendum, praeter Lamb. cui plurimum tribuo, Gryph. tribus exemplaribus eamdem lectionem tuentibus, quibus Leoniceni editio suffragatur. Brutus. — *Cupiditatem aut amoris aut eiusmodi l.* Sic legendum e MSS. VI et ed.

*Probabile, collationem*) Erf. *probabilem collationem.* Id.

*Horum unumquidque*) Duisb. et quaedam edd. *Horum unum quodque.* Id.

*Expedisse reo peccare*) Erf. *expedisse peccare.* Id.

*Et a simili*) Erf. *et ab simili.* Id.

*Hominem numquam afuisse*) Sic legendum esse infra pluribus verbis docebimus: quamquam in commentariis Horatianis recentioris editionis iam ostendimus. Lamb. Erfurtensis corrupte, *hominem numquam affuisse.* Graev.

*Induxit ad maleficium*) Pith. *induxit reum ad maleficium*, non male. Id.

*Commodorum spe, aut incommodorum vitatione*) Erfurt. *Commodorum aut incommodorum vitatione.* Edd. *commodorum spe, aut incommodorum evitatione.* Id.

*Vt quum quaeritur*) Ab Erf. abest *ut.* Id.

*Maleficio appetierit*) Haud aliter manuscripti et nostri et Guilielmii, item edd. antiquae: posteriores, *acquisierit*, longe deterius. Gavt. Firmant *appetierit* Erfurt. et Duisb. quamvis in hoc legatur: *an quod commodum maleficio appetiverit.* Edd. *num quod commodum maleficio acquisiverit.* Graev. *Appetierit* etiam in MS. Traiect. Burm.

*Amoris aut huiusmodi libidinis*) Sic Duisb. Graev.

libidinis voluerit explere. Aut num quod incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium.

3. Hic accusator in spe commodi cupiditatem ostendet adversarii, in vitatione incommodi formidinem augebit. Defensor autem negabit fuisse causam, si poterit, aut eam vehementer extenuabit. Deinde iniquum esse, dicet, omnes, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re pervenerit, in suspicionem maleficii devocari. Deinde vita hominis ex ante factis spectabitur. In quo primo considerabit accusator, num quando simile quid fecerit. Si id non reperiet, quaeret, num quando venerit in similem suspicionem: et in eo debebit esse occupatus, ut ad eam causam peccati, quam paullo ante exposuerit, vita hominis possit accommodari, hoc modo. Si dicet pecuniae causa fecisse, ostendet eum semper avarum fuisse: si

Omn. In Leid. qu. *aut amoris alicuius lib.* Vulgo deest primum *aut*; et editur *huiusm.* Ovd. — *Vitarit.* Leid. qu. ed. Omn. *vitaverit.* Id.

3. *In spe commodi.* Voss. tert. *cum spe c.* Ovd. — *Si poterit.* Voss. tert. ed. Med. *si potuerit.* Id. — *Ex ante factis.* Leid. qu. *ex ante actis.* Ed. Med. *ex ante malefactis.* — *In quo primo considerabit.* Τὰ *in quo* desunt Leid. pr. tert. *primum* MSS. O. et edd. pp. Bene. V. Graev. Id. — *Si id non reperiet.* Voss. pr. Leid. pr. *repererit.* Voss. tert. *reperiretur.* Leid. sec. *reperiret.* Leid. tert. *repererit.* Verc. Id. — *Fecisse, ostendet, eum s. av. f.* Voss. tert. *fecisse maleficium.* Voss.

*Aut num quod incommodum*) Erf. *aut non quod incommodum.* Id.

*Cupiditatem ostendet adversarii, in vitatione incommodi formidinem augebit*) Robustiora omnia forent, expuncto illo *ostendet*, ut ad *augebit*, et prius membrum referretur. Grvt. *In quo* abest etiam ab Erfurt. *primum* omnes MSS. et editi ante Gruterum prae se ferunt, quos sequor. Graev.

*Ex ante factis spectabitur*) Erfurt. *ex antefactis expectabitur.* Duisb. *ex ante actis spectabitur.* Id.

*In quo primo considerabit*) MSS. omnes constanter *primum*, quod et fuit quondam in editionibus, nec scio cur mutatum. Sed et ista *in quo* nullibi reperio, et plane credo insititiam esse velut connectendi formulam, quae toties quoque nuper obsidebat Livium. Gron. Ed Grut. *in quo primo considerabit.* Al *in quo primum considerabit.* Quae Gronovius asseruit, fundantur nostrorum quoque librorum optimorum Erfurtensis, et Cauchiani auctoritate, quibus subscribo. Graev. *Primum* etiam in MS. Traiect. Bvrm.

*Vita hominis accommodari*) Edd. vett. *Vita omnis accommodari.* Bvrm.

*Ostendet eum semper*) Erf. *Ostendam eum semper.* Graev.

honoris, ambitiosum: ita poterit animi vitium cum causa peccati conglutinare. Si non poterit par animi vitium cum causa reperire, reperiat dispar. Si non poterit avarum demonstrare, demonstret corruptorem vel perfidiosum, si quo modo poterit: denique aliquo aut quam plurimis vitiis contaminabit personam: deinde qui illud

pr. Leid. pr. *ostendat.* Abest *eum* a Voss. sec. Id. — *Si non potuerit par animi vitium cum c. r.* Voss. tert. *potuerit*: dein *par* abest Leid. sec. tert. *animi* a Leid. qu. m. pr. ed. Med. In optimis MSS. *animi v. c. c. reperire par*, sed in Voss. tert. *animi vitium cum causa compar. r.* Id. — *Demonstrare.* Ab hoc verbo, alia sequuntur, quae Lambinus edidit, *quem pecuniae causa dicat maleficium fecisse*; quae in nostris et excusis, et manuscr. desiderantur. Br. — *Vel perfidiosum.* Exsulat *vel* a Voss. pr. sec. Leid. pr. tert. qu. dein *perfidum.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. cum edd. pp. Ovd. — *Si quo modo poterit.* Voss. sec. Leid. sec. tert. qu. edd. pp. *si quoquo modo p.* Benc. Id.

*Cum causa peccati conglutinare. Si non poterit par vitium cum causa reperire*) Erf. *Cum causa reperire*, caeteris omnibus omissis. Cauch. *cum vita peccati conglutinare.* Lamb. ed. *Si non poterit par animi vitium.* Id.

*Demonstrare quem pecuniae causa* etc. Haec verba restituimus ex codice manuscr. quae in vulgatis libris desiderabantur; sententia autem huius loci nunc aperta est. Si non poterit, inquit, demonstrare, eum, quem pecuniae causa arguat maleficium admisisse, avarum esse, demonstret esse corruptorem etc. Lamb.

*Si non poterit avarum demonstrare, demonstret* etc. Lambinus edidit, *demonstrare, quem pecuniae causa dicat maleficium fecisse, demonstret.* Ex codice, inquit, manuscripto, sed tale nihil invenit Guilielmius in suis, nec ego in Pall. aut vetustissimis edd. et vero, si quo reperiuntur in libro, fuere adiecta a glossatore. Grvt. Lamb. ed. *Si non poterit avarum demonstrare, demonstret corruptorem. Si non poterit avarum demonstrare, quem pecuniae causa dicat maleficium fecisse, demonstret corruptorem.* Graev. Neque haec inveniuntur in Cod. Trai. Bvrm.

*Corruptorem vel perfidiosum*) *Corruptores* e Cicerone noti. *Perfidiosi*, qui per fidem decipiunt eos, quibuscum contraxerunt, ut in re privata, qui socios fallunt, in publica, qui depeculantur aerarium. Plautus Cistellaria: *Perfidiosus est amor? ergo in me peculatum facit.* Divinatione: *Si ille apud te postea caenavit, utrum te perfidiosum an praevaricatorem existimari mavis?* Videt necesse esse alterutrum, eadem significatione, qua heic: ea re non audit membranas suas Guilielmius, in quibus invenit *perfidum*: quod etiam in Pall. reperi; sed pr. tamen expressit alterum. Grvt. Erf. Pith. et alii *corruptorem vel perfidum.* Graev. *Perfidum* etiam in MS. Trai. Bvrm.

*Vitiis contaminabit personam: denique qui illud fecerit*) Lamb. ed. *vitiis contaminet personam: deinde dicat, qui illud fecerit.* Erf. *vitiis contaminare personam* etc. Graev.

fecerit tam nequiter, eumdem hunc tam perperam fecisse non esse mirandum. Si vehementer castus et integer existimabitur adversarius, dicet facta, non famam spectari oportere; illum ante occultasse sua flagitia; se planum facturum, ab eo maleficium non abesse. Defensor primum demonstrabit vitam integram, si poterit: id si non poterit, confugiet ad imprudentiam, stultitiam, adolescentiam, vim, persuasionem: quibus de rebus vituperatio eorum, quae extra id crimen erunt, non debeat assignari. Sin vehementer hominis turpitudine

— *Qui illud fecerit.* Voss. tert. *aliud.* Id. — *Facta, non famam spectari.* Voss. tert. *famam expectari, non f.* Id. — *Si poterit; id si non poterit.* Voss. tert. Leid. sec. *potuerit* bis: primo loco *potuerit* Leid. qu. *si poterit. Sin autem* in Voss. pr. quod notandum. Id. — *Sin vehementer hominis turpitudine.* MSS III, ed. Omn. *Si v.* ut supra. Male. *Hominis*

*Castus et integer*) Erf. *castus integer.* Id.

*Existimabitur adversarius*) Duisb. *extimabitur adversarius.* Id.

*Illum ante occultasse*) Erf. *illum occultasse ante.* Id.

*Defensor primum demonstrabit vitam integram*) Palatinus primus, *famam integram.* Grvt.

*Sin vehementer vitae hominis turpitudine impedietur*) Quum in uno codice MS. reperissem ita scriptum, *sin vehementer vitae hominis turp.* ego *vitae* reposui: quae scriptura perspicue recta est. Lamb. Quum Lambinus invenisset in uno MS. *vita hominis*, fecit inde *vitae hominis*: at enim testor, talem vocem non exstare in Guilielmianis, in Pall. in exoletis editionibus. Guilielmius tamen videbatur pronior fuisse in illud *vita*, atque infit: Probo veteris libri scripturam, quam Lambinus frustra mutavit, *Vita impeditur turpitudine et infamia*, quae vitiis et flagitiis cooperta est. *Impedire* enim interdum est *polluere*, et ut Nonius interpretatur, *sordidare*, ac *probrum inducere*, sic scribo in Nonio, non *ducere*. Plautus Amphitruone:

*Imo hunc ego Thebani cives qui domi uxorem meam*
*Impudicitia impedivit.*

quem versum laudat idem ille Grammaticus, Scena *Quis tam vasto*, quae est una ex scenis, quas vere docti ac religiosi homines nondum Plauto inferre audent; quum et vetustissimi Scriptores consensu tribuant optimo poëtae, et ipse lepor γνησίους clamet: hactenus Guilielmius. Grvt. Immo *impedietur* scilicet defensor, nec potest ad aliud referri, non magis quam τὸ *dabit operam*, et omnia in futuro quae praecedunt, ex quorum oppositione patet nimis doctum hic esse Guilielmium. Cap. 8: *ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur.* Gron. MS. *Sin vehementer vita hominis turpitudine impedietur.* Lamb. ed. *Sin vehementer vitae hominis turpitudine impedietur.* Sed verius Gronovius observa-

impedietur, et infamia, prius dabit operam, ut falsos rumores dissipatos esse dicat de innocente; et utetur loco communi, rumoribus credi non oportere. Sin nihil horum fieri poterit, utatur extrema defensione, dicat, non se de moribus eius apud censores, sed de criminibus adversariorum apud iudices dicere.

4. Collatio est, quum accusator id, quod adversarium fecisse criminatur, alii nemini, nisi reo, bono fuisse demonstrat; aut alium neminem potuisse perficere, nisi adversarium; aut eum ipsum aliis rationibus aut non potuisse, aut non aeque commode potuisse, aut eum fugisse alias rationes commodiores propter cupiditatem.

*vita* t. ed. Mediol. Id. — *Dabit operam.* Voss. tert. *clamabit op.* Id. — *Sin nihil horum f. poterit.* MSS. plerique, et ed. Med. *si.* MSS. O. et edd. pp. *eorum*; Leidd. O. Voss. tert. *potest.* Id. — *Dicat.* Sic Leid. pr. sec. In caeteris et edd. vulg. *et dicat.* Id.

4. *Bono fuisse demonstrat.* Voss. O. Leidd. tres et edd. pp. *bonum.* Leid. tert. *bono n. r. f. demonstret.* Oud. — *Eum fugisse alias rationes.* Voss. pr. sec. Leid. pr. qu. ed. Med. *eum effugisse.* Tum *alias* abest a Leid. pr. Bene. Id. — *Propter cupiditatem.* *Hoc loco.* Leid. sec.

vit, *impedietur* referri ad τὸ *defensor*, aeque ac *operam dabit.* Graev.

*Prius dabit operam*) Edd. vett. *primum dabit operam.* Id.

*Sin nihil horum fieri poterit*) Lamb. *Si nihil eorum fieri poterit.* Erf. *Sin nihil eorum fieri poterit.* Duisb. *Sin nihil horum fieri potest.* Id.

*Vtatur extrema defensione, dicat*) Vulgg. *utatur extrema defensione et dicet.* Delevi copulam, fidem secutus Erfurtensis et Pithoeani. Id.

*Bono fuisse*) Sic legendum, et ita habent duo libri manuscripti, non ut habet editio Rob. Steph. et Colin. et aliae nonnullae, *bonum fuisse.* Tum Cassius ille iudex severissimus identidem in causis quaerere solebat, cui bono fuisset, ut testatur pluribus locis M. Tullius. Denique sic loquitur infra haud multis post versibus. Lamb. Duisb. et alii MSS. ac multae vett. edd. *Nisi reo bonum fuisse.* Sed merito reiecit Lambinus, cui adstipulantur Erfurtensis, Cauchianus et alii MSS. Graev.

*Aliis rationibus aut non potuisse*) Pithoean. *Aliis rationibus aut non aeque potuisse.* Id.

*Aut non aeque commode potuisse*) Erf. *aut neque commode potuisse.* Pith. *aut non commode potuisse.* Id.

*Eum effugisse alias rationes*) Quidquid veterum librorum praesto est, in eis exhiberi video, *eum fugisse*, quod certe est huius auctoris: sic enim cap. 16: *Qui se propter vinum fugisse rationem dicet.* II, 25: *Sed me tum haec ratio fugit* Et notum est Horatii. Sed etiam infra observabis, ut plurimum dici *fugere laborem* (quod et initio totius operis) *concursiones vocalium*, *istam rem*, *im-*

Hoc loco defensor demonstret oportet, aut aliis quoque bono fuisse, aut alios quoque id, quod ipse insimuletur, facere potuisse.

Signum est, per quod ostenditur idonea perficiendi facultas esse quaesita. Id dividitur in partes sex; locum, tempus, spatium, occasionem, spem perficiendi, spem celandi. Locus quaeritur, celebris, an desertus; semper

*p. commoditatem. H. modo.* Id. — *Hoc loco. Defensor demonstret oportet*, sine *ut* edidimus; quod ratio elegantior Latini sermonis postulat; et praeter Lamb. nostri etiam manuscr. confirmant. Br. — *Bono fuisse.* Leid. sec. edd. pp. *bonum f.* Ovd. — *Quod c. insimuletur.* Voss.

*petus fortunae, continuationem verborum*, non *effugere.* Gron. *Aut eum fugisse illas rationes.* MSS. et edd. *Aut eum effugisse alias rationes.* Lamb. ed. *aut eum fugisse alias rationes.* Recipe *fugisse*, quod et ante fecerat Lambinus, auctoritate nostrorum codicum Erfurtensis et Cauchiani, quod et ex suis Gronovius probavit: sed ex praestantissimo Erfurtensi recepi *illas rationes*, nemine, qui humanior sit, repugnante. Graev.

*Defensor demonstret oportet*) Vulgg. *Defensor ut demonstret oportet.* Id.

*Aut aliis quoque bono fuisse.* Demonstrabit defensor ἀντιστάσει, maiori bono fuisse aut aliis, aut ipsis adversariis, quam reo, ut pro Roscio fecit Cicero: Apud quos Sexti Roscii praedia sunt, ad eos etiam caedes pertinet: Apud Chrysogonum et T. Capitonem Roscium praedia sunt; ergo illi Roscium occiderunt. Vide Cic. exordium et confirmationem, ubi haec pulcherrime tractat. Tox.

*Id quod ipse insimuletur*) Hoc argumento utitur etiam Cicero in Orat. pro Sex. Roscio, quem ostendit Cicero fuisse rusticum, raro fuisse Romae, ut occidendi patris non modo causas, sed et facultatem non habuerit, quae omnia habuerint adversarii. Tox. Nihil muto, quamvis liber unus manuscr. habeat, *quo de insimuletur:* quod et in quibusdam vulgatis reperi. Ego enim subintelligo *fecisse.* Lamb. Sic restituere non dubitavi ex consensu nostrorum trium codicum et necessitate sententiae, remisso ad auctorem, quicumque ille est, ( neque enim decernere queo ) simplici *simuletur.* Vtique enim non hic agitur de simulatione. Gron. Restitui *insimuletur* ex Duisb. et aliis nostris codicibus, ut ex suis Gron. restituendum censuit. Graev. Al. *id quo de insimuletur.* Al. *id, quod ipse simuletur. Insimuletur* etiam in Cod. Traiect. Burm.

*Signum est*) Intelligimus hoc in loco non τὸ σημεῖον, ἀλλὰ περίστασιν, hoc est, *ea* quae cum negotio coniuncta sunt. M. Tox. Vulgo vocant Scholastici circumstantias. Graev.

*Semper desertus, an tum etc.* Inserui verbum *desertus*, suadentibus cunctis ad unum MSS. et edd. vett. primum removit puto Victorius: qui quum non diffiteatur destitutum se exemplaribus manuscriptis circa omnes libros, qui Oratorem instituunt; plus credi aequum non est ipsius auctoritati, quam omnium librorum; si mihi liberet refingere scriptorem

desertus, an tum, quum id factum sit, fuerit in eo loco solitudo; sacer, an profanus; publicus, an privatus fuerit; cuiusmodi loci adtingant; num, qui est passus, perspectus aut exauditus esse possit. Horum quid reo, quid accusatori conveniat, perscribere non gravaremur, nisi facile quivis, causa posita, posset iudicare; initia enim inventionis ab arte debent proficisci; caetera facile comparabit exercitatio. Tempus ita quaeritur, qua parte anni, qua hora: noctu, an interdiu: qua diei, qua

pr. sec. Leid. sec. *quo*. Id. — *Fuerit in eo loco solitudo.* Deest verbum Voss. pr. Leid. pr. tert. *loco* exsulat a Voss. sec. Id. — *Num qui est passus.* Voss. tert. *num quid qui est passus.* Leid. tert. *num quid passus.* Ed. Med. *num qui p.* Omn. *num quid est p.* Fors. *num quid patrasse.* Id. — *Perspectus aut exauditus.* Leid. qu. *prospectus.* Tum MSS. O. excepto Voss. tert. et edd. pp. *et exaud.* Id. — *Qua parte anni, qua hora, noctu an interdiu.* Voss. tert. *q̄r. anna quae hora sit noctis aut in.* Leid. qu. *quot anni etc. aut* Leid. sec. Id. — *Qua diei, qua noctis*

istum habitu decentiore, centum aliquot voces ei detrahere possem, prorsus supervacuas. Exempli causa; illa verba quae proxime sequuntur; *fuerit in eo loco solitudo*; omnia ad unum deleverim, nullius sententiae malo. Grvt. P. Vict. et Al. ed. *semper, an tum.* Graev. *desertus* etiam in MS. Traiect. Bvrm.

*Sit, fuerit in eo loco solitudo*) Erf. *Sit, in eo loco solitudo.* Graev.

*Sacer an profanus*) Pith. *Fuerit sacer an profanus.* Id.

*Cuiusmodi loci attingam*) Edd. vett. *cuiusmodi loci adtingunt.* Id.

*Num qui est passus perspectus*) *Qui est passus*, pro, qui est infestatus, aut occisus, mihi semper suspectum fuit, quia alienum est a prisci Latii sermone, et petitum ex Christianorum libris. Hanc suspicionem meam confirmarunt veteres libri, qui a vulgatis dissentiunt. Erfurt. et Cauch. *Num quid est pactus*, nisi quod hic est non agnoscat. Meus codex, *num quid est passus.* Quomodo Herennius scripserit, nondum potui assequi: aliter scripsisse, quam quod in vulgatis exstat, nemo infitiabitur; incertis coniecturis nolo illudere lectoribus. Id inveniendum relinquo aut melioribus codicibus, aut acutioribus ingeniis. Ic.

*Perspectum aut exauditus*) Erf. *Perspectus, exauditus.* Id.

*Facile comparabit exercitatio*) Ed. Gruteri *facile eam parabit exercitatio.* Idem.

*Tempus ita quaeritur, qua parte anni*) Erf. *tempus ita quaeritur, quid anni, qua hora.* Duisb. *Tempus quaeritur, quod anni, qua hora.* Id.

*Qua hora: noctu, an interdiu: qua diei, qua noctis hora factum*) Lambinus concinnius quidem haec omnia edidit, sed an verius, dubites. Guilielmii certe manuscripti conveniunt cum nostris, quorum quidam mirabiliter exorbitant. Pal. profecto tert. oggerit nobis: *qua hora nocte an die*,

noctis hora factum esse dicatur, et cur eiusmodi temporibus. Spatium ita consideratur, satisne longum fuerit ad eam rem transigendam, et potueritne scire, satis ad id perficiendum spatii futurum. Nam parvi refert satis spatii fuisse ad id perficiendum, si id ante sciri et

*hora.* Voss. pr. sec. Leid. pr. tert. praemittunt *et.* Tum MSS. O. et edd. pp. *die*; item *quota* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. Edd. pp. vox *noctis* abest a Leid. tert. qu. ed. Med. Ovd. Lips. *et qua diei*, *et qua noctis parte et quota hora.* In Gronov. duobus quoque fuit, *quota hora*, et placet Gronovio. Ern. — *Et cur ei. temp.* Sic optime dat Voss. pr. omnia desunt Voss. sec. *et cur* exsulant a Leid. qu. *cum* Leid. pr. tert. *cur* abest a Voss. tert. Leid. sec. *et cuiusm. t.* edd. pp. Ovd. — *Consideratur.* MSS. VI et edd. pp. *considerabitur.* Id. — *Et potueritne scire.* Voss. pr. Leid. pr. ed. Omn. *scieritne*; abest *et* a Leid. tert. Ovd. *Scieritne satis.* Gryph. B C *scierit ne*, *et potuerit ne scire* A: nos lectionem vulgatam retinuimus. Brvtvs. — *Fuisse ad id perficiendum.* Tres ultimae voces desunt Voss. tert. Leid. qo. dein

*an inter noctem et diem*, *et qua die*, *et quota parte noctis*, *et quota hora.* Verum variantes lectiones curiose enotare, non est meae aetatis, sed adolescentiae laboriosae, quam tamen hodie potius ad omnia alia trahas. Adeo post aerumnabiles labores nullum sibi sciunt sperandum praemium, nisi forte verborum; principibus viris hic supra Euclionem sordidis. Gavt. Sane et videntur et non videntur haec ab MSS. nostris firmari; adeo in quibusdam mutant. Caeterum si id retineatur, non video, quin absurde iterentur, *qua hora* et *qua noctis hora*: in quibus nulla differentia. Primo igitur MSS. nostri omnes *qua die.* Tum *quota hora noctis* in duobus, quod utrumque amplector: nam sic in singulis est certum ac proprium discrimen, ac dignum, quod in tali re advertatur. Gron. Vulgg. *et qua diei*, *et qua noctis hora.* Erf. et Cauch. *qua die*, *quantis horis.* Pith. *Et qua die*, *qua noctis hora.* Duisb. *qua diei*, *quota hora:* meus codex *qua die*, *quota noctis hora.* Ed. Cratand. *qua die*, *quota hora.* In margine est *qua die*, *qua hora noctis.* Lamb. Ed. *quota diei*, *quota noctis hora.* Graev. MS. Traiect. *noctu ac interdiu: qua diei*, *quota noctis hora.* Bvrm.

*Et cur eiusmodi temporibus* ) Elegans emendatio, quam eruit quidem e Fabriciano Guilielmius. Sed ego nunc etiam firmo auctoritate Pal. pr. et tert. neque abludit sec. quart. sext. nisi quod ii, *et cum eiusmodi.* Vulgo est *Et cuiusmodi temporibus*, nulla bona sententia: non tantum indicandum tempus facinoris, sed et addenda ratio, quare eo potissimum tempore scelus admissum sit. Gavt. MSS. quidam *Et cum eiusmodi temporibus.* Edd. ante Gruterum, *Et cuiusmodi temporibus.* Erfurt. etiam *Et cur eiusmodi temporibus.* Graev. Firmatur etiam a MS. Traiect. *Et cur eiusmodi temporibus.* Bvrm.

*Spatium ita consideratur* ) Erfurt. *spatium ita considerabitur.* Graev.

*Satisne longum fuerit ad eam rem transigendam*, *et potueritne scire* ) Longe rectius et concisius, resectis laciniis, quas adsuerunt inepti, Erfurtensis et Cauchianus, *Satisne lon-*

ratione provideri non potuit. Occasio quaeritur, idoneane fuerit ad rem adoriendam, an alia melior, quae aut praeterita sit, aut non exspectata. Spes perficiendi quae fuerit, spectabitur hoc modo: si, quae supra dicta sunt, signa concurrerint; si praeterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio videbitur fuisse; ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio demonstrabitur fuisse: quare scire

*potuerit* Voss. tert. ed. Omn. Ovd. — *Spes perficiendi qune fuerit.* Leid. pr. qu. ed. Omn. *haec quoe f.* nisi quod *quoe fuerit* desint Leid. qu. Id. — *Supradieta sunt.* Voss. tert. *praedicta s.* Id. — *Concurrerint.* Leid. pr. sec. *concurrent*, Ed. Med. *concurrunt.* Leid. tert. qu. *occurrerint.* Voss. pr. *praecurrent.* Id. — *Quore scire potuerit.* Voss.

*gum fuerit ad eam rem, seieritne sotis ad id perficiendum spatii.* In meo quoque est *scieritne*. Id.

*Rotione provideri non potuit*) Edd. multae *rotione provideri non potuerit.* Lamb. ed. *ratione provideri non potuit.* Id.

*Idoneane fuerit od rem odoriendam*) Libri recentioris editionis voce auctiores, *idonea ne satis fuerit*; quae nuspiam comparet in olim vulgatis, aut adeo MSS. nostris. Grvt. Edd. multae ante Gruter. *idoneane satis fuerit.* Adstipulantur Gruterianis et nostri omnes Erfurt. Cauch. Pith. Duisb. Graev. et Cod. Traiect. Bvrm.

*Ad rem odoriendam*) Lamb. ed. *ad rem nggrediendam.* Graev.

*Aut non exspectato*) Liber quidam manuscr. post has voces habet *propter agendi cupiditatem*; quem ideo non sum secutus, quod suspicer, haec verba ex ora libri in contextum esse translata, neque esse Ciceronis. Lamb.

*Spes perficiendi quae fuerit*) Vt in duobus nostris, sic non dubito, quin in pluribus legatur *perficiendi haec quae*: unde patet auctorem dedisse *ecquae*. Gron. Erf. et al. MSS. duo *spes perficiendi haec qune fuerit expectabitur.* Graev. Gronovianis MSS. adstipulatur Cod. Traiect. Bvrm.

*Si praeterea ex altera parte*) Erf. *Si praeterea oltero parte.* Graev.

*Scientia, opparatio, videbitur fuisse*) Adieci duas voces *videbitur fuisse*, non testimonio duorum librorum manuscr. verum integra cohorte: eas enim agnoscunt sex membranae, quas consuluit Guilielmius, sex Pall. et editiones primae, neque otiosas esse videbit, qui vim huius suspicionis attente perspiciet, imo supervacuum potius fuerit illud alterum quod sequitur *demonstrabitur fuisse*, quam istud nostrum. Grvt. Edd. Lamb. et aliae, *apparotio ex altera parte.* In Erf. non legitur *ex*. Graev. *Videbitur fuisse* etiam agnoscit MS. Traiect. Bvrm.

*Quare scire potuerit utrum*) Et haec quoque sunt a triplici librorum nostrorum fide: pro quibus mediae aetatis editiones, *per quas res scire potuerimus, utrum*: Lambinus vero: *propter quas res scire potuerit utrum* etc. quae licentia? Grvt. Si modo mens Gruteri recte expressa est. Nam quum

potuerit, utrum diffidendum, an confidendum fuerit. Spes celandi quae fuerit, quaeritur ex consciis, arbitris, adiutoribus, liberis, aut servis, aut utrisque.

5. Argumentum est, per quod res coarguitur certioribus argumentis, et magis firma suspicione. Id dividitur in tempora tria, praeteritum, instans, consequens. In praeterito tempore oportet considerare, ubi fuerit, ubi visus sit, quocum visus sit; num quid appararit, num quem convenerit, num quid dixerit, num quem habuerit de consciis, de adiutoribus, de adiumentis; num

tert. *per quae rescire p.* Leid. sec. *qua re sciri p.* ed. Med. *sciri poterit.* Id.

5. *De adiumentis. De administris* Lambinus, ubi *de audimentis* alii, legit. Gryphii quidem duo B et C ita habent: *num quid dixerit, num quid habuerit; de consciis, de adiutoribus, de adiumentis.* Br. — *Num* sane ita legatur in Mediceo, et alio *quare scire*, tum in alio est, *per quam rescire*, unde colligeretur illud *qua* variis modis expositum ita degeneravisse, et antiquitus fuisse, *qua rescire potuerit.* Gron. Erf. *qua re scire potuerit.* Sed Pith. *qua de re scire poterimus.* Edd. *per quas res scire potuerimus.* Edd. Lamb. *propter quas res scire potuerit utrum.* Graev. Cum Erfurtensi facit MS. Traiect. Burm.

*Ex consciis, arbitris, adiutoribus*) Si haec scriptura recta est, per *arbitros* testes significari dicemus, seu spectatores: ut quum ita loquimur, *locus ab arbitris liber, ac remotus:* sed Memmius, et Auratus legendum putant *administris;* ego nihil muta; non quod eorum coniecturam improbem, sed quod hanc scripturam existimem esse probabilem. Adde quod *administri* et *adiutores* idem propemodum videntur sonare, nisi quod *administri* minus sunt, quam *adiutores.* Itaque infra, ubi vulgo legebatur *de adiutoribus, de adiumentis,* nos ita restituimus *de adiutoribus, de administris.* Lamb.

*Aut servis, aut utrisque*) Erfurt. *Aut servis, aut utrumque.* Graev.

*Num quem convenerit, num quid dixerit*) Erf. *num quem convenerit, num dixerit.* Id.

*Num quem habuerit de consciis*) Erf. *Num quid habuerit de consciis.* Id.

*De administris*) Sic restituimus coniectura ducti; nam vox *adiumentis* ad hunc locum quadrare non potest, antecedente voce *quem.* Lamb.

*De adiutoribus, de adiumentis*) Adiutores sunt, quibus anima; adiumenta, quae ea carent; instrumenta scilicet armaque rebus expediundis idonea. Lambinus substituerat *de administris*, sed nullo praeeunte manuscripto, ut ipsemet fatetur: quae petulantia? Gryt. Miror Lambinum, qui utique noverat lib. II de Inventione 7: *Facultas si ratio, adiutores, adiumenta, et caetera, quae ad rem pertinebunt, defuisse alicui demonstrabuntur;* et postea: *Nam saepe si pe-*

quo in loco praeter consuetudinem fuerit, aut alieno tempore. In instanti tempore quaeritur, num visus sit, quum faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit, aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit adspectu, auditu, tactu, odoratu, gustatu: nam quivis horum sensus potest conflare suspicionem. In conse-

*quo in loco p. c. fuerit.* Voss. pr. Leid. pr. tert. cum ed. Omo. *quid in loco p. c. fecerit.* Voss. sec. *quid quo in loco l. p. c. fuerit vel fecerit* Leid. qu. *quo loco p. c. fuerit vel fecerit.* Ed. Med. *fecerit.* Ovd. — *Num qui strepitus.* MSS. V, et edd. pp. *numquid str.* Id. — *Exauditus sit.* Abest verbum a MSS. O. et ed. Med. Bene. Id. — *Aliquo sensu.* Leid. tert. *aliquid aliquo sensu.* Id. — *Odoratu, gustatu.* MSS. O. et edd. pp. *odore.* In solo Leid. pr. et ed. Omnib. est *gustatu.* In reliquis *gustu.* Id. — *Quivis horum sensus potest.* Leid. tert. *sensuum*; qu. *poterit.* Id. — *In consequenti t.* Voss. tert. *in sequenti t.* Id.

*cuniae, adiumenta, si adiutores desint, facultas fuisse faciendi non videtur.* Offendor magis in praecedentibus: *argumentum est per quod res coarguitur certioribus argumentis*, ubi definitionem interpretatur per id ipsum quod definit, quod nec fit ullibi in hoc scripto, nec sine vitio fieri creditur, nec utique tam inops vocum hic auctor credi potest. Vide an non scripserit *certioribus inventis.* Vt de Partitionibus: *Argumentum est probabile inventum.* Libro I de Inventione: *Ideo quod et inventum aliquam in rem probabile, aut necessarium argumentatio vocatur*, et similiter alibi. Gron.

*Num quid in eo loco praeter consuetudinem fecerit*) Quidam liber manuscr. habet *num quo in loco praeter consuetudinem fuerit, aut etiam al. temp.* et praeterea nonnulli vulgati, quam scripturam non improbo. Lamb. *Num quo in loco praeter consuetudinem fuerit, aut alieno tempore*, Victorii editio: ea priores *numquid in loco praeter consuetudinem fecerit* etc. quomodo et quidam e Guilielm. et Palat. nam caeteri exhibent *numquid in loco praeter consuetudinem fecerit* etc. aut *fuerit* vel *fecerit.* Grvt. Erf. et Lambin. ed. *num quid in loco praeter consuetudinem fecerit.* Duisb. *Num quo loco praeter consuetudinem fuerit.* Graev. In MS. Traiect. etiam *num quid in loco praeter cons. fecerit.* Bvrm.

*In instanti tempore quaeritur*) Pall. duo *Instanti tempore*, et vero unus ex iis, primus scilicet, supra quoque habebat *astans* non *instans*, ut forte aliquid adhuc subsit mendosi. Grvt. Erfurt. Pith. Duisb. et alii MSS. *instanti tempore*, sed prius *in* sequens absorpsit. Graev.

*Num visus sit quum faciebat*) Erf. *num quid visus sit cum faciebat.* Id.

*Num qui strepitus*) Erfurt. *num quid strepitus.* Edd. *num quis strepitus.* Id.

*Aut denique num quid aliquo sensu perceptum sit*) Blanditur mihi quod est in Palat. pr. *aut denique aliquid sensu*, omissis caeteris. Grvt.

*Tactu, odoratu, gustatu*) Erf. Pit. Canch. *tactu, odore, gustatu.* Duisb. *tactu, odore, gustu.* Graev.

*Nam quivis horum sensus*) Malim

quenti tempore spectabitur, num quid re transacta relictum sit, quod indicet aut factum esse maleficium, aut a quo sit factum. Factum esse, hoc modo: si tumore et livore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. A quo factum sit, hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid eiusmodi relictum sit, aut vestigium rei repertum fuerit, si cruor in vestimentis, si in eo loco comprehensus, aut visus trans-

— *A quo sit factum.* Voss. pr. *ab aliquo f. sit.* Id. — *Tumore et livore.* Deest copula Voss. tert. *aut* Leid. tert. Ed. Omn. Id. — *Eiusmodi relictum sit.* Voss. tert. ed. Med. *huiusm. relictum*, sine verbo, quod abest etiam a Leid. qu. Leid. tert. *huiusmodi r. fuerit.* Id. — *Aut vestigium rei repertum fuerit.* Voss. O. Leid. pr. qu. ed. Med. *aut si v.* Exsulat *rei* a Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. *reperitur* Leid. tert. qu. *perspectum f.* Voss. sec. *Fuerit* abest quoque a Voss. pr. Leid. pr. *est* Voss. tert. Id. — *Si in eo loco compr.* Voss. tert. ed.

legi *nam quivis horum sensuum* etc. L.

*Aut a quo factum sit*) Erf. *Aut ob quod sit factum.* Graev.

*Si tumore, et livore*) Al. *si tumore aut livore.* Id.

*Si quid eiusmodi relictum sit, aut vestigium*) Erf. *si quid eiusmodi relictum, aut vestigium.* Id.

*Aut vestigium repertum fuerit*) Haec est primarum editionum lectio, et convenit cum plerisque MSS. sequentes suffecerunt *aut si vestigium repertum*, sine illo *fuerint.* Victor. edidit *aut si vestigium rei fuerit*, omisso illo *repertum*, ex quibus omnibus suam concinnavit Lambinus. Grvt. *Vestigium repertum* legitur in quibusdam. Sed plane non satisfacit argumentationi. Vestigia adulteri reperiri possunt in lecto; sed ea non utique denotant ab Tarquinio ea venire. Itaque non opinor τὸ *rei* abesse hinc posse, scilicet secundus casus ἀπὸ τοῦ *reus.* Id non observantes alii videntur fecisse, ut vera lectio hic fluctuaret, et pro *repertum* correxerint *rei fuerit.* Lego *aut vestigium rei certum, si cruor,* etiam vetustissimus *deprehensus.* Gronov. Edd. quaedam *aut si vestigium repertum, aut.* Victor. ed. *aut si vestigium rei fuerit, aut.* Lamb. ed. *Aut si vestigium rei repertum fuerit, aut.* Cratand. ed. *aut si vestigium rei fuerit repertum.* Erf. *aut si vestigium repertum, si cruor.* Pith. *aut si vestigium rei reperitur, aut.* Gronovius coniicit legendum esse *aut vestigium rei certum, rei,* a *reus;* sed quia in omnibus MSS. est *repertum*, aut, ut in Pithoeanis excerptis, *reperitur*, id retinui, sed *rei* ex editione Victorii et modo laudatis Excerptis, ac Cratandri editione reposui. Graev. in MS. Traiect. *aut vestigium repertum fuerit.* Burm.

*Si cruor in vestimentis*) Et ista est antiquissimae editionis scriptura, firmata pluribus manuscriptis: sequentes praeposuerunt *aut*, quod quidem retinuit Lambinus, sed reiecit *si.* Pal. pr. loco vocis *cruor*, habet *nota*, quod non arbitror de nihilo. Grvt. Al. *aut si cruor in vestimentis, aut si.* Graev. Gruteri MSS. consentit Cod. Traiect. Burm.

*Aut visus transacto negotio*) Al.

acto negotio, quo in loco res gesta dicitur. Consecutio est, quum quaeritur, quae signa nocentis et innocentis consequi soleant. Accusator dicet, si poterit, adversarium, quum ad eum ventum sit, erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter loquutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid; quae signa conscientiae sunt. Si reus horum nihil fecerit, accusator dicet, eum usque adeo praemeditatum fuisse, quid sibi esset usu venturum, ut confidentissime resistens responderet; quae signa confidentiae, non innocentiae sunt. Defensor, si pertimuerit, magnitudine periculi, non conscientia pec-

Med. *aut si etc. deprehensus* ed. Med. *fuerit* addunt Leid. tert. qu. edd. pp. sive post *compr.* sive post *visus.* Id. — *Signa nocentis et innocentis.* Leid. qu. *nocentes et innocentes.* Ed. Mediol. *signa nocentis animi aut innocentis.* V. Graev. Id. — *Locutum esse.* Voss. tert. *l. fuisse.* Id. — *Usu venturum.* Voss. tert. *usui*; Leid. pr. tert. *eventurum.* Ed. Omnib. *usui futurum.* Id. — *Confidentissime resistens.* Voss. tert. Leid. sec. *confidenter resisteret et.* Voss. pr. Leid. pr. *confidentissime et constanter.* Forte *conf. resisteret, et constanter resp.* Confer superiora. Id. — *Non innocentiae sunt.* Voss. pr. Leid. pr. *sint.* Id.

*aut visus sit transacto negotio.* Graev.

*Quo in loco res gesta dicitur*) Al. *quo in loco res gesta dicatur.* Id.

*Consecutio*) Consecutio est τῶν ἑπομένων etc. Toxita.

*Nocentes aut innocentes consequi*) Vulgg. *Nocentis et innocentis consequi.* Sic Duisb. quamvis in eodem sensu ἀρχαϊκῶς *nocentis* ponitur, ut *omnis homines.* Pith. scribit etiam rectius *nocentis aut innocentis.* Graev.

*Expalluisse*) Quidam cod. manuscr. habet *expavisse*, pro *expalluisse*; sed fortasse utrumque verbum ab auctore horum librorum positum est, deinde a librario alterum per imprudentiam omissum. Lamb. *Erubuisse, expalluisse* omnino omnes nostri; ut frustra sit Lambinus, qui heic adhuc paratus videtur admittere *expavisse*; nam sane indicium pavoris pallor. Grut. Ita etiam Cod. Traiect. Burm.

*Quae signa conscientiae sunt*) Erf. *quae signa conscientiae sint.* Graev.

*Confidentissime resistens*) Liber unus manuscr. habet *consistens*, quae scriptura non est fortasse reiicienda, ut *consistentem* intelligamus constantem, vel non perterritum, neque labefactatum, neque perculsum, conscientia peccati. Lamb. Erf. *confidentissime resisteret, responderet.* Al. MS. *confidentissime consistens responderet*, optime Cauch. *confidentissime resisteret et responderet.* Al. *confidentissime consisteret, et responderet.* Graev.

*Non innocentiae sunt*) Erfurt. et edd. pleraeque ante Gruter. *Non innocentiae sint*, ut paullo ante, sic etiam Erfurtensis. Id.

*Peccati se commotum esse*) Erfurt. *peccati secum motum fuisse.* Al. *peccati commotum esse.* Id.

cati se commotum esse dicet. Si non pertimuerit, fretum innocentia negabit esse commotum.

6. Adprobatio est, qua utimur ad extremum, confirmata suspicione. Ea habet locos proprios atque communes. Proprii sunt, quibus, nisi accusator, et ii, quibus, nisi defensor, nemo potest uti. Communes sunt, qui alia in causa ab reo, alia ab accusatore tractantur. In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, quum dicit malorum misereri non oportere, et quum auget peccati atrocitatem. Defensoris proprius locus est, quum misericordiam captat, et quum accusatorem calumniari criminatur. Communes loci sunt cum accusatoris, tum defensoris, a testibus contra testes, a quaestionibus contra quaestiones, ab argumentis contra argumenta, a rumoribus contra rumores. A testibus di-

6. *Proprii sunt, quibus.* Male. Leid. qu. addit *loci, quibus.* Edd. pp. *hi quibus.* Ovd. — *Quibus, nisi accusator, et ii quibus nisi defensor, nemo potest uti.* MSS. VI et ed. Mediol. *quibus nisi accusator nemo potest uti, et hi quibus nisi defensor, non potest uti*; nisi quod a Voss. sec. desint in fine *non potest uti*, et contra in Mediol. ed. auctius legatur *defensor aliquis.* Leid. sec. *quorum aliquo nemo nisi accusator uti potest; item quibus nisi defensor non potest uti.* Ed. O. *q. n. acc. potest uti, et hi q. n. d. uti nemo potest.* Simpliciter legendum opinor: *proprii sunt, quibus nisi accusator, et quibus nisi defensor, potest uti.* Idem. — *Alia in causa ab reo, alia.* Voss. tert. Ed. Omn. *alia causa.* Leid. pr. *a. in c. ab reo, alia in causa.* Ed. Med. *non alia.* Id. — *A testibus.* Voss. pr. Leid. pr. *ab t.* Id. — *A quaestionibus.* Voss. pr. Leid. sec. *ab quaest.* Id. — *A rumoribus.* Voss. pr. Leid. pr. sec. *ab rum.* Id.

*Commotum esse dicet*) Duisb. *commotum esse dicat.* Id.

*Proprii sunt ii, quibus, nisi accusator*) Τὸ *ii* nuspiam mihi in scriptis apparet. Gron. Edd. *Proprii sunt ii, quibus.* Duisb. *proprii sunt loci, quibus.* Erfurt. delet *ii*, quem sequor. Nec Gronovius *ii* in suis vidit. Graev.

*Quibus nisi accusator, et ii, quibus nisi defensor, nemo potest uti*) Sic Lamb. et Grut. edd. Sed omnes ante Lamb. *Quibus nisi accusator nemo potest uti, et ii, quibus nisi defensor.* Erfurt. *Quibus nisi accusator nemo potest uti, et hi quibus nisi defensor non potest uti.* Duisb. *Quibus nisi accusator, et ii, quibus nisi defensor non potest uti, nemo potest uti.* Id.

*Peccati atrocitatem*) ἁμαρτήματος δεινότητα. Lamb.

*A testibus*) Erf. *ab testibus.* Graev.

*A quaestionibus*) Erf. *ab quaestionibus.* Id.

*A rumoribus*) Erfurt. *ab rumoribus.* Id.

cemus secundum auctoritatem et vitam testium, et constantiam testimoniorum. Contra testes, vitae turpitudinem, testimoniorum inconstantiam: si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse, aut cupide dicere, et argumentari: haec ad improbationem et ad probationem testium pertinebunt.

7. A quaestionibus dicemus, quum demonstrabimus,

— *Ad imprabationem et adprobationem t. pertinebunt.* Voss. pr. tert. Leid. pr. *ad prabationem et ad improbatianem t. p.* Voss. sec. Leid. sec. *ad improbatinnem et ud argumentationem.* Leid. tert. *vel*: deiu *permanebunt* in Voss. tert. Id.

*Aut cupide dicere, et argumentari* ) Ianus Wouverius aduotavit, malle se *putide dicere*, a qua dissentio, qui enim cupide contra aliquem fert testimanium, ea ipso sibi infringit auctoritatem. Inde illa cautia Quinctiliani libro quiuto Institut. Orator. cap. 7: *Si habet testem cupidum laedendi, cavere debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat* etc. Grvt. Recte Gruterus. Sed vim vocis *cupide* non recte intellexit; est enim *cupidus* Latinis nimis partibus addictus, ut verum videre ne dicere nequeat. Sic *cupidus damnare* apud Suet. Iul. ubi vide quae notavi. Graev.

*Et ad improbationem et approbatianem* ) Non sunt concordes libri vett. Alii *Et ad impr. et ad argumentatianem*, Mediceus cum alio *Et ad improb. et ad interrogationem.* In quo etsi tamen adhaeream vulgatis, id tamen canstat praepositionem *ad* iterandum esse. Nihil minus quam id ipsum ab editoribus abservatum; nihil tamen constantius ab auctore servatum docent MSS. codices. Vtique et paula ante habuimus *in causam et in vitam*. Sic cap. 2 habent iidem *ad confirmationem et ad confutatianem.* Sic tam III, 15: *Nunc ad thesaurum atque ad omnium partium rethoricae custodem*, quam III, 13: *Et ad confirmandum et ad confutandum accommadati* in vetustis exemplaribus inveni. Hinc etiam colligens prave edi IV, 21: *quum ad idem verbum et idem nomen acceditur*, et de repetitione praepositianis suspicans, videa in nulla scripto codice illud posterius *idem* exstare, ut deleri debeat. De aliis praepositionibus idem postea intelligemus. Mox tres MSS. *tormentis et cruciatu.* Deinde edidi consensu MSS., qui penes me sunt, et editionum omnium, *quibus nunis coniectura;* existimans errorem esse, qui ex Gruteriana propagatur, *amnibus*, quod et Leidensis, et Londiuensis, et Basileensis sunt imperite amplexae. Gran. Erfurt. et alii *ad improbutianem et ad interrogationem.* Al. *Ad improbationem, et ad argumentationem.* Vulgg. *ad improbationem et approbationem.* Mediceus natante Gronovia, ut Erfurtensis, et *ad interrogatianem*, quod nou repudiem. Graev. MSS. Gronovii conseutit cod. Traiect. Bvrm.

maiores nostros veri inveniendi causa tormentis et cruciatibus voluisse quaeri, et summo dolore homines cogi, ut quidquid sciant, dicant. Et praeterea confirmatior haec erit disputatio, si quae dicta erunt argumentando, iisdem viis, quibus omnis coniectura tractatur, trahemus ad verisimilem suspicionem; idemque hoc in testimoniis facere oportebit. Contra quaestiones hoc modo dicemus: primum maiores nostros voluisse certis in rebus interponi quaestiones, quum, quae vere dicerentur, sciri; quae falso in quaestione pronuntiarentur, refelli possent, hoc modo: Quo in loco quid positum sit, et si quid esset simile, quod videri, aut aliquo

7. *Maiores nostros.* A MSS. O. et Med. abest vox *nostros.* Optime. Ovd. — *Tormentis et cruciatu.* Sic etiam MSS. et Edd. pp. exceptis Leid. sec. qu. in quibus est *cruciatibus.* Id. — *Omnis coniectura.* Leid. sec. o. *coniecturalis.* Id. — *Maiores nostros.* Rursus MSorum O. et Ed. Med. auctoritate eiiciatur τὸ *nostros.* Id. — *Sciri.* Voss. pr. Leid. qu.

*Maiores nostros veri* ) Al. *nostros maiores veri.* Al. *maiores veri.* Graev.

*Tormentis et cruciatibus* ) Erfurt. *tormentis et cruciatu.* Id.

*Certis in rebus interponi quaestiones* ) Non omnibus quaestionibus, sed quibusdam habenda est fides; etc. M. Toxita p. 109. Id.

*Quum quae vere dicerentur sciri* ) Sic et edd. primae, a quibus tamen recedunt membranae vett. in iis enim partim *servari*, quod Victorio placitum et Manutio, partim *probari*, partim *seu.* Grvt. Erfurt. et al. *cumque vere dicerentur sevire* Pith. *cum quae vere dicerentur servari.* Manul. *cum quae vere dicerentur probari.* Al. *cum quae vere dicerentur seu.* Graev.

*Refelli possent* etc. Quidam liber manuscr. habet *refelli non possent;* ego nihil malo, adductus iis, quae proxime sequuntur; certum est enim quo quid in loco positum sit, aut non positum sit: et quaedam ita certa sunt, ut ea, quae oculis cernuntur, aut quae simili sensu percipiuntur. Si quis igitur in tormento contra haec dicat, refelli possit. Lamb.

*Si quid esset simile quod videri, aut aliquo simili signo percipi posset* ) Vulgg. *Et si quid esset simile veri videri.* Lamb. ed. *Et si quid esset simile ei videri.* Al. *Et si q.* Ex Pith. et Duisb. hunc locum sic rescribendum putabam: *si quid esset simile veri, quod videri, aut aliquo signo percipi posset.* Sed postea, ubi locum hunc rectius expendi, nihil refingendum esse vidi. Si quid ait tortus testatus sit, videndum, quo in loco, id, de quo testatur, factum sit, et quo in loco ipse ex quo quaeritur, tum fuerit, ut hinc a defensore posset elici; an non simile quid ibi visum fuerit, non vero id de hoc hic agitur et quaeritur. In.

*Aut aliquo simili signo percipi possit* ) Ego malim legi *simili sensu;* su-

simili signo percipi posset: deinde, dolori credi non oportere, quod alius alio recentior sit in dolore, quod ingeniosior ad comminiscendum, quod denique saepe scire, aut suspicari possit, quid quaesitor velit audire; quod quum dixerit, intelligat sibi finem doloris futurum. Haec disputatio comprobabitur, si refellemus, quae in quaestionibus erunt dicta probabili argumentatione; idque partibus coniecturae, quas ante exposuimus, facere oportebit. Ab argumentis, et signis, et caeteris locis, quibus augetur suspicio, dicere hoc modo convenit: Quum multa concurrant argumenta et signa, quae inter se consentiant, rem perspicuam, non suspiciosam videri oportere: item plus oportere signis et

*scire.* Leid. pr. tert. *servari.* Sed. Voss. tert. *probari.* Id. — *Simili signo.* Prima vox deest Leid. qu. al. *signo sim.* Id. — *Recentior sit in dolore.* Leid. tert. *tenerior in d.* et suprascr. in Leid sec. quo facit et Glossa. Voss. tert. *debilior.* Oud. *Reticentior in dolore.* Ita plerique editi, et firmat e MSS. Gronovius. Alii *recentior.* Lall. — *Quaesitor.* Voss. tert. Leid. qu. *quaestor.* Oud. — *Intelligat s. f. doloris f.* Ed. Med. *int. reus* etc. *dolori* Voss. tert. Id. — *Partibus coniecturae.* Leid. qu. *ex partibus c.* Id. — *Dicere h. m. convenit.* Leid. qu. *conveniet.* Id. — *Consentiant.* Idem *conveniant.* Id. — *Non suspiciosam videri*

pra enim proxime dixit *videri*, qood est visu percipi; visus autem, seo adspectus *sensus* est, non *signum.* Lamb. Male Lambinus. Inter signa referuntur, quae sensu aliqoo percipiuntur, ut vidimus in capite quinto. Graev.

*Recentior sit in dolore*) Nihil muto, quamvis duo libri maouscripti, et nonnulli alii volgati, habeant *reticentior sit in dolore;* sie enim loquuntur Latini *recens in labore; in dolore*, id est ἀκκαταπόνητος. Lamb. Sic nostri scripti, et antiquitus impressi, probatque Goilielmius; sed tamen non omnino displicet mihi aliornm *reticentior.* Gvt. Al. edd. *alius alio recentior.* Libri sane oostri etiam omues *recentior.* Sententia tameu requirit *retinentior;* aut quid simile. Graev.

*Quid quaesitor velit audire*) Duisb. *quid quaestor velit audire.* Id.

*Quum dixerit*) Erf. *cum dixeris.* Id.

*Intelligat sibi finem doloris*) Absunt ab Erfurt. Id.

*Haec disputatio comprobabitur*) Duisburg. *haec disputatio confirmabitur;* ut paulo ante *et praeterea confirmatior erit haec disputatio.* Pith. *haec disputatio optime et maxime comprobabitur.* Graev.

*Idque partibus coniecturae*) Duisb. *idque ex partibus coniecturae.* Id.

*Hoc modo convenit*) Duisb. et Lambin. ed. *hoc modo conveniet.* Id.

*Inter se consentiant*) Duisb. *inter se conveniant.* Id.

*Suspiciosam videri oportere*) Duisb. et Lamb. ed. *Suspiciosam videri debere.* Id.

argumentis credi, quam testibus: haec enim eo modo exponi, quo modo re vera sint gesta; testes corrumpi posse vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate. Contra argumenta et signa et caeteras suspiciones dicemus hoc modo: si demonstrabimus, nullam rem esse, quam non suspicionibus quivis possit criminari; deinde unamquamque suspicionem extenuabimus, et dabimus operam, ut ostendamus, nihilo magis in nos eam, quam in alium quempiam convenire; indignum esse facinus, sine testibus coniecturam et suspicionem firmamenti satis habere.

8. A rumoribus dicemus, si negabimus temere famam nasci solere, quin subsit aliquid; et si dicemus

*oportere.* Duas priores voces non agnoscit Leid. tert. Vltima carent Voss. tert. Leid. sec. Idem. — *Haec enim eo modo exp. quo modo.* Voss. pr. Leid. pr. *hoc modo exp. quo modo:* a Voss. tert. abest *modo.* Id. — *Si demonstrabimus.* Voss. pr. Leid. sec. *si demonstramus.* Idem. — *Quivis possit crim.* Voss. tert. *quis.* Idem.

8. *A rumoribus.* Voss. pr. *ab re.* Id. — *Conf. et comminisceretur.*

*Eo modo exponi quo re vera sint gesta* ) Sic Pall. meliores sine repetitione vocis *modo*, quae exstat in retro editis. Grvt. Grut. ed. *Hoc enim eo modo exponi, quo revera sunt gesta;* pro *haec* Duisb. *hoc;* et pro *sint gesta*, vulgg. *sunt gesta;* poterat sane illa vocula abesse: sed in omnibus nostris membranis, iisque optimae fidei, non abest; hinc non sustinui eam cum Grutero delere. Nec enim haec repetitio huic aliisque auctoribus infrequens. Graev.

*Suspicionibus quivis criminari*) Pith. *suspicionibus quis criminari.* Id.

*Indignum esse facinus* ) Vox *facinus* videtur esse supervacanea; abest certe ab uno cod. manuscr. Lamb. Miror cur Lambino displicuerit vox *facinus;* mihi heic admodum videtur venusta, exstatque adeo in omnibus MSS. nostris. Grvt. Lamb. ed. et unus MS. *indignum esse, sine.* Assentirem hic Lambino, nisi omnes nostri codices refragarentur. Graev.

*Suspicionem firmamenti satis habere* ) Verbum *firmamenti* non est in Pal. pr. dispiciant otiosiores: nam mihi sane isto in aestu fere allubescit. Grvt. Pal. prim. *Vnamquamque suspicionem satis habere.* Duisb. *unam quique suspicionem.* Graev.

*Si negabimus temere famam nasci solere* ) Lambinianum illud *ita temere* etiam reperi in Palat. pr. sed tanti tamen non erat, ut ideo contra caeteros omnes libros reciperem in contextum. Grvt. Lamb. ed. *ita temere famam nasci.* Nam non de nihilo nascitur historia. Praeclare de fama. Hesiod. in ἔργοις vs. 760 et sq. ille apud Senec. in declam. *Sacra populi est lingua.* Graev.

*Quin subsit aliquid, et dicemus* )

causam non fuisse, quare quispiam confingeret, et comminisceretur; et praeterea si caeteri falsi soleant esse, argumentabimur hunc esse verum. Contra rumores dicemus primum, si docebimus multos esse falsos rumores, et exemplis utemur, de quibus falsa fama fuerit; et aut inimicos nostros, aut homines natura malevolos et maledicos confinxisse dicemus, et aut aliquam fictam fabulam in adversarios adferemus, quam dicamus omnibus in ore esse; aut verum rumorem proferemus, qui illis aliquid turpitudinis adferat, neque tamen ei rumori nos fidem habere dicemus, ideo quod quivis homo possit quemvis turpem de quolibet rumorem proferre, et confictam fabulam dissipare. Verumtamen si rumor vehementer probabilis esse videbitur, argumentando

Voss. tert. *et recomminisceretur.* Leid. qu. *et quare reminisceretur.* In Leid. sec. *comminisceretur, confingeret.* Leid. tert. Ed. Med. *comm. et conf.* Oud. — *Si docebimus.* Voss. pr. Leid. pr. *si proferemus.* Id. — *Malevolos et maledicos.* MSS. O. *malivolos*: dein *maleficos* Voss. sec. Id. — *Et aut aliquam fictam f.* Voss. sec. tert. *et aliquam confictam f.* Voss. pr. Leid. sec. qu. Ed. Omn. *et aliquam aut fictam f.* tert. *et aliquam f. confictam*: a Med. ed. et Leid. pr. abest etiam *aut.* Id. — *In advers. adferemus.* Voss. tert. Leid. sec. qu. *proferemus.* Id. — *Quam dicamus.* Leid. qu. ed. Med. *dicemus*; ut voluit ex Duisb. Graevius. Id. — *Quivis homo.* Voss. tert. *quis non.* Idem. — *Quemvis*

Erfurt. *quin sumsit aliquid, et si dicemus.* Id.

*Quare quispiam confingeret, et comminisceretur* ) Duisburg. *quare quispiam confingeret, quare reminisceretur.* Id.

*Argumentabimur, hunc esse verum* ) Erf. *argumentabitur, hunc esse verum.* Id.

*Et aut inimicos nostros, aut homines natura malevolos et maledicos* ) Erfurt. *et aliquos aut omnes natura malivolos et maledictos.* Id.

*Quam dicemus omnibus in ore esse*) Sic scripsi ex Duisburgensi. Sic enim saepe in his capitibus loquitur. Alii cum vulgatis *dicamus.* Id.

*Qui illis aliquid turpitudinis* ) Erf. *qui illi aliquid turpitudinis* ) In Pith. haec verba non leguntur, ut et sequentia: *neque tamen ei rumori nos fidem habere dicemus.* Id.

*Quod quivis homo possit quemvis turpem de quolibet rumorem proferre*) Erfurt. et Cauch. *quod quivis unus homo possit quemvis turpem de quolibet rumorem proferre.* Quod non est spernendum. Dicitur ut *unus quisque, unus aliquis*, et *unum quidquid*, apud Plautum Trinum.:

*Si unum quidquid singillatim et*
*placide percunctabere.*

Rarius tamen *unus* postponitur. Id.

*Argumentando famae fidem* ) Erf. *Argumentandi forma fidem.* Id.

famae fidem poterimus abrogare. Quod et difficillima tractatu est constitutio coniecturalis, et in veris causis saepissime tractanda est, eo diligentius omnes eius partes perscrutati sumus; ut ne parvula quidem titubatione aut offensione impediremur, si ad hanc rationem praeceptionis, adsiduitatem exercitationis accommodaremus. Nunc ad legitimae constitutionis partes transeamus.

9. Quum voluntas scriptoris cum scripto dissidere videbitur, si a scripto dicemus, his locis utemur, secundum narrationem: primum scriptoris collaudatione: deinde scripti recitatione: deinde percunctatione, scirent-

*turpem.* Voss. O. Leid. pr. sec. *Quamvis t.* Id. — *Difficillima tractatu.* Voss. tert. *difficillimi tractatus.* Id. — *In veris causis.* Idem *in v. quoque c.* Idem. — *Offensione.* Leid. tert. *offensatione.* Ovd. *Offensatione* duo Gryph. exemplaria B C habent. Bvrm. — *Accommodaremus.* Leid. tert. ed. Omn. *accommodassemus.* Leid. qu. et ed. Med. *accommodavissemus.* In quinque antiquioribus MSS. vulgatum legas. Ovdend.

9. *Cum scripto dissidere.* Leid. qu. *a scripto d.* Voss. tert. caret praepositione. Ovd. — *Secundum narrationem.* Exsulant a Leid. tert. Id. — *Deinde scripti recitatione.* Desunt Leid. pr. *narratione* Voss.

*Quod et difficillima tractatu est* ) Pith. *quod et difficillimi tractatus est.* Id.

*Eo diligentius omnes* ) Al. *ideo diligentius omnes.* Id.

*Perscrutati sumus* ) Quidam legendum putant, *persecuti sumus*, quibus propemodum assentior; verum tamen nihil muto. Lamb.

*Aut offensione impediremur* ) Pith. *aut offensatione impediremur.* Id.

*Si ad hanc rationem praeceptionis assiduitatem exercitationis accommodaremus* ) Nihil hic monerem, nisi omnes nostri MSS. monerent legendum esse *accommodassemus.* Sic Erf. Pith. Cauch. sed Duisb. *accommodavissemus.* Graev.

*Legitimae constitutionis* ) Νομικῆς στάσεως κεφάλαια, id est legitimi status capita, sive loci, qui ex scripto nascitur. Tox.

*Quum voluntas scriptoris cum scripto dissidere* ) Duisb. *cum voluntas scriptoris a scripto dissidere.* Sic vero scribendum esse, verba quae sequuntur ostendunt. *Si a scripto dicemus*, nimirum *dissidere voluntatem scriptoris.* Graev.

*His locis utemur secundum narrationem* ) Bruilerensis et Fabricianus non agnoscunt illud *secundum narrationem.* Exstat tamen in Palatinis et edd. primis. Grvt. Exstant etiam hae voces in Erfurt. Pithoean. et Duisb. sed non in Cauchiano, nec in editione Cratandri, sed eas ostentant antiquiores editiones Mediolanens. Ascensiana. Graev.

*Deinde percunctatione* ) Erf. *Deinde per collationem.* Id.

ne adversarii id scriptum fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut in quolibet scripto, quod ad eam rem pertinebit. Deinde collatione, quid scriptum sit, quid adversarii se fecisse dicant; quid iudicem sequi conveniat, utrum id, quod diligenter perscriptum sit, an id, quod acute sit excogitatum; deinde ea sententia, quae ab adversariis sit excogitata et scripto adtributa, contemnetur et infirmabitur. Deinde quaeretur, quid ei obfuerit, si id voluisset adscribere, num non potuerit

tert. *utemur* addunt Voss. O. Leid. sec. tert. edd. pp. Id. — *In testamento.* Male praepositionem hic et in seqq. omittunt Voss. tert. edd. pp. Hic omittit Leid. qu. sed in seqq. addit. Id. — *Ad eam rem pertinebit.* Sic etiam MSS. mei, nisi quod Leid. qu. careat τῷ *eam*, et Voss. sec. det *pertineat.* Leid. pr. *pertinet.* Id. — *Acute* Leid. tert. *accurate.* Id. — *Si id voluisset adscribere.* Eodem modo tres Gryph. lib.

*Aut in testamento, aut in stipulatione*) Erf. *aut testamento, aut stipulatione.* Graev.

*Aut in quolibet scripto*) Edd. et MSS. multi, *aut quolibet scripto.* in Lambinus primus inseruit bis verbis. Id.

*Quod ad eum rem pertinebit*) Sic reposui ex Erfurt. Cod. Cratandri ed. Duisb. et Cauc. MSS. nisi quod Pith. retineat *eamdem*; Duisb. vero hanc voculam plane omittat; vulgati, *quod ad eadem rem pertineat.* Id.

*Quid adversarii se fecisse dicant*) Edd. vett. *cum eo quod adversarii se fecisse dicant.* Id.

*Quod diligenter perscriptum sit*) Cratand. et al. vett. *quod diligenter scriptum sit.* Id.

*Deinda quaeretur, quid ei*) Duisb. *deinde quid ei.* Id.

*Si id voluisset adscribere, num non potuerit praescribi*) Ita scripsit e manuscriptis suis sex Guilielmius; vulgo corrupti sunt omnes libri; et certe variant valde Pall. nam praefert pr. *si id voluisset adscribere, numquid potuerit praescribere*: sec. *si id voluisset adscribere, aut numquid non potuerit perscribere*: tert. *si id voluisset adscribere aut num non potuerit praescribi*; quart. *si id voluisset adscribi, aut num potuerit perscribi*; quint. *si id voluisset adscribere, aut non potuerit perscribere*: quod et in sexto, nisi quod ultima ei vox *perscribi*; edd. primae, *si id voluisset perscribere, an non potuerit perscribi*: sequentes, *si id voluisset scribere, ut non potuerit perscribere.* Lambinus, *si id voluisset scribere cur non potuerit perscribere.* Gvt. Saltem tamen nihil hic de praescribendo: et quum non nisi ex duobus MSS. illud compositum proferatur, aequius erit ex aliis retinere *perscribi*, quippe de quo agi docent praecedentia. Sed etiam duae instandi causae videntur in his proferri, ex quibus unam conflat tam Gruteriana haec sive Guilielmiana mutatio, quam priorum editionum lectio. Nam MSS. vel habent, *quid ei obfuerit, si id voluisset adscribere? aut num quid non potuerit perscribi*, vel

perscribi. Deinde a nobis sententia reperietur, et causa proferetur, quare id scriptor senserit, quod perscripsit: et demonstrabitur scriptum illud esse dilucide, breviter, commode, perfecte, certa cum ratione. Deinde exempla proferentur, quae res, quum ab adversariis sententia redderetur, et voluntas adferretur, a scripto potius iudicatae sint. Deinde ostendetur, quam periculosum sit a scripto recedere. Locus communis est contra eum, qui quum fateatur, se contra id, quod legibus

manuscripti. Br. — *Num non potuerit perscribi*. MSS. O. et ed. Med. praeponunt *aut*. Leid. qu. omittit *num*. In ed. Omnib. *an non*. Voss. sec. Leid. sec. tert. non habent τὸ *non*. In Voss. pr. tert. est *poterit*. Leid. sec. *potuit*: tert. *potuisset*: dein *perscribere* praebent Voss. pr. sec. Leid. sec. qu. ed. Med. Ovd. — *Senserit*. Ed. Med. *scripserit*. Id. — *Quod perscripsit*. MSS. IV *scripserit*, III cum edd. pp. *scripsit*. Id. — *Sententia redderetur, et voluntas*. Ita in vulgatis omnibus legitur. Nos ut Lamb. verbum *redderetur* sustulimus: quod recte abest a duobus Gryphii B C. Brvt. — *A scripto p. i. sint*. Voss. sec. Leid. pr. *ab s*. Voss. O. *sunt*. Ovd. — *A scripto recedere*. Leid. sec. *recedi*. Id. — *Contra eum*. Voss. tert. *c. reum*. Idem. — *Contra id, quod legibus aut num non potuerit perscribere*. Obesse dicitur respectu periculi, quod voluntatem coërcuerit, alterum facultatis. Gron. Aliae edd. *si id voluisset scribere*. Duisb. *aut non potuerit praescribi*. Erf. cum quibusdam edd. *ut non potuerit praescribi*. Pith. et Lamb. edd. *cur non potuerit praescribere*, vide notam Gruteri. Sed *perscribi*, quod in aliis exstat, probo cum Gronovio. Graev. In Cod. Traiect. *si id voluisset perscribere, aut non potuerit perscribi*. Bvrm.

*A nobis sententia reperietur*) Quaedam edd. *a nobis sententia aperietur*. Graev.

*Senserit quod perscripsit*) Caueh. et Erfurt. *senserit quod scripserit*. Al. *senserit quod scripsit*. Id.

*Scriptum illud esse*) Al. *scriptum esse illud*. Id.

*Certa cum ratione*) Erf. *cum ratione certa*. Id.

*Quum ab adversariis sententia redderetur, et voluntas afferretur*) Rectius puto Erfurtensis MS. ut et editio Lambin. *Cum ab adversariis sententia et voluntas afferretur*. Nam Latini dicunt *rationem sententiae reddere*, sed quid sit *sententiam reddere* ignoro; male igitur Gruterus cum vulgatis, *sententia redderetur et voluntas afferretur*. Id.

*A scripto recedere*) Erf. *ab scripto recedere*. Id.

*Qui quum fateatur*) Duisb. *qui tum fateatur*. Id.

*Contra id, quod legibus sancitum aut t. p. s. fecisse*) Sic quidem et alii ex scriptis. Caeterum Mediceus, *contra quam legibus sancitum*. Et quaeso an non summo iure sic variavit compositionem? IV, 3: *Contraque faciunt, quam polliceri videntur*. Similiter in cap. 21 observo non consentire MSS. libros, quum in uno sit *si quos praeterea quam quos ille*

sancitum, aut testamento perscriptum sit, fecisse, tamen facti quaerat defensionem.

10. A sententia sic dicemus: primum laudabimus scriptoris commoditatem atque brevitatem, quod tantum scripserit, quod necesse fuerit: illud, quod sine scripto intelligi potuerit, non necessario scribendum putarit. Deinde dicemus calumniatoris esse officium, verba et literas sequi, negligere voluntatem. Deinde id, quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non aequo et bono posse fieri; quae omnia scriptorem voluisse quam rectissime fieri

*sancitum.* Voss. pr. Leid. pr. omittunt *id.* In Leid. tert. legas *contra quam sancitum.* Idem.
10. *A sententia.* Voss. pr. Leid. pr. ed. Med. *ab s.* Ovd. — *Quod tantum scripserit.* Voss. tert. *ideo q. t. id. scrips.* Leid. tert. *qui id t. s.* Idem. — *Non necessario scribendum.* Leid. pr. sec. tert. ed. Med. *n. necessarium.* Voss. tert. *scribendo.* Vtrumque probo. Idem. — *Calumniatoris esse officium.* Sic MSS. O. mallem tamen deleri ultimam vocem. Idem. — *Non more.* MSS. plerique cum edd. pp. *aut non more.* Id. — *Noluisse q. r. f. nemo dicet.* Ita audenter reposui ex Leid. pr.

*collegerit potuisse*, in Mediceo autem *si quos vel ea praeter quam ille dixerit*, *potuisse*, quam ego veram scripturam opinor, modo contemnas ista *vel ca*, quae ex varia lectione irrepserunt. Etiam cap. 26. non solum MS. Mediceus, sed et duo alii habent *et contra atque ante dixerit dicere*, ut habuit quoque Victorius, nec scio, cur aut mutarit Lambinus, aut hunc secutus sit Gruterus. Gron. Medic. *contra quam legibus sancitum.* Erf. et Pith. *contra quod legibus sanc. est.* Graev.

*A sententia sic dicemus*) Erf. *ab sententia sic dicemus.* Graev.

*Quod tantum scripserit*) Cratand. et Lamb. edd. *qui tantum scripserit.* Id.

*Non necessario scribendum putarit*) Praetulerim Pithoeanorum Excerptorum scripturam: *Non necessarium scribendum putarit.* Id.

*Non aequo et bono posse fieri*) Postremae duae voces non comparent in Palatin. pr. et profecto sunt superfluae. Grvt. Al. *non bono et aequo posse fieri: quae.* Pith. et al. MSS. *non aequo et bono: quae.* Graev.

*Scriptorem voluisse quam rectissime fieri nemo dubitet*) Res est, quae meretur inspectos plures codices antiquos. Nam nostri tres in postremo tantum habent *nemo dicet* vel *docet.* Hinc immensum blanditur, quod colligo ex uno, *scriptorem noluisse quam rectissime fieri nemo dicet.* Gron. Erfurt. *quae habuisse scriptorem quam rectissime fieri, nemo dicet.* Pith. *quae omnia noluisse scriptorem quam rectissime fieri, nemo dubitet.* Duisb. *quae omnia scriptorem voluisse quam rectissime fieri, nemo dicet.* Editio Cratandri, ut Gronovius coniecit, *quae omnia scriptorem noluisse quam rectissime fieri nemo*

nemo dubitet: at ea, quae a nobis facta sint, iustissime facta. Deinde contrariam sententiam aut nullam esse, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus et inferioribus sententiis, aut cum iure communi, aut cum aliis legibus communibus, aut cum rebus iudicatis dissentire. Deinde exemplorum a voluntate, et contra scriptum iudicatorum enumeratio; deinde legum et stipulationum brevi-

Voss. tert. et ed. Med. pro *vol.* nam *dicet* est in MSS. O. et eadem ed. Pro *dubitet* ed. Omnib. *dubitaret*. Ovd. *Noluisse... fieri*, *nemo dicet*. Ita codices nobis et Gronovio inspecti. Vulgo, *voluisse... fieri nemo dubitet*. Lall. — *A nobis facta sint*. Praepositio deest Voss. tert. *sunt* in Leidd. II, et ed. Omn. Ovd. — *Aut non constare*. Leid. sec. *aut non posse consistere*. Id. *Et c. s. iudicatorum enumeratio*. Tō *et* carent Voss. pr. Leid. sec. edd. pp. *vel* Voss. sec. In fine suprascr. est Voss. pr. *fiet*, ut exhibetur in Leid. qu. *dabitur* suprascr. in Leid. sec. *enumeratio est* Leid. pr. tert. *enumeratione* Voss. sec. ed. Omnib. et am-

*dicet*. Et sic se in suo codice reperisse Cauchium argumento est, quod in margine Cratandri editionis nulla inveniatur varietas scripturae, quae accurate ab illo, sicubi discrepat codex ab illa editione, adnotatur. *Nemo dicet* est in meis et Gronovii libris. In Erfurt. et Duisb. etiam est *dicet*. In Pithoeanco fuit *noluisse*. Subscribo Cratandro, non nolente Gronovio. Graev.

*Quae a nobis facta sint*) Al. *quae a nobis facta sunt*. Id.

*Iustissime facta*) Meus MS. *utilissime facta*. Id.

*Contra scriptum iudicatorum enumeratio. Deinde*) Sic fere MSS. nostri aliarumque item edd. principes, excludentes nimirum vocem *utemur*, quae in retro impressis, hac forma *enumeratione utemur*. Membranae tamen omnes non consentiunt in alteram vocem; nam quaedam habent *enumerationem*, quaedam *enumeratione*, quod et in edd. primis. Grvt. *Vtemur* nec in Erfurt. nec in Cratandri exstat editione, sed tamen in utroque libro legitur *enumeratione*. Pithoeus notavit in vet. Cod. legi *enumeratione*, in aliis *enumerationem*. Duisb. *enumeratio fiat*; quod mihi non displicet. Graev. MS. Traiect. *enumerationem faciemus*. Bvrm.

*Legum et stipulationum breviter excerptarum*) Quum ex veteribus codicibus alii habeant *compositarum*, alii *expositarum*, alii *exscriptarum*, alii, ut vulgati, *exceptarum*, ego *exscriptarum* excudendum curavi; licet tamen ex illo *exceptarum*, quod meo iudicio mendosum est, facere *excerptarum*. Lamb. Liquido in Gemblacensi, et Coloniensi, Fabriciano fuit *excerptarum*, ut Lambinus coniecit: et haud dubio sic legi debet, quum ei adstipulentur Pall. quart. et sextus, alludantque Pall. alii et olim editi, in quibus *exceptarum*; vulgo erat *exscriptarum*. Grvt. Erfurt. *legum stipulationem breviter scriptarum*. Pith.

ter excerptarum, in quibus intelligatur scriptorum voluntas et expositio. Locus communis contra eum, qui scriptum recitet, et scriptoris voluntatem non interpretetur. Quum duae leges inter se discrepant, videndum est primum, num qua abrogatio aut derogatio sit. Deinde utrum leges ita dissentiant, ut altera iubeat,

plius *enumeratione utemur* ed. Med. ac vulgo ante Graev. Id. — *Excerptarum.* Sic Leid. sec. cum ed. Mediol. In reliquis *exceptarum.* Quod alibi rectum, hic locum habere nequit. Id. — *Intelligatur scriptoris voluntas, expositio.* Certissime ita legendum est; ut praebent Voss. O. Leid. sec. *exponere* Voss. sec. pessime vulgo interponitur *et* loco distinctionis. In multis *intelligitur.* Idem. — *Recitet.* Leid. tert. *retinet.* Voss. tert. Leid. qu. *recitat.* Id. — *Inter se discrepant.* MSS. IV, et ed. Med. *discrepent.* Id. — *Num qua abrogatio aut derogatio sit.* In Voss. pr. Leid. pr. tert. *An abr. an der. sit.* Voss. tert. Leid. sec. *num quae abrogatio an der. sit.* Ed. Med. *num quid etc.* Sed in Leid. qu. exhibetur: *an abrogatio vel derogatio legis alicuius intercesserit.* V. Graev. edd. aliae *obrog.* Oud. *Abrogatio. Obrogatio* legit Lamb. multo commodiore sensu ac veriore adeo, quam quod vulg. habent, *abrogatio*:

*legum ac stipulationum breviter excerptarum.* Al. *legum et stipulationum breviter exscriptarum.* Graev. *Exceptarum* MS. Traiect. Burm.

*In quibus intelligatur*) Al. *in quibus intelligitur.* Graev.

*Voluntas et expositio*) Ineptissima menda, quae tamdiu sensum huius loci obumbravit. Nam delenda erat copula; quum vox *expositio* referri debeat ad τὰ *legum et stipulationum breviter excerptarum.* Et haec restitutio probat id, quod in superiori membro tentavit Gruterus, quippe uno et pari tenore procedens illic dicit *exemplorum enumeratio*; hic *legum et stipulationum expositio.* Quaeso quid commune habent voluntas et expositio? Non dubito, quin boni MSS. quoque copulam istam aversaturi sint, si modo attente fuerint inspecti. Gron. Quamvis renitantur omnes nostri codices, verissime tamen et sagacissime Gronovius delendam copulam esse vidit, quam diu ante tamen in editione sua expunxit Lambinus, quem cur hic non sequamur, quum res ipsa clamet non aliter scribendum esse, si auctori sua debeat constare sententia, causa nulla est. In praecedentibus verbis delevi *utemur* fide multorum codicum, et *enumeratio* scripsi ex aliis libris. Graev.

*Scriptum recitet*) Liber unus manuscr. habet *scriptum retinet*; quam scripturam si quis probet, legendum erit infra, *interpretatur*, ut sentiunt Memmius et Auratus. Ego vulgatam lectionem mihi mutandam non putavi. Lamb.

*Num qua abrogatio*) Sic legendum, etiam invitis libris omnibus, ut et infra septimo abhinc versu, *quod ea lex sanciat, cui legi obrogatum, vel derogatum sit.* Quid intersit autem inter *obrogare legi, obrogare legem, derogare legi*, sciunt qui summis digitis literas Latinas attigerunt. Lamb. Erfurt. *An abro-*

altera vetet: an ita, ut altera cogat, altera permittat. Infirma enim erit eius defensio, qui negabit se fecisse quod cogeretur, quum altera lex permitteret. Plus enim valet sanctio permissione. Item illa defensio tenuis est, quum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi obrogatum, vel derogatum sit; id, quod posteriori lege sancitum sit, esse neglectum. Quum haec erunt considerata, statim nostrae legis expositione, recitatione, collaudatione utemur. Deinde contrariae legis enodabimus voluntatem, et eam trahemus ad nostrae causae commodum. Deinde de iuridiciali absoluta su-

idem paullo post pariter *obrogatum* edidit. Brvt. — *Vt altera cogat, altera permittat.* Leid. qu. *ut altera dimittat.* Ovd. — *Quod cogeretur.* Addunt Voss. pr. Leid. pr. *ab altera.* Ed. Med. *altera*; dein *permittat* Leid. qu. Id. — *Defensio tenuis est.* Leid. qu. *d. sit tenuis.* Ed. Med. *t. erit.* Id. — *E. legi abrogatum vel derag. sit.* MSS. O. *abr.* et MSS. VI *aut*: abest *legi* a Leid. tert. ed. Med. Idem. — *Id quod posteriori l. s.* Voss. tert. *id vero quod.* Tum MSS. O. et ed. Med. *posteriare.* Id. *Sancitum sit. Sunctum sit* duo Gryph. B C, ut etiam supra. Bs. — *De iuridiciali absoluta sumemus.* Abest *de* a Voss. tert. Leid. sec. *a iurid.* Leid. tert. *ex iurid.* ed. Med. *asumemus* Voss. tert. Ovd.

*gatio an derogatia sit.* Pith. *num qua abrogatia derogatio sit.* Vulgg. *Num quae abrogatio aut derogatio sit.* Lamb. *Num quae abrogatia aut derogatio fiat.* Nihil neque moveo. Quam varia sit veterum librorum scriptura cognosces ex variant. Illam tamen, quae in Duisburgensi bono libro occurrit, hic quoque commemorandam duxi: *videndum est primum, an vel obrogatia derogatio legis alicuius intercesserit, sit.* Graev.

*Vt altera cogat, altera permittat infirma*) Duisb. *ut altera dimittat infirma.* Id.

*Se fecisse quod cogeretur cum altera* etc. Addit Fabricianus, *ab altera*, Pal. quartus *altera, cui altera*, quod item in texto. Grvt. Pal. quart. et Al. *cui altera lex permitteret.* Fabric. *ab altera cum altera lex permitteret.* Duisb. *cum altera lex permittat.* Graev.

*Item illa defensio tenuis est*) Duisb. *Item illa defensio sit tenuis.* Id.

*Cui legi obrogatum, vel derogatum sit*) Erf. *cui legi abrogatum aut derogatum*; et sic vulgg. Id.

*Quod posteriari lege sancitum sit*) Erf. *quod posteriore lege sancitum sit.* Id.

*Enodabimus voluntatem*) Erf. *enotabimus voluntatem.* Id.

*Et eam trahemus ad nostrae*) Duisb. *et trahemus ad nostrae.* Id.

*De iuridiciali absoluta*) Erf. *iudiciali absoluta.* Pith. *A iuridiciali absoluta.* Id.

memus rationem iuris, et quaeremus partem iuris, utrum cum ea faciat; de qua parte posterius disseremus.

11. Si ambiguum est scriptum, ut puta quod in duas aut plures sententias trahi possit, hoc modo tractandum est: primum, sitne ambiguum, quaerendum est; deinde, quomodo scriptum esset, si id, quod adversarii interpretantur, scriptor fieri voluisset, ostendendum

— *Partem i. utrum c. e. faciat.* MS. O. et ed. Med. *partes, faciant;* nisi quod a Leid. qu. exsulent verba *et quaeremus partes iuris*, et in eo habeatur *conveniant.* Id. — *De qua parte.* Abest *parte* a Leid. tert. contra *iuris* addit Leid. qu. *de quibus partibus iuris* ed. Med. Id.

11. *Est scriptum, ut puta.* Sic Voss. pr. Leid. pr. ed. Med. praebent. Voss. sec. *putabimus esse scriptum.* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Omnib. *esse scriptum putabitur*; at illa subdit *ut puta.* Ovd. *Si ambiguum esse scriptum putabitur.* Ita editio princeps: recentiores: *si ambiguum esse scriptum, ut puta.* Lall. — *Quomodo scriptum esset.* Voss. tert. Leid. pr. tert. *quando.* Voss. pr. ed. Med. Omn. *est.* Leidd. O. *sit.* Ovd. — *Si id quod.* Voss. pr. Leid. sec. edd. pp. *et si id.* Leid.

*Vtemur ratione iuris*) Cauch. *sumemus rationem iuris.* Id.

*Et quaeremus partem iuris, utrum cum ea faciat*) Erf. *et quaeremus partes iuris, verum cum faciant.* Pith. Cod. et Cratand. ed. *quaeremus partes iuris, utrum cum ea parte faciant;* nisi quod *parte* ignoret Cratand. In Duisb. omissa sunt haec verba, *et quaeremus partem iuris*, sed sequentia sic leguntur: *utrum cum ea conveniant.* Id.

*Sumetur de iuridiciali absoluta*) Erfurt. *Sumetur iudiciali absoluta.* Cratand. ed. *sumetur iuridiciali absoluta.* Id.

*De qua parte posterius*) Duisb. *de qua parte iuris posterius.* Id.

*Si ambiguum est scriptum, ut puta quod*) Reposuit istud Guilielmius ex Bruilerensi, Tosano, et Gemblacensi, nec abit editio Stephani: imo sic quoque vetustissima, nisi quod voce amplius, *Si ambiguum esse scriptum putabitur, ut puta quod;* quomodo Pal. tert. deinceps: *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod*, ut est in Palat. pr. sec. et quinto; nam quartus et sextus favent emendationi nostrae. Grvt. Palat. tert. et Steph. ed. *Si ambiguum esse scriptum putabitur, ut puta quod.* All. MSS. et edd. *Si ambiguum esse scriptum putabitur, quod.* Mei codices stant pro vulgata, *si ambiguum scriptum esse putabitur, quod in duas partes;* nisi quod in Duisburgensi sit, *Si ambiguum est scriptum putabitur, quod.* Sed Cratandri editio iam dum anno XXVIII superioris seculi hanc lectionem prae se fert, quam Gruterus putabat, se primum recepisse. Graev. Cum Pal. tert. facit Cod. Traiect. Burm.

*Hoc modo tractandum est*) In edd. vett. *est* non legitur. Graev.

*Quomodo scriptum esse, si id*) Pith. *deinde quomodo scriptum etsi id.* Erf. *deinde quando scriptum est, sed et si id.* Id.

est. Deinde id, quod nos interpretemur, et fieri posse, et honeste, recte, lege, more, natura, bono et aequo fieri posse; quod adversarii interpretentur, e contrario: nec esse ambigue scriptum, quum intelligatur, utra sententia vera sit. Sunt qui arbitrantur ad hanc causam tractandam vehementer pertinere cognitionem amphiboliarum eam, quae a dialecticis profertur. Nos vero arbitramur, non modo nullo adiumento esse, sed potius

pr. *sed et si id*, tert. *sed etiam si id.* IDEM. — *Et fieri posse.* Leid. qu. *et dicemus f. p.* ID. — *Recte lege, more, natura.* Leid. pr. sec. tert. interunt ubique *et.* Voss. tert. *et recte.* IDEM. — *Ex contrario.* Sic MSS. cum ed. Med. solus Leid. qu. *e. c.* IDEM. — *Nec esse ambigue scriptum.* Leid. qu. *non.* Leid. sec. qu. *ambiguum.* Voss. tert. *dictum.* IDEM. — *Sunt, qui arbitrantur.* Voss. O. et Leid. pr. *arbitrentur.* Bene. ID. — *Amphiboliarum.* Sic Leid. pr. Caeteri cum edd. pp. *Amphibologiorum*, et deinceps. OVD. Ita lege, et infra *amphibolias*, quemadmodum in duobus Gryph. manuscriptis legitur, qui sunt de meliore nota, et ratio Graecae linguae docet; unde ea vox manat. Ita etiam edidit Lamb. Alii ex vulgatis *amphibologiarum* legunt, sed male. BRVT. — *Profertur.* Voss. pr. Leid. tert. qu. *proferatur.* OVD. — *Tum*

*Deinde id quod nos interpretemur*) Erf. *Deinde in quod interpretemur.* ID.

*Et fieri posse, et honeste*) Duisb. *et dicemus fieri posse, et honeste.* ID.

*Natura, bono et aequo*) Erfurt. *naturae interpretemur bono et aequo.* Lamb. ed. *natura, aequo et bono.* ID.

*Quod adversarii interpretentur*) Al. *quod adversarii interpretantur.* ID.

*E contrario*) Erf. *ex contrario.* Al. *a contrario.* ID.

*Sunt qui arbitrantur*) Erf. *sunt qui arbitrentur.* Pith. *et sunt qui arbitrantur.* ID.

*Cognitionem amphiboliarum*) Quum reperissem in omnibus fere libris manuscrip. scriptum *amphibologiorum*, et infra *amphibologias*, ego et hic *amphiboliarum*, et illic *amphibolias* reposui; quo modo et in nonnullis libris vulgatis impressum est; ita enim appellant dialectici et rhetores Graeci ἀμφιβολίαν, non ἀμφιλογίαν, multo minus ἀμφιβολογίαν. Quamquam *amphilogiam* non improbo, vocem Graecis usitatam; quo modo ediderunt Colin. et Robertus Stephanus, LAMB. *Cognitionem amphiboliorum* Erfurt. Cauch. et Lambin. ed. caeteri cum vulgg. *Cognitionem amphibologiorum.* GRAEV.

*Quae a dialecticis*) Stoicos significat, qui artem dialecticam diligentissime persecuti sunt, ut admonet Adr. Turneb. Advers. lib. XV, cap. 11. quosque etiam M. Tullius *dialecticos* appellat lib. II de Divinatione, ibi, *Hoc vos dialectici non facitis* etc. LAMB. Erf. *quae ab dialecticis proferatur:* Lambin. ed. *quae a dialecticis proferetur.* GRAEV.

*Non modo nullo adiumento*) MS. Medicens perspicue *ullo*, quod nativi in lingua Latina leporis genus quum et in hoc et alio quocumque scriptore mutarint et corruperint re-

maximo impedimento. Omnes enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam, quae ex altera parte sententiam nullam possunt interpretari. Itaque et alieni sermonis molesti interpellatores, et scripti tum odiosi, tum obscuri interpretes sunt; et dum caute et expedite loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Ita dum metuunt in dicendo, ne quid ambiguum dicant, nomen suum pronuntiare non possunt. Verum horum pueriles opi-

*odiosi, tum obsc.* Leid. sec. qu. *cum od. t. obsc.* Id. — *Pueriles opinio-*

centiores librarii, ex hoc et similibus documentis arbitrium faciendum est de eios membranae dignitate. Gron. Mediceus MS, notante et probante Gronovio, *non modo ullo adiumento esse.* Erf. *Arbitramur nullo adiumento esse.* Lamb. ed. *Non modo nullo adiumento esse.* In eadem sententia est Dionys. Halicarnass. de compositione verborum: Ας δὲ χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις δίττας ἐπιγραφὴν ἐχούσας περὶ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μέρων, οὐ ῥητορικὴν θεωρίαν ἐχούσας, ἀλλὰ διαλεκτικήν. ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες ὑπὲρ ἀξιωμάτων συντάξεως, ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν, καὶ δυνάτων καὶ ἀδυνάτων, ἐνεχομένων τε καὶ μεταπιπτόντων, καὶ ἀμφιβόλων καὶ ἄλλων τινῶν τοιουτοτρόπων; οὐδεμίαν οὔτε χρείαν οὔτ' ὠφελίαν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις συμβαλομένων, οὐδένα ἡδονὴν ἢ κάλλος ἑρμηνείας, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι τὴν σύνθεσιν. *Illi vero duo libelli a Chrysippo relicti, qui de collocatione partium inscribuntur, non rhetoricam, sed dialecticam considerationem habent, quod et illi sciunt, qui illius libros legunt, de compositione enunciationum, verarumque et falsarum, possibilium et impossibilium, contingentium et migrantium, ambiguarum et aliarum huiusmodi, quae nullum commodum, nullum usum civilibus sermonibus, nullamque voluptatem aut pulcritudinem elocutioni conferunt, ad quae praecipue collocatio collimare debet.* Graev. In MS. Traiect. τὸ *nullo* seu *ullo* non conspicitur. Burm.

*Amphibolias aucupantur*) MSS. et edd. multi *amphibologias aucupantur.* Edd. veteres, *amphibolias nuncupant.* Graev.

*Eas etiam, quae ex altera parte in sententiam nullam*) Sic nunc edendum curavi; nam vulgati libri habent, *eas etiam, quae ex altera parte sententiam nullam* etc. plane mendose. Hoc enim sentit horum librorum auctor, dialecticos illos omnes amphibolias consectari usque ad fastidium, etiam eas, quae vix sunt amphiboliae, et quae ex altera parte nullam sententiam probabilem habent. Nam *interpretari* hic passive accipiendum. Lamb. Lambinus interseruit, *parte in sentent.* contra omnes libros scriptos editosque. Grut.

*Et scripti tum odiosi*) Erf. *Et scripti cum odiosi.* Id.

*Infantissimi reperiuntur*) Erf. et vett. edd. *infacetissimi reperiuntur.* Id.

*Ne quid ambiguum dicant*) Erf. *Ambiguum ne quid dicant.* Id.

*Pueriles opiniones*) Liber unus

niones rectissimis rationibus, quum voles, refellemus. In praesentiarum hoc interdicere non alienum fuit, ut

*nes.* Addunt Voss. pr. et Leid. qu. *et garrulas.* Id. — *In praesentiarum hoc interdicere.* Voss. pr. sec. Leidd. pr. sec. qu. *intercedere.* V. Graev. Ovd. Si de vetustate locutionis quaereretur, vix dubium est, quin illud *in praesentiarum* possit locum suum tueri. Nunc, quum quaeritur, quomodo Auctor scripserit, aegre potest vox tam remota ab elegantiarum usu ferri. Nusquam sane alibi in Cicerone, nec apud alios optimae notae scriptores legitur. Scio, quid adferatur e Nepot. in Hannibale

MS. habet, *pueriles rationes*: alius, *pueriles suspiciones*; deinceps autem, ubi legitur *rectissimis rationibus*, ego legendum puto, *certissimus*. Lamb. Pith. *Horum pueriles suspiciones*. Lamb. ed. *Pueriles opiniones*. Al. *horum pueriles rationes*. Graev.

*Rectissimis rationibus, quum voles*) Lamb. ed. *Certissimis rationibus, quum voles*. Id.

*In praesenti autem*) Sic restitui secutus lib. MS. atque ita loquuntur Graeci, ἐν τῷ παρόντι: ubi subintelligunt, χρόνῳ. *In praesentia* tamen licet etiam Latine dicere. Lamb. *In praesentiarum hoc interdicere non alienum*: vett. edd. Sic fere Pal. et Guilielmiani, *interdicere* positum pro *interfari*, *interloqui*, invenit id etiam in uno suorum Lambinus. Stephaniana: *In praesentia haec interserere non al.* quomodo et Lambin. nisi quod ea, detracta litera, *In praesenti*; ex MS. tamen, uti indicat; sed quo? sed cuius? Grvt. Mei omnes habent etiam *in praesentiarum*, praeterquam is, quem consuluit Pithoeus, in quo scribitur *in praesenti*, ut et in Mediolanensi antiquissima, et Lamb. edd. at in Cratandri, Ascens. Iuntae, Stephanorum, Manut. Bruti, scribitur *in praesentia*; et hanc veriorem esse scripturam mihi persuasum est. Scio contendere viros doctos de hac locutione *in praesentiarum*, probandane sit nec ne: qui probant, eam tueri auctoritate tot librorum veterum, in quibus variis in scriptoribus sic legitur, adfirmant: sed in plerisque locis, ut et in hoc, deprehendes varietatem scripturae. Vide, ut alios omittam, Vossium de vitiis Sermonis I, c. 25, et IV, c. 33. Mihi sane certior et probabilior videtur illorum sententia, qui *in praesentiarum* damnant. Quis *praesentiae* dixit in numero multitudinis pro praesenti tempore? Novi *praesentiae deorum* pro apparitionibus in Cic. II, 66, de Nat. Deorum; sed nihil ad Dionysum. Nil dicam de constructione *in praesentiarum* valde ἀνωμάλῳ, sive per hellenismum sive per ellipsin explicetur. Credo autem a vulgato Latino sacrarum literarum interprete profectum esse hoc loquendi genus, sive id ille hauserit ex corruptis libris, sive ex vitiosa illius seculi loquendi consuetudine: Ex illo autem a monachis, qui libros descripserunt, derivatum esse in alios scriptores. Graev. Cum Pal. et Guilielm. facit etiam Cod. Traiect. Bvrm.

*Haec interserere*) Secutus sum libros vulgatos, nam tres manuscr. habent *intercedere*, unus *interdicere*, quod posterius videtur non esse reiiciendum: ut *interdicere* positum intelligamus pro interea, seu inter illa, quae sunt nostri instituti operis, dicere atque interponere. Quid si legamus *interiicere*? Lamb. *Haec in-*

huius infantiae garrulam disciplinam contemneremus.

12. Quum definitione utemur, primum adseremus brevem vocabuli definitionem, hoc modo: Maiestatem is minuit, qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat: quae sunt ea, quae capiunt suffragia populi, et

nib. cap. 6, atque ex aliis paullo recentioris aetatis; sed non omnia, quae apud Nepotem sunt, in consequentiam trahenda, nec aliorum recentiorum auctoritate stabilienda est Latinitas aevi florentissimi. Est igitur legendum *in praesentia*, ut locis quam plurimis occurrit apud Ciceronem, ubi τῷ *praesentiarum* locus fuisset, nisi studiu evitasset inveteratam tunc, sed deinde resumtam formulam. VERBVRG.

12. *Ex quibus civitatis amplitudo constat.* MSS. O. et edd. pp. *ex q. rebus*: quam vocem an recte deleverit Graevius, dubito, licet praecedat et sequatur neutrum genus: *civilis* Voss. pr. OVD. — *Quae sunt ea?* Ed. Oun. *Haec sunt ea.* Mihi haec omnia *quae sunt ea? quae capiunt*, spuria videntur. Adi Graev. OVD. Recte Lamb. post haec verba, notam interrogandi apponit. Ita autem scriptum reperitur in Gryph. A. *Haec terdicere non alienum fuit.* Pith. Duisb. et al. MSS. et edd. Erfurt. *Hoc intercedere non alienum fuit.* Edd. plurimae ante Gruterum, *Haec interserere non alienum fuit.* Cratand. ed. *Haec interim dicere non alienum fuit*: et sic videtur invenisse in suo codice Cauchius, qui in Cratandri editionis margine nullam hic notavit sui codicis diversitatem, quam ubique diligenter adnotavit. Si ex bonae fidei libro profecta est haec lectio, non equidem eam contemserim. GRAEV.

*Garrulam disciplinam*) Haec in Stoicos. LAMB.

*Qui ea tollit ex quibus rebus*) Vox *rebus* non conspicitur in Palat. primo aut sexto: neque ea opus erat. GRVT. Sic duo Pall. Vulgg. *qui ea tollit, ex quibus rebus civitatis amplitudo constat*; a Duisb. abest *amplitudo*; *rebus* Palatinorum auctoritate delendum esse, sequentia et praecedentia ostendunt. GRAEV.

*Quae sunt ea? quae capiunt*) Interrogationis nota est a Lambino, haeretque in Pal. quarto; primae edd. *haec sunt ea quae capiunt*, sicque Pal. pr. nec improbem. GRVT. *Quae sunt ea? quae capiunt suffragia populi, et magistratus consilium*, Cratand. Lamb. Grut. edd. Aliae vero, *quae sunt ea, quae capiunt suffragia populi, et magistratus consilia.* Erfurt. *Quae sunt ea, quae capio suffragia magistratus.* Hunc locum ubi accuratius perpendi, in eam descendi opinionem, verba ista, *ea quae capiunt*, esse ex margine, aut nescio quo casu immissa in hunc, quem nunc tenent, locum. Quid enim est *capere suffragia populi et magistratus consilia?* Cistae capiunt suffragia populi, quum in illas coniiciuntur, consilia magistratus capiunt templa, et curiae, in quibus Senatus habetur. Sed quid ista ad hunc locum, quamvis dicantur pontes disturbati fuisse, per quos ad suffragia ferenda erat eundum? Itaque legendum censeo: *qui ea tollit, ex quibus civitatis amplitudo constat, quae sunt suffragia populi et magistratus consilia.* GRAEV.

magistratus consilia. Nempe igitur tu et populum suffragio, et magistratum consilio privasti, quum pontes disturbasti. Item ex contrario: Maiestatem is minuit, qui amplitudinem civitatis detrimento adficit. Ego non adfeci, sed prohibui detrimento; aerarium enim conservavi, libidini malorum restiti, maiestatem omnem interire non passus sum. Primum igitur vocabuli sententia breviter, et ad utilitatem causae accommodate describetur. Deinde factum nostrum cum verbi descriptione coniungetur. Deinde contrariae descriptionis ratio refelletur, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis, aut iniuriosa: id quoque ex iuris partibus sumetur de iuridiciali absoluta, de qua iam loquemur. Quaeritur in translationibus, primum, num aliquis eius rei actionem, per petitionem aut persecutionem habeat,

*sunt ea* habet Leon. liber: quae non mala lectio est; tolerabilior certe est quam vulgata, nisi hac interpunctione utare. Brutus. — *Magistratus consilium.* Sic MSS. O. et edd. pp. non *consilia.* Oud. — *Ærariam enim conservavi.* Media vox deest Leid. sec. ed. Omnib. *servavi* ed. Med. Id. — *Libidiai malorum.* Leid. sec. *morum.* Idem. — *Et ad utilitatem causae accommodate.* Copula abest Leid. sec. ed. Med. In Voss. pr. sec. Leidd. O. et edd. pp. *accommodatu.* Voss. tert. *ad util. accommoditatem nostrae causae.* Addit etiam *nostrae* Voss. sec. supra scriptum in Leid. sec. Idem. — *Describetur.* MSS. aliquot, et ed. Med. *describitur.* Leid. qu. *describeretur.* Id. — *Cum verbi descriptione coniungetur.* Leid. tert. *cum v. definitione vel descriptione c.* quart. *cum v. et descriptionis ratione aptabitur.* Ed. Omnib. *c. v. descr. coni. et descriptionis ratione aptabitur.* Id. — *Per petitionem aut persecutionem.* Praepositio exsulat a MSS. O. et edd. pp. recte omnino: *aut pet.* Voss.

*Aerarium enim conservavi*) Duisb. *Aerarium enim servavi.* Id.

*Et ad utilitatem causae accommodate describetur*) Erf. *Et ad utilitatem accommodatae causae describitur.* Pith. *Et ad utilitatem ac causae commoditatem describetur.* Al. *et ad utilitatem et commoditatem definietur.* Vulgg. *et ad utilitatem causae accommodatam describetur.* Id.

*Cum verbi descriptione coniungetur. Deinde contrariae descriptionis ratio refelletur*) Duisb. *cum verbi descriptionis ratione aptabitur.* Est etiam in Erfurt. *Cum verbi descriptionis ratione;* quod non improbem. Id.

*Aut turpis, aut iniuriosa*) Pith. *Aut turpis, si iniuriosa.* Id.

*Id quoque ex iuris partibus sumetur de iuridiciali*) Erf. *Id ex iuris partibus sumetur de iudiciali.* Id.

*Possessionem, aut persecutionem*) Sic restituendum arbitrabatur Aemarus Ranconetus, cui assentior: nam vulgati libri mendosi sunt, qui habent, *executionem.* Lamb. Sic Palat. quart.

quem non oporteat; num alio modo, tempore, loco, num alia lege, num alio quaerente, aut agente. Haec legibus, moribus, aequo et bono reperientur, de quibus dicetur

sec. *executionem* Voss. pr. Leidd. O. ed. Omn. Sed in pr. *possessionem* a m. pr. et in quarto *per executionem vel possessionem*. Ovd. *Aut persecutionem*. Sic nulla litura officiente, quae legenti impedimento sit, legitur in Gryph. optimo exemplari B, quam lectionem Lamb. probat, loco ex Aemari Ranconeti coniectura emendato, viri doctissimi. Brvt. — *Quem non oporteat*. Voss. pr. tert. *quam* cum ed. Omnib. *quae* Leid. pr. desunt haec caeteris MSS. Ovd. — *Tempore, loco, num alia lege*. Voss. pr. *num alio tempore, num alio loco etc.* Leid. tert. *temp. num alio loco, lege*. Id. — *Aut agente*. Desunt Leid. pr. tert. Idem. — *Haec legibus moribus, aequo et bono r.* Voss. tert. *h. de leg.* MSS. edd. pp. *l. et moribus*. Voss. sec. *leg. aut m.* Leid. qu. *et aequo et b.* Ed. Omn. *de aequo et b.* Leid. sec. *aequo bono reperiuntur*. Id.

et sextus; vulgata, *actionem aut executionem*. Stephaniana, *act. aut persecutionem*, quod arripuit Lambinus, et praemisit *aut possessionem*, e coniectura Ranconeti; quae licentia? in nullo certe Pall. comparet vocum illud par. Grvt. Vulgg. *Eius rei actionem per petitionem, aut persecutionem habeat*. Erfurt. *Num eius rei actionem, petitionem, aut persecutionem habeat*. Duisb. *Num eius rei actionem, petitionem, aut executionem possessionem habeat*. Pith. *Num eius rei actionem aut possessionem, aut persecutionem habeat; τὸ per* in nullo nostrorum exstat. Recte Erfurtensis. Graev.

*Quem non oporteat*) Duo codices non habent haec; *quem non oporteat*. Lamb. Nec sunt in Erf. et Duisb. et aliis, quos inspexit Gruterus; poterunt abesse. Graev.

*Num alio modo, tempore, loco*) Pall. aliquot, *Num alio modo, num alio tempore, num alio loco*; neque aliter Fabrician. at enim quartus et sextus solum agnoscit, *num alio tempore*, excluso *modo et loco*. Grvt. Pall. duo, *num alio tempore, num alia lege*. Pith. et Al. *num alio modo, num alio tempore, num alio loco*, cum quarto et sexto Pall. consentit Erfurtensis et Cauchianus. Graev. MS. Traiect. *Num alio modo, alio tempore, alio loco*. Bvrm.

*Aut iudicante*) Sic restituit Aemarus Ranconetus: nam libri vulg. habent, *aut agente*. Lamb.

*Num alio quaerente aut agente*) Lambinus iterum edidit ex auctoritate eiusdem Ranconeti *quaerente aut iudicante*; nimis licenter; sane contra omnes Guilielmii, Palatinosque MSS editosque; imo in Pal. sec. non habetur quidem illud *aut agente*, nisi a manu aliena ac recenti; in quarto ac sexto, item Fabriciano ne a tali quidem. Sed et supra, ubi est, *quem non oporteat*, trigam eam verborum spernunt a se Pall. quart. sext. Bruil. fereque est, ut recte. Grvt. Al. *Num alio quaerente. Haec legibus*. Pith. *Num alio quaerente, vel agente, vel indicante. Haec legibus*. Lamb. ed. *Num alio quaerente aut iudicante. Haec legibus*; ista verba *aut agente* neque in Erfurt. nec Cauchiano, neque in aliquot Palatinis legas. Graev.

*Haec legibus, moribus*) Pith. *Haec legibus et moribus*. Id.

*Aequo et bono reperientur*) Erf. *Aequa et bona reperientur*. Id.

in iuridiciali absoluta. In causa rationali primum quaeretur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similibus, similiter scriptum aut iudicatum sit. Deinde utrum ea res similis sit ei rei, qua de agitur, an dissimilis. Deinde utrum consulto de ea re scriptum non sit, quod noluerit cavere, an quod satis cautum putarit, propter caeterorum scriptorum similitudinem. De partibus legitimae constitutionis satis dictum est, nunc ad iuridicialem revertamur.

13. Absoluta iuridiciali constitutione utemur, quum

— *In causa rationali.* Voss. pr. Leid. pr. tert. ed. Med. *i. c. ratiocinali.* Optime. V. Graev. Id. — *Quaeretur, ecquid.* Voss. pr. tert. Leid. tert. qu. ed. Med. *quaeritur.* Leid. sec. *et quid.* Voss. O. Leid. tert. qu. edd. pp. *quid.* Id. — *Aut similibus.* Voss. pr. *aut dissimilibus.* Leid. qu. *aut simil. aut dissimilibus.* Verc. Id. — *Ei rei qua de agitur.* Abest *rei* a Leid. qu. *de qua* MSS. III, et edd. pp. Id. — *Scriptum non sit.* Abest *non* a Voss. tert. *nihil scriptum sit* Leid. sec. qu. ed. Mediol. Id. — *Quod noluerit cavere.* Exsulant a Leid. pr. *voluerit* Leid. tert. Ovd. *Quod maluerit cavere, an quod satis cautum putarit.* Lamb. aliquot verbis sublatis, quae perturbare sententiam videbantur, locum ita restituit: *deinde utrum consulto de ea re scriptum non sit, quod satis cautum putarit.* Nos a vulgata lectione non discedentes, una modo particula *an* sublata, satis commode consuluisse scriptoris sententiae videmur. Br. — *An quod satis cautum p.* In nullo codice nec ed. Omn. legas istud *an.* Bene Leid. qu. *ideoque satis c. p.* Ovd. — *Ad iur. revertamur.* Voss. O. Leidd. III *revertemur.* Id.

*In causa rationali*) Legendum ex Erfurtensi, *in causa ratiocinali*; ut legendum vidit ex coniectura Aldus Manutius, quem consule. Graev.

*Ecquid in rebus maioribus*) Pith. *Si quid in rebus maioribus*, Erf. *Et quid in rebus maioribus.* Id.

*Aut similibus similiter scriptum*) Optime Duisb. *Aut similibus, aut dissimilibus similiter scriptum.* Erf. *Aut dissimilibus*, omissis *aut similibus*, ut in aliis perperam omittitur *aut dissimilibus.* Id.

*Vtrum ea res*) Pith. *Vtrum illa res.* Id.

*Similis sit ei rei, de qua agitur*) Erf. *Similis sit ei rei, de qua agitatur.* Id.

*De ea re scriptum non sit*) Duisb. *De ea re scriptum nihil sit.* Id.

*Quod noluerit cavere*) Erf. *Quod voluerit cavere.* Id.

*An quod satis cautum putarit*) Erf. *Quod satis cautum putarint.* Cratand. ed. *An satis cautum putarit.* Id.

*Similitudinem*) Lambinus subtexuit *an in consulto*, neque tamen meminit in notis suis; impostura insignis. Biga enim isthaec verborum in nullo visitur MS., in nullo edito. Grvt. Lambin. *Similitudinem an in consulto. De partibus.* Graev.

ipsam rem, quam nos fecisse confitemur, iure factam dicemus, sine ulla adsumtione extrariae defensionis. In ea quaeri convenit, iurene factum sit: de eo causa posita dicere poterimus, si, ex quibus partibus ius constet, cognoverimus. Constat igitur ex his partibus: natura, lege, consuetudine, iudicato, aequo et bono, pacto. Natura ius est, quod cognationis aut pietatis causa observatur; quo iure parentes a liberis, et a parentibus liberi coluntur. Lege ius est id, quod populi iussu sancitum est; quod genus, ut in ius eas, quum voceris. Consuetudine ius est id, quod sine lege aeque ac si legitimum sit, usitatum est; quod genus, id quod argentario tuleris expensum, a socio eius recte repetere possis. Iudicatum est id, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Ea saepe diversa sunt, ut

13. *Extrariae defensionis.* Leid. pr. qu. Voss. tert. *extraneae.* V. supra. Voss. tert. *professionis.* OVD. — *Aequo et bono, pacto.* Voss. tert. caret copula. Contra *et pacto* Leid. qu. IDEM. — *Lege ius est id.* Deest *id* Voss. tert. Leid. tert. *Legis i.* ed. Med. Sed vide l. II de Inv. cap. 53. ID. — *Consuetudine ius est id.* Ed. Med. *consuetudinis* : deest *id* Voss. tert. ID. — *Tuleris expensum.* Sic MSS. O. et edd. pp. OVD. Ita ex certa ratione et pervulgata edidimus. Sic autem scriptum legitur in tribus Gryph. exemplaribus manuscriptis. BR. — *Alii iud.* Leidd. pr. sec. tert. Voss. tert. *alio i.* OVDEN. — *A socio eius.* Leid. qu. *ab socio ei.* IDEM.

*Iure factam dicemus* ) Erfurt. *Iure factum dicemus.* ID.

*Extrariae defensionis* ) Duisb. et Lamb. ed. *Extraneae defensionis.* ID.

*In ea quaeri*) Al. *In qua quaeri.* ID.

*Iurene factum sit*) Lambinus amplius, *iure an iniuria factum sit*, praeter MSS. omnes. GRVT. Erf. *Iurene sit factum.* Lamb. ed. *Iure an iniuria factum sit.* GRAEV.

*De eo causa posita*) Erfurt. *De ea causa posita.* ID.

*Constat igitur ex his partibus* ) Al. *Constat igitur ius ex his partibus.* ID.

*Aequo et bono, pacto*) Pith. *Aequo et bono, et pacto.* ID.

*Vt in ius eas*) Lambin. ed. *In ius ut eas.* ID.

*Consuetudine ius est id*) Erf. *Consuetudine ius id est.* ID.

*Quod argentario obtuleris expensum*) Pal. sec. ac Bruilerensis, *tuleris expensum*, nihilo peius, si non melius. GRVTER. Ne in ullo quidem trium nostrorum aliter legitur, quam simplex *tuleris.* Quod quum sit verissimum, ausus fui compositum *obtuleris* amovere. GRONOV. Quidam MSS. et edd. *argentario obtuleris expensum.* Vere Gronovius ex suis legit, *argentario tuleris expensum*; quod adstruit quoque Erfurtensis et Cauchianus. Vulgati *obtuleris expensum.* GRAEV.

*A socio eius recte repetere possis*) Erf. *Ab socio eius recte petere possis.* ID.

aliud alii iudici, aut praetori, aut consuli, aut tribuno plebis placitum sit; et fit, ut de eadem re saepe alius aliud decreverit, aut iudicaverit; quod genus, M. Drusus, praetor urbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit; S. Iulius non reddidit. Item, C. Caelius iudex absolvit iniuriarum eum, qui

— *Tribuno plebis placitum sit.* Voss. tert. *t. plebi sit plac.* Leid. qu. *t. populi pl. s.* Id. — *Et sit, ut de eadem re saepe.* Primae duae voces absunt Leidens. qu. In Voss. tert. *Et fit de eadem re, ut saepe.* Leid. tert. *de ea re*: sec. *saepius*: qu. *saepius* al. *saepe.* Idem. — *Aut iudicarit.* Sic legendum e MSS. excepto Leid. qu. non *iudicaverit.* Id. — *Quod genus.* Addit Voss. tert. *est*, ut supra addiderat Leid. qu. Idem. — *C. Caelius iudex.* Voss. pr. Leid. pr. *Aulius C. i.* Voss. sec. *Gaius Iulius i.* Leid. tert. *Aulus C. i.* cum

*Aliud alii iudici*) Erf. et Cauch. *Aliud alio iudici.* Id.

*Aut tribuno plebis placitum sit*) Erf. *aut tribus placitum sit.* Duisb. *Aut tribuno populi placitum sit.* Id.

*Et fit, ut de eadem re*) Erfurt. *Vt fit ut de eadem re.* Id.

*Decreverit aut iudicaverit*) In duobus optimis est *iudicarit.* Gronov. Al. *Saepius alius aliud decreverit aut iudicaverit.* Duisb. *Saepius alius aliud, saepe alius aliud decreverit et iudicaverit.* Gronovius ex duobus suis MSS. *iudicarit.* Graev.

*Quod genus, M. Drusus*) Pith. *Quod genus est, M. Drusus.* Duisb. *Quod genus.* Vulgo *est* non legitur. Ex Pithoeanis excerptis addidi *est*; ut et paullo post ex iisdem, *quod genus est, ut maior annis.* Est autem hic *genus* quod alibi *exemplum.* Id.

*Cum herede mandati ageretur*) Sacrosanctum erat mandati officium; ideoque is infamis erat, qui mandatum susceptum non summa fide atque diligentia persequebatur atque conficiebat. Quamobrem mandati iudicium constitutum est, in quo dubium erat, si is qui mandatum susceptum non fecisset, mortuus esset, possetne cum herede mandati agi. Itaque M. Drusus iudicium reddidit, id est contra illum iudicavit, S. vero Iulius non reddidit. M. Tox. *Mandati iudicium* esse iudicium depositi censet Aldus Manutius. Sed *mandatum* simpliciter pro depositum accipi non puto. *Mandare aliquid fidei alicuius* pro deponere aliquid apud aliquem recte dicitur: sed non simpliciter *mandare alicui aliquid. Commendare* in hac notione legitur; quid si *mandati iudicium* ipse docet Cicero optime pro Roscio Amerino c. 38: *Quod cum herede mandati ageretur*, est quod daret iudicium mandati in heredem, quod pateretur heredem mandati nomine in ius vocari, fieri iudicium de mandato in eum, qui heres illius erat, cui aliquid mandatum fuerat. *Reddere iudicium* est, quod Cicero alibi non semel dixit, *dare iudicium* in aliquem. Graev.

*C. Caelius*) Erf. et Cauch. *Caelius* sine praenomine. Id.

Lucilium poëtam in scena nominatim laeserat; P. Mucius eum, qui L. Accium poëtam nominaverat, condemnavit. Ergo quia possunt res simili de causa dissimiliter iudicatae proferri, quum id usu venerit, iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum proferemus. Ex aequo et bono ius constat, quod ad veritatem et utilitatem communem videtur pertinere; quod genus, ut maior annis LX, et cui morbus causa est, cognitorem det. Ex eo vel no-

ed. Mediol. IDEM. — *Lucilium poetam in scena.* Voss. sec. tert. Leid. tert. *Lucium* Leid. qu. *Lucillam.* Tum Voss. pr. sec. *in cena.* Leid. pr. *in scenam.* ID. — *P. Mucius.* Leid. pr. *praetor M.* MSS. aliquot *Mutius.* ID. — *L. Accium poetam.* MSS. aliquot *Actium:* deest Leid. sec. *Lucelium Actium.* Leid. qu. *L.* deletum in Leid. pr. ID. — *Cum numero iudiciorum prof.* Abest τὸ *iudiciorum* Voss. tert. a m. pr. ID. — *Cui morbus causa est.* Voss. tert. *moribus* : verbum exsulat ab ed. Omnib. IDEM. — *Vel novum ius.* Deest *vel* a Leid. tert. qu. et edd.

*Lucilium poëtam*) Duisb. *Lucillum poëtam.* Pith. *Lucium poëtam.* ID.

*In scena nominatim*) Erf. et Cauch. *In scenum nominatim.* ID.

*P. Mucius*) Sic et alii ex MSS. Verum praestans ille Mediceus *que oratius*, h. e. *Q. Horatius.* GRON. Gronovius notat in Medic. scribi *que oratius*, quod sit *Q. Horatius.* GRAEV.

*L. Accium poëtam*) Pith. *L. Actium poëtam.* ID.

*Poëtam nominaverat*) Erf. *Poëtam nominavit.* ID.

*Possunt res simili*) Erf. *possunt tres simili.* ID.

*Numerum cum numero iudiciorum proferemus*) Sic omnes manuscripti et vett. edd. Lambinus edidit *conferemus*; forte melius, si niteretur fide membranarum aliquarum: nunc quum ene taceant, praesumtio est ab ingenio eius provenisse. GRVTER. Lamb. ed. *Numerum cum numero conferemus.* In margine Cratand. ed. *Numerum cum numero efferemus.* Sed omnes MSS. *proferemus.* GRAEV.

*Ad veritatem et utilitatem communem*) Erfurt. *Ad veritatem communem.* ID.

*Et cui morbus causa est*) Legendum fortasse est, *et cui morbi causa est*; sic enim loquebantur veteres, et ita M. Tullius in Philippica I: *Nec erit iustior P. C. in senatum non veniendi, morbi causa, quam mortis.* LAMB. Retinuit XII tabularum formulam: *Cui morbus aevitasve causa escit*; quare frustra inclinat Lambinus in *morbi causa est*, contra omnes edd. et maximam partem calamo exaratorum codicum. GRVT. Erfurt. *Vt maior annis LX et eum moribus causa est.* Pith. *Vt maior annis LX. Et etiam ille, cui morbus causa est.* In Lamb. ed. non legitur *ut.* GRAEV.

*Ex eo vel novum ius constitui*) Particula *vel* nunc primum e tenebris venit in lucem: eam deprehendi in Pall. tribus et Fabriciano; multumque ia ipsa energiae. GRVTER. Edd. multae *ex eo novum ius* GRAEV.

vum ius constitui convenit ex tempore, et hominis dignitate. Ex pacto ius est, si qui inter se pepigerunt, si quid inter quos convenit. Pacta sunt, quae legibus observanda sunt, hoc modo, rem ubi pagunt, orato, ni pagunt, in comitio, aut in foro ante meridiem causam conicito. Sunt item pacta, quae sine legibus obser-

pp. Id. — *Et ex hominis dignitate*. Sic MSS. O. et ed. Med. nisi quod *et* omissum sit in Leid. qu. vulgo exsulat *et*. Id. — *Si qui inter se pepigerunt*. MSS. VI et edd. pp. *si quid*. Scilicet ex Voss. tertio legendum, *Si qui quid*. Leid. qu. *pepigerint*. Id. — *Si quid inter quos c.* Voss. tert. Leid. tert. qu. edd. pp. *aliquos*. Leid. qu. *quiddam*. Id. — *Rem, ubi pagunt, orato; ni pagunt*. Pro priore *pagunt* in Leid. pr. Voss. sec. est *paciscuntur*: in Voss. tert. qu. edd. pp. *paugunt*: dein *rationem* est in edd. pp. et MSS. O. praeterquam Leid. tert. *orationi*; ut correctum in Leid. sec. Id. — *Ante meridiem*. Male exsulant a Leid. qu. Id. — *Causa conicito*. *Condicito*, ut videtur Lamb. edi

*Ex tempore et ex hominis dignitate*) Sic Erfurt. et Gauch. MSS. Cratand. et Lamb. edd. Duisb. abest *et*. Id.

*Si qui inter se pepigerunt*) Duisb. *si qui inter se pepigerint*. Erfurt. Pith. Cauch. Cratand. et multae aliae edd. *si qui inter se pepigerunt*. Id.

*Si quid inter quos convenit*) Duisb. *si quid inter aliquos convenit*. Id.

*Rem ubi pagunt, orato, ni pagunt, in comitio*) Sic Lambinus ex certissima coniectura Bosii: itaque heic locum suum dedi: tanto quidem magis, quod nihil idonei esset sensus in prius editis: *Rem ubi pagunt oratione pagunt. In comitio etc.* sic posterius cusi; nam primitus: *Rem ubi paugunt orationem paugunt in comitio* etc. quomodo etiam est in Pall. tribus prioribus; nam quart. *rem ubi paciscuntur in comitio* etc. quomodo et sextus. Fabricianus velificatur veritati, in quo orationi. Grvter. Al. *Rem ubi pagunt, oratione pagunt in comitio*. Erf. *Rem ubi paciscuntur, in comitio*. Pith. *rem ubi pangunt orationem coram Iudice in comitio*. Duisb. *rem ubi pangunt oratione, in comitio*. Al. MS. *rem ubi paciscuntur in loco illo comitio aut in foro aut ante meridiem causam conicto*. Graev. Vid. Priscian. lib. X, p. 894 Ed. Putsch. Quinctilian. lib. I, cap. 6, pag. 73. Turneb. XIX Adv. 15 et notas Doctor. ad Gell. XVII, 2. Bvrm.

*In foro ante meridiem*) In Duisb. non est *ante meridiem*. Graev.

*Ante meridiem causam conicito*) Sic habent omnes fere libri manuscripti: vulgati *coniicito*: apud Gellium autem lib. XVII, cap. 2, legitur *conscito*. Revardus Brugensis legendum censet, *gnoscito*, seu *cnoscito*, pro *cognoscito*, ut referatur ad iudicem; mendose autem typographus impressit *condicunto* in priore editione. Quod autem attinet ad superiora verba, quae ego sic excudenda curavi: *Rem ubi pagunt, orato: ni pagunt, in comitio etc.* quum libri omnes vulgati habeant, *Rem ubi pagunt, oratione pagunt in com.* etc. haec est Sim. Bosii coniectura. Et vero haec emendatio ita certa est, ut probatione, aut confirmatione non egeat. Sententia autem haec est: Quo in loco, et apud quem

vantur ex convento, quae iuri praestare dicuntur. His igitur partibus iniuriam demonstrari, ius confirmari convenit, idque in absoluta iuridiciali faciendum videtur.

14. Quum ex comparatione quaeretur, utrum satius fuerit agere id, quod reus dicat se fecisse, an id, quod accusator dicat oportuisse fieri: primum quaeri convenit, utrum fuerit utilius ex contentione, hoc est,

voluisse, legendum est: ferri enim non potest vulgata lectio; qua non multo melior in manuscr. habetur. In uno tamen Gryph. B *coniicito* legitur, ex quo unius literae mutatione, *condicito*, id quod est a Lamb. factum, perbelle effici potest: linea sequenti, *ex convento* in duobus Gryph. legitur: non *ex conventu*. Bvrt. Totam hanc vetusti iuris formulam, et aliquando plura exhibet Gellius lib. XVII cap. 2, ubi legitur, *ante meridiem causam conscito*. Videndus ibi omnino ad illius verbi illustrationem celeb. Gronovius. Verbvrg. — *Ex conventu, quae iure praestare*. Sic exhibui e MSS. O. et edd. pp. nisi quod in Leid. sec. qu. ed. Med. sit *de iure*. Al. *convento*, et *iuri*, quod est in solo Leid. tert. V. ad lib. II de Inv. cap. 22. Ovd. — *In absoluta iuridiciali faciendum*. Deest τὸ *absoluta* Leid. sec. *faciendum* Voss. pr. *servandum* ed. Omnib. Id.

14. *Ex comparatione quaeretur*. Voss. tert. *de c*. Ovd. — *An id, quod accusator*. MSS. O. edd. pp. *aut*, a Leid. pr. abest τὸ *id*. Id. — *Quaeri convenit*. Voss. tert. Leid. tert. *q. conveniet*. Id. —

iudicem convenit inter litigatores, ut causa agatur, in eo loco *orato*, id est agito: *ni pagunt*, id est si nullum pactum intercessit, in loco usitato causam coniicito. *Orare* autem dixisse veteres pro agere testatur Festus. Lambin. MSS. *causam conicito*. Quid sit *causam conicere* non intellexit Aldus, quum exponit *offerre causam*, quum sit breviter sive summatim in primo iudicii initio causam iudici exponere, ut Duarenus, et alii ICti docti ostenderunt. Apud Gellium vero in optima editione I. Fr. Gronovii legitur *coniciunto*, non ut in corruptis invenit editionibus Lambinus, *cognoscito*. Graev.

*Ex conventu, quae iuri praestare dicuntur*) Divinat Guilielmius *ex convento*, indicatque Fabricianum habere *quae ex iure*; at Pall. pr. ac sec. *de iure*, tert. *iure*, quomodo et edd. primae: quart. *qui iura*: quint. et sext. *quae iure*. Grvt. Duisb. *ex conventu, quae de iure praestare*. Pith. *ex conventu, quae iure praestare*, ut Guilielmius coniecit, sic reperi scriptum in Erfurtensi *ex convento, quae iure praestare*, quod vulgato merito praetuli. Graev. *quae iure* etiam in MS. Traiect. Bvrman.

*Quum ex comparatione quaeretur*) Sic recte Cauch. et recepit Gruterus. Vulgg. *Quum de comparatione quaeretur*. Graev.

*Agere id*) Lambin. ed. *facere id*. Id.

*Quaeri convenit*) Lamb. ed. *quaeri conveniet*. Id.

*Vtrum fuerit utilius*) Erf. *et utrum fuerit utilius*. Id.

utrum venustius, facilius, conducibilius. Deinde oportebit quaeri, ipsumne oportuerit iudicare, utrum fuerit utilius, an aliorum fuerit statuendi potestas. Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitutione coniecturali, quare putetur non ea ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, sed dolo malo negotium gestum. Deinde quaeretur, potueritne vitari,

*An aliorum fuerit statuendi potestos.* Exsulat verbum a Voss. tert. Sed MSS. O. et ed. Omnib. inseruut rursus *utilius* ante vocem *statuendi*, pro qua in Voss. sec. *souciendi.* Id. — *Suspicio ex constitutione conicecturoli.* Leid. tert. simpliciter *coniectura.* Id. — *Quo melius d. anteponeretur.* Voss. pr. tert. Leid. pr. *qu.* ed. Omn. *quod*, Leid. sec. *qu.* ed. Med. *outepouetur.* Idem. — *Deinde quaeretur.* MSS. O. excepto

*Vtrum honestius*) Sic legendum visum est Ranconeto, Memmio, Aurato, quum et vulgati et manuscr. haberent *venustius.* Lambin.

*Vtrum venustius, facilius* etc. Editi a Lambino *utrum honestius*, sed praeter MSS. editosque omnes, ex coniectura Rauconeti, Memmii, Aurati. Grvt. Lamb. ed. *utrum honestius.* Graev.

*Focilius, conducibilius*) Pith. *focilius, convenientius, conducibilius.* Id.

*Oportuerit iudicare*) Erf. *oportuerit iudicari.* Id.

*An aliorum fuerit statuendi potestas*) Duo optimi sic repetunt *fuerit utilius statuendi.* Gronov. Erf. Cauchianus, et alii MSS. ut et Cratand. ed. *an oliorum fuerit utilius statuendi potestas,* quod Gronovius etiam in duobus MSS. legit. Graev. Cum MSS. Gronovii facit codex Traiect. Bvrman.

*Deinde interponetur ab accusatore suspicio ex constitutione coniecturoli, quare putetur non ea ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, sed dolo malo negotium gestum*) Hic locus in Erfurtensi multis recisis, sic scribitur: *deinde interponetur ab accusatore coniectura, quare putetur ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur, si in eo dolo malo negotium gestum.* In margine Cratandri etiam notatur, *coniectura quare putetur.* Graev.

*Quo melius deteriori anteponeretur*) Duisb. *quo melius deteriori anteponetur.* Id.

*Deinde quaeretur potueritne vitari ne in eum locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumentatio coniecturalis, oliquo probubili cousa, de qua onte dictum est*) Haec quoque longe aliter in Erfurtensi ac Cauch. constituuntur: *de oliqua probabili causa ab defensore contro refelletur argumentatio coniecturalis, de qua ante dictum est. Deinde quaeretur, potueritne vitari, ne in eum locum veniretur:* quod omnino editis anteferendum est. Nam ostendit, quomodo accusatoris suspicio ex coniectura paullo ante allata retundatur a defensore, tum denique subiicit, quod ad haec non proprie pertinet, *deinde quoeretur, potueritne vitari* etc. in quibusdam assentit Erfurtensi Pithoeanus. Nam initio huius periodi quoque haec verba collocat, *de aliqua probabili causa deinde quaeretur.* Inferius vero, in his, *aliqua*

ne in eum locum veniretur. Ab defensore contra refelletur argumentatio coniecturalis, aliqua probabili causa, de qua ante dictum est. His locis ita tractatis, accusator utetur loco communi in eum, qui inutile utili praeposuerit, quum statuendi non habuerit potestatem. Defensor contra eos, qui aequum censeant, rem perniciosam utili praeponi, utetur loco communi per conquestionem; et simul quaeret ab accusatoribus, et ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent; et tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos.

15. Translatio criminis est, quum ab reo facti causa

Leid. tert. et edd. pp. praemittunt *de aliqua probabili causa*; nisi quod Leid. pr. careat praepositione. Sed et Leid. qu. consentit plane cum Erf. et Cauch. de quarum vera lectione vide Graevium. Id. — *Contra refelletur.* Abest *contra* a Voss. st Leid. tert. *refellatur* MSS. V et ed. Med. *referatur* Leid. sec. Id. — *Aliqua probabili causa.* Desunt MSS. O. et edd. pp. excepto Leid. tert. Id. — *His locis ita tractatis.* Non comparet vox *locis* in Voss. pr. Leid. pr. tert. ed. Omn. *Sic tr.* ed. Med. cum MSS. O. praeter Leid. tert. Id. — *Accusator utetur loco communi.* Voss. pr. sec. Leid. sec. edd. pp. *hoc l. comm.* vel *hoc comm. l.* Id. — *Non habuerit pot.* Leid. tert. *haberet.* Id. — *Et ab iudicibus ipsis.* Exsulat praepositio a Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. Id. — *Et tempus l. r. d. suam ponet ante oculos.* Leid. qu. *et ipse.* Voss. tert. *et l. et r. et d.* Leid. qu. caret τῷ *suam.* Leid. sec. *ponat a. oculos.* Id

*probabili causa, de qua ante dictum est*, non legitur *aliqua probabili causa.* In reliquis consentit eum vulgatis. Id.

*His locis ita tractatis*) Vox secunda non est in codice Mediceo, et alio, Gronov. Non est in Erfurtensi *locis*, nec in Medic. ut observavit Gronovius: in Erfurt. pro *ita*, *sic* scribitur, in Pith. est *his tractatis*, ut et in Cauch. ac Cratand. ed. quibus adstipulor. Graev. MS. Traiect. *His itaque tractatis.* Burman.

*Quum statuendi non habuerit potestatem*) Cauchius suspicabatur legendum esse, *quum statuendi habuerit potestatem*, quia putabat non posse accusari, qui inutile praeposuerit utili, si statuendi non habuerit potestatem. Sed alia sententia est huius scriptoris nimirum locum communem hic accusatorem habere, quo invehatur in reum, quod inutile utili praeposuerit, quum penes illum non fuerit statuere, quid inutile aut utile, aut sit utilius: quod ex praecedentibus etiam liquet. Graev.

*Qui aequum censeant*) Lamb. Ed. *qui aequum esse censeant.* Id.

*Simul quaeret ab accusatoribus et ab iudicibus*) Erf. *Simul quaerat ab accusatoribus, ab iudicibus ipsis.* Id.

in aliorum peccatum transfertur. In qua primum quaerendum est, iurene in alium crimen transferatur. Deinde spectandum est, an aeque magnum sit illud peccatum, quod in alium transferatur, atque illud, quod reus suscepisse se fateatur. Deinde oportueritne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit. Deinde oportueritne iudicium ante fieri. Deinde, quum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in

15. *Iurene in al. c. r. transferatur.* Leid. pr. sec. tert. Voss. tert. ed. Omnib. *Verene.* Quod praefero: *alterum* ed. Omn. *referatur* Voss. tert. Ovd. *Iurene. Verene* duo Gryph. exempl. B C. Br. — *Spectandum est, an aeque m. sit illud p.* MSS. O. et ed. Med. non agnoscunt τὸ *an.* In Voss. tert. legitur *spectandum, si aeque* etc. Egregie sane: dein *id p.* et mox *atque id* in eodem. Ovden. — *Atque illud, q. r. s. se fateatur.* Ed. Omn. *ac illud*, prave: *illud* abest Leid. qu. Tum MSS. O. et ed. Med. *susc. dicatur.* Quod mutari non oportuit: *se* abest ed. Omnib. Id. — *In ea re.* Leid. qu. *in ea.* Ed. Med. *eo re* Voss. tert. *in eadem re*: dein *peccavit* et *peccaverit* MSS. quidam. Id. — *Iudicium ante fieri.* Voss. tert. Leid. sec. *praeferri.* Leid. tert. *ferri.* Id.

*Verene in alium crimen*) Edd. pleraeque omnes et multi MSS. corrupte *iurene in alium crimen.* In Erfurt. Pith. Cauch. Cratandri editione legitur, *vere ne in alium crimen transferatur:* proculdubio verissime, quamquam vulgatam etiam tueri possimus; vide Aldum. Id.

*An aeque magnum sit*) Prima vocula in nullo apparet scripto, et vel abest plane, vel habetur *si aeque.* Quod probabiliter ab auctore videtur venisse, ut saepe notarunt iam docti τὸ *si* pro *an* vitiatum fuisse, et ex ultimis literis verbi substantivi *est* hoc loco potuit esse absorptum. An vero ab postremis literis vocis *aeque* credimus elisas literas similes, ut fuerit *aequene magnum.* Videant, quibus copia est consulendi plura scripta exemplaria. Mox etiam nostri tres *suscepisse dicatur*, non *se fateatur*, quod fecerunt posteriores, quum priores omittant pronomen. Gronov. *An* in Erfurtensi et al. MSS. non habetur, in reliquis meis legitur. Sed in Cratandri editione et Cauch. *si aeque magnum sit*: ut et in quibusdam Gronovius reperit. Graev. Τὸ *an* et *sic* non habet. MSS. Traiect. Bvrman.

*Quod reus suscepisse se fateatur*) Tres libri MS. habent, *suscepisse dicatur.* Lambin. Edd. et nonnulli MSS., *quod reus suscepisse se fateatur*: *dicatur* firmat Pithoeanus et Cauchianus codex, necnon Cratandri editio. Graev.

*In qua alius ante peccarit*) Edd. vett. *in quae alius ante peccarit.* Id.

*Quum factum iudicium non sit*) Erfurt. *quum factum iudicium non est.* Id.

*Oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit*) Duisb. *oportet ne iudicium fieri, quae res non venerit.* Id.

iudicium non venerit. Locus communis accusatoris, contra eum, qui plus censeat vim, quam iudicia valere oportere, et ab adversariis percunctabitur accusator, quid futurum sit, si idem caeteri faciant, ut de indemnatis supplicia sumant, quod eos idem fecisse dicant. Quid si ipse accusator idem facere voluisset? Defensor eorum peccati atrocitatem proferet, in quos crimen transferetur; rem, locum, tempus ante oculos ponet, ut ii, qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse utile rem in iudicium venire.

16. Concessio est, per quam nobis ignosci postulamus. Ea dividitur in purgationem, et deprecationem. Purgatio est, quum consulto a nobis factum negamus. Ea dividitur in necessitudinem, fortunam, imprudentiam. De his primum partibus ostendendum est; deinde

— *In iudicium non venerit.* Voss. pr. *non devenit.* Leid. sec. ed. Med. *non devenerit.* Ed. Omn. *nondum venit.* Leid. tert. *non venit.* Id. — *Locus comm. accusatoris.* Addit Voss. tert. *erit.* Id. — *Idem fecisse dicant.* Sic Leid. pr. et Voss. sec. In caeteris, et edd. pp. *dicat.* Id. — *Quid si ipse acc.* Voss. tert. *Et quid etc.* Id. — *In quos crimen transferetur.* *Transferet* Gryph. B C, Leonic. Br. — *Qui audient.* MSS. IV, et edd. pp. *audiunt*; Voss. tert. Leid. qu. *audierint.* Ovd. — *Non potuisse.* Leid. sec. tert. *non posse.* Id. — *Non fuisse utile.* Leid. pr. sec. tert. Voss. tert. *inutile fuisse* cum edd. pp. In caeteris *non ut. f.* Idem.

16. *Concessio est, per quam nobis ignosci postulamus: ea dividitur in purgationem, et deprecationem. Hic ignoscendi ratio quaeritur ex his locis.* Postrema haec clausula abest ab omnibus aliis et impressis, et MSS.: in duobus Gryph. B C legitur: nos vulgatam lectionem retinuimus. Eadem certe dicendi ratione utitur, ubi de deprecatione agit. Br. — *In necessitudinem, fortunam.* Voss. sec. Leid. pr. sec. qu. *in necessitatem.* Ovd. — *De his primum partibus.* Voss. tert. Leid. sec. ed. Med.

*In quos crimen transferetur*) Erf. *in quos crimen transferet.* Id.

*Quod eos idem fecisse dicat*) Videlicet accusator; sed quidam legendum putant, *dicant*: ut sit, *dicant ceteri.* quo modo habent aliquot editiones. Lambin. Duisb. Cauch. Cratandr. ed. *eos idem fecisse dicat.* Graev.

*Ii qui audient*) Al. *ii qui audiunt.* Id.

*Non fuisse utile*) Erf. *non utile fuisse.* Id.

*Et deprecationem. Purgatio est*) Inter haec verba Erfurtensis haec interponit: *Et deprecationem. His ignoscendi ratio quaeritur ex his locis.* Id.

*In necessitudinem, fortunam*) Duisb. *In necessitatem, fortunam* Id.

*De his primum partibus ostendendum est: deinde ad deprecationem revertendum videtur*) Periodus haec magistelli alicuius additamentum videri queat: sed non est: auctor tabulis

ad deprecationem revertendum videtur. Primum considerandum est, utrum per culpam ventum sit in necessitudinem, num culpam veniendi necessitudo fecerit. Deinde quaerendum est, ecquo modo vis illa vitari potuerit, ac levari. Deinde is, qui in necessitudinem causam conferet, expertusne sit, quid contra facere, aut excogitare posset. Deinde num quae suspiciones ex coniecturali constitutione trahi possint, quae significent, id consulto factum esse, quod necessario accidisse dicitur. Deinde si maxime necessitudo quaepiam fuerit, conveniatne eam satis idoneam causam putari. Si au-

*de h. part. prius.* IDEM. — *Considerandum est, num culpa ventum sit.* Sic habent MSS. O. et edd. pp. pro quo posteriores ediderunt *utrum.* A Voss. tert. abest τὸ *est.* OVD. *Num culpa ventum sit.* Sic duo B C Leonic. *utrum per culpam* alii excusi habent. BR. Sic etiam Lips. *num culpa.* ERNEST. — *Quaerendum est, ecquo m. v. e. vitari p.* Non habent verbum substantivum Voss. tert. et ed. Med. Tum MSS. O. et edd. pp. *quo m.* Item Voss. tert. *devitari.* OVD. — *Deinde is qui.* Leid. pr. *d. num qui.* IDEM. — *Ac levari.* Leid. qu. *aut alleviari.* IDEM. — *Causam conferet.* ID. *profert.* ID. — *Ex coniecturali constitutione.* Eidem deest vox ultima. Mox *id et consulto* ed. Med. ID. — *Accidisse.* *Cecidisse* Gryph. B C: in iisdem, ubi alii *contaminabitur* habent, legitur *contaminabis*: quam lectionem agnoscit Lambinus. BRVTVS. — *Si maxime necessitudo.* MSS. III, et ed. Med. *maxima.* OVD. — *Si*

emblematis delectatur. GRVTER. Pith. *de his partibus primum.* GRAEV.

*Considerandum est utrum p. c. v. s. in n. num culpam*) Solet hic auctor τὸ *an* subnectere praecedenti vocabulo *utrum.* Habeo autem codices duos, in quibus legitur, *considerandum est, num p.* GRONOV. Vulgg. edd. *utrum per culpam ventum sit in necessitudinem.* Sequor ego optimos codices Erfurt. Pith. Cauch. in quibus est, *primum considerandum est, num culpa ventum sit in necessitudinem. Num* etiam est in editione Cratandri. GRAEV.

*Num culpam veniendi necessitudo fecerit*) Erf. *Num culpa veniendi necessitudinem fecerit.* Lamb. ed. *an culpam veniendi necessitudo fecerit.* Al. *an in culpam veniendi necessitudo fuerit.* ID.

*Ecquo modo vis illa*) Erfurt. Pith. Duisb. Cauch. Ed. Cratand. *quo modo vis illa.* ID.

*Vitari potuerit ac levari*) Cratand. ed. *devitari potuerit ac levari.* Duisb. *vitari potuerit alleviari.* ID.

*Deinde is qui in necessit.*) Erf. *deinde in necessitudinem.* Margo Cratand. *deinde si in necessitudinem.* ID.

*In necessitudinem causam conferet*) Duisb. *in necessitudinem causam proferet.* ID.

*Ex coniecturali constitutione trahi*) Duisb. *ex coniecturali trahi.* ID.

*Quod necessario accidisse dicitur*) Erf. non ineleganter *Quod necessario cecidisse dicitur*: id scioli mutarunt in *recidisse.* ID.

*Conveniatne eam satis idoneam causam putari*) Ita Pall. tres priores et quint. Fabricianus; neque secus edd.

tem imprudentia reus se peccasse dicet, primum quaeretur, utrum potuerit scire, an non potuerit. Deinde utrum data sit opera, ut sciretur, an non. Deinde utrum casu nescierit, an culpa: nam qui se propter vinum, aut amorem, aut iracundiam, fugisse rationem dicet, is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia. Quare non imprudentia se defendet, sed culpa contaminabit. Deinde coniecturali constitutione quaeretur, utrum scierit, an ignoraverit, et considerabitur, satisne imprudentia praesidii debeat esse, quum factum esse

*autem.* Voss. tert. *Sin autem.* Id. *Se peccasse dicet.* Leid. qu. *sese:* sec. *peccare:* tert. *dicat.* Id. — *An non potuerit.* Verbum exsulat a MSS. V. Id. — *Non imprudentia.* Absunt a Voss. tert. Id. — *Sed culpa contaminabit.* MSS. O. et ed. Mediol. addunt *personam.* Leid. qu. *suam personam.* Ed. Omn. *contaminabitur* e. Id. — *Quum factum esse constet imprudenter.* Omnino delenda est vox ultima, quam non agnoscit meorum ullus, nec edd. pp. Mallem quoque auctoritate Leid. sec. et qu.

primae; illud *causam* primum abiecerat Victorius, resumseratque Lambinus; non comparet tamen in Pall. quart. aut sexto. Gruter. Sed hic locus varie interpolatus exhibetur in scriptis; quorum unus *satis ignoscendi idoneam causam.* At vetustissimus Med. tantum *conveniatne satis idoneam putari,* quod in hac varietate praetulerim. Gronov. Medic. Erf. Pith. Cauch. edd. Lamb. Cratand. *conveniatne satis idoneam putari.* Al. *conveniatne eam satis idoneam putari.* Graev.

*Si autem imprudentia reus se peccasse dicet*) Haec in Erfurtensi non leguntur. Id.

*Primum quaeretur, utrum potuerit scire*) Erf. *primum quaeritur utrum potueritne scire:* videtur *utrum* delendum esse. Id.

*Aut iracundiam fugisse rationem*) Eleganter et prisce dictum; sic Catull. de Vari scorto: *Fugit me ratio: meus sodalis Cinna est Caius,* etc., et Plautus Amphitr. *Sciebam equidem nullum esse nobis, nisi me, Servom Sosiam: fugit te ratio.* Sic iterum Cornificius, sive quis alius, infra lib. II: *sed me tum haec ratio fugit.* Lambin. Duisb. *aut per iracundiam dicet.* Graev.

*Sed culpa contaminabit*) Ita certa et recta est huius loci restitutio, ut sine codicum veterum auctoritate probanda videatur; et tamen eam confirmant quatuor libri veteres; repetendum est autem *se* ἀπὸ κοινοῦ. Vulgata tamen *contaminabitur* ferri potest. Lambin. Addunt Pall. tres et Fabricianus, *personam,* quomodo tamen nulli editi, in quibus ab ultima usque origine *contaminabitur;* alterum illud substituit ex manuscriptis suis Lambinus, restatque in Pal. qu. et quinto. Gruter. Vulgg. ut et MSS. Erfurt. et Cauch. *Sed culpa contaminabitur.* Edd. vett. *sed culpa contaminabit personam.* Graev. *personam* addit etiam MS. Traiect. Burman.

*Quum factum esse constet impru-*

constet imprudenter. Quum in fortunam causa conferetur, et ea re defensor ignosci reo dicet oportere, eadem omnia videntur consideranda, quae de necessitudine praescripta sunt. Etenim omnes hae tres partes purgationis inter se finitimae sunt, ut in omnes eadem fere possint accommodari. Loci communes in his causis: accusatoris contra eum, qui, quum se peccasse confiteatur, tamen oratione iudices demoretur; defensoris, de humanitate, misericordia; voluntatem in omnibus

legere, *cum factum constet*, Idem. — *Omnes hae tres partes purgationis*. Deest vox *omnes* ed. Med. et *tres* Leid. tert. qui dat *purgationum*. Id. — *Eadem fere possint*. Voss tert. *eaedem res f. p.* Leid. tert. *caedem res p.* Id. — *Demoretur*. Leid. tert. *remor*. Id. — *In omnibus rebus spectari*. Abest *rebus* a Voss. tert. ed. Med. Id. — *Et quae consulto f. n. sint*. MSS. O. et edd. pp. bene carent copula: *sunt* Leid. tert.

*denter*) Addidi ex Fabriciano *imprudenter*, quae vox excidisse videtur. neque est praeter rem. *Guilielmius*. Gruter. Fabr. MSS., et Gruter. ed. *Factum esse constet imprudenter. Quum in*. Duisb. *factum constet imprudenter*. Causa idonea non est, cur ex uno codice, caeteris invitis omnibus praeter Duisburgensem, quem Francisci Fabricii fuisse non levis est coniectura, adiiciatur *imprudenter*: nam sine ullius sententiae detrimento abest illa vox, imo nihil plane adiumenti affert. Hoc enim ait auctor, accusatori videndum, num, si constet, rem factam esse, et a reo adferatur, rem factam esse imprudenter, num satis praesidii is habeat in ista imprudentia. Graev.

*Quum in fortunam causa conferetur*) Erf. *cum in fortunam causa confertur*, Idem.

*Reo dicet oportere, cadem*) Erf. *reo et dicet oportet; re eadem*. Pith. *dicet reo eadem*. Idem.

*De necessitudine praescripta sunt*) Al. *quae de necessitate praescripta sunt*. Margo Cratandri, *de necessitudine praesumta sunt*. Idem.

*Etenim omnes hae tres partes purgationis*) Vocem *omnes* recepi in contextum, non quia admiserat Lambinus, sed quia disertim exstaret in Pall. in Guilielmianis et edd. primis. Grvt. Vulgg. *etenim hae tres partes*. Erfurt. *etenim omnes nostrae partes purgationis*. Graev.

*Vt in omnes eadem fere possint*) Cratand. ed. *ut in omnes eaedem fere possint*. Erfurt. *ut in omnes eadem fere possunt*. Idem.

*Quum se peccasse confiteatur*) Erf. *quum peccasse confitetur*. Lamb. ed. *cum se peccasse fateatur*. Idem.

*Oratione iudices demoretur*) Erf. *oratione iudicem demoretur*. Lamb. et al. edd. *oratione iudices moretur*. Id.

*Quae consulto facta non sint*) Edd. *et quae consulto facta non sint*. In nonnullis MSS. *quae consulto facta non sunt*. Idem.

rebus spectari convenire, et quae consulto facta non sint, ea fraudi esse non oportere.

17. Deprecatione utemur, quum fatebimur nos peccasse, neque id imprudenter, aut fortuitu, aut necessario fecisse dicemus, et tamen ignosci nobis postulabimus. Hic ignoscendi ratio quaeritur ex iis locis, si plura aut maiora officia, quam maleficia, videbuntur constare; si qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit; si qua spes erit, usui futurum, si sine supplicio discesserit; si ipse ille supplex, mansuetus et misericors in potestatibus ostendetur fuisse; si ea, quae peccavit, non odio, neque crudelitate, sed officio et recto studio commotus fecit; si tali de causa aliis quoque ignotum est; si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, si eum missum fecerimus; si nulla a nostris

Id. — *Ea fraudi esse non op.* Sic Leid. sec. cum ed. Mediol. *in iis fraudem* Voss. pr. cum IV aliis, et ed. Omn. *in eas fraudem* Leid. pr. *in eisdem fraudem* Voss. sec. Id.

17. *Id imprudenter.* Leid. qu. *id aut imprudenter.* Ovd. — *Aut fortuitu* etc. *dicemus.* Exsulant a Voss. tert. Id. — *His ignoscendi r.* Voss. tert. *Sibi ign. r.* Id. — *Maiora officia.* Addunt Voss. pr. Leid. pr. *illius.* Id. — *Vsui futurum.* Voss. tert. Leid. qu. edd. pp. *u. futura.* — *Ipse ille supplex.* Deest *ille* Leid. tert. *ipse* ed. Omn. Id. — *Aliis quoque ignotum est.* Ed. Med. *alii*; deest verbum Leid. tert. *sit* ed. Omnib. Id. — *Si eum missum fecerimus.* Voss. pr. *dimissum f.* Leid. tert. *manumissum f.* Idem. — *Si nulla aut a n. civibus, aut ab aliqua*

*Ea fraudi esse non oportere*) Male: sic quidem editio Rob. Stephani ac Lambini: sed tamen Pall. nostri omnes, *in iis fraudem esse non oportere,* quod non improbem ob editionem Victorii, in qua item visitur. Grvt. Erf. *ene a fraude esse oportere.* Duisb. et vulgg. *in eis* (vel *iis*) *fraudem esse non oportere.* Sed Cratandri editio stat pro vulgata. In praecedentibus *et quae consulto facta non sint*, non agnoscunt copulam optimi libri Erfurt. et Pith. Graev. *in iis fraudem esse non oportere* Cod. Traiect. Bvrm.

*Neque id imprudenter*) Erfurt. *idque imprudenter.* Pith. *cumque non imprudenter.* Graev.

*Aut fortuitu*) Al. *aut fortuito.* Id.

*In eo qui supplicabit*) Erfurt. *qui supplicavit.* Idem.

*Vsui futurum*) Duisb. *usui futura.* Idem.

*Non odio neque crudelitate*) Al. *non odio, non crudelitate.* Idem.

*Aliis quoque ignotum est*) Margo Cratandri: *Aliis quoque donatum est.* Idem.

*Nobis futurum videbitur*) Al. *nobis futurum videtur.* Idem.

*Si nulla aut a nostris civibus*) De-

civibus, aut ab aliqua alia civitate vituperatio ex ea re suscipietur. Loci communes, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione. His locis omnibus ex contrario utetur is, qui contra dicet, cum amplificatione, et enumeratione omnium peccatorum. Haec causa iudicialis fieri non potest, ut in primo libro ostendimus: sed quod potest vel ad senatum, vel ad consilium venire, non visa est supersedenda. Quum a nobis crimen removere volemus, aut in rem, aut in hominem nostri peccati causam conferemus. Si causa in hominem conferetur, quaerendum erit primum, potueritne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem causa conferetur, et ecquonam modo aut honeste, aut sine periculo potuerit obsisti: si maxime ita

*alia civitate.* Prius *aut* exsulat a Voss. tert. Leid. tert. ed. Omnib. Graeviique. Quod nollem factum. Sed *alia* deest MSS. O. et edd. pp. nec sane necessarium est: licet saepe addi sciam. Id. — *Et enumeratione peccatorum.* Sic MSS. O. et edd. pp. V. Graev. vulgo additur *omnium.* Oud. *Omnium peccatorum.* In duobus exemplar. Gryph. vox *omnium* non legitur. Br. — *Quod p. vel ad f. vel ad consilium.* Leid. quart. *quoniam* et *concilium.* Ed. Med. *quia*: prius *vel* deest Leid. tert. male. Oud. — *Rem volemus.* Leid. qu. *r. voluerimus.* Id. — *Aut in rem.* Addit *quampiam* Leid. tert. Id. — *In hominem conferetur.* Voss. sec. *conferatur*, et mox rursus. Voss. tert. *confertur*, et mox rursus. Id. — *Et ecquonam modo aut honeste.* MSS. O. et edd. pp. *et quonam m. aut h.* recte; nisi quod in Leid. qu. sit, *aut quonam m. honeste.* Id. — *Potuerit obsisti.* Sic Leid. pr. tert. In caeteris *aut* auctoritate Pithoean. et Erfurt. Idem.

*Enumeratione omnium peccatorum*) Multum est hic de omnibus peccatis agi iubere. Sed scilicet omnia possunt intelligi, ad quae facinus commissum referri potest. Verum fateor in nullo ex tribus a me istam vocem fuisse conspectam. Gronov. Vulgg. *enumeratione omnium peccatorum.* Gronovius in nullo suorum codicum ait exstare *omnium.* Gronovianis accedunt omnes mei, ut et Cratandri editio, quibus merito subscribo. Graev. et sic MS. Traiect. Burm.

*Ad senatum vel ad consilium venire*) Vulgg. *ad senatum vel ad consilium venire.* Lamb. ed. *pervenire.* Graev.

*Removere volemus*) Duisb. *removere voluerimus.* Idem.

*Et ecquonam modo aut honeste*) Erf. *et quonam modo.* Duisb. *aut quonam modo.* Idem.

*Aut honeste*) Erf. *Aut honesti.* Id.

*Sine periculo potuerit obsisti*) Duisb. Cauch. et multi edd. *sine periculo potuerit obsistere.* Idem.

sit, num ea re concedi reo conveniat, quod alieno inductu fecerit: deinde in coniecturalem trahetur controversiam, et edisseretur, num consulto factum sit. Si causa in rem quamdam conferetur, et haec eadem fere, et omnia, quae de necessitudine praecepimus, consideranda erunt.

18. Quoniam satis ostendere videmur, quibus argumentationibus in unoquoque genere causae iudicialis uti conveniret; consequi videtur, ut doceamus, quemadmodum ipsas argumentationes ornate et absolute tractare possimus: nam fere non difficile est invenire, quid sit causae adiumento; difficillimum vero est, inventum expolire, et expedite pronuntiare: haec enim res facit, ut neque diutius, quam satis sit, in eisdem locis commoremur, neque eodem identidem revolvamur, neque

teris, et edd. pp. *obsistere.* Id. — *Ea re concedi.* Leid. sec. *concedere.* Ed. Med. *eam rem.* Id. — *Et edisseretur.* Voss. sec. Leid. sec. qui. ed. Med. *et quaeretur.* Voss. tert. *an.* Ed. Omn. *et disseretur.* Ovd. Sic B et C Gryph., et *disseretur* habet Leonic. Br.

18. *Satis ostendisse videmur.* Ita edendum fuerat auctoritate MSorum O. et edd. pp. male vulgo *ostendere.* Ovd. Lips. *ostendisse*: ita Manutius. Ern. — *Consequi videtur ut doceamus.* Ed. Omn. *consequens.* Leid. sec. caret τῷ *ut,* non ineleganter. Ovd. — *Ipsas argumentationes.* Leid. sec. *ipsa per arg.* Id. — *Inventum expolire. Experiri* in duobus Gryph. B et C legitur: *expolire* in omnibus excusis. Burm. — *Quam*

*Et edisseretur, num consulto* etc. Sic omnes libri scripti: *edisserere,* argumentatione disquirere: *disseretur* item exstat in edd. primis; nam sequentes, *et quaeretur.* Grut. Erfurt. *et quaeretur num consulte. Et edisseretur num consulte,* ex libris scriptis Grulerus. Sic et omnes mei, nisi quod Erfurt. corrupte *edisceretur.* Graev. et *edisseretur* etiam cod. Traiect. Burm.

*Quoniam satis ostendisse*) Pith. *quoniam inde satis ostendisse.* Graev.

*Causae iudicialis*) Erf. *iudicialis causae.* Pith. *causae iuridicialis.* Id.

*Consequi videtur*) Quidam libri MSS. habent, *consequens videtur.* Lamb. Al. *Consequens videtur.* Lamb. *Consequi videtur.* Graev.

*Ipsas argumentationes ornate*) Erf. *per argumentationes ornate:* a Pith. abest *ipsas.* Idem.

*Non difficile est invenire*) Erf. *non difficile invenire.* Idem.

*Inventum expolire, et expedite*) Erf. *inventum experire et expedite.* Cauch. *inventum expedire et expedite.* Pith. *inventum expolite et expedite.* Id.

*Neque diutius quam satis sit*) Duisb. *neque diutius quam necessarium satis sit.* Id.

*Neque eodem identidem revolvamur*)

inchoatam argumentationem relinquamus, neque incommode ad aliam deinceps transeamus. Itaque hac ratione et ipsi meminisse poterimus, quid quoquo loco dixerimus, et auditor cum totius causae, tum uniuscuiusque argumentationis distributionem percipere et meminisse poterit. Ergo absolutissima et perfectissima argumentatio est ea, quae in quinque partes est distributa, propositionem, rationem, rationis confirmationem, exornationem, complexionem. Propositio est, per quam ostendimus summatim, quid sit, quod probare volumus. Ratio est causa, quae demonstrat verum esse id, quod intendimus, brevi subiectione. Rationis confirmatio est ea, quae pluribus argumentis corroborat breviter expositam rationem. Exornatio est, qua utimur rei honestandae et collocupletandae causa, confirmata argumentatione. Complexio est, quae concludit breviter, colligens partes argumentationis.

19. Hisce igitur quinque partibus, ut absolutissime utamur, hoc modo tractabimus argumentationem. Causam ostendemus Vlyxi fuisse, quare interfecerit Aia-

*satis sit.* Leid. qu. *Quam necessarium sit satis.* Ovd. — *Inchoatam a. relinquamus.* Voss. tert. *incoatam a. prorsus rel.* Id. — *Quid quoquo loco d.* Sic Leid. sec, tert. *quoquo l.* ed. Omnib. In reliquis, *quid in unoquoque l.* ut suprascr. in Leid. sec. Id. — *Rationis confirmationem.* Prima vox exsulat a Voss. pr. Id. — *Collocupletandae.* Leid. sec. *locupletandae.* Id. — *Confirmata argum.* Leid. qu. *affirmata arg.* Id.

19. *Causam ostendemus V. fuisse.* Ad marginem Voss. pr. eadem ma-

Pith. *Neque in eodem identidem revolvamus.* Erf. *nec eodem loco i. r.* Id.

*Quid quoquo loco dixerimus* ) Erf. et Cauch. *quid quoque loco dixerimus.* Duisb. ut et Cratand. et Lamb. edd. *quid in unoquoque loco dixerimus.* Id.

*Et auditor cum totius causae* ) Erf. *et audito quod totius causae.* Id.

*Absolutissima et perfectissima argumentatio* ) Pith. *absolutissima argumentatio.* Id.

*Verum esse id* ) Al. *id verum esse.* Idem.

*Collocupletandae causa* ) Al. *locupletandae causa.* Id.

*Confirmata argumentatione*) Duisb. *affirmata argumentatione.* Id.

*Colligens partes argumentationis* ) Erf. *colligens argumentationeis.* Idem.

*Quae concludit, breviter colligens* ) Lamb. ed. *quae concludit breviter, colligens.* Idem.

*Causam ostendemus Vlyssi fuisse,*

cem: inimicum enim acerrimum de medio tollere volebat; a quo sibi non iniuria summum periculum metuebat. Videbat illo incolumi, se incolumem non futurum; sperabat illius morte se salutem sibi comparare; consueverat, si iure non poterat, quavis iniuria inimico

nu legitur *propositio*, *rotio*, *rationis confirmotio*; unde patet, unde in MSS. haec verba manarint: nam et in Voss. tert. onte τὰ *inimicum enim* legitor *ratio*, et ante *videbas illo* legitur *rationis confirmatio*. In duobus aliis spotium istis vacuum erat relictum. Sic deinceps ad voces *omnes enim* etc. in marg. Voss. pr. tert. legitur *Exornatio*, et ad voces *si ergo pollicitus sum* etc. in marg. Voss. pr. *complexio*: unde defluit in textum Voss. tert. *causas* Leid. qu. *fuisse* deest Voss. tert. Ovn. — *Se salutem sibi comp.* Deest prima vox Voss. tert. Leid. tert. edd.

*quare interfecerit Aiocem: inimicum enim ocerrimum de medio tollere volebat: o quo sibi non iniurio summum periculum metuebat*) Erfurt. et Caueb. Expositio: *Causam ostendemus Vlixi* (corrupte *Vlixe*) *fuisse*, *quare interfecerit Aiacem*. Ratio: *inimicum enim ocerrimum de medio tollere volebat*, *a quo sibi non immerito summum periculum metuebat*. Rationis confirmatio: *Videbat illo incolumi se incolumem non futurum*. Haec varietas digna est, quae observetur, sive ista verba, quae in editis non leguntur, profecta sint ab ipso huius libri auctore, sive a magistro, qui in tyronum gratiom ea margini adscripserit, unde in contextum irrepserint, facem sane iunioribus praeferunt ad haec rectius intelligenda. Graev.

*A quo sibi non iniuria summum periculum metuebat*) Ergo fatetur accusator Vlyssis, iustum fuisse huius odium, quum ita se Aiax gesserit, ut non iniuria tale quid metueret. Quod sane non est aliud, quam totam accusationem corrumpere. An volunt Vlyssem metuisse non iniuria, quod nosset ab se irritatum Aiacem esse? Id vero dicit prorsus in sequentibus. Quidquid sit, miror in vetustissimo Mediceo legi *non iniuriam*; *sed summum*. In alio quum sit vulgata lectio, tamen τὸ *sed* ibi superadscriptum; quod ut sine sensu, sic ex veteris codicis collatione vel necessitate sententiae id factum videtur. Certe non discedens ab sententia praestantissimi MSS. opinor, eiecto supplemento, quod passim inculcarunt, legendum *a quo sibi non iniuriam*, *summum periculum metuebot*: non leve aliquod malum, ut est iniuria, quinimmo vitae ipsius discrimen. Sic cap. 22 fin. *Non enim reprehensione*, *ut alioe complures*, *sua sponte vitiosa est*, ut recte Gruterus interpolatum vehementer istum locum sanavit, ut plene habet unus ex nostris. Mox MSS. *contaminarunt*, *et commutarunt*. Gronov. Al. *o quo non iniuriam sibi*. Medic. *a quo sibi non iniuriam*, *sed summum*. Al. MS. *a quo non iniurio*, *sed summum*. Omnes mei codices non recedunt a vulgata. Graev.

*Consuerat si iure non poterat*) Sic Cauch. Vulgg. *Consueverot si iure non poterot*. Al. *consueverat si iure non potuerat*. Lamb. ed. *consueverat enim s. i. n. p.* Idem.

*Quavis iniurio*) Docti quidam le-

exitium machinari; cui rei mors indigna Palamedis testimonium dat. Ergo et metus periculi hortabatur eum interimere, a quo supplicium verebatur; et consuetudo peccandi, maleficii suscipiendi removebat dubitationem. Omnes enim cum minima peccata cum causa suscipiunt, tum vero illa, quae multo maxima sunt maleficia, aliquo certo emolumento ducti suscipere conantur. Si multos induxit in peccatum pecuniae spes, si complures scelere se contaminaverunt imperii cupiditate, si multi leve compendium fraude maxima commutaverunt; cui mirum videbitur, istum a male-

pp. *passe eamp.* ed. Med. in qua max *consueverat enim.* Id. — *Exitium.* MSS. II, *exitum.* Id. — *Cui rei.* Leid. sec. *euius rei.* Id. — *Cum minima peccata cum causa suscipiunt.* Leid. qu. *communia p.* Voss. tert. *de causa.* Edd. pp. *minima de causa p. s.* MSS. V, *suscipiant.* Id. — *Quae multo maxima s. malefieia.* Deest *multa* Leid. tert. *qune maxima s.* salummodo in ed. Med. Id. — *Emolumento inducti.* Sic MSS. O. et edd. pp. nan *ducti.* Bene. Id. — *Si eamplures.* Leid. sec. *siout plures.* Ed. Med. *Si quam plures scelere.* Leid. tert. *si plures* sine voce *scelere.* Id. — *Contaminaverunt.* Voss. tert. Leid. qu. *eontaminarunt.* Id. — *Cammutarunt.* Ita MSS. O. et edd. pp. al. *commutaverunt*,

gendum putant, *quo iure, quave iniuria.* Lamb. *Non iniuria* est, non sine causa, merito. Graev.

*Mors indigna Palamedis testimonium dat*) Vox ultima nan influit suaviter in aures, estque in Pal. pr. *testimonum praebet*; farsan utraque est a librariis. Grvt. MS. Pal. *testimonium praebet.* Cauch. *Cui rei mors indigna Palamedi testimonum dat.* Nimirum *Palamedi* pro *Palamedis*, ut *Neocli filius* apud C. Nep. et *Themistocli* pro *Themistoclis* apud Tullium in epistolis ad Atticum, ubi alia natavimus. Graev.

*Omnes enim cum minima*) His verbis Erfurtensis et Cauchianus praemittit: Exornatio. *Omnes enim cum minima peccata.* Graev.

*Cum minima peccata cum causa suscipiunt*) Cratand. et aliae vett. edd. *quum minima de causa peccata suscipiunt.* Duisb. *Communia peccata cum causa suscipiunt.* Pith. *Cum minima peccata aliqua cum causa suscipiunt.* Idem.

*Certo aliquo emolumenta inducti*) Sic Erfurt. Cauch. Duisb. Pith. ed. Cratand. et pleraeque ante Gruterianam, *a qua est certo aliquo emolumento ducti.* Sic ex MSS. bene. Id.

*Si complures scelere se contaminarunt*) Sic Erf. Canch. Duisb. Sed edd. *si plures se contaminaverunt.* Id.

*Fraude maxima commutarunt*) Sic Erfurt. Cauch. et ed. Cratand. Vulgg. *Fraude maxima commutaverunt.* Id.

*Cui mirum videbitur istum*) Pith. *Cui nimirum videbitur istum.* Id.

*Non temperasse*) Legendum fortasse est, *sibi non temperasse.* Lamb.

*Istum a maleficio etc. temperasse*) Maluit *istum maleficio* Guilielmius. Grvt. Pith. *se intemperasse.* Sed ibi

ficio propter acerrimam formidinem non temperasse? Virum fortissimum, integerrimum, inimicitiarum persequentissimum, iniuria lacessitum, ira excitatum, homo timidus, nocens, conscius sui peccati, insidiosus, inimicum incolumem esse noluit: cui tandem hoc mirum videbitur? Nam quum feras bestias videamus alacres et erectas vadere, ut alteri bestiae noceant; non est incredibile putandum, istius quoque animum ferum, crudelem, atque inhumanum, cupide ad inimici perniciem profectum; praesertim quum in bestiis nullam

Id. — *Non temperasse.* Ed. Omnib. *non se temp.* Id. — *Ira excitatum.* Voss. sec. Leid. sec. tert. cum edd. pp. *i. exsuscitatum.* Bene. V. Graev. Ovd. *Ira exsuscitatum* Gryph. A B C, Leonic. Brvt. — *Homo timidus.* Voss. sec. Med. *Si homo t.* Ovd. — *Vadere.* Voss. tert. *ire.* Id. — *Atque inhumanum.* Voss. tert. *et inh.* Leid. tert. *ac inh.* male. Id. — *In be-*

correctum est, ut habetur in Cratand. ed. *Non se temperasse.* Graev. *Se temperasse* MS. Traiect. Bvrm.

*Ira excitatum homo timidus*) MS. Med. *Exsuscitatum, si homo timidus.* Certe id ipsum verbum aliquoties in his libris occurrit. Gronov. Gronovius in MS. Medic. legi *exsuscitatum* notavit, quod et ego inveni in Erf. et Cauch. Pith. vero *Exescitatum*, sicut in Cratandr. edithr *exuscitatum*, sed *si* in nullo meorum legitur. Graev.

*Inimicum incolumem*) Malim sic legi, *ira excitatum, inimicum, homo timidus, nocens, conscius s. p. insid. incolumem esse nol.* Lamb. Recte vidit Lambinus haec parum ordine collocata, medicinam non vidit, quam arbitror immutatione duarum vocum rite adhiberi, si legas: *invidiosus inimicus.* Respondent enim illis supra positis, *iniuria lacessitum, ira excitatum.* Sunt enim invidiosi, qui iniuria grassati adversus ius et aequum videntur; si quis tamen mavult *insidiosus*, liceto, dum hoc maneat, scribendum esse *inimicus;* sic Guilielmius. Grvt. Quin mihi videtur *inimicum* esse glossam a magistro inculcatam, ideoque delendam. Graev.

*Alacres et erectas vadere*) Erfurt. *Alacres et electe suadere.* Idem.

*Animum ferum, crudelem*) Erf. *Animum ferocem, crudelem.* Idem.

*Cupide ad inimici perniciem profectum*) Convenit hoc cum eo verbo quod in προτάσει est, *vadere;* malim tamen *provectum;* provehitur enim animus ira aut cupiditate, non proficiscitur. Grvt. Ita ne? Quid ergo est, quod ait illa apud Ovidium, *Ibimus in poenas, et qua vocat ira, sequemur?* Similiaque infinita. Cic. II Inven. 7: *Qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit.* Gronov. Lamb. ed. *Ad inimici perniciem esse profectum.* Gruterus *provectum;* sed *profectum* tuetur Gronovius exemplo Ciceronis II de Invent. 7: *Qua cogitatione et spe ad maleficium profectus sit.* Graev.

*Praesertim quum in bestiis*) Duisb. *Praesertim quum in belvis.* Id.

neque bonam neque malam rationem esse videamus; in isto plurimas et pessimas rationes semper fuisse intelligamus. Si ergo pollicitus sum, me daturum causam, qua inductus Vlyxes accesserit ad maleficium, et, si inimicitiarum acerrimam rationem, et periculi metum intercessisse demonstravi; non est dubium, quin confiteatur causam maleficii fuisse.

Ergo absolutissima est argumentatio ea, quae ex quinque partibus constat: sed ea non semper necesse est uti. Tum enim complexione supersedendum est, si res brevis est, ut facile memoria comprehendatur; tum exornatio praetermittenda est, si parum locuples ad

*stiis.* Leid. qu. *in beluis.* Id. — *Rationem esse videamus.* Deleatur verbum *esse* auctoribus MSS. VII, et ed. Mediol. Id. — *Plurimas et pessimas.* Voss. tert. *plures p.* Id. — *Et si inimicitiarum.* Copula caret Leid. qu. non male; *si* abest a m. pr. Voss. tert. supersc. *sin.* Id. — *Tum enim complexione supersedendum est.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. ed. Med. *sed tum c.* In Voss. sec. *Est complexione supersedendum* ed. Omnib. *Tum exornatione et complexione s. e.* Apage τὸ *enim.* Voss. tert. *complexioni.* Ovd. Duo Gryph. *Est cum complexione supersedendum est*: et paullo infra: *Est cum exornatio praetermittenda est;* quae mihi videtur lectio multo esse, quam vulgata, vetustior et elegantior. Br. — *Si res brevis est.* Ed. Med. *brevior.* Ovd. — *Quadripartita*

*Et pessimas rationes*) Erf. *Et per summas rationes*, pro *pessimas.* Id.

*Me daturum causam*) Legendum fortasse est, *me allaturum causam*, vel *me dicturum causam.* Lamb. In Duisb. est, *me laturum causam.* Sed in Pith. clare, *me dicturum causam.* Praecedentibus verbis aeque ut in superioribus Erf. et Cauch. praemittunt vocem *Complexio. Intelligamus.* Complexio. *Si ergo pollicitus sum.* Graev.

*Qua inductus Vlysses*) Erf. *Qua inductus Vlyxes;* ut fere semper optimi quique codices. Id.

*Et si inimicitiarum*) Copula et abest a Duisb. et commode potest abesse. Idem.

*Tum enim complexione*) Particula secunda haud dubie inculcata est ad leniendam connexionem periodi huius cum praecedente. Certe non est in MS. Medic. In altero est *sed tum compl.* ut pateat quemque pro lubitu adiecisse. Gron. Al. *Tum enim complexione. Enim* non est in Erf. nec in Medic. ut Gronovius observavit. Graev.

*Si res brevior est, ut facile*) Vulgg. *Si res brevis est, ut facile.* Cratand. ed. *Si res brevis est, quae facile.* Duo praestantissimi codices Erf. et Cauch. *Si res brevior est;* nisi quod ab Erfurt. absit *est.* Id.

*Parum locuples*) Duisb. *parum locuplex.* Id.

amplificandum et exornandum res videtur esse. Sin et brevis erit argumentatio, et res tenuis, aut humilis, tum et exornatione et complexione supersedendum est. In omni argumentatione de duabus partibus postremis, haec, quam exposui, ratio est habenda. Ergo amplissima est argumentatio quinquepartita; brevissima est tripartita; mediocris, sublata aut exornatione aut complexione, quadripartita.

20. Duo genera sunt vitiosarum argumentationum: unum, quod ab adversario reprehendi potest, idque pertinet ad causam; alterum, quod tametsi nugatorium est, tamen non indiget reprehensione. Quae sint, quae reprehensione confutari conveniat, quae tacite con-

Deest Leid. sec. *quod est.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *id est quadr.* Leid. qu. Id.

20. *Idque pertinet.* Voss. tert. et var. lect. Leid. sec. *id quod pert.* Oud. — *Tametsi n. est.* Voss. tert. *sit.* Id. — *Non indiget reprehensione.* Exsulat *non* a Leid. qu. *reprehensionis* Voss. tert. non male. Id. — *Quae sint etc. sine reprehensione.* Desunt Leid. pr. sec. tert. *con-*

*Sin et brevis erit argumentatio*) Erf. *Si nec brevis erit argumentatio.* Idem.

*Tum et exornatione et complexione*) Vulgg. *Tum exornatione et complexione.* Idem.

*Haec quam exposui, ratio est habenda*) Al. edd. *Haec, quam exposuimus, ratio habenda.* Pith. *Haec, quam exposui, ratio adhibenda.* Probo Pithoei excerpta, in quibus est, *haec, quam exposui, ratio est adhibenda.* Id.

*Mediocris, sublata*) Al. *Et mediocris, sublata.* Id.

*Duo genera sunt*) Al. *Genera duo sunt.* Id.

*Idque pertinet ad causam*) Erf. *Id quod pertinet ad causam.* Duisb. *Idque pertinet ad causas.* Id.

*Quod tametsi nugatorium*) Al. *Quod etsi nugatorium.* Id.

*Non indiget reprehensione*) In uno clare lego *reprehensionis*; quod sane statuerem auctoris esse; adeo libens et frequens secundo isto casu utitur. Sic IV, 8: *Non egetis mei;* et cap. 17: *rationis nullius indiget;* et 34: *Non indiget mitigationis.* Gron. Duisb. *Indiget reprehensione*, sine neganti particula *non.* Gronovius in Medic. legit *non indiget reprehensionis*, et probat, quia auctor frequenter utatur secundo casu, ut IV, 8 et 17. Graev.

*Quae sint quae reprehensione confutari conveniat, quae tacite contemni atque vitari sine reprehensione*) Haec omnia non leguntur in Erfurtensi. Id.

temni atque vitari sine reprehensione, si exempla subiecero, intelligere dilucide poteris. Haec cognitio vitiosarum argumentationum duplicem utilitatem adferet: nam et vitare in argumentatione vitium admonebit, et ab aliis non vitatum commode reprehendere docebit. Quoniam igitur ostendimus, perfectam et plenam argumentationem ex quinque partibus constare, in unaquaque parte argumentationis, quae vitia vitanda sunt, consideremus: ut et ipsi ab his vitiis recedere, et adversariorum argumentationes hac praeceptione in omnibus partibus tentare, et ab aliqua parte labefactare possimus. Expositio vitiosa est, quum ab aliqua aut a maiore parte ad omnes confertur id, quod non neces-

*veniat* abest ab ed. Med. *sum* Voss. tert. Leid. qu. Id. — *Si exempla subiecero.* Voss. pr. Leid. pr. tert. qu. *nisi*, et mox *non poteris.* Verissime, unde et ed. Omnib. praebens *si* male, tamen habet *non pot.* utrumque deest Leid. sec. deiu *exemplum* est in MSS. O. et ed. Med. quod cur spernamus? Id. — *Intelligere poteris.* MSS. IV ut dixi, et Med. ed. *i. non p.* Voss. tert. *intell. o Herenni, pot.* Id. — *Vul. adferet.* Voss. tert. ed. Med. *adfert.* Leid. qu. *confert.* Id. — *In unaquaque p. argumentationis.* Voss. tert. *in arg. un. p.* Leid. tert. *et unaquaque in p. arg.* Leid. qu. *orationis.* — *Quae vitia vitanda sunt.* Abest *vitia* a Leid. tert. qu. in ultimo *ea quae.* Voss. pr. caret τῷ *vitanda*: in eu et Leid. pr. tert. *sint.* bene. Id. — *Et adversariorum.* Voss. tert. Leid. qu. ed. Omn. *ac adv.* male. Id. — *A maiore parte.* Voss. tert. *maiore.*; ed. Med. caret praepositione. Ed. Omn. *maiori.* Id. — *Ad omnes confertur.* Voss. pr. *a. o. vel transfertur*; sec. *trans-*

*Si exempla subiecero, int. dil. pot.*) Tres libri manuscripti habent, *nisi exempla subiicero dil. int. non poteris.* Lamb. Sic et optimi tres mei Erfurt. Cauch. et Duisburg. cur tantum consensum spernamus? Graev.

*Duplicem utilitatem afferet*) Pith. *Duplicem utilitatem affert.* Duisb. *Duplicem utilitatem auferet.* Idem.

*Commode reprehenderet*) Cratandri margo: *commovere et reprehendere.* Id.

*In unaquaque parte argumentationis*) Duisb. *In unaquaque parte orationis.* Id.

*Quae vitia vitanda sunt*) Sic libri omnes olim editi, nedum scripti, nisi quod Pal. pr. destituatur illo *vitia*; et abesse potest. Stephanus atque Manutius, *vitia evitanda.* Grvt. Duisb. *Quae ea vitanda sunt.* Steph. et Manut. edd. *Quae vitia evitanda sunt.* Graev.

*Et adversariorum*) Duisb. *Ac adversariorum.* Idem.

*In omnibus partibus tentare*) Erf. *in omnibus partibus temptare.* Idem.

*Cum ab aliqua*) Erf. *Cum ab aliquo.* Id.

sario est omnibus adtributum; ut si quis hoc modo exponat: omnes, qui in paupertate sunt, malunt maleficio parare divitias, quam officio paupertatem tueri. Si quis hoc modo exposuerit argumentationem, ut non curet quaerere, qualis ratio aut rationis confirmatio sit, ipsam facile reprehendemus expositionem, quum ostendemus, id quod in aliquo paupere improbo sit, in omnes pauperes falso et iniuria conferri. Item vitiosa expositio est, quum id, quod raro fit, fieri omnino negatur, hoc modo: nemo potest uno adspectu, neque praeteriens, in amorem incidere: nam quum non nemo devenerit in amorem uno adspectu, et quum ille neminem dixerit omnino, nihil differt raro id fieri, dummodo aliquando fieri aut posse fieri intelligatur.

21. Item vitiosa expositio est, quum omnes res ostendimus nos collegisse, et aliquam rem idoneam praete-

*fertur*. Leid. pr. *conferetur*. Id. — *Vt si quis hoc m.* Leid. sec. *si qui*. Id. — *Officio paup. tueri*. Voss. tert. *in officio*. Id. — *Curet quaerere*. Voss. tert. c. *reddere*. Alii MSS. *quaerere non curet*. Id. — *Id quod in aliquo etc.* A Voss. tert. et Leid. sec. ed. Med. abest *id*. Id. — *In omnes paup.* Voss. tert. ed. Med. *id in o. p.* Leid. tert. *et in o. p.* Id. — *Aut posse fieri*. Leid. sec. *aut p. modo f.* Id.

21. *Ostendimus*. Sic Voss. tert. a m. pr. In caeteris et edd. pp. *osten-*

*Malunt maleficio*) Erf. *Malle maleficio*. Id.

*Parare divitias*) Lamb. ed. *Divitias parare*. Idem.

*Vt non curet quaerere*) Erf. *Vt non curemus quaerere*. Id.

*Expositio vitiosa est*) Erf. *Vitiosa est expositio*. Id.

*Nihil refert, raro id fieri*) Sic reperi in uno libro manuscr. tres alii cum vulgatis congruentes habent *nihil differt*, fortasse non male, et exemplo Graecorum, οὐδὲν διαφέρει. Lamb. Non possum, quin et hic tecum communicem non absurdam Erfurtensis codicis scripturam: *Nihil affertur raro id fieri, dummodo aliquando fieri, aut posse modo fieri intelligatur*. Locus sane non est integer. Quomodo enim non differt *raro aliquid fieri*, et *aliquando id fieri*? Hoc differt *raro fieri*, et *nunquam fieri*. Forte Cicero scripsit: *Nihil affertur; differt raro id fieri* etc. *Nihil affertur* est, argumentatio est nihili, vitiosa. Nam differt raro id fieri, subaudi, quam numquam, dummodo aliquando etc. Graev.

*Aut posse fieri intelligatur*) Erf. *Aut posse modo fieri intelligatur*. Id.

*Vitiosa expositio est*) Al. *Vitiosa est expositio*. Graev.

*Et aliquam rem idoneam*) Duisb. *Et aliquas res idoneam*. Id.

rimus, hoc modo: quoniam igitur hominem occisum constat esse, necesse est aut a praedonibus, aut ab inimicis occisum esse, aut abs te, quem ille heredem testamento ex parte faciebat. Praedones illo loco nunquam sunt visi: inimicum nullum habebat: relinquitur, si neque a praedonibus, neque ab inimicis occisus est, quoniam alteri non erant, alteros non habebat, ut abs te sit interemtus. Nam in huiuscemodi expositione, reprehensione utemur, si quos praeter eos, quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficium ostenderimus: velut in hoc exemplo, quum dixerit necesse esse aut a praedonibus, aut ab inimicis, aut a nobis occisum esse; dicemus potuisse vel a familia, vel a coheredibus

*demus.* Ovd. — *Ille h. testamento ex p. faciebat.* Exsulat pronomen a Leid. tert. *ex test.* Leid. qu. *fecerat* bene Voss. tert. Ed. Omnib. Id. — *Illo loco namquam visi sunt.* In MSS. O. et edd. pp. *in illo l.* Voss. sec. *autem in illo l.* Voss. Leid. pr. *nusquam.* Abest *sunt* a Leid. sec. Bene. In omnibus verborum ordo variatur. Id. — *Relinquitur.* Voss. pr. Leid. pr. *relinquitur ergo, ut.* Id. — *Quoniam alteri non erat.* MSS. IV *quod a. n. e.* Id. — *Praeter eos, quos ille dixerit.* Voss. pr. et Leid. sec. a m. sec. et quart. *praeterea quam quos i. d.* Leid. pr. Voss. tert. *praeter eos quam i. d.* Voss. sec. Leid. sec. a m. pr. *praeterea quam i. d.* Bene: dein *dixerat* Voss. pr. *collegerat* ed. Med. Id. — *Ostenderimus.* Leid. tert. ed. Med. *ostendemus.* Id.

*Heredem testamento* ) Duisb. *Heredem ex testamento.* Id.

*Ex parte faciebat* ) Pith. *Ex parte fecerat*, bene. Id.

*Illo loco nunquam sunt visi*) Nostri omnes *in illo loco.* Gron. Pith. *Illo loco* (sic et vulgati) *nunquam visi sunt.* Cauch. *In illo loco visi sunt.* Erfurt. Cauch. Pith. Cratand. ed. *In illo loco* quod et in suis Gronovius vidit. Graev. et sic MS. Traiect. Burm.

*Relinquitur si neque* ) Pith. *Relinquitur ergo, si neque;* in edd. non est *ergo.* Graev.

*Nam in huiuscemodi expositione* ) Erfurt. *Nam et in huiuscemodi expositione.* Id.

*Vtemur reprehensione* ) Non est *utemur* in Cauch. Id.

*Si quos praeter eos, quos ille dixerit* ) Cauch. *si quos praeter eos, quam ille dixerit.* Erfurt. *Si quos praeterea, quam elexerit*; lege *si quos praeterea, quam ille dixerit.* Id.

*Potuisse suscipere maleficium ostenderimus* ) Pith. et ed. Lamb. *Suscipere potuisse maleficium ostendemus.* Idem.

*Quum dixerit, necesse esse aut* ) Erf. *Quum dixerit necesse est aut.* Id.

nostris. Quum hoc modo illorum collectionem disturbaverimus, nobis latiorem locum defendendi relinquemus. Ergo hoc quoque vitandum est in expositione, ne quando, quum omnia collegisse videamur, aliquam idoneam partem reliquerimus. Item vitiosa expositio est, quae constat ex falsa enumeratione: ut si, quum plura sunt, pauciora dicamus, hoc modo: Duae res sunt, iudices, quae omnes ad maleficium impellunt, luxuries et avaritia. Quid amor? inquiet quispiam: quid ambitio? quid religio? quid metus mortis? quid imperii cupiditas? quid denique alia permulta? Item falsa enu-

— *Collectionem.* Voss. tert. *collationem.* Id. — *L. defendendi relinquemus.* Leid. tert. *l. dicendi.* Tum *reliquerimus* est in MSS. VI et ed. Mediol. Id. — *Vt si quum plura sunt.* Deest *ut* Leid. sec. qu. edd. pp. *sint* Voss. tert. Leid. tert. *aut plura* Leid. qu. Id. — *Quae omnes ad m. impellunt.* Praemittunt Voss. et Leid. pr. *videlicet.* Tum *homines* exhibent Voss. pr. et ed. Omn. quod praefero cum *impellant* e Voss. pr. aliisque. V. Graev. Id. — *Quid religio.* MSS. O. et edd. pp. *q. inreligio* vel *irreligio.* Hinc *irreligiosus* etc. Id. — *Alia permul-*

*Collectionem disturbaverimus*) Erf. *Coniectionem disturbaverimus.* Id.

*Locum defendendi relinquemus*) Cauch. *Locum defendendi relinquimus.* Edd. quaedam, *locum defendendi reliquerimus.* Id.

*Idoneam partem reliquerimus*) Al. *Idoneam partem relinquamus.* Graev.

*Vt si quum plura sunt*) Erfurt. *Si aut complura sunt.* Lamb. ed. *Vt si cum plura sint.* Id.

*Duae res sunt iudices*) Erf. *Duae res sunt videlicet.* Id.

*Quae omnes ad maleficium impellunt*) Erf. et Cauch. *Quae omnes ad maleficium impellant.* Cratand. et Lamb. ed. *Quae homines ad maleficium impellunt.* Id.

*Quid religio*) *Irreligio* habent aliquot manuscripti, et vulgati codices: sed altera lectio, quae reperitur item in nonnullis et manuscriptis et vulgatis, *religio*, non est prorsus reiicienda: dummodo *religionis* nomine stultam et falsam religionem, et inanem deorum metum, quam superstitionem appellant, intelligamus. Terent. Andr. *Nova nunc religio in te istaec incessit.* Lucret. lib. I: *Tantum religio potuit suadere malorum.* Nam Epicurus non tollebat preces et vota: et deum, ut praestantem naturam, veneratione dignum esse existimabat, sed religione tamen, id est, ut ille interpretabatur, inani deorum timore animos hominum liberos ac vacuos esse oportere dicebat. Lamb. Pal. sec. *irreligio*, item Fabricianus, editioque princeps, inclinatque in hanc lectionem Guilielmius; at quum et in pluribus MSS. inveniatur alterum, ei adquieverim, est enim verbum ambiguum *religio.* Grut. Erf. *Quid inreligio.* Pith. et edd. Cratand. *Quid irreligio.* Graev.

meratio est, quum pauciora sunt, et plura dicimus, hoc modo: tres res sunt, quae omnes homines sollicitant, metus, cupiditas, aegritudo. Satis enim fuerat dixisse metum et cupiditatem; quoniam aegritudinem cum utraque re coniunctam esse necesse est.

22. Item vitiosa expositio est, quae nimium longe repetitur, hoc modo: omnium malorum stultitia est mater, quae prae caeteris parit immensas cupiditates: immensae porro cupiditates, infinitae et immoderatae

ta. Voss. tert. Leid. sec. tert. ed. Med. *a. multa.* Id. — *Omnes homines sollicitant.* Abest *omnes* a Voss. tert. *sollicitent* Leid. sec. tert. Bene. Id.

22. *Stultitia est mater, quae prae caeteris parit.* Sic dant Voss. sec. Leid. pr. tert. ed. Omnib. Sed in Voss. pr. *s. e. mater atque materies. Ea parit.* Leid. sec. *s. e. mater, atque ea materies. Parit.* qu. *s. e. mater, atque materies, quae parit*; duas lectiones iunxit Voss. tert. *s. e. mater atque materies, quae prae caeteris parit*, et ed. Med. *s. mater est, et materies cum ea prae caeteris parit.* Lambini et Graevii iudicium sequor. Oud. *Omnium malorum stultitia est mater, pestis prae caeteris ea parit.* Ita legitur in Gryph. B; in C quidem aliquanto clarius, post vocem *mater quae prae caeteris parit*: quomodo etiam habetur in Leonic. exemplari, et Lamb. postremus edidit. Equidem suspicatus non temere haesisse in libro longe optimo Gryph. vocem *pestis*, ita legi non male posse contenderim, *quae pestis prae caeteris*, aut, *pestis, quae prae caeteris parit.* Verisimile autem est, inductum *pestis* verbum ab imperito librario, propter literarum similitudinem, quae in duabus vocibus sequentibus *prae caeteris* habentur, verito nimirum, ne male bis inculcatum idem verbum esset. Br. — *In m. porro cupiditates.* Media vox exsulat a Leid qu. Oud. — *Infinitae et immod. s.* Copula abest MSis IV et ed. Omn. *infinite immoderatae s.*

*Et plura dicimus*) Erfurt. *Et plura sunt dicimus.* Id.

*Tres res sunt*) Erfurt. *Tres sunt.* Pith. *Tres pestes sunt*; optime. Id.

*Homines sollicitant*) Erf. *Homines sollicitent.* Id.

*Satis enim fuerat*) Al. edd. *Satis fuerat.* Id.

*Dixisse metum et cupiditatem*) Erf. *Dixisse metum, cupiditatem.* Id.

*Stultitia est mater, quae*) Quatuor libri manuscripti habent *stultitia est mater, atque materies, quae* etc. ego nihil muto, verumtamen iudicet lector eruditus. Ego vocem, *materies* notham, et suppositam esse arbitror. Lamb. Pith. tres Lambini, et margo Cratandri: *stultitia est mater atque materies.* Graev.

*Quae prae caeteris parit immensas cupiditates*) Sic restitui ex Erfurt. Gaub. et edd. Cratandri et Lambini. Vulgatae deleverunt *prae caeteris*, immerito. Duisb. *Immensae cupiditates.* Idem.

*Infinitae et immoderatae sunt*) Erf. *Infinitae immoderatae sunt.* Idem. Sic et Cod. Traiect. Vid. Drakenb. ad III Liv. lib. 9. Burm.

sunt: hae pariunt avaritiam: avaritia porro hominem ad quodvis maleficium impellit. Igitur avaritia inducti adversarii nostri, hoc in se facinus admiserunt. Hic id, quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium et caeteros poëtas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est:

*Vtinam ne in nemore Pelio securibus*
*Caesa cecidisset abiegna ad terram trabes:*
*Neve inde navis inchoandae exordium*
*Coepisset, quae nunc nominatur nomine*
*Argo, qua vecti Argivi delecti viri,*

ed. Med. Id. — *Avar. porro hominem.* Media vox exsulat a Leid. tert. *homines* Voss. et Leid. pr. Id. — *Igitur avar. inducti.* MSS. O. et ed. Med. *Ergo a. ind.* cur mutarunt Editores? Id. — *In se.* Voss. tert, ed. Omn. *inter se*, prave. Id. — *Imitemur.* Leid. tert. *videamur velle imitari.* Id. — *Loqui concessum est.* Id. Leid. qu. *l. permissum est.* Id. — *Caesae cecidissent abiegnae.* Sic MSS. O. eum ed. Omn. nisi quod in Leid. q. sit *excidissent.* Sed vide ad lib. I de Iuvent. cap. 49. *caesa cecidisset abiegna* agooscit ed. Mediol. Legendum puto *caesa accidisset ab.* Ovd. *Accidissent.* Ita Gryph. exempl. B C, quomodo etiam in Topicis, quod semel admonuimus. Br. — *Navis inchoandae.* Voss. pr. *inchoandum.* Ovd. — *Nominatur nomine.* Sic Leid. pr. deest *nomine* a MSS. caeteris et edd. pp. Id. — *Quae* etc. *vecti* etc. Leid. qu. *quam A. d. v. vecti.* Ed. Omn. *in quam Arg.*

*Hominem ad quodvis maleficium impellit*) Erf. *Hominem ad aliquod maleficium.* Pith. *Ad quodvis impellit.* Graev.

*Igitur inducti adversarii*) Erf. *Ergo inducti adversarii.* Id.

*Loqui concessum est*) Duisb. *Loqui permissum est.* Id.

*Caesa caecidisset abiegna* etc. Sic habent tres libri manuscr. et ita iidem versus leguntur lib. III de Nat. Deorum; neque quemquam movere debet vox *trabes*; nam *trabes* dicebant veteres numero singulari in recto casu. Iam vero hi versus ex Ennii Medea sunt, ex Euripidis Medea non ita ut verbum verbo sit redditum, expressi: Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος etc. Μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε etc. Lamb. Erf. *Caesae caecidisset abiegna ad terram trabes.* Pith. *Caesae caecidisset abiegnae ad terram trabes.* Doisb. *Caesae excidissent abiegnae ad terram trabes.* Vulg. *Caesae cecidissent abiegnae ad terram trabes.* Graev.

*Argo, qua vecti Argivi delecti viri Petebant illam pellem inauratam arietis*) Erfurt. Cauch. et Pith. *Argo qua* (in Erf. *qui*) *Argivi* (Pith. *Argivis*) *in eadem lecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis*; forte scribendum: *Argo qua Argivi mille delecti viri Vecti petebant pellem inauratam arietis. mille viri* hoc est multi viri, ut *sexcenti viri.* I Tusc. Quaest. 20 corrupte quoque legitur: *Argo, qua Argivi in ea delecti viri Vecti, petebant* etc.

*Petebant illam pellem inauratam arietis,*
*Colchis, imperio regis Peliae per dolum:*
*Nam nunquam hera errans mea, domo efferret pedem*
*Medea, animo aegra, amore saevo saucia.*

Nam hic satis erat dicere (si id modo, quod esset satis, curasset poëta)

*Vtinam ne hera errans mea, domo efferret pedem*
*Medea, amore saucia.*

*A. v. vecti.* In Leid tert. *qua Arg. d. v. vecti*; pr. *qua Arg. d. v. L. recti.* Id. — *Petebant illum pellem inauratam.* Voss. pr. *L. pet.* etc. Vox *illam* deest Leid. pr. sec. qu. Vass. tert. *pellem illam* ed. Omnib. *auratam* Leid. pr. Vide Comment. Ovdend. *Illam pellem. Vello pellem* Lamb. legit probata Ranconeti coniectura; alii, *illam pellem*, et impressi et manuscr. retinent. Bu. — *Colchis.* Voss. pr. *Colchi.* Ovd. — *Hera errans mea.* Voss. pr. *hera mea Medea errans*; sec. *H. e. Medea.* Leid. sec. *errans Medea* superscr. *mea hera*: tert. *errans Media*; qu. *Medeam hera.* Ed. Mediol. *hera errans mea Medea.* Omn. *hera mea errans Medea.* Id. — *Domo efferret pedem.* Voss. pr. *a domo.* Leid. qu. *efferret pedem mea domo* Edd. pp. *pedem effert domo.* Id. — *Medea animo aegra, amore saevo saucia.* Desunt Vass. pr. sec. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. In Leid. pr. solummoda est *Medea*; contra in ed. Omn. solum *aegra amore saucia.* Certe eiicienda est vox *Medea*, mera *herae* glossa, quae in textum irrepsit, vel, ut senarius suppleretur, inserta est tam hic, quam infra. Id. — *Satis esset curasset poeta.* *Est* Leid. sec. *erat* Leid. qu. cum edd. pp. Sed in Leid. deleto *erat* substitutum est *esset* siue τῷ *satis.* Leid. pr. *satis esset dicere.* Tum *curassent poëtae* Voss. pr. sec. Leid. pr. qu. et ed. Med. *curaret poeta.* Leid. sec. Id. — *Hera erraas mea.* Leid. tert. *erraus Media.* Id. — *Domo efferret pedem.* Leid. qu. *efferret pedem de domo.* MSS. multi *pedem efferret domo.* Id. — *Medea amore saucia.* Voss. pr. sec. Leid. sec. ed. Med. Omnib.

*Petebant villo pellem inaurato*) Sic reposui, Aemari Ranconeti approbatu coniectura. Lamb. Erf. et Pith. *Petebant pellem inauratam arietis.* Ed. Cratand. *Petebant illam pellem auratam arietis.* Lamb. ed. *Petebant villo pellem inaurato arietis.* Graev.

*Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem* etc. Fortean rectius *Nam nusquam*; nati scriptorum loci, ubi haec copulantur in re eadem, *nusquam domo*, et *nusquam pedem.* Guilielmius. Grvt. Duisb. *Nam Medeam hera in ea domo efferret pedem.* Pith. et Cauch. *Nam nunquam hera errans mea pedem domo efferret.* Graev.

*Medea animo aegra, amore saevo saucia*) Haec verba nec in Erfurt. nec in Pithaeano leguntur. Id.

*Nam hic satis erat dicere*) Erfurt. *Nam id satis erat dicere.* Id.

*Si id modo quod esset satis curasset poeta*) Arridet animo mea scriptura Palatina; *si id modo quod satis esset curarent poëtae*; ita enim codex numero primus, quartus, sextus. Grvt. Tres Pall. *si id modo quod satis esset curarent poëtae.* Sic et Erfurt. cui obsequor. Graev.

*Vtinam ne hera erraas mea domo*)

Ergo hac quoque ab ultimo repetitione in expositionibus magnopere supersedendum est. Non enim reprehensione, sicut aliae complures, sed sua sponte vitiosa est.

23. Vitiosa ratio est, quae ad expositionem non est accommodata, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem; infirma ratio est, quae non necessario osten-

*Medea animo aegro.* ( Voss. sec. Leid. sec. *aegra.* Ed. Omnib. *aegra et* ) *amore saucia.* Verum in Voss. tert. *Medea ergo amore saucia* In Leid. pr. simpliciter *Medea*; ut in aliis edd. At in Leid. tert. legas nihil. Cum Graevio retineo quidem *amore saucia*; sed tollendam puto vocem *Medea.* Id. — *In expositionibus magnopere sup.* Edd. pp. *in expositione.* Leid. tert. *summopere.* Leid. pr. *magno opere.* Id. — *Sicut aliae complures, sed.* Voss. pr. ed. Mediol. *quam plures.* In eadem non comparet *sed.* At optime Leid. qu. cum Duisb. *sed, sicut a complures.* Id.

Pith. *Vtinam nunquam hera errans mea domo.* Duisb. *Vtinam ne hera errans de domo.* Id.

*Medea. Ergo* ) Ita expressi, secutus Pall. sex, qui heic quidem habebant, *animo aegro, amore saevo saucia*, non etiam superius; at ibi proprie habere locum, non etiam heic, nemo non videt, ideoque etiam non habet Victoriana. Grvt. Erf. *Medea homo aegro amore saucia.* Duisb. *Medea aegro amore saucia.* Vulgg. *Medea animo aegra, amore saevo saucia.* Non omittenda fuerunt *amore saucia*: Rectissime hic locus scribitur in Pithoeanis excerptis; *Vtinam ne hera errans mea, domo efferret pedem Medea amore saucia.* Nam non addendum fuisse *animo aegra*, quod pleraeque prae se ferunt editiones ante Gruterianam, ex praecedentibus patet. Id enim, quod addiderit haec, reprehendit in Ennio, et dicit dicendum tantum fuisse *Medea amore saucia*, idque suffecisse, quia amor non possit esse sine aegritudine. Male igitur haec verba *amore saucia* ex recentioribus editionibus fuerunt expuncta. Graev.

*Non enim reprehensione, sicut aliae complures* etc. Editi posteriores *reprehensione eget, sicut* etc. sed verbum illud *eget* non habemus in edd. primis, in Pall. aut Bruilerensi; estque magistelli alicuius. Grvt. Edd. multae: *non enim reprehensione eget.* Nec nostri codices *eget* agnoscunt, nec editio Cratandri. Graev. Nec MS. Traiect. Bvrm.

*Sed sua sponte vitiosa est* ) Vocula *sed* non extat in Pal. pr. neque requisiverim. Grvt. Non delet Duisburgensis, sed melius collocat hanc particulam, meo quidem iudicio. Sic enim ille: *non enim reprehensione, sed, sicut aliae complures, sua sponte vitiosa est.* Graev. Vid. Gronov. supra ad cap. 19. Bvrm.

*Vitiosa ratio est* ) Cauch. *Vitiosa ratio.* Al *Vitiosa est ratio.* Graev.

*Vel propter vanitatem* ) Erf. *Vel propter inanitatem.* Id.

dit ita esse, quemadmodum expositum est: velut apud Plautum:

*Amicum castigare ob meritam noxiam,*
*Immune est facinus: verum in aetate utile*
*Et conducibile.*

Haec expositio est; videamus, quae ratio afferatur;

*Nam ego amicum hodie meum*
*Concastigabo pro commerita noxia.*

23. *Ob m. noxiam.* MSS. O. et ed. pp. *noxam.* OVD. — *Immaene est facinus. Immune facinus*, certissimis adductus rationibus edidit Lamb. quibus quum accedat Festi auctoritas, nulla mihi causa visa est, cur ab illius sententia discederem: itaque *immune facinus* curavi edendum. Certe iam pridem Plauti locum ita Ioachimus Camerarius emendaverat; qui quum in veter. exemplaribus *immaene* prisco more scriptum inveniretur pro *immune*, factum esse ait, ut a deceptis sententiae affinitate et literarum, in *immane* depravaretur etc. BR. Lege *Immune*, i. e. improbum, ut docet Festus hoc ipso Plauti versu. LALL. — *Amicum hodie meum.* MSS. VI et ed. Omn. *a. meum hodie.* Leid. sec. ed. Med. *hodie am. meum.* OVD. — *Concastigabo p. commerita noxia.* MSS. O. et edd. pp. *non castigabo p. commissa noxa*, nisi quod in ed. Medinl. ait *ob meritam noxam.* V. lib. I de Inv. cap. 50. OVD. *Non castigabo*; pro magno, quemadmodum apud Horatium Od. 17, lib. I: *Natis in usum laetitiae scyphis immune quantum discrepat*; idem Satyra 4, lib. II: *Immane est vitium dare millia terna macello* etc. Sed quid attinet incerta et probabilia pro certis et veris consectari? LAMB. Grut. et aliae edd. *immune est facinus.* Lamb. editio, *immoene est facinus.* In emendatis editionibus Plauti legitur sane *immune*, aut *immoena*; et sic hic legendum esse iam olim ad hunc Plauti locum monuerat magnus Camerarius. GRAEV.

*Castigare ob meritam noxiam*) Al. *Castigare ob meritam malam noxam.* Duisb. *Castigare ob meritam noxam.* IDEM.

*Immoene est facinus*) Quum hi versus sint in Trinummo Plauti: apud Plautum autem in exemplaribus antiquis scriptum esse sciam, *immoene est facinus*, quod valet *immune*: nam veteres dicebant *moenus* pro *munus*, et *moeri* pro *muri*, et *poenio* pro *punio* etc. idque notavimus in Commentariis nostris Lucretianis cum alibi, tam ad illum locum, *belli fera moenera*, initio libri primi. Quum praeterea doceat Pompeius Festus, *immunis* aliquando poni pro improbo, testemque citet hunc locum Plauti: ego repudiata vulgata lectione, antiquam et rectam reposui, *immune*, seu quis malet, *immoene est facinus*; neque tamen me fugit, vulgatam ferri posse, ut *immane* positum esse intelligamus

*Concastigabo pro commerita noxia*) Libri veteres *pro commissa*, non recte, et aliter in Plauto ipso; adde quod verbum *commerendi* habitat in re mala et flagitio. GRVT. Multae edd. *Non castigabo pro commerito noxia.* Al. *Castigabo pro commerita noxa.* Al. *Non castigabo pro commerita noxia.* Erfurt. *Concastigabo pro com-*

Ex eo, quod ipse facturus est, non ex eo, quod fieri convenit, utile quid sit, ratiocinatur. Vana ratio est, quae ex falsa causa constat, hoc modo: amor fugiendus non est; nam ex eo verissima nascitur amicitia. Aut hoc modo: philosophia vitanda est; adfert enim socordiam atque desidiam. Nam hae rationes nisi falsae essent, expositiones quoque earum veras esse confiteremur. Item infirma ratio est, quae non necessariam causam adfert expositionis: velut Pacuvius:

*Fortunam insanam esse et caecam et brutam perhibent Philosophi,*
*Saxoque illam instare globoso praedicant volubilem:*

*concastigabo* discedens a lectione vulgata lego, ex certa ratione, et auctoritate veterum exemplarium, in his duorum Gryphii B C, in quibus etiam *commissa noxia*, pro *commerita* legitur. Neque est praetereundum, a Lambino, quo sententiam expleat, quae male ita imperfecta relinquebatur, alterum versum ex Triuummo adiectum, probabili in primis coniectura: quum ita locus usurpatus esset, incuria, atque oscitantia librarii mancum fuisse descriptum. Is autem versus est: *Invitus ni id me invitet ut faciam, fides*; qui optime totam Plauti sententiam concludit. Br. — *Ex eo quod ipse f. e.* Voss. tert. *quia ex eo, quod f. e.* Ovd. — *Non ex eo.* Id. *n. in eo.* Id. — *Ex f. c. constat.* Leid. qu. *consistit.* Id. — *Verissima n. am.* Leid. sec. *nam verissima n. a.* Ed. Med. *maxima n. a.* Idem. — *Affert enim s.* Voss. tert. *infert s.* F. pro *infert.* Id. — *Saxoque illam instare globoso.* Voss. pr. Leid. sec. *saxeoque instare globo.* Supra scr. in Voss. pr. *Saxrique instar globi.* Leid. pr. tert. ed. Med. *Saxique instar globosi.* Voss. tert. *Saxique admodum globosi.* Leid. qu. *Saxoque instare.* Ed. Omn. *Saxique ad instar globosi.* In nullo est *illam.* Ovd. *Saxique ad instar globosi praedicant esse volubilem* Leonic. *Saxoque instare in globo posse dicunt volubili* duo Gryph. B C. *Saxoque instore eam globoso praedicant volubili* Lamb. *Saxoque instare globoso praedicant volubili* Ald. Victor. Lugdun. ut fere impressi omnes. Br. — *Praedicant volubilem.* Leid. pr.

*missa noxia.* *Commissa* est etiam in Pith. et margine Cratandri. Graev. *Pro commissa* MS. Traiect. Burm.

*Vtile quid sit* ) Erfurt. *Vtile quod sit.* Graev.

*Pilosophia vitandn est* ) Al. *Philosophia est vitanda.* Duisb. *Philosophiam vitanda est.* Id.

*Veras esse confiteremur* ) Erf. *Veras esse confiteamur.* Id.

*Item infirma* ) Erf. *Itemque infirma.* Id.

*Est ratio* ) In Cauch. non extant. Idem.

*Instare globoso praedicant volubilem* ) Male et contra libros, qui rescribunt *volubili*: nam alterum illud epitheton fortunae proprium; interim mirandum est manuscriptos omnes habere, *Soxique instar globosi esse volubilem*; ita sane melioris notae, hoc est originis Germanae libri; quippe Italiae quidam, aut *praedicant* interiiciunt, aut *dicunt.* Grvt. Erfurt.

*Ideo, quo saxum inpulerit fors, cadere eo fortunam autumant.*

*Caecam ob eam rem esse iterant, quia nihil cernat, quo sese applicet.*

*Insanam autem aiunt, quia atrox, incerta, instabilisque sit.*

*Brutam, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.*

*Sunt autem alii Philosophi, qui contra fortunam negant*

*esse dicunt.* Voss. tert. *esse*, deest verbum Leid. sec. *dicunt* Leid. qu. ed. Omn. *praedicant esse.* Tum *volubile* Leid. pr. *volubili* Voss. pr. sec. Leid. pr. qu. Sed in pr. Voss. supr. *volubilem.* Ovd. — *Ideo qua saxum.* Sic est in Leid. sec. In Voss. pr. *ideu quia saxum quo*: sec. *ideo quod qu. saxum*: tert. *idea quia quo saxum*, Leid. pr. tert. *quia quo s.* sec. *volubili*, *iden quia quo s.* ed. Med. *ideo dicunt quia qua s.* Omnib. *iden dicunt esse volubilem*, *quia qua s.* Id. — *Fors*, *cadere eo.* Leid. qu. edd. pp. *sors.* MSS. O. et edd pp. *eo cadere*, nisi quod in Leid. tert. *sit eo vadere.* Id. — *Ob eam rem esse iterant.* Voss. sec. Leid. qu. *rem autumant.* Leid. tert. *r. e. aiunt.* Ed. Med. *ob e. causam autumant esse.* Omnib. *o. e. r. e. vocant.* Ovd. *Esse iterant.* *Memorant* edidit Lamb. ex Aurati coniectura, ut carminis ratio constet sine verba esse. Veteres aut *esse iterant*, aut *vocant*, ut Leonic. habent. Bvrt. — *Insanam a. aiunt.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *i. a. esse aiunt*; Leid. tert. *i. esse perhibent.* Ovd. — *Instabilisque sit.* Leid. qu. *instabilis*; Margo Leid. sec. *t. insatiabilis.* Id. — *Dignum atque ind. nequeat int.* Ed. Med. *neque d. neque ind. valeat int.* Omnib. *aut ind.* Idem. — *Sunt autem alii phil.* Leid. qu. *s. a. et alii p.* ed. Omnib. *s. item ph.* Id. — *Negant.* Voss. tert.

et Cauch. *Saxoque instare in globos posse dicant volubili*; ad *posse* adscribitur varia lectio in Cauch. *esse*; et pro *saxoque*, *saxeque.* Pith. *Saxi quoque instat globosi esse volubilem praedicant.* Cratandri margo: *Saxique instar globosi praedicant volubilem.* Al. *Saxeoque instare globo praedicant volubili*; in libris melioris notae omitti *praedicant* testatur Gruterus; cur ergo retinetur? Graev. Cod. Traiect. consentit MS. Gruteri, nisi quod *praedicant* servat; *volubili* etiam Demster. ad Rosin. lib. II, c. 16, p. 163. Bvrm.

*Ideo quo saxum impulerit fors* ) Erf. *Id quod saxum impulerit fors.* Vulgg. *Ideo quo saxum impulerit sors.* Cratand. ed. *Quia quo saxum impulerit fors.* Pith. *Ideo quia quod impulerit sors eo.* Graev.

*Ob eam rem esse iterant* ) *Memorant* legendum putat Auratus, quasi vulgatam lectionem *iterant*, refellat ratio et lex horum versuum. Ego nihil muto. Sunt enim trochaici; *iterant* autem, id est, iterum atque iterum dicunt. Lamb. Pith. *Ob eam rem dicunt.* Graev.

*Sunt autem alii Philosophi* ) Duisb. *Sunt autem et alii Philosophi.* Id.

*Qui contra fortunam negent* ) Erf.

*Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi; id magis*
*Verisimile aiunt: quod usus reapse experiundo edocet.*

Leid. sec. ed. Med. *negent.* Benc. Id. — *Miseriam esse ullam.* Vox *miseriam* abest a Voss. sec. Leid. pr. tert. qu. edd. pp. recte. In Voss. pr. *miseriam ullam esse:* tert. *ullam esse miseriam.* Leid. sec. *ullam miseriam esse.* In caeteris *ullam esse.* Idem. — *Sed temeritate omnia regi.* Voss. pr. *sed autumant t. regi omnia* In caeteris et Edd. pp. *sed t. omnia regi* (vel *r. o.*) *autumant*: vel *omn. autumant regi.* Id verbum loco *miseriae* est admittendum. Ovd. *Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi.* Sic editi a Victorio, nisi quod habeat priore versu *fortunam*; quod modo item est in omnibus membranis nostris, quarum antiquiores plane praeferunt: *Vllam esse miseritatem aut humanitatem, sed temeritate omnia regi*: quae lectio sane contemnenda minime videtur; imo amplectenda venit: nam quid nobis cum versibus? alius quis ipsos constituat. Manutius edidit, *Materiam esse ullam, sed* etc. Vulgata vetus praefert, *Fortunam negent ullam esse, sed tem.* Idem. Becichemius reperit in suis libris antiquis: *Sive caecam, sive occultam, sive ullam esse.* Alii libri exhibent: *Qui contra fortunam negant esse ullam, sed etc.* In tanta varietate difficile est dicere quid sit optimum. Si liceat coniecturae locum dare, libenter legam: *Qui contra fortunam negant miseriae esse causam.* Verb. — *Verisimile aiunt.* MSS. O. et edd. pp. *v. esse aiunt.* Ovd. — *Vsus reapse.* Leid. tert. *re ipsa.* Ed. Med. *re ipsa ab se.* Omn. *usu res ipsa a se.* Idem. — *Experiundo.* MSS. VI, edd. pp. *experiendo.* Voss. tert. *experimendo.*

*Qui contra fortunam negant.* Idem.

*Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi*) Sic editi a Victorio, nisi quod habeat priore versu *fortunam*: quod modo item est in omnibus membranis nostris; quarum antiquiores plane praeferunt *Vllam esse miseritatem aut humanitatem, sed temeritate omnia regi*; quae lectio sane contemnenda minime videtur: imo amplectenda venit: nam quid nobis cum versibus? alius quis ipsos constituat. Manutius edidit *Materiam esse ullam, sed* etc. vulgata vetus praefert *fortunam negent ullam esse, sed tem.* Grvt. Vulgg. *Miseriam esse ullam, sed temeritate omnia regi.* Magna etiam est in nostris libris varietas. Erfurt. *Vllam miseram esse, temeritate esse autumant id magis.* Pith. *Vllam esse miseriam atque humanitatem, sed temeritate omnia regi.* Cauch. *Vllam esse miseritatem, sed temeritate omnia regi.* Ego non dubito, quin *miseriam, miseritatem, miseram*, perperam hic sint a sciolis intrusa. Quid enim hic faciat *misera* fortuna? Imo Pacuvius dixit esse Philosophos quosdam, qui negant esse quamdam deam, quae Fortuna dicitur vulgo. Idem dixit quod Iuvenalis Sat. 10: *Nullum numen habet, si sit prudentia, nos te Nos facimus, Fortuna, Deam, coeloque locamus.* Fortuna non es Dea, ut homines putant, nec ullam habes divinam potestatem in homines, qui sapiunt. Vulgus te Deam fecit. *Miseram* quoque non agnoscit Lambinus et Petrus Scriverius in Collectaneis veterum Tragicorum. Graev.

*Verisimile aiunt, quod usus*) Erf. et editi nonnulli *verisimile esse aiunt*, *usus.* Id.

*Reapse experiundo*) Pith. *Ipse ab se experiundo.* Id. Vid. Gifan. Ap-

*Velut Orestes modo fuit rex, modo mendicus factus est:*
*Naufragio res contigit nempe: ergo haud fortuna obtigit;*

Nam hic Pacuvius infirma ratione utitur, quum ait, verius esse temeritate, quam fortuna res regi; nam utraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is, qui rex fuisset, mendicus factus esset.

Id. — *Modo mendicus factus est.* MSS. tres *factus est mendicus*; in aliis *factus est modo m.* Sed optime Voss. sec. Leid. sec. qu. et ed. Omn. *f ctus e. mend. modo.* Idem. — *Naufragio res contigit nempe.* Voss. pr. *nauf. nempe ista res cont.* tert. *n. contingit nempe istus res*; Leid. pr. *Noufr. nempe res cont.* Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *n. nempe r. isto c.* ed. Omn. *n. nempe r. ista obtigit:* sine dubio verbum hic delendum Id. — *Ergo haud fortuna obtig t.* Voss. pr. sec. tert. Leid. pr. sec. *Ergo id non forte aut fortuno obt.* tert. *Ergo id sorte non out f. o.* qu. *Ergo id factum non sorte aut f. ob.* ed. Omn. *Ergo id non forte nec f. o.* cuncta exsulant a Med. Forsan legendum est: *Naufragio res isto nempe, haud forte fortuna obtigit*, vel simili modo. Idem. — *Quum ait.* Voss. tert. *cum oit hoc s.* i. e. scilicet. Idem. — *Res regi.* Voss. O. Leid. pr. sec. tert. et edd. pp. *res geri.* Id. — *Rex fuisset, m. factus esset.* Voss. tert. *rex esset, m. fieret,* Leid. qu. *r. fuerat, m. fieret.* Ed. Med. *r. f. m. f. fuisset.* Id.

pend. Observ. L. L. p. 112. Burm.

*Modo mendicus factus est*) Erfurt. Cauch. Pith. *Factus est mendicus modo.* Pal. sextus *Medicus modo naufragus.* Graev.

*Naufragio res contigit nempe: ergo haud fortuno obtigit*) Pal. quart. *Factus est mendicus modo. Naufragos nempe res ista contigit: ergo id non forte neque fortuno obtigit;* et vero sextus habet item inter lineas *medicus modo Naufragus* etc. at quintus *Naufragio nempe res istu contingit: ergo id fluctu non forte aut fortuno obtigit.* Guilielmius e varietate suorum istud eruebat: *Naufragio contigit; ergo id non forte aut fortuno obtigit;* ut det *contingere* temeritati, fortunae *obtingere.* Grut. Pal. quart. *Naufragos nempe res ista contigit; ergo id non forte neque fortuna obtigit.* Pal. quint. *Naufragio nempe res ista contingit: ergo id fluctu, non forte aut fortuna obtigit.* Cauch. *Naufragio nempe res ista contigit, ergo id non fructu forte aut fortuna obtigit.* Pith. *Nempe res ista contigit ergo re fluctu, non forte out fortuna obtigit.* In Collectaneis veterum Tragicorum Scriverii *Naufragio haec res contigit* etc. Erfurt. *Naufragio nempe rem ergo id fructu forte aut fortuna obtigit;* quos centones assutos esse huic loco existimo, et legendum *Naufragio res nempe, haut ergo fortuna obtigit.* Vulgatam tamen retinui, nisi quod aliter interpunxerim. Graev. Cod. Traiect. *Modo naufragio nempe res ista contigit: ergo id non forte nec fortuna obtigit.* Burm.

*Res regi*) Erf. *res geri.* Graev.

*Qui res fuisset*) Duisb. *Qui rex fuerat.* Id.

24. Item infirma ratio est, quae videtur pro ratione afferri, sed idem dicit, quod in expositione dictum est, hoc modo: magno malo est hominibus avaritia, idcirco quod homines magnis et multis incommodis conflictantur propter immensam pecuniae cupiditatem: nam hic aliis verbis idem per rationem dicitur, quod dictum est per expositionem. Item infirma ratio est, quae minus idoneam, quam res postulat, causam subiicit expositionis, hoc modo: utilis est sapientia, propterea quod qui sapientes sunt, pietatem colere consuerunt. Item utile est amicos veros habere; habeas enim quibuscum iocari possis. Nam huiusmodi in rationibus non universa, neque absoluta, sed extenuata ratione expositio confirmatur. Item infirmá ratio est, quae vel alii expo-

24. *Sed idem dicit.* Voss. tert. *id est.* Leid. tert. *dici.* Oud. — *In expositione.* Voss. pr. *in propos.* desunt Leid. qu. Idem. — *Magno malo est hominibus.* Voss. tert. *magnum malum.* Ed. Omn. *omnibus.* Id. — *Homines m. et multis inc. conflictantur.* Prima vox deest Voss. sec. *et ex m.* Voss. pr. *afflictantur* Voss. pr. Leid. pr. sec. qu. Ed. Med. Idem. — *C. subiicit expositionis.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. edd. pp. c. s. *expositioni.* Idem. — *Propterea quod qui.* Leid. tert. *p. q. hi qui.* Leid. qu. *propter quod qui.* Ed. Omn. *p. quia qui.* Id. — *Consuerunt.* Sic Voss. tert. In caeteris et edd. pp. *consueverunt.* Idem. — *Huiusm. in rationib.* Sic ed. Omn. In caeteris MSS. et edd. Med. *in huiusm. r.* Voss. sec. *in eiusm.* Idem. — *Non universa.* Leid. tert. *sed univ.* ed. Med. *n. universali.* Ed. Omn. *n. universalis.* Voss. tert. *n. universa non aequa.* Idem. — *Exten. ratione.* Voss. pr. *oratione.* Idem. — *Item infirma ratio est.* Leid. sec. tert. *vitiosa* : deest *ratio.* Leid. qu. Id. — *Quae vel alii.* Voss. tert. *quae etiam vel al.* Abest

*Mendicus factus esset*) Duisb. *Mendicus fieret.* Id.

*Quae videtur pro ratione*) Erf. et Cauch. *Cum videtur pro ratione afferri.* Graev.

*Sed idem dicit, quod*) Cauch. *Idem quod.* Id.

*Malo est hominibus*) Al. *Malo est omnibus.* Id.

*Subiicit expositionis*) Vulgg. *Subiicit expositioni.* Id.

*Colere consuerunt*) Vulgg. *Colere consueverunt.* Id.

*Habeas enim quibuscum*) Volgg. *Habes enim quibuscum.* Duisb. *Habeas quibus.* Id.

*Huiusmodi in rationibus*) Vulgg. *In huiusmodi rationibus.* Id.

*Non universa neque absoluta*) Sic Erfurt. Cauch. et Cratand. et Grut. edd. sed vulgati: *non universali neque absoluta.* Id.

*Item infirma ratio est*) Doisb. *Item infirma est.* In Erfurtensi haec verba non babentur: *ratione expositio confirmatur. Item infirma.* Id.

sitioni potest accommodari, ut facit Pacuvius, qui eamdem adfert rationem, quare caeca; eamdem, quare bruta fortuna dicatur. In confirmatione rationis, multa et vitanda in nostra, et observanda in adversariorum ratione sunt vitia; propratereaque diligentius consideranda sunt, quod accurata confirmatio rationis totam vehementissime comprobat argumentationem. Vtuntur igitur studiose in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo:

*Iniuria abs te afficior indigna, pater.*
*Nam, si improbum Cresphontem existimaveras,*
*Cur me huic locabas nuptiis? sin est probus,*
*Cur talem invitam invitum cogis linquere?*

*vel* a Med. ed. Idem. — *Eamdem quare bruta etc.* Voss. tert. *quare et br. f. d. eamdem.* Idem. — *In odversnriorum ratione.* Voss. tert. ed. Med. *oratione.* Idem. — *Diligentius considerandn sunt.* Ed. Med. *diligenter* : *sunt* abest ab Voss. O. item Leidd. tribus. Bene. In Leid. qu. *sunt cons.* Idem. — *Confirmatio rationis.* Leid. tert. ed. Omnib. *affirm.* Abest *rationis* a Med. Id. — *Vtuntur i. studiose.* Sic Leid. pr. In caeteris et edd. pp. *studiosi* Ed. Med. *utantur i. studiosi.* Id. — *Cresphontem existimaveras.* MSS. O. et Edd. Omn. *esse Cr.* Tum *existimas* Leid. sec. a m. pr. cum Leid. qu. In caeteris et edd. pp. ut et m. sec. Leid. sec. *existimabis*, vel *extunabas.* Vide mox. Id. — *Huic locabas.* Voss. sec. Leid. pr. sec. qu. et edd. pp. *huius.* Voss. tert. *huic homini.* Id. — *Sin est probus.* Deest verbum Voss. pr. Idem. — *Cogis linquere.*

*Et vitanda in nostra*) Al. *Vitanda in nostra* sine copula. Id.

*Sunt vitia*) *Sunt* non est in Erfurt. Idem.

*Consideranda sunt, quod*) Erfurt. *Consideranda quod.* Id.

*Accurata confirmatio*) Erf. *Accurata affirmatio.* Vulgg. *Accurata obfirmatio.* Id.

*Totam vehementissime comprobat argumentationem*) Erfurt. *Tota vehementissime comprobat argumentatio.* Idem.

*Vtuntur igitur studiose*) Sic legendum, et ita habent duo libri manuscr. vox *studiosi* autem, quae est in vulgatis, inepta est hoc loco. Lamb. Al. *Vtuntur ergo studiosi.* Graev.

*Cur me huic locabas*) Al. *Cur me huius collocabas.* Graev.

*Si improbum Cresphontem existimaveras*) Erfurt. *Si improbum esse Cresphontem existimas.* Sic et Canch. nisi quod in illo *existimuns.* Duisb. *Si indignum Tresphontem existimas.* Multi alii MSS. *existimas*, aut *existimans*; leg. *existimaras*; et sic paullo post ibidem scribendum, ubi etiam Erf. *existimas.* Id.

*Sin est probus*) Erf. *Sive si probus est.* Id.

*Cogis linquere*) Quatuor libri ma-

Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario convertentur, aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario, hoc modo:

*Nulla te indigna, nata, afficio iniuria.*
*Si probus est, bene locavi: sin autem improbus,*
*Divortio te liberabo incommodis.*

Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur, hoc modo:

*Nam si improbum Cresphontem existimaveras,*

Sic Leid. sec. et ed. Med: In caeteris *c. relinquere.* Idem. — *Convertentur, reprehendentur.* Leid. tert. *convertantur, reprehendantur.* Ed. Med. *convertuntur, reprehenduntur.* Id. — *Nata.* Leid. sec. qu. *o. nata.* Id. — *Bene locavi.* In nullo MS. nec ed. pr. est *bene.* Sed in MSS. V et Ed. Omnib. *collocavi.* Lego *te locavi.* Quod in Pith. est *te collocavi*, metro officit. Idem. — *Sin autem improbus.* Voss. tert. Leid. qu. *Sin autem imp. est.* Ed. Omnib. *s. a. est improbus.* Lege *sin est improbus* Idem. — *Divortio.* Voss. sec. *divortiis.* Id. — *Te liberabo incommodis.* Voss. tert. Leid. tert. *liberabo te ab inc.* Leid. qu. *libero te inc.* Idem. — *Diluetur.* Voss. tert. *dividitur.* In caeteris et edd. pp. *diluitur.* Idem. — *Cresphontem existimaveras.* MSS. O. et

unscripti habent *coges relinquere:* quam scripturam si probabimus *S* consonans erit elidenda. Lamb. Lambin. edit. *Invitum cogis relinquere.* Graev.

*Nata afficio iniuria*) Erf. *Nate afficio iniuria.* Cauch. *Nata afficio iniuriae.* Lamb. ed. *O nata afficio iniuria.* Id.

*Si probus est, bene locavi*) Adverbium *bene* in nullo MS. reperi; et puto absurdam esse accessionem. Innuit enim sic locasse et hac conditione, si probus foret, ubi locum non habet ea particula. Itaque unus simpliciter habet *si probus est, locavi.* Sed Mediceus cum altero *si probus est, collocavi*, quod praeferendum puto. Gron. Vulgg. *Si probus est, bene collocavi.* Cauch. Erfurt. ac Medic. notante Gronov. *Si probus est collocavi.* Pith. *Si probus est te collocavi*; omnium optime; in sequentibus *autem* non est in Erfurt. et Cauch. et id recte. Hi vero versus petiti sunt ex Ennii Cresphonte; quam fabulam laudat Nonius in *nitidant* et *sortiunt.* Graev. Cum Mediceo facit Traiect. Burm.

*Sin autem improbus*) Lamb. ed. *Sin est improbus.* Graev.

*Divortio te liberabo incommodis*) Erfurt. *Divortii te libero incommodis.* Lamb. ed. *Devortio te liberabo incommodis*; in Duisb. est etiam *libero.* Id.

*Ex simplici parte reprehendentur*) Erf. *Ex simplici parte reprehendetur.* Idem.

*Alterutra pars diluetur*) Sic Erf. et Lamb. ed. vulgg. *Alterutra pars diluitur.* Id.

*Nam si improbum Cresphontem existimaveras*) Erfurt. *Nam si improbum Cresphontem existimas*; Duisburg. *Si improbum Tresphontem existimaveras.* Id.

*Cur me huic locabas nuptiis? Duxi probum.*
*Erravi: post cognovi, et fugio cognitum.*

Ergo reprehensio huius conclusionis duplex est; acutior illa superior, facilior haec posterior ad excogitandum.

25. Item vitiosa est confirmatio rationis, quum ea re, quae plura significat, abutimur pro certo unius rei signo, hoc modo: necesse est, quoniam pallet, aegrotasse: aut, necesse est peperisse, quoniam sustinet puerum infantem. Nam haec sua sponte certa signa non habent, si non caetera quoque similia concurrant;

edd. pp. *esse Cr. existimabas*, nisi quod in Leid. qu. sit *existimas*, vide supra. Legendum utroque loco opinor: *Nam si Cresphontem existimabas improbum. Existimaras* enim, quod reponi volebat Graevius, admitti nequaquam potest, nisi itidem invertas, ut feci, voces, ne in metri peccetur leges. Id. — *Huic.* Ed. Med. caret. *Huius* Ed. Omn. Idem. — *Et fugio cognitum.* Leid. qu. *effugio.* Voss. pr. Leid. pr. qu. item a m. sec. Leid. sec. *et f. nunc c.* Voss. tert. *et fugito nunc c.* Forsan *duxi probum* etc. est responsio patris ad filiam pro *existimavi probum esse.* Tunc legendum foret: *Erravi: post cognovi: effuge nunc cognitum.* Idem. — *Huiusmodi conclusionis.* Sic MSS. V et ed. Med. *huiuscem. c.* Leid. tert. Vulgo *huius c.* Idem. — *Haec posterior ad excogitandum.* Leid tert. *ista.* Ed. Med. *inferior.* Leid. tert. *cogitandum.* Idem.

25. *Plura significat.* Leid. tert. qu. *plures.* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. Ed. Omn. *plures res.* Bene. Ovd. — *Vnius rei.* Leid. qu. *huius rei.* Id. — *Puerum infantem.* Prima vox exsulat a Leid. qu. Idem.

*Et fugio cognitum*) Pith. et Cratand. ed. *fugio nunc cognitum;* nisi quod in Cratand. legatur copula *et*, ut in vulgatis. Id.

*Reprehensio huius conclusionis*) Erfurt. Cauch. et Lamb. ed. *Reprehensio huiusmodi conclusionis.* Id.

*Acutior illa superior*) Erf. *Auctior illa superior.* Id.

*Facilior haec posterior*) Pith. *Facilior haec inferior.* Id.

*Vitiosa est confirmatio rationis*) Erfurt. *Vitiosa firmatio est rationis.* Graev.

*Quae plures res significat*) Vulgg. *Quae plura significat.* Erfurt. Cauch. et Cratand. ed. *cum ea re, quae plures res significat;* sequentia verba sic in Pith. scribuntur: *abutuntur pro certo huius rei signo;* utrumque non est improbandum. In Duisb. est etiam *huius* pro *unius.* Id.

*Sustinet puerum infantem*) Erfurt. *Sustinet infantem.* Id.

*Haec sua sponte certa signa non habent*) Med. *Haec certa signa non sunt sua sponte.* Mox omnes tres *nonnihil illius modi.* Gron. *Sunt* etiam pro *habent* MS. Traiect. Bvrm.

*Si non caetera quoque similia concurrant*) Erfurt. *Sin in ceteris quoque similia concurrunt.* Graev.

quod si concurrerint, nonnihil huiusmodi signa adaugent suspicionem. Item vitiosum est, quum vel in alium, vel in eum ipsum, qui dicit, id quod in adversarium dicitur, potest convenire, hoc modo:

*Miseri sunt, qui uxores ducunt; at tu duxisti alteram.*

Item vitiosum est id, quod vulgarem habet defensionem, hoc modo: iracundia inductus peccavit, aut adolescentia, aut amore. Huiuscemodi enim deprecationes si probabuntur, impune maxima peccata dilabentur.

— *Quod si concurrerunt, non nihil.* Leid. qu. *quae si non conc. nihil.* Id. — *Huiusmodi signa.* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. tert. cum ed. Mediol. *illius modi.* Verissime. Idem. — *Quum vel in alium.* Voss. pr. sec. Leid. sec. qu. *quod vel i. a.* Ed. Omnib. *quando vel una.* In eadem paullo ante *vitiosa*: deest *vel* ed. Med. Id. — *In eum ipsum.* Vltima vox non est in Voss. tert. Leid. sec. *in eumdem* ed. Omn. Id. — *Id quod i. a. dicitur.* Deest *id* Leid. qu. et ed. Omn. item *dicitur* non exhibetur in Leid. qu. Idem. — *Vitiosum est id.* Pronomine caret Leid. tert. cuncta desunt Leid. qu. qui pro *alteram* praebet *uxorem.* Id. — *Iracundia inductus.* Sic O. nisi quod in Voss. sec. *sit ductus.* Id. — *Huiuscemodi enim dep.* Leid. qu. ed. Omn. *huiusmodi en. d.* Voss. tert. *huius modi d.* Leid. tert. *huius d.* Id. — *Max.*

*Quod si concurrerint*) Cratand. ed. *Quod si concurrerent.* In Erfurt. haec verba non habentur. Id.

*Non nihil huiusmodi signa*) Erf. ut nonnulli alii MSS. *non nihil illiusmodi signa.* Id.

*Quum vel in alium, vel in eum ipsum*) Erf. *Quod vel in alium, et in eum ipsum.* Id.

*Qui dicit, id, quod in adversarium dicitur, potest convenire hoc modo*) Erf. *Qui dicit, quod in adversarium dicit, potest hoc modo convenire.* Duisburg. cum editis consentit, nisi quod *dicitur* in illo non legatur. Id.

*Qui uxores ducunt*) Erfurt. *Si uxores ducunt.* Id.

*At tu duxisti alteram*) Cauch. et Cratand. ed. *At tu induxisti alteram.* Duisb. *At tu duxisti uxorem.* Id.

*Vitiosum est id, quod*) Duisb. *Vitiosum est, quod.* Id.

*Ab iracundia inductus peccavit*) Optime Erfurtensis et Cauchianis *ab iracundia deductus peccavit.* Qui immutarunt, nescierunt *deduci* nonnunquam poni, pro auferri, abduci, seu, ut barbare nunc loquantur, seduci. Cic. XIV ad Fam. Ep. 4: *Nos Brundusii apud M. Lenium Flaccum dies XIII fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute neglexit: neque legis improbissimae poena deductus est, quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret.* In secunda Tusculana: *Quum a Zenone didicisset fortissimus esse, a dolore deductus est.* Sed exempla huius notionis alibi attulimus plura. Id.

*Huiuscemodi deprecationes*) Duisb. *Huiusmodi deprecationes.* Id.

*Impune maxima peccata dilabentur*)

Item vitiosum est, quum id pro certo sumitur, quod inter omnes non constat, quia etiam nunc in controversia est, hoc modo:

*Eho tu, dii, quibus est potestas motus superûm, atque inferûm,*
*Pacem inter se conciliant, conferunt concordiam.*

Nam ita pro suo iure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita

*perc. dilabentur.* Voss. sec. tert. Leid. tert. ed. Med. *in m. p.* Voss. pr. Leid. sec. a m. sec. item qu. et Ed. Omnib. *diluentur* Voss. sec. *delabentur.* Voss. tert. Leid. sec. a m. pr. *dilabuntur*; vel leg. *m. pecc. diluentur*, vel *in m. p. delabentur*, prius malo. Ovd. Cod. Lips. *diluentur*: ita in Medic. invenit quoque Gronov. Sed *impune* melius respondet verbo, quod in textu est. Ern. — *Quod i. o. non constet quia.* MS. nullus agnoscit τὸ *non*, praeterquam Voss. pr. a m. sec. et pro *quia* legunt *quod*, vel ut in Leid. tert. *quoniam*: puto scribendum, *quasi i. o. constet, quod.* Pro *nunc* Leid. qu. *non* et supra in Voss. tert. *id quod pro certo.* Ovd. — *Motus superum.* Leid, qu. *aut motus s.* Ed. Omn. caret voce *motus.* V. lib. I de Inv. cap. 49. Idem. — *Pacem inter se.* Leid. pr. *pacem enim i. s.* Ed. Omn. *i. sese.* Id.

Locus satis incertus, quem sic posteriores constituerunt, quum priores habuissent *impune in maxima.* Hos praepositionem quidem illam omisisse satis credo ex auctoritate codicum veterum. Sed nosse oportet in illis, quum omittitur praepositio, etiam legi *delcantur*, ut vidi in uno, vel *diluentur*, ut est in Med. quum in tertio diserte sit *impune in maxima peccata dilabentur*, quod ego mutandum non opiner, quum tales instar fluvii fundentis se in varia divortia, discessuros dicat in varii generis sed maxima vitia, habentes parata patrocinia. Gron. Erfurt. Cauch. et nonnulli alii MSS., ut et ed. Mediol. *impune maxima peccata diluentur.* Al. *impune maxima peccata diluuntur.* Editi nonnulli, ut Robert. Steph. et Francofurt. *Impune in maxima peccata dilabentur.* Sed Victor. et Caroli Stephani aliaeque vulgatam tuentur. Graev. Vulgata est etiam in MS. Traiect. nisi quod *dilabuntur* pro *dilabentur* in eo legatur. Burm.

*Quum id pro certo sumitur, quod inter omnes non constat*) Erf. *Quod id pro quo sumitur, quod inter omnes constat.* Graev.

*Quia etiam nunc in controversia est, hoc modo*) Erf. *Quod etiam nunc in controversia, hoc modo.* Pith. *Quod etiam nunc in controversia.* Edd. nonnulli *quod etiam nunc controversia hoc modo.* Id.

*Eho tu, dii, quibus est potestas motus*) Erf. *Studii quibus est potest aut motum.* Id.

*Pacem inter se conciliant*) Erf. *Pacem enim inter se conciliant.* Edd. quidam *pacem inter sese conciliant.* Id.

*Pro suo iure hoc exemplo usum*) Erf. et Cauch. *Pro suo iure hoc exemplo utuntur.* Id.

*Cresphontem Ennius*) Erf. et Cauch. *Tresprotum Ennius.* Id.

*Quasi iam satis certis rationibus*)

esse demonstrasset. Item vitiosum est, quod iam quasi sero, atque acto negotio dici videtur, hoc modo: in mentem mihi si venisset, Quirites, non commisissem, ut hunc in locum res veniret; nam hoc, aut hoc fecissem: sed me tum haec ratio fugit. Item vitiosum est, quum id, quod in aperto delicto positum est, tamen aliqua levi tegitur defensione, hoc modo:

*Quum te expetebant omnes, florentissimo*
*Regno reliqui: nunc desertum ab omnibus,*
*Summo periclo sola ut restituam paro.*

— *Ita esse dem.* Leid. sec. Ed. Med. *id ita esse d.* Bene. Id. — *Dici videtur.* Leid. qu. *geri v.* Ed. Omn. *videbitur.* Idem. — *Res veniret.* A m. pr. Leid. qu. et ed. Med. *venisset.* Id. — *Tamen aliqua l.* Leid. qu. *cum al. l.* Idem. — *Expetebant omnes.* Ed. Omn. *expectabant o.* Idem. — *Regno reliqui.* MSS. VI et Ed. Med. *in regno*: ut iungas praecedenti versui. Voss. tert. Leid. qu. *reliqui te.* Idem. — *Desertum ab omnibus.* Leid. pr. modo habet *desertus.* Voss. sec. tert. Leid. sec. tert. qu. Ed. Med. *cum desertus es* vel *es desertus ab omn.* In ed. Omn. *deserto ab o.* Idem. — *Sola ut restituam paro.* Abest prima vox a Leid. qu. In caeteris et edd. pp. *solus*, nisi quod in Leid. sec. sit *solam* suprasc. vel *solus.* Latet quid: ac *s. restitutionem p.* dant Voss. sec. tert. Leid. tert. qu. Conferendae sunt variae lectiones horum versuum in lib. I de Inv. cap. 48. Oud. *Solum ut restituam* unus Gryph. liber B habet. Br.

Erfurt. et Cauch. *Quaesitum satis certas certionibus.* Id.

*Atque acto negotio*) Lamb. ed. *Et peracto negotio.* Id.

*Dici videtur*) Duisb. *Geri videtur.* Idem.

*In mentem mihi si venisset*) Id. *in mente mihi si venisset.* Id.

*Aut hoc fecissem*) Erf. *Aut hoc fecisset.* Id.

*Sed me tum haec ratio fugit*) Erf. *Sed me tam haec ratio fecisse.* Pith. non male; *sed me tum haec ratio fefellit.* Id.

*Tamen aliqua levi tegitur defensione*) Erf. *Tamen aliqua tegitur defensione.* Duisb. *Cum aliqua levi tegitur defensione.* Id.

*Quum te expetebant omnes*) Haec sunt ex Thyeste Ennii: suntque Atrei verba ad Thyesten. Lamb. Meliores scripti *exspectabant*, quod longe verius iudicabat Guilielmius. Grvt. Pith. *Cum te exspectabant.* Graev.

*Nunc desertum ab omnibus*) Pith, *Nunc cum desertus ab omnibus.* Duisb. *Nunc cum desertum res ab omnibus.* Idem.

*Sola ut restituam paro*) Quae est illa *sola?* Pith. exc. *summo periculo solis ut restituam paro.* Erf. *Summo periculo solus ut restituam comparo.* Si non obstaret metri ratio, hanc lectionem aliis longe praeferrem. *Comparo* scilicet quae ad restituendum te requiruntur. Sic saepe simpliciter *comparo* ponitur. Cic. pro Milone: *Paulisper dum se uxor, ut fit, comparat;* ubi nonnulli codices *paulisper dum uxor, ut fit, comparat.* Idem

26. Item vitiosum est, quod in aliam partem, ac dictum sit, potest accipi. Id est huiusmodi, ut, si quis potens ac factiosus in concione dixerit: satius est uti regibus, quam malis legibus; nam et hoc tametsi rei arguendae causa potest sine malitia dici, tamen propter potentiam eius, qui dicit, non dicitur sine atroci suspicione. Item vitiosum est, falsis, aut vulgaribus definitionibus uti. Falsae sunt huiusmodi, si quis dicat iniuriam esse nullam, nisi quae ex pulsatione, aut convicio constet. Vulgares sunt, quae nihilominus in aliam rem transferri possunt: ut si quis dicat, quadruplator, ut breviter describam, capitalis est; est enim improbus,

26. *Ac dictum sit.* Leid. qu. *quam addictum sit.* Voss. tert. *est.* Ovd. — *Vti regibus quam malis legibus.* Leid. tert. *uti malis regibus q. m. l.* Voss. pr. sec. Leid. sec. edd. pp. *uti r. quam uti m. legibus.* Id. — *Nam et hoc.* Deest et Voss. tert. Leid. tert. Id. — *Rei arguendae.* MSS. O. et edd. pp. *r. augendo.* Ovd. *Augendae*, et ratione adductus. et auctoritate duorum veterum Gryph. esemplarium curavi excudendum: alii *arguendae* legunt. Ba. — *Eius qui dicit.* Voss. pr. Leid. qu. *e. q. d. id.* sec. *ei. de quo dicitur id.* Ovd. — *Vulg. definitionibus.* Leid. qu. *v. defensionibus.* Id. — *Huiusmodi, si quis dicat.* MSS. V et Ed. Med. *hui. ut si q. dicat.* Id. — *Pulsatione.* Leid. pr. Voss. sec. *pulsione* Idem. — *Vt breviter describam.* Voss. pr. Leid. pr. sec. *u. b. scribam.* Voss. tert. pro Plancio: *Habere coepit subito*, (scilicet comitia) *praeter opinionem omnium, ut ne si cogitasset quidem quispiam largiri, daret spatium comparandi.* Id.

*Quod in aliam partem*) Erf. *Quod aliquam in partem.* Lamb. et al. edd. *quod aliam in partem.* Id.

*Ac dictum sit*) Duisb. *Quam sit addictum.* Id.

*Si quis potens ac factiosus in concione dixerit*) Erf. *Si quis dixerit.* Id.

*Satius est uti regibus*) Hoc malo, quam Lambinianum *bonis regibus*; sic enim nulli MSS. nostri, solum aliqui *malis regibus.* Grvt. Lamb. ed. *Satius est uti bonis regibus.* Graev.

*Tametsi rei arguendae*) Sic restitui, libros veteres secutus, quum vulgati omnes, quos vidi, haberent *rei augendae.* Lamb. Libri fere calamo exarati *augendae*, placuitque Lambino; nam Guilielmius rescribi voluit *agendae.* Grvt. Lamb. ed. *Nam et hoc tametsi.* Graev.

*Propter potentiam eius qui dicit*) Erf. *Propter potentiam eius quod id.* Idem.

*Falsis aut vulgaribus*) Al. *Falsis ac vulgaribus.* Id.

*Vulgaribus definitionibus*) Erfurt. *Vulgaribus defensionibus.* Id.

*Si quis dicat*) Erfurt. *Si qui dicat.* Idem.

*Vt breviter describam, capitalis est. Est enim etc.* Scripti omnes *ut breviter scribam.* Gron. Erf. *Vt breviter scribam capitalis. Est enim etc.* *Scri*

et pestifer civis. Nam nihilo magis quadruplatoris, quam furis, quam sicarii, aut proditoris attulit definitionem. Item vitiosum est pro argumento sumere, quod in disquisitione positum est: ut si quis, quem furti arguat, dicat, eum esse hominem improbum, avarum, fraudulentum; ei rei testimonium esse, quod sibi furtum fecerit. Item vitiosum est, controversiam controversia dissolvere, hoc modo: non convenit, censores, istum vobis satisfacere ex eo, quod ait, se non potuisse adesse, ita ut iuratus fuerat; quod si ad exercitum non venisset, idne tribuno militum diceret? Hoc ideo vitiosum est, quia non expedita, aut iudicata res, sed impedita, et in simili controversia posita, exempli loco perfertur. Item vitiosum est, quum id, de quo summa

Leid. qu. *u. b. dicam.* Id. — *Nihilo magis.* Leid. qu. *nihilominus.* Id. — *Furti quem arguat.* Sic Leid. tert. et ed. Omo. vulg. *q. f.* Id. — *Dicat eum.* Voss. pr. *et ita d. eum.* Leid. pr. *et indicat eum.* Ed. Med. *et dicat, e.* Leid. sec. *dicat ita, e.* Id. — *Dissolvere.* Voss. tert. *solvere.* Id. — *Ex eo.* Desunt Voss. tert. Leid. tert. Id. — *Iur. fuerat.* Leid. qu. i. *fuerit,* Id. — *Quod si* etc. *idne.* Leid. tert. *quia si* etc. *num idem.* Leid. qu. *quid si.* Ab ed. Omnib. abest *ne.* Oud. *Quod si ad exercitum. Quid si,* ex Gryph. lib. duobus B C edi iussimus; quae etiam lectio probatur Lambino. Br. — *Iudicata res.* Voss. tert. *i. est res.* Edd. pp. *i. res est.* Oud. — *Exempli l. profertur.* Sic edatur oportet auctoritate MSS. O.

*bam* est etiam in Pith. et multis aliis libris. Sed Duisb. *Vt breviter dicam capitalis est. Est enim*; etiam codices quos inspexit Gronovius *ut breviter scribam*. Graev.

*Nam nihilo magis quadruplatoris*) Duisb. *Nam nihilo minus quadruplatoris.* Id.

*Si quis quem furti*) Erf. *Si qui quem furti.* Id.

*Arguat, dicat, eum*) Erf. *Arguat et ita dicat.* Id.

*Ei rei testimonium esse*) Lamb. ed. *Ei rei testimonium esse.* Id.

*Non convenit censores*) Duisb. *Num quid convenit censorem.* Id.

*Satisfacere ex eo quod ait*) Erf. *Satisfacere quod ait.* Id.

*Ita ut iuratus fuerat*) Erfurt. et Duisb. *Ita ut iuratus fuerit.* Id.

*Quod si ad exercitum non venisset id ne tribuno*) Erf. Duisb. et Lamb. ed. *Quid si ad exercitum non venisset, de omni tribuno.* In Cauch. est *etiam de omni.* In Pith. *tm id tribuno.* Id.

*Et in simili controversia*) In Pith. *est in simili controversia.* Id.

*Exempli loco perfertur*) Et quidni *profertur?* quod est in editis prioribus et utique tribus nostris MSS. Grut. Grut ed. *exempli loco perfertur*, procul dubio vitio typographorum. Graev.

controversia est, parum expeditur, et quasi transactum sit, relinquitur, hoc modo:

*Aperte fatur dictio, si intelligas,*
*Tali dari arma, qualis qui gessit, fuit,*
*Iubet, potiri si studeamus Pergamo:*
*Quae ego profiteor esse mea, me aequum est frui*

et edd. pp. vulgo. *perfertur*. Id. — *Dari arma*. Subiiciunt *a me*. Leid. pr. sec. *inbet*. Voss. pr. Leid. qu. mox id verbum omittentes. In ed. Omn. *si intelligam t. dare a.* Id. — *Qui gessit, fuit.* Voss. pr. Leid. tert. *ille qui g. f.* Voss. tert. *fuit ille, qui g.* Id. — *Pergamo*. Ed. Med. *Pergama*. Id. — *Me aequum est frui.* Voss. pr. sec. Leid. qu. *Est enim aequum me f.* Leid. pr. sec. edd. pp. *me enim est aequum f.* Voss. tert. *me id est aequum f.* Leid. tert. *me est aeq. f.* In Graevii emendatione semel abundat *me*. Legendum: *quem ego profiteor esse. Me, me ae-*

*Transactum sit, relinquitur*) Erf. *transactum relinquitur*. Id.

*Aperte fatur dictio*) Male a quibusdam *Pythius* hoc loco pro *dictio* emendatum fuit: posita enim est vox *dictio* pro responso Apollinis et oraculo. Liv. lib. VIII: *Data erat dictio ab urbe* etc. Fvlv. Vrsin. *Dictio*, id est oraculum; sic est autem legendum, itaque habent omnes libri et manuscr. et vulgati. Nam quod in priore editione *Pythius* operae excuderunt, hinc natum est. Ego e regione vocis *dictio*, cuiusdam amici mei coniecturam adnotaram, qui putabat legendum *Pythius*; quod quum postea reiecissem, neque funditus delevissem, operae hoc incertum pro illo certo impresserunt. Praeterea hoc admonendus est lector, (quod Errico Memmio viro ornatissimo et clarissimo nuper in mentem venit) *Apertae* hoc loco cum diphthongo scribendum esse in postrema syllaba, et maiuscula litera in prima, ut per *Apertam* Apollinem intelligamus, non *aperte* quasi sit adverbium. Sic enim Festus: *Apellinem antiqui dicebant pro Apolline. Aperta item Apollo dicebatur, quia patente cortina responsa ab eo dabantur.* Itaque *Apertae dictio*, id est Apollinis oraculum, vel hoc totum *Apertae dictio*, periphrasticῶς, id est, Apollo vaticinans, qualia sunt illa *sententia dia Catonis*, apud Horat. et *Democriti quod sancta viri sententia ponit*, apud Lucret. Lamb. Ingeniose quidem Memmius *Apertae*, id est *Apollinis*; sed quia in nullis libris ita legi video, recipere dubitavi. Grvt. Edd. Lamb. *Apertae fatur dictio*. Graev.

*Tali dari arma, qualis qui gessit, fuit*) Erf. *Tali fuit*. Pith. *Tali dari arma iubet, qualis ille qui gessit fuit.* Idem.

*Esse mea, me aequum est frui*) Sic, quantum scio, primus dedit Gruterus, ante quem legebatur *nam me*: quod quum non testetur ex MSS. se fecisse, colligo metri causa id illi placuisse. Sed quum in versu hoc queant supponi tot elisiones, tot syllabarum contractiones, ut fere captari studiose videantur ab auctore, omnino aequissimum reor ab ipsis scriptis non discedere, in quorum tribus apud me video *esse mea; me enim aequum est frui*. Gron. Locus in mendo cubat in omnibus editionibus. Pulcher,

*Fraternis armis, mihique adiudicarier.*
*Vel quod propinquus, vel quod virtutis aemulus.*

Item vitiosum est, ipsum sibi in sua oratione dissentire, et contra ea, quae ante dixerit, dicere, hoc modo:

*Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere.*

*quum est frui.* In Voss. tert. *confiteor.* Id. — *Propinquus.* Voss. sec. pr. *sun.* Id. — *Virtutis aemulus.* Voss. sec. et Leid. pr. a m. pr. *virtute aemulus.* Voss. tert. Leid. tert. *eius virt. aem. sum*: qu. *virtutum ego sum aemulus.* Adduut *sum* etiam Voss. pr. Leid. pr. sec. inepte. Omnino legendum: *Vel quod propinquus vel quod virtute aem.* aut *virtutum aemulus.* Id. — *Quare accusem hunc.* MSS. O. et edd. pp. *qua causa ac. h.* V. Gron. Ovd. Ita legit Lamb. Bvrt. — *Neque exputando*

rime restituitur ex praestantissimo illo Erfurtensi, in quo sic scribitur: *Quem ego me profiteor esse.* Non profitebatur arma sua esse, de quibus disceptabatur, sed profitebatur, se talem esse, qualis fuerit, qui gessisset arma, ideoque ex responso Apollinis sibi ea deberi; pro sequentibus: *Me aequum est frui*, Duisb. *Me aequum est enim frui.* Al. *Nam me aequum est frui.* Sed nec *nam* nec *enim* habetur in Erfurt. introsum est, quia in praecedentibus *me* degenerarat in *mea.* Totus versus sic scribendus esse videtur: *Quem ego profiteor esse me. Me, me aequum est frui: Fraternis armis.* Graev. Codd. MSS. Gronovii consentit MS. Traiect. Bvrm.

*Fraternis armis* ) Auratus legendum censet *Paternis armis*, quia ibi loquatur Neoptolemus Achillis filius, armaque paterna poscat, et sua esse dicat. Lamb. Non variant nostri, ideoque admittere non ausus sum Aurati coniecturam *Paternis*; potuit enim illa heic petere Aiax Telamonius, Achilli patruelis. Grvt. Erf. *Fraternis mihi quae adiudicarier.* Graev.

*Vel quod propinquus, vel* ) Pith. *Vel quod propinquus eius sum, vel.* Id.

*Virtutis aemulus* ) Edd. *Virtute aemulus.* Erf. *Virtute vemulus.* Duisb. *Virtutum ego sum aemulus.* Id.

*Item vitiosum est* ) Erf. *Item et vitiosum est.* Id.

*Contra ea, quae ante dixerit* ) Bene Erf. *Contra atque ante dixerit*, pro *contra quam ante dixerit.* Id.

*Quare accusem hunc, nequeo exputando evolvere* ) Ego ex Pacuvii haec esse puto in Armorum iudicio; huius autem versus restitutio debetur partim Aurato, partim libris manuscriptis. Nam quod ita reposuerim *Quare accusem hunc*, in eo Aurato assensus sum, reiecta vulgata scriptura *Qua causa* etc. Quod autem *exputando*, pro *exponendo*, excudendum curavi, trium codicum manuscriptorum auctoritatem secutus sum: quibuscum et nonnulli vulgati congruunt. Mihi tamen non displicet cuiusdam doctissimi viri coniectura, cui potius ita legendum videtur: *Quare hunc accusem, nequeo putando evolvere.* Lamb. Sic quoque Lambinus et inde Gruterus, quum priores editi simul et MSS. *qua causa*; id quod detrectaverunt retinere, quia tunc syllaba una videretur superfutura, inani sane praetextu, quum et illud *Qua* potuerit fuisse finis versus praecedentis, ut hic versus ab *causa* incipiat, vel magna possit esse elisio in verbo *nequeo.* Sed hic rursum turbae, quum id verbum in nullo sic exstet MS., et tota haec

*Nam si veretur, quid eum accusem, qui est probus?*
*Sin inverecundum animi ingenium possidet,*
*Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet?*

Non incommoda ratione videtur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid quod postea ait?

*Nunc ego te ab summo iam detexam exordio.*

27. Item vitiosum est, quod dicitur contra iudicis voluntatem, aut eorum, qui audiunt, si aut partes, quibus illi student, aut homines, quos illi caros habent, laedantur, aut aliquo huiusmodi vitio laedatur auditoris voluntas. Item vitiosum est, non omnes res confirmare, quas pollicitus sis in expositione. Item veren-

*evolvere.* Voss. pr. Leid. sec. tert. ed. Med. *tum id exp. ev.* sec. ed. Omn. *tum id disp.* quod suprasc. est in primo: tert. *cum id exponendo ev.* Leid. pr. *tum ex disputanda id ev.* Leid. qu. *nequeo id mecum exp. ev.* verbum *nequeo* superscriptum est in Voss. pr. post *exputando.* Gronovii coniectura *timeo* non displicet. Oud. — *Qui est probus.* Leid. qu. *si est pr.* Id. — *Si inverecundum animi ingenium possidet.* Voss. tert. *cum si verecundum possidebant ingenium.* Id. — *Existimet.* Ed. Med. *aestimet.* V. lib. I de Inv., c. 45. Id. — *Quid quod postea ait.* MSS. O. Ed. Med. *quid postea? quid ait.* Optime. Id.

27. *Huiusmodi vitio laedatur.* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. *eiusmodi.*

copia consentit in *tum id*, vel *tamen id* contracte ita scriptum *tn id.* Vnde ego non dubito, quin scripserit poëta *timeo exputando evolvere*, quod usurpaverit pro nolo ac detrecto, ut apud Livium occurrit verbum *metuo* de quo Pater in notis ad lib. XXXII, 31. Gron. Lambin. et Gruter. Edd. *Qua re accusem hunc;* aliae Edd. *qua causa accusem hunc.* Erfurt. et Pith. *Qua causa accusem hunc tum id exponendo evolvere;* unde coniicit Gronovius: *metuo exputando evolvere*, pro nolo exputando evolvere. Edd. pleraeque: *nequeo expendendo evolvere.* Cratand. margo: *nequeo disputando evolvere.* Graev. MS. Traiect. *Tum id disputando evolvere nequeam.* Burm.

*Quid eum accusem, qui est probus?*) Erfurt. *Quid eum accuses qui est probus?* Duisb. *si est*, pro *sin inverecundum.* Erf. *sin verecundum.* Graev.

*Quid eum accusem, qui id parvi auditu existimet*) Melius Erfurt. *quid eum accuses:* sicut et statim eodem modo post in eodem codice scribitur: *quid parvi auditum existimet;* leg. *qui id parvi auditum existimet:* qui id auditum existimet parvi. Nam *auditu* unde pendeat non video. Id.

*Quid quod postea ait*) Rectius hic quoque Erfurtensis: *postea quid ait?* nec invenuste margo Cratandri: *Quid postea? quid ait?* Huius scripturae vestigia sunt in Duisb. *Quid quod postea quid ait?* Graev.

*Aut aliquo huiusmodi vitio laedatur*) Erf. *aut aliquo eiusmodi vitio laedetur*, Idem.

*Non omnes res confirmare*) Cra-

dum est, ne de alia re dicatur, quum alia de re controversia sit, inque huiusmodi vitio considerandum est, ne aut ad rem addatur quid, aut quidpiam de re detrahatur; aut tota causa mutata in aliam causam derivetur. Vti apud Pacuvium Zethus cum Amphione, quorum controversia quum de musica inducta sit, disputatio in sapientiae rationem, et virtutis utilitatem consumitur. Item considerandum est, ne aliud accusatoris criminatio contineat, aliud defensoris ratio purget: quod saepe consulto multi ab reo faciunt, angustiis causae coacti. Vti, si quis quum accusetur ambitu magistratum petisse, ab imperatoribus saepenumero se apud exercitum donatum esse dicat. Hoc si diligenter in adver-

Tum tres priores cum Leid. qu. et ed. Med. *laeditur*. Oud. — *Inque huiusmodi vitio considerandum est.* Leid. tert. *idque in.* Tum MSS. o. *eiusmodi.* Abest verbum a Voss. pr. Id. — *Addatur quid.* Voss. tert. Leid. sec. Ed. Med. *ad. quiddam.* Leid. qo. *add. aliquid.* Id. — *Mutata in aliam causam.* Prima at ultima vox desideratur in Leid. tert. *causam* etiam exsulat ab Ed. Omnib. Id. — *Inducta sit.* Sic solus Leid. qu. cum Ed. Omnib. In caeteris *inducta est.* Ed. Med. *indicta est.* Id. — *Item considerandum est.* Verbum non legas in Voss. tert. Leid. qu. Id. —' *Defensoris ratio purget.* Ita Leid. sec. In reliquis MSS. et edd. pp. *purgatio p.* Id. — *Consulto multi ab reo.* Ed. Omn. *multo* Voss. tert. *cons. m. in causa accusati ab reo.* Id. — *Vti si quis quum accusetur.* Deest *si* a MSS. VI et edd. pp. In Voss. tert. *ut si quis accusetur*; non male. Id. — *Se apud exercitum.* Leid. tert. *sese.* Id. —

tandri margo *non omnes partes confirmare*, non male. Id.

*Inque huiusmodi vitio*) Erf. *Inque eiusmodi vitio.* Id.

*Addatur quid aut quidpiam de re detrahatur*) Erf. *Addatur quidam aut de re detrahatur.* Id.

*Aut tota causa mutata in aliam*) Edd. Cratand. et al. *aut tota causa in aliam.* Id.

*Controversia quum de Musica inducta sit*) Erf. *Controversia de Musica inducta est.* Id.

*Et virtutis utilitatem consumitur*) Legendum forlasse est *consummatur*, id est κεφαλαιοῦται, συντελειοῦται. Sic in margine Lambinus. Id.

*Considerandum est, ne*) Erf. *Considerandum, ne.* Id.

*Criminatio contineat*) Erf. *Criminatio continere.* Id.

*Defensoris ratio purget*) Pith. *Defensoris purgatio purget.* Id.

*Vti si quis quum accusetur*) Erfurt. et Cratand. ed. *Vti quis cum accusetur*; dein uterque *petisse* pro vulgato *petiisse.* Id.

*Se apud exercitum donatum esse dicat*) Erf. *Apud exercitum donatum esse*, sine *se* et *dicat.* Id.

*Hoc si diligenter in adversariorum oratione*) Lamb. ed. *Hoc in adversariorum oratione si diligenter.* Id.

sariorum oratione observaverimus, saepe deprehendemus, et in huiusmodi deprehensione ostendemus, eos de ea re quid dicant, non habere. Item vitiosum est, artem aut scientiam aut studium quodpiam vituperare propter eorum vitia, qui in eo studio sunt: veluti, qui rhetoricam vituperant, propter alicuius oratoris vituperandam vitam. Item vitiosum est, ex eo, quod perperam factum esse constat, putare ostendi, a quo homine factum est, hoc modo: Mortuum deformatum, tumore praeditum, decoloratum fuisse constat: ergo veneno necatus est. Deinde, si sit usque in eo occupatus

*Et in huiusmodi deprehensione ostendemus.* Exsulant haec a Leid. pr. tert. In MSS. III et ed. Omn. *eiusm.* Voss. tert. *repreh.* Id. — *Quid dicant.* Ita Leid. tert. cum edd. pp. Sed caeteri praebent *quod dicant.* Id. — *Aut studium quodpiam.* Leid. qu. *aut quidpiam.* Ed. Med. *st. quidpiam.* Id. — *Factum esse constat.* MSS. VI, *constet.* Id. — *A quo homine f. est.* Leid. sec. *a certo h.* suprascr. *a quo.* Ed. Med. *f. sit.* Id. — *Tumore praeditum, coloratum.* MSS. VI et edd. pp. *t. p. corpore decoloratum.* Leid. tert. *t. praeditum, decoloratum.* Quod certe compositum non fuerat mutandum, lib. II, c. 5: *si tumore et livore* decoloratum *est corpus mortui, significat eum veneno necatum.* Id. — *Ergo ven. necatus est.* Leid. qu. *constat ergo ven. necatum.* Ed. Omn. *constat ergo necatum esse ven.* Leid. tert. *ergo ven. necatum,* Id. — *Vsque in eo.* Voss. pr. Leid. qu.

*Et in huiusmodi deprehensione ostendemus* ) Haec omnia absunt ab Erfurtensi et Cauchiano, et poterunt abesse, credoque a magistro quodam esse inculcata. Nam si quis orator haec in adversarii oratione deprehendat, sine ullo monitu et praecepto hoc ostendet: in sequentibus *eos* in Duisb. non habetur. Id.

*De ea re quid dicant* ) Erf. *De ea re quod dicant.* Id.

*Artem aut scientiam* ) Pith. *Artem aut sententiam.* Id.

*Aut studium quodpiam vituperare* ) Duisb. *Aut quidpiam vituperare.* Id.

*Qui in eo studio sunt* ) Erf. *Qui in eo studiosi sunt.* Id.

*Quod perperam factum esse constat, putare ostendi a quo homine factum est; hoc modo* ) Erf. *qui perperam factum constat esse, putari ostendi accepto omine factum esse hoc modo.* Id.

*Tumore praeditum, corpore decoloratum* ) Vox *corpore* abest a duobus MSS. et meo quidem iudicio delenda est. Lamb. Sic Bruil. sic Pal. quart. ac sextus. Antea cusi *praeditum corpore decoloratum*, quod *corpore* aberat item aliquot Lambinianis. Grvt. MSS. et edd. multae *Tumore praeditum, corpore decoloratum:* consentit Erfurtensis; in aliis *tumore praeditum, coloratum.* Graev. *Coloratum* Burm. Schützii lectionem, *decoloratum*, magis arridet, in textumque recepi. Ed. Tavr.

*Ergo veneno necatus est* ) Cauch. *ergo veneno necatum esse.* Margo Cratand. *ergo constat veneno necatum.* Id.

*Si sit usque in eo occupatus* ) Ita libri nostri antiquiores, sine illo *adeo*,

(ut multi faciunt) venenum datum, vitio non mediocri conflictetur. Non enim factumne sit, quaeritur, sed a quo factum sit.

28. Item vitiosum est, in comparandis rebus alteram rem efferre, de altera re mentionem non facere, aut negligentius disputare: ut si comparetur, utrum satius sit populum frumentum accipere, an non? quae commoda sint in altera re, curet enumerare; quae in al-

*in eo usque adeo.* Voss. sec. tert. Leid. sec. edd. pp. *usque adeo in eo.* Id. Nempe totum hunc locum ita constituit Lambinus: *Deinde, si sit usque in eo occupatus (quod multi faciunt) ut venenum datum esse contendat: vitio non mediocriter conflictetur.* In aliis legebatur *usque adeo.* Merito reiectum est illud *adeo* a viris doctiss. quum *usque* hic ponatur pro *semper*, sive *utplurimum.* Verb.

28. *Alteram rem afferre.* *Efferre* alii habent. Ald. Victor. Leonic. Gryph. C, *effundere*, eiusdem, B ut videtur, pro, disserere et disputare effusius, atque latius. Lamb. *afferre.* Br. — *De altera re.* Sic vel *de re altera* MSS. O. et edd. pp. Ovd. — *Vt si comparetur.* Voss. tert. *ut si cum comp.* Ed. Omn. *ut compararetur.* Id. — *Frum. accipere, an non.* Ita Leid. tert. In caeteris et edd. pp. *an non accipere.* Voss. pr. *aut.* Id. — *Quae commoda sint* etc. *Quae incommoda sint et quam*, in duobus Gryp. B C habetur; pro quo ego *quae incommoda sint et quanta* lego. Br. — *Curet enumerare.* Ed. Med. *curet enarrare* e Glossa; sive stu-

quod recte abiecit Lambinus, sed perperam alia illa sua inculcavit, non requirente sententia, aut iuvantibus libris. Grvt. Edd. multae *si sit usque adeo in eo occupatus.* Erfurt. non agnoscit *adeo.* Graev.

*Vsque adeo in eo*) Fortasse legendum *usque in eo*, deleta particula *adeo.* Proximo versu autem, inf. *quod multi faciunt*, habent libri veteres duo: pro quo vulg. *ut multi faciunt.* Lamb.

*Vt multi faciunt*) Lamb. ed. *quod multi faciunt.* Graev.

*Alteram rem efferre*) Lamb. ed. *alteram rem afferre.* Graev.

*De altera mentionem non facere*) Erf. Cauch. et Cratandri editio *de re altera mentionem non facere.* Duisb. *de altera re mentionem, non facere.* Cur hanc voculam omiserint caeteri editores, causa nulla est. Id.

*Vt si comparetur*) Erf. *Vt si cum comparetur.* Id.

*An non? quae commoda*) Duisb. Cauch. Cratand. et aliae edd. *An non accipere, quae commoda.* Id.

*Quae commoda sint in altera re, curet enumerare*) Quid est *curet enumerare?* per quem orator curat enumerare? an non ipse enumerat? Erf. *quae commoda sint in altera se vera curet enumerare.* Cauch. *quae commoda sint in alteram re vera curet enumeret.* Cratand. ed. *quae commoda sint in altera re vitet vel curet enumerare.* Puncta subiecta notant vocem esse delendam. Auctor scripsit *quae commoda sint in altera re vera, curet et enumeret.* Curet commoda vera, de iis cogitet, ac enumeret. Id.

*Quae in altera re incommoda sint velut depressa praetereat*) Haec *velut*

tera incommoda sint, velut depressa praetereat, aut ea, quae minima sunt, dicat. Item vitiosum est, in rebus comparandis necesse putare alteram rem vituperari, quum alteram laudes. Quod genus, si quaeratur, utris maior honor habendus sit, Albensibus, an Venu-

diose et dedita opera enumeret. Frustra Graevius haec sollicitavit. Ad Burm. ad Rutil. Itin. I, 429. *Currere euramus velis.* Ovd. — *Velut depressa.* Voss. tert. *veluti*, Leid. qu. *v. deprehensa.* Id. — *N. putare alt. r. vituperari.* MSS. O. et ed. Med. *n. putari.* Abest id verbum ab ed. Omnib. contra *vituperare* dant MSS. V vetustiores. Id. — *Quod genus.* Voss. tert. *q. g. est.* Id. — *An Venusinis.* Voss. pr. sec. Leid. pr.

*depressa* mihi dudum fuerunt suspecta. Erfurt. *quae in altera incommoda sint et quam velint depressa praetereat.* Puto veram scripturam fuisse *quae in altera re incommoda sint, et quae velint depressa praetereat: depressa* hic est suppressa. Id.

*Aut ea quae minima sunt*) Erf. *Aut ea quae minima sit.* Id.

*Necesse putare alteram rem*) Erf. Cauch. meus, et Cratand. ed. *Necesse putari alteram rem.* Id.

*Quod genus est, utris*) Cauch. *Quod genus, utris.* Id.

*Vtris maior honor*) Erf. *Vtrius maior honor.* Id.

*Albensibus an Venusinis*) *Veientanis* restitui, quum in libris fere omnibus legatur *Vegentinis*, plane mendose. Iam paullo post, ubi vulgo legitur *populo romano profuerunt*, libri MSS. habent *populo romano praesidio fuerunt.* Lamb. Pal. pr. *Vesetinis*, sec. *Vecetinis an Penensibus, quod* etc. quart. *Venussinis an Pennensibus, quod* etc. uti et videtur fuisse a manu prima in sexto, quintus enim *Veientinis an Pennensibus:* et vero *Pennenses* hos agnoscit Bruilerianum quoque exemplar, et videtur postliminio inserendum hisce nostris libris; nam ponuntur iidem a Plinio sub Regione IV Italiae, sed ibidem scribitur *Pinnenses.* Grvt. Exemplum hoc satis obscurum videtur illustrari ex Diodori lib. XXXVII inter Peiresciana: Οτι οἱ Ποιννῆται δειναῖς συνείχοντο συμφοραῖς, ἀμετάπιστον δὲ ἔχοντες τὴν πρὸς Ρωμαίους συμμαχίαν, ἠναγκάζοντο κατεξανίστασθαι τῶν περὶ τῆς ψυχῆς παθῶν, καὶ περιορᾷν τὰ τέκνα στερισκόμενα τοῦ ζῆν ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν γεγεννηκότων. *Quod Pinnetae duris adstricti calamitatibus tenebantur. Sed initum cum Romanis foedus sanctissime custodientes cogebantur animi motibus constanter obsistere, et circumspectare liberos in ipsis parentum oculis vita orbari.* Caeterum quod in sequentibus dicitur, videtur corruptum, nec placuit Latinis *reipublicae et populo romano*, sed *reipublicae populi romani*, quod ortum fuit ex compendio notarum in scribendo. Gron. Erf. *Albensibus an Vestinis Pennensibus.* Cauch. *Albensibus an Vestinis an Pennensibus.* Pith. *Albinis an Numantanis an Pennensibus.* Duisb. *Albensibus an Vegientinis*, meus *Albensibus an Vegentinis.* In margine al. *Venusinis. Pennensibus* ergo in tribus iisque optimis, Erfurt. Cauch. Pithoei. Videntur iidem esse, quos Diod. Sic. lib. XXXVII in Peirescianis Excerptis p. 398 *Pinnetas* vocat, quem locum

sinis, quod reipublicae populi Romani profuerunt, is, qui dicat, alteros laedat: non enim necesse est, si alteros praeponas, alteros vituperare. Fieri enim potest, ut, quum alteros magis laudaris, aliquam alteris laudis partem adtribuas, ne cupide pugnasse contra verita-

sec. tert. ed. Omn. *an Vegentinis*: qu. *Vegientinis*. Voss. tert. *Venusanis*. Sed addit ille *an peanensibus*: sec. *an penensibus*. V. Comm. Oud. *An Veientibus* Ald. Victor. *an Vestinis*, *Petinensibus* Gryph. B, *an Vestinis Pennensibus* Gryph. C, pessime omnium. Nonnulli habent excusi *Vegentinis*; *Veientanis* Lambinus emendat. Plin. quidem lib. III, 12, *Vestinorum* alios *Angulanos*, alios *Pinnenses*, alios *Peltrinates*, facit, atque in quarta regione Italiae constituit, in qua pariter *Albenses* ad Fucinum lacum recenset. Ita quantum ad hunc locum pertineat, videtur id ob eam causam dictum, quod quum inter duodecim colonias, quae bello Punico secundo militiam detrectaverant, *Alba*, unde aeque et *Albani* et *Albenses* dicuntur, enumeretur, in his *Vestinorum* nulla mentio sit. Quorum tamen, ut fatear, quod meritum adeo insigne in rempub. fuerit, ut Albensibus de populo Romano male meritis opponi debuerint, neque scio, neque divinare facile cuiquam puto. Quum autem ea vis huius praeceptionis sit, ut quum controversia sit instituta, utri maior honos sit habendus, ne honestandi alterius causa de altero, etiam quum facultas sit idipsum agendi, quidquam dicere cum contumelia necesse habeamus; locus videtur postulare, ut in horum alteris sit, quod minus recte commemorari possit: quibus obiici quidquam, cuius rei praesertim sit memoria oblitterata, immane ac barbarum est. Br. — *Reip. populi Romani profuerunt*. MSS. O. et edd. pp. *reip. et po. R.* perperam. Sed in iisdem praeter Leid. qu. et in ed. Med. *profuerint*. Recte. Oud. — *Is qui dicat, alteros laedat*. Sic etiam MSS. O. et edd. pp. nisi quod omnes addant *et is*, temere eiectum a Graevio. Oud. *Qui dicit ab alteris*. Praepositionem addidimus, quam habet Vrsini liber vetus. Lall. — *Alteros vituperare*. Voss. pr. *alt. vituperes*. Oud. — *Vt cum alt. laud.* Deest *ut* Leid. qu. Id. — *Attribuas*. Id. *tribuas*. Id. — *Cupide pugnasse*. Edit. Gronovius ad hunc illustrandum produxit. Dein Erfurtensis, ut legendum coniecerat Gronov. omissa copula scribit *quod reipub. pop. rom. profuerint*, ut et Cod. Cauchii, in quo, *quod reip. pop. rom. profuerint*. Edd. et MSS. multi *quod reip. et populo romano profuerunt*. Graev. *In* pro *et* est in MS. Traiect. Burm.

*Qui dicat alteris habendum*) Sic scriptum reperi in uno cod. MS. Sed, ut ingenue fatear, videbatur alia manu adscriptum. Omnino potest abesse *habendum*, et facile subintelligi, et repeti ἀπὸ κοινοῦ. Lamb. *Et is qui dicat ab alteris alteros laedat*, legitur in MS. quum in aliis desit particula *ab*, omissa, ut videtur, a librariis. F. Vrs. MSS. et edd. pleraeque, *et is, qui dicit alteris alteros laedat*. Lamb. ed. *is qui dicat alteris habendum*. Ego fide Erfurtensis, Cauchiani, et Duisburgensis delevi copulam *et*, quae hic plane insulsa, et vocem *alteris* et pro *dicit* rescripsi *dicat*, et sic plane etiam Cratandri editio, *qui dicat alteros laedat*. Quid est *dicere alteris?* Graev.

*Fieri enim potest*) Erf. *Fieri potest*. Idem.

*Vt quum alteros magis laudaris*) Erf. *Vt alteros magis laudaris*. Id.

*Alteris laudis partem tribuas*) Erf. *Alteris partem laudis tribuas*. Id.

tem puteris. Item vitiosum est, de nomine et vocabulo eius rei controversiam struere, quam rem consuetudo potest optime iudicare. Velut Sulpicius, qui intercesserat, ne exules, quibus causam dicere non licuisset, reducerentur, idem posterius immutata voluntate, quum eamdem legem ferret, aliam sese ferre dicebat propter nominum commutationem: nam non exules, sed vi eiectos se reducere aiebat; perinde quasi id fuisset in controversia, quo illi nomine adpellarentur a populo Romano, aut perinde quasi non omnes, quibus aqua et igni interdictum est, exules adpellentur. Verum illi fortasse ignoscimus, si cum causa fecit: nos tamen intelligamus, vitiosum esse intendere controversiam propter nominum mutationem.

29. Quoniam exornatio constat ex similibus, et

Omnib. *cupidius p.* Bene, sic MSS. Id. — *De nomine et vocabulo eius rei.* Voss. tert. *de proprio nomine.* Voss. sec. *et de voc.* Tum *eius* exsulat ab ed. Omnib. *eius rei* a MSS. Voss. et Leid. sec. Id. — *Contr. struere.* Voss. pr. Leid. pr. *c. statuere.* Id. — *Quam rem c. p. o. iudicare.* Abest vox secunda a Voss. pr. tert. Leid. sec. *diiudicare.* Leid. qu. Id. — *Idem posterius.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Mediol. *sed idem.* Leid. qu. *postremo.* Id. — *Sese ferre.* Leid. tert. ed. Mediol. *se ferre.* Id. — *Perinde quasi.* MSS. O. si excipias Leid. qu., bis cum edd. pp. *proinde quasi:* nisi quod ultimo loco *aut proinde* absint ab Omn. Ed. Id. — *P. nominum mutationem.* Leid. qu. et ed. Omn. *p. n. commutationem.* Id.

*Vocabulo eius rei*) Duas ultimas voces in nullo vetusto inveni. Gron. In Erfurtensi etiam non habentur duae ultimae voces, quas nec in suis Gronov. reperit, sed in caeteris meis extant. Graev. Vide Gronov. infra ad lib. III, cap. 13. Burm.

*Quam rem consuetudo*) Cratand. ed. *Quam consuetudo.* Graev.

*Posterius immutata voluntate*) Duisburg. *Postremo immutata sententia.* Idem.

*Aliam se ferre dicebat*) Erf. *Aliis se ferre diceret.* Id.

*Se reducere aiebat; perinde*) Erf. *Se reducere dicebat: proinde.* Id.

*Quo illi nomine*) Erf. *Quod illi nomine.* Id.

*Adpellarentur a populo romano*) Erf. *Adpellarentur aut populo romano.* Id.

*Nos tamen intelligamus*) Erf. *Non tamen intelligamus.* Id.

*Vitiosum esse intendere*) Erf. *Vitiosum est intendere.* Id.

*Propter nominum mutationem*) Duisb. et Rob. Steph. ac Lamb. edd. *Propter nominum commutationem.* Id.

exemplis, et amplificationibus, ex iudicatis, et caeteris rebus, quae pertinent ad exaggerandam et collocupletandam argumentationem, quae sint iis rebus vitia, consideremus. Simile vitiosum est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec habet parem rationem comparationis, aut sibi ipsi obest qui adfert. Exemplum vitiosum est, si aut falsum est, ut reprehendatur; aut si improbum, ut non sit imitandum: aut maius, aut minus, quam res postulabit. Res iudicata vitiose profertur, si aut dissimili de re proferatur; aut de ea re,

29. *Ex iudicatis.* MSS. O. et Ed. Med. *et rebus iudicatis* . In tribus ponitur hic ordo, *et rebus iud. et amplificationibus.* Ed. Omn. *et iud.* Ovd. — *Exaggerandam.* Voss. pr. Leid. pr. tert. qu. ed. Med. *exaugendam.* Leid. sec. *exaugerandam.* Voss. sec. *augendam*, dein *locupletandam* in edd. pp. Ovd. *Ad exaggerandam. Ad exaugendam* habent duo Gryph. B C. Br. — *Quae sint iis rebus vitia.* Leid. sec. *q. s. generibus his v.* tert. *q. s. in his rebus v.* qu. *q. rebus s. in iis v.* Edit. Med. *q. sunt in his generibus v.* Voss. tert. *indicia.* Ovd. — *S. vitiosum est quod.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *s. v. e. id quod.* Non male, ut infra. Id. — *Falsum est, ut.* Ed. Mediol. *f. e. ita ut.* Id. — *Aut si improbum.* Deest *si* Leid. tert. Ed. Omn. Id. — *Res postulabit.* Ita Leid. sec. cum ed. Med. In MSS. caeteris, et ed. Omn. *postulat.* Bene omnino. Id. — *Vitiose profertur.* MSS. III, *proferetur.* Abest verbum a Voss. tert. Id. — *D. de re proferatur.* Leid. qu. *d. de ea re.* In

*Ex iudicatis et caeteris rebus*) Hanc lectionem in nullo codice observavi, sed quam varie verba ista et digerantur et exhibeantur, omnes tamen pro primo vocabulo retinent *et*, quod nec in editionibus aliis mutatum est, quam Gruteri. Porro unus mox *iis generibus*, quod sane perplacet. Gron. Erf. *Amplificationibus et ceteris rebus, quae pertinent.* Grut. ed. *Et amplificationibus, ex iudicatis, et ceteris rebus.* Lamb. ed. *Amplificationibus et rebus iudicatis, et ceteris rebus.* Omnes mei et Gronov. MSS. *et iudicatis.* Graev. Et MS. Traiect. Burm.

*Ad exaggerandam et collocupletandam*) Erf. Pith. et margo Cratand. *Ad exaugendam et collocupletandam.* Lamb. et Rob. Steph. edd. *ad exaggerandam et locupletandam.* Graev.

*Quae sint iis rebus vitia*) Pith. *Quae sint huius generis vitia.* Duisb. *quae sint in iis rebus vitia.* Cauch. *quae sint his rebus vitia.* Cratand. ed. *quae sint his generibus vitia.* Lamb. ed. *quae sint in iis generibus vitia.* Id.

*Simile vitiosum est*) Erf. *Simile vitium est.* Id.

*Aut sibi ipsi obest qui affert*) Erf. *Aut sibi ipsi qui affert.* Pith. *aut ubi sibi ipsi obest qui affert.* Lamb. ed. *aut ipsi obest, qui affert.* Id.

*Aut si improbum*) Erf. *Aut improbum.* Id.

*Quam res postulabit*) Erfurt. Duisb. Cauch. *Quam res postulat*, et vere quidem. Id.

*Dissimili de re proferatur*) Erf. *Dissimili de re proferetur.* Id.

*Aut de ea re*) In Erfurt. non extat *aut.* Id.

de qua controversia non est; aut si improba, aut eiusmodi, ut aut plures, aut magis idoneae res iudicatae ab adversariis proferri possint. Item vitiosum est id, quod adversarii factum esse confiteantur, de eo argumentari, et planum facere factum esse: nam id tantum augeri oportet. Item vitiosum est, id augere, quod convenit doceri, hoc modo: ut si quis quem arguat hominem occidisse, et antequam satis idoneas argumentationes adtulerit, augeat peccatum, et dicat, nihil indignius esse, quam hominem occidere: non enim, utrum indignum sit, an non, sed factumne sit, quaeritur.

Complexio vitiosa est, quae non, ut quidque primum dictum est, primum complectitur, et quae non

MSS. O. et ed. O. *proferetur*, vel *profertur*. Id. — *De qua controversia n. e.* Sic Leid. tert. et ed. Omn. Sed in caeteris et ed. Med. *qua de contr. n. e.* verissime, ut passim Cic. *quo de agitur*. Id. *Aut si improba.* Leid. tert. caret τῷ *si* Id. — *Planum facere.* Addit Voss. pr. *quod constat.* Id. — *Argumentutiones attulerit.* Leid. tert. qu. *rationes.* Id. — *Hominem occidere.* Voss. tert. Leid. sec. qu. *h. occidisse.* Id. — *Vtrum indignum sit.* Verbum exsulat a Leid. qu. Id. — *Vt quidque*

*De qua controversia*) Mediceus et alius *qua de contr.* Gron. Grut. et vulg. *de qua controversia.* Erfurt. Pith. Cauch. *quade controversia.* Sic et teste Gronov. Medic. Graev.

*Aut si improba, aut eiusmodi*) Erf. *Aut improba, aut eiusmodi.* Lamb. ed. *aut si improba, aut si eiusmodi.* Id.

*Item vitiosum est, id quod*) Lamb. ed. *item vitiosum est, quod.* Id.

*Id tantum augeri*) Mediam vocem ubique abesse notavi. Gron. Erfurt. et Duisb. *Id augeri oportet.* Lamb. ed. *id augeri oportet tantum.* Graev.

*Quod convenit taceri*) Erf. *Quod convenit tacere.* Id.

*Si quis quem arguat*) Vulgg. *Si quis aliquem arguat.* Erf. *Si qui quem arguat.* Id.

*Quam hominem occidere*) Duisb. *Quam hominem occidisse.* Idem.

*Vtrum indignum sit, an non*) Pith. *Verum indignum sit, an non.* Id.

*Quae non ut quidque primum dictum est*) MS. tres, *quae non quod quidque pr.* Gronov. Erfurt. Cauch. et quos Gronovius consuluit, *quod quidque*, sed in Cratand. ed. legitur, *quae non quidque quod primum*, ubi Cauchius in margine, quum in codice suo reperisset *quidque*, coniicit scribendum esse, ut ex aliis postea rescripserunt Lambinus et Gruterus. Graev. MS. Traiect. *quae non quod cumque pr.* Burm.

*Dictum est primum complectitur*) Erf. Cauch. et Cratand. ed. *Quod quidque primum dictum est comple-*

breviter concludit, et quae non ex enumeratione certum et constans aliquid relinquit, ut intelligatur, quid propositum in argumentatione sit, quid deinde ratione, quid confirmatione, quid tota argumentatione demonstratum.

3o. Conclusiones, quae apud Graecos ἐπίλογοι nominantur, tripertitae sunt: nam constant ex enumeratione, amplificatione, et commiseratione. In quatuor locis uti possumus conclusionibus; in principio, secundum narrationem, secundum firmissimam argumentationem, in conclusione.

Enumeratio est, per quam colligimus et commone-

*primum dictum est.* MSS. O. carent τῷ *ut.* Pro ea voce in Voss. tert. est *quo*, in Leid. tert. *quod*: qu. *id.* Sed in Leid. pr. *ordine.* In Voss. pr. *quo ordine.* Tum pro *quidque* in Voss, tert. est. *quoque.* Leid. qu. et Ed. Med. *quod.* Ed. Omn. *quodque.* Abest *primum* a Leid. tert. *dictum sit* Voss. sec. Leid. qu. Pro seq. *primum*, quod ibi Voss. sec. tert. et ed. Omnib. omittunt, in Leid. qu. est *eodem modo.* Placet mihi: *quo ordine quidque primum d. est complectitur*; vel: *ordine quo quidque.* Id. — *Non breviter concludit.* MSS. O. et edd. pp. *n. b. concluditur.* Melius, ni fallor. Id. — *Ex enumeratione.* Deest praepositio Voss. pr. Leid. pr. sec. tert. *ex numeratione* Voss. tert. hic et infra. Id. — *Intelligatur quid prop.* Leid. qu. *int. id quod prop. ratione*, etc. Vbique *in* addit Leid. tert. Id. — *Demonstratum.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *dem. sit.* Id.

3o. *In quatuor locis* etc. *conclusione.* Tota haec periodus deest Leid. pr. a m. pr. et Voss. sec. *In* abest a Voss. tert. Leid. sec. *quatuor in l. ctitur*, equidem non improbo. Nam *primum* subauditur commode. Graev.

*Non breviter concludit*) Erf. *Non breviter concluditur.* Id.

*Quid propositum*) Fortasse legendum, *quid positum.* Lamb. Margo Cratand. *quid positum in argumentatione.* Graev.

*Ratione, quid confirmatione*) Erf. *Ratione, quid confirmatione.* Duisb. *ratione quod confirmatione.* Lamb. ed. *in ratione, quid in confirmatione.* Id.

*Quid tota argumentatione demonstratum*) Pith. *Quid tota argumentatione demonstratum est.* Lamb. ed. *quid in tota argumentatione demonstratum.* Id.

*Tripertitae sunt*) Lamb. ed. *tripartitae sunt.* Graev.

*Commiseratione. In quatuor locis*) Erf. et Cauch. *Commiseratione. Quatuor locis.* In Cauchiano super *quatuor* adpositum erat *in*: Lamb. ed. *commiseratione. Quatuor in locis.* Id.

*Vti possumus conclusionibus: in principio, secundum narrationem*) Erf. *Vti possimus principis cum narratione.* Id.

mus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter; ut renovetur, non redintegretur oratio: et ordine, quidquid erit dictum, referemus, ut auditor, si memoriae mandaverit, ad id, quod ipse meminerit, reducatur. Item curandum est, ne aut ab exordio, aut a narratione repetatur orationis enumeratio: facta enim, et dedita

Ed. Med. Oud. — *Verba fecerimus.* Voss. tert. *sermonem f.* Id. — *Non redintegretur or.* Leid. sec. tert. *non ut r.* Leid. qu. edd. pp. *reintegretur.* Id. — *Item curandum est.* Sic Voss. sec. ed. Omn. In caeteria MSS. et ed. Med. *In qua c. e.* Id. — *Ab exordio, aut a narratione.* Voss. tert. *exordio, aut narr.* Leid. sec. *ab ex. aut narr.* Id. — *Facta*

*Non redintegretur*) Duisb. *Non reintegretur.* Id.

*Ordine, quidquid erit dictum, referamus*) Erf. et Cauch. *Ordine quidquid erit dictum, referemus.* Ed. Wechel. *ordine ut, quidquid erit dictum referamus.* Lamb. ed. *ordine quidquid erit dictum, referimus.* Itaque sic rescripsi optimorum codicum auctoritate. In vulgatis est *referamus.* Addit Duisb. *quo et ordine quo quidquid erit dictum, referemus.* Sententia hanc voculam requirit. Quae et restituenda est ex eodem codice paullo post: *Ordine breviter exponendae sunt res, quo tractatae erunt in confirmatione.* Editiones: *quae tractatae erunt,* perperam. Sed pro *quidquid* censeo scribendum *quidque*, ut in paullo praecedentibus verbis: *Complexio vitiosa est, quae non ut quidque primum dictum est, primum complectitur.* Id.

*Ad id, quod ipse meminerit*) Cauch. et Erfurt. non inepte: *ad idem, quod ipse meminerit.* Id.

*Item curandum est*) Lamb. ed. *in qua curandum est.* Id.

*Ab exordio, aut a narratione*) Erf. *Ab exordio aut narratione.* Id.

*Facta enim et dedita opera*) Plerique MSS. et edd. *ficta enim et dedita opera.* Quaeso te quid hic *ficta oratio?* Num falsa et fictitia? Nam qui exponunt *ficta* domi excogitata, nugantur. Optime et verissime Duisburgensis: *Facta enim et dedita opera comparata oratio videbitur esse.* Qui non intellexerunt, quid sit *facta oratio*, id interpolarunt. *Facere orationem* est magno studio et cura illam elaborare et expolire; Cic. Orat. *Omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et Naucratem, quamquam orationis faciendae peritissimi.* Gellius XVIII, 22: *Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus:* in exornanda oratione. Male politissimus Rutgersius Var. Lect. IV, 19, τὸ *facienda* delendum censet, tanquam glossema. Sed clarissime Cic. in Bruto: *Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata et facta quodam modo oratio.* Sic et Quinctilian. *Nam illa quae curam fatentur facta et composita etiam videri volunt:* ubi itidem corrupte *ficta* legitur, quod iam olim incomparabilis Scheelius observavit. πεποιημένη λέξις eodem modo apud Longinum et alios Graecos scriptores. Transfertur etiam ad homines, qui subornati et praeparati ad aliquid efficiendum veniunt. Cic. II ad Att. 24: *Et qui illuc factus institutusque venisset, primum Caepionem de oratione sua sustulit.* Graev.

opera comparata oratio videbitur esse, aut artificii significandi, aut ingenii venditandi, aut memoriae ostentandae causa. Quapropter initium enumerationis sumendum est a divisione: deinde ordine breviter exponendae sunt res, quae tractatae erunt in confirmatione, et confutatione. Amplificatio est res, quae per locum com-

*enim et dedita opera* etc. Sic etiam Leid. qu. In caeteris *ficta.* V. Graev. *debita* Voss. sec. Id. — *Aut artific. signif. aut ingenii vend. aut mem. ostentandae causa.* Primum *aut* deest MSS. O. et edd. pp. *signandi* ed. Med. Tum rursus *aut* deest MSS. O. et edd. pp. Sed in Voss. pr. sec. Leid. pr. ed. Omn. est *ingeniique.* Pro tertio *aut* MSS. VI et edd. pp. dant et. Abest a Leid. tert. *ostendendae* Voss. pr. sec. Leid. pr. tert. qu. *ostentandi* Voss. tert. Id. — *Initium enumerationis.* Leid. qu. *init. orationis.* Id. — *Ordine breviter.* Leid. pr. *ex ord. br.* Leid. sec. qu. ed. Med. *breviter et ordine*: tert. Voss. tert. *breviter ex ord.* Voss. pr. *breviter et ex ordine.* Bene. Id. — *Amplificatio est, quae.* Sic legi debet, auctoribus MSS. Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. ed. Med. Inepte addi-

*Aut artificii significandi, aut ingenii v. aut memoriae ostentandae*) Sic Lambinus, unde excepit Gruterus, quum ante non exhiberetur prius *aut*, secundum vero alii retinerent, alii proeo *ingeniique*, ut est in Victoriana. Pro tertio alii *vel memor*, alii *et memor.* Sed pace illorum, qui tam lepide hanc particulam digesserunt, nullus ita nostrorum codicum. Certe prius *aut* legitur nullibi, ut plane isto non egeamus: pro secundo est vel *ingeniique vend.* vel *ingenii vend.* Tertii loco habent omues tres *memoriae ostendendae.* Vnde videtur manus auctoris fuisse, *artificii significandi ingeniive venditandi et memoriae ostendendae causa.* Nam hoc satis est, nec frequentativum requiritur, ut patebit ex capite primo libri sequentis. Gronov. Grut. et Lamb. edd. *aut artificii significandi, aut ingenii venditandi, aut memoriae ostentandae.* Aliae edd. *artificii significandi, aut ingenii venditandi, vel memoriae ostentandae.* Erfurtensis, et alii MSS., *artificii significandi, ingenii venditandi, memoriae ostendendae causa.* Cauch. cum Cratandri editione: *Artificii significandi, ingeniique venditandi, et memoriae ostentandae causa*: quibus adstipularer, nisi Pith. et Duisb. retinerent ultimas duas disiungentes particulas. Gronovius, quum in suis etiam varietatem istam deprehendisset, scribendum censebat, *artificii significandi, ingeniive venditandi, et memoriae ostendendae causa.* Graevius. In MS. Traiect. tribus his locis deest vocula *aut.* Burm.

*Initium enumerationis*) Duisb. *Initium orationis.* Graev.

*Sumendum est a divisione*) Lamb. ed. *est sumendum a divisione.* Id.

*Ordine breviter exponendae sunt res*) Erf. *Breviter ordine exponeadae res sunt.* Id.

*Res, quo tractatae erunt*) Grut. et al. edd. *res, quo tractatae erunt.* Duisburg. *res quo pertractatae erunt.* Idem.

*Amplificatio est res, quae per locum communem*) Nec Erfurt., nec Cauch. nec Cratand. ed. τὸ *res* agnoscunt, et

munem instigationis auditorum causa sumitur. Loci communes ex decem praeceptis commodissime sumuntur adaugendi criminis causa. Primus locus sumitur ab auctoritate, quum commemoramus, quantae curae ea res fuerit diis immortalibus, aut maioribus nostris, regibus, civitatibus, nationibus, hominibus sapientissimis, senatui. Item maxime quo modo de his rebus legibus sancitum sit. Secundus locus est, quum consideramus, illae res, de quibus criminamur, ad quos pertineant: utrum ad omnes, quod atrocissimum est, an ad superiores, (quod genus ii sunt, a quibus auctoritatis locus communis sumitur) an ad pares, hoc est, in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos; an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur. Tertius locus est, quo

tur res in caeteris, et vulgo. Id. — *Adaugendi criminis causa.* Leid. qu. *Ad augendam crim. causam.* In Voss. tert. etiam *causam.* Id. — *Aut maioribus n.* Voss. pr. *ac mai. n.* Idem. — *Legibus sancitum sit.* Voss. sec. Leid. tert. qu. ed. Med. *in leg.* Voss. sec. *est.* Deest verbum Voss. tert. Id. — *Illae res de q. criminamur.* Leid. qu. *illas*; *de q.* Ed. Med. *illas res de q.* Tum MSS. O. *criminantur.* Id. — *A quibus auctoritatis locus.* Leid. tert. *a quorum auctoritate l.* Idem. — *Hoc est.* Leid. qu. *id est*, ac mox *et fortunarum.* Id. — *Qui omnibus his rebus antecellun-*

debet sane abesse, ut nemo diffitebitur, qui huius scriptoris ingenium non ignorat: paullo ante, *enumeratio, per quam colligimus.* Hic potetaut itidem intrudere *res.* Graev.

*Auditorum causa sumitur*) Pith. *Auditorum causa consumitur.* Id.

*Commodissime sumuntur adaugendi criminis causa*) Pith. *Commodissime sumentur ad augendi criminis causam.* Idem.

*Quum commemoramus quantae curae*) Erfurt. *Cum commemoria cum quantae curae.* Id.

*Immortalibus aut maioribus*) Erf. *Immortalibus ac maioribus.* Id.

*Civitatibus, nationibus, hominibus*) Pith. *Civitatibus, hominibus.* Id.

*Legibus sancitum sit*) Cauch. *Legibus sanctum sit.* Id.

*Quum consideramus*) Margo Cr. *Cum consideratur.* Id.

*Illae res, de quibus criminamur*) Erf. *illae res, de quibus criminantur.* Duisb. *illas, de quibus criminanur.* Pith. *illae res, de quibus criminatur.* Idem.

*A quibus auctoritatis locus*) Cratand. ed. *a quorum auctoritate locus*, et sic Pith. MS. Id.

*An ad pares, hoc est in eisdem*) Erf. *Si a paribus, hoc est in eisdem.* Duisb. *an ad pares, id est in eisdem.* Idem.

*Fortunarum positos*) Erf. *Fortunarum positus.* Id.

*Qui omnibus his rebus antecelluntur*)

percunctamur, quid sit eventurum, si omnibus idem concedatur: et ea re neglecta, ostendemus, quid periculorum aut incommodorum consequatur. Quartus locus est, quo demonstratur, si huic sit remissum, multos alacriores ad maleficia futuros, quos adhuc exspectatio iudicii remoratur. Quintus locus est, per quem ostendimus, si semel aliter iudicatum sit, nullam rem fore, quae incommodo mederi, aut erratum iudicum corrigere possit. Quo in loco non incommodum erit uti caetera-

*tur.* Voss. tert. *his qui omnibus antee.* Leid. qu. *quibus his omn. r. antecellunt.* Nota passivam huius verbi formam. Idem. — *Sit eventurum.* Leid. qu. *venturum.* Id. — *Peric. atque incommodorum caus.* Sic MSS. VI et edd. pp. *p. et inc.* Leid. tert. vulgo *nut*. Voss. tert. *sequatur.* Id. — *Sit remissum.* Voss. pr. *s. repromissum.* Leid. pr. *s. permissum.* Id. *Multos alacriores ad maleficia.* Voss. tert. *multo.* Voss. pr. ed. Mediol. *acriores* Voss. sec. Leid. tert. *alacres.* Leid. sec. *maleficium.* Idem. — *Semel aliter* Leid. tert. ed. Med. *ab* vel *a sententia aliter.* Idem. — *Incommodo mederi* Voss. tert. Leid. qu. *huic inc. m.* Leid. tert. *aliquo modo m.* Id. — *Aut erratum iudicum.* Voss. tert. *an ppelleat iudicum.* Leid. tert. *aut ppam iudicium.* Edd. pp. *aut perperam factum aut erratum iudicium.* In reliquis etiam *iudicium.* Quid lateat, extricent acutiores. Id. — *Caeterarum rerum c.* Voss. tert. Leid. qu. *certarum r. c.*

Erf. *Qui his omnibus rebus antecelluntur.* Duisb. *qui omnibus his rebus antecellunt.* Id.

*Quo percunctamur*) Al. *quo percontamur.* Id.

*Si omnibus idem concedatur*) Duisb. *Si idem concedatur.* Id.

*Et ea re neglecta ostendimus*) Sic Erf. et Lamb. ed. Vulgg. *et ea re neglecta ostendimus.* Pith. *ea re neglecta ostendemus.* Id.

*Quid periculorum aut incommodorum*) Erf. et Cauch. *Quid periculorum atque incommodorum.* Id.

*Si huic sit remissum*) Erf. *Si huic permissum sit.* Id.

*Multos alacriores*) Erf. *Multo alacriores.* Id.

*Quos adhuc exspectatio*) Erf. *Quod adhuc exspectatio.* Id.

*Aliter iudicatum*) Id est secus, quod valet *male iudicatum*, in uno libro quidem MS. legitur, *non recte iudicatum*, pro *aliter iudicatum.* Lamb. Erf. *si sententia aliter indicatum sit.* Alii, ut ex margine Cratandri editionis apparet, *si a sententia aliter iudicatum sit*: cogitent acutiores. Graev.

*Nullam rem fore, quae incommodo mederi*) Erf. *Nullam rem facere, quae non commodum erit.* Pith. *Nullam rem fore, quae aliquo modo mederi.* Duisb. *Nullam rem fore, quae hinc incommodo mederi*, leg. *huic.* Pith. *nullam rem fore, quae incommodo mederi queat.* Id.

*Mederi, aut perperam factum, aut erratum*) Vnus liber MS. non habet *aut perperam factum.* Lamb. Nec extant illa verba in ullo codice, quae

rum rerum comparatione, ut ostendamus, alias res posse aut vetustate sedari, aut consilio corrigi: huius rei aut leniendae, aut corrigendae nullam rem adiumento futuram. Sextus locus est, quum ostendimus esse consulto factum, et dicimus voluntario facinori nullam excusationem; imprudentiae iustam deprecationem paratam. Septimus locus est, quo ostendemus tae-

Id. — *Huius rei.* Voss. tert. *huius vero rei.* Idem. — *Quum ostendimus esse consulto factum, et dicimus.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. ed. Omn. c. *ostendemus.* Tum *ex consulto* siue verbo *esse* MSS. O. nisi quod in Leid. tert. sit *ex cons. esse factum.* Ed. Omn. *et consulto f.* Graevianae ed. accedit ed. Mediol. Mihi *ex consulto* verius videtur; *dicemus* Voss. pr. sec. Leid. sec. ed. Omnib. Oud. *Esse consulto.* Ex consulto vulgati habent, pro quo Lamb. *ex consilio* edidi. Gryph. manuscripti, *et consulto*, ut videatur *et* ante verbum *ostendemus* esse revocandum. Br. — *Nullam excusationem.* MSS. O. praeter Leid. qu. *n. esse excusationem.* Ed. Mediolan. *n. excus. esse.* Oud. — *Imprudentiae iustam deprec.* Leid. qu. *sed impr.* etc. Voss. tert, *iustamque* Voss. pr. Leid. pr. sec. tert. *imprud. et iustam.* Bene pro *etiam*, *et quidem.* Id. — *Quo ostendemus*) Sic Erf. vulgg.

consului. Duish. et edd. vett. *erratum iudicium.* Pith. *iudicium aut erratum.* Rob. Steph. et Colin. edd. *Aut perperam factum, aut erratum iudicium.* Graev.

*Caeterarum rerum comparatione*) Pith. *certarum rerum comparatione.* Idem.

*Vt ostendamus alias res*) Erf. *Vt ostendam alios res.* Id.

*Huius rei aut leniendae*) Legendum fortasse est, *huic rei*, etc. Lambin. Pith. *huius rei leniendae.* Graev.

*Locus est, quum ostendemus*) Erf. et Duisb. *Locus est, cum ostendimus*, et statim iidem, *et dicimus.* Vulgg. *et dicemus.* Id.

*Ex consilio factum*) Sic legendum est, non ut vulgo, *ex consulto.* Licet etiam legere *consulto*, detracta praepositione. Lambin. Sic Pall. omnes. Lambinus supposuit *ex consilio*, non video quare: *ex consulto*, ut *de industria.* Gryt. Gruter. et Al. edd. *ex consulto factum.* Lamb. ed. *ex consilio factum*, *ex consulto* posset quidem ferri, quia praepositio, quae communius omittitur, necessario subauditur, *consulto* enim est *ex consulto consilio.* Sed tamen antiquissimi codices aliud suadent. Erfurt et Cauch. *quum ostendimus et consulto factum, et dicimus.* Sed rectius Pithoei excerpta, *quum ostendemus esse consulto factum et dicemus*, quod recepi sine ullo scrupulo: sed et ex Erfurtensi *ostendimus et dicimus.* Graev.

*Facinori nullam excusationem*) Edd. multae: *Facinori nullam esse excusationem.* Sed in MSS. non reperitur *esse*, quod Lambinus inseruit. Erfurt. *Facinori nullam excusationi.* Idem.

*Imprudentiae iustam deprecationem.* Erf. *Imprudentiam et iustam deprecationem.* Duisb. ed. Cratand. et Al. edd. *Sed imprudentiae iustam deprecationem.* Id.

*Quo ostendimus*) Sic Erf. vulgg. *Quo ostendimus.* Id.

trum facinus, crudele, nefarium, tyrannicum esse: quod genus, iniuriae mulierum aut earum rerum aliquid, quarum rerum causa bella suscipiuntur, et cum hostibus de vita dimicatur. Octavus locus est, quo ostendimus, non vulgare, sed singulare esse maleficium, spurcum, nefarium, inusitatum, quo maturius et atrocius vindicandum sit. Nonus locus constat ex peccatorum comparatione, quasi quum dicemus, maius esse maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum le-

*demus.* Voss. pr. Leid. O. et ed. Med. *q. ostendimus.* Bene. Ed. Omn. *quum ostendemus.* Idem. — *Quod genus, iniuriae mulierum, aut etc.* Voss. sec. *quod genus, ut iniuria.* Leid. tert. *iniuria mulierum.* Leid. qu. *iniuriarum.* Ed. Med. *iniuria mulierum est.* Omn. *iniuriam mulierum.* In caeteris MSS. simpliciter *iniuria*, a m. prima. Rectissime: *iniuria* scil. cuiuscumque sit speciei. Solet auctor saepissime ita dicere: *Quod genus*, pro *cuius generis est.* Id. — *Earum rerum aliquid, quarum rerum c.* Leid. tert. *earum aliquid.* Voss. tert. *aliud quarum c.* Abest etiam ultimo loco τὸ *rerum* a Leid. qu. et ed. Med. contra perpetuum auctoris stilum Id. — *Bella suscipiuntur.* Ed. Med. *b. gerantur.* Id. — *Quo m. et at. vindicandum sit.* Leid. sec. qu. ed. Med. *quod m. et at. vind. est.* Indicativum modum exhibent MSS. V, alii. Voss. tert. *iudicatum sit.* Id. — *Nonus locus constat.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. qu. ed. Med. *n. locus est qui constat.* Voss. sec. *n. locus est.* Id. — *Sacrum legere.* Leid. tert. qu. ed. Omn. *s. laedere.* Id. *Intemperantem*

*Nefarium, tyrannicum*) Erf. *Tyrannicum, nefarium.* Id.

*Quod genus iniuriae mulierum aut earum*) Erf. Cauch. et Duisb. *Quod genus iniuriarum aut earum.* Pith. et Cratand. ed. *Quod genus iniuria mulierum.* Novi propter iniuriam mulieribus illatam, et pudicitiam earum violatam, bella esse orta, et eversa regna et dominationes; exempla quis ignorat, qui vel Tarquinios et decemviros Romanos, aut bella Lacedaemoniorum et Messeniorum novit? Probabilior tamen est Erfurtensis, Duisb. et Cauch. codicum scriptura: *quod genus iniuriarum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum causa bella suscipiuntur.* Quod est, cuius generis sunt iniuriae, aut tales res, propter quas bella suscipiuntur, mox Duisb. recte delet *rerum* in his verbis *quarum rerum causa.* Id.

*Quo maturius et atrocius vindicandum sit*) Duisb. *Quod maturius et atrocius vindicandum sit.* Erf. *Quo maturius et atrocius iudicandum sit.* Idem.

*Nonus locus constat*) Nullum codicem video, quin habeat, *nonus locus est, qui constat.* Gron. Pithoean. et Duisb. et Gron. *nonus locus est, qui constat*; nisi quod in Duisb. non legatur *qui.* Graev. Sic et MS. Traiect. Burm.

*Stuprare ingenuum*) Erf. *Stuprare ingenium.* Vulgg. *Stuprare ingenuam.* Graev.

*Quam sacrum laedere*) Quidam legendum putant, *sacrum legere.* Quia ego ita scriptum reperi in uno

gere: quod propter egestatem alterum, alterum propter intemperantem superbiam fiat. Decimus locus est, per quem omnia, quae in negotio gerundo acta sunt, quaeque rem consequi solent, exponemus acriter, et criminose, et diligenter, ut agi res, et geri negotium videatur, rerum consequentium enumeratione.

31. Misericordia commovebitur auditoris animus, si variam fortunarum commutationem dicemus; si osten-

*superbiam.* Voss. tert. *intemperatam s.* Voss. sec. Leid. tert. *imperantem s.* perperam. V. Graev. Id. — *Gerundo.* MSS. aliquot et edd. pp. *gerendo.* Leid. qu. *fiunt vel gerendo.* Id.

31. *Misericordia commovebitur auditoris animus.* Leid. pr. sec. edd. pp. *m. c. auditoribus.* Leid. tert. *auditor.* Voss. sec. *m. commovebuntur auditores.* Scilicet scripserat auctor simpliciter: *misericordia commove-*

optimo libro manuscripto; supra autem putaverim legendum, *quale, cum dicemus, maius esse*, etc. pro, *quasi cum d.* quomodo Graeci loquuntur, οἷον ὅτι, etc. Lamb. Edd. et Duisb. et Erf. *Sacrum laedere.* Pith. et alii MSS. *Sacram legem.* Graev.

*Propter egestatem alterum*) Erf. *Alterum propter egestatem.* Id.

*Propter intemperantem superbiam*) Legendum forte est *intemperatam*, id est immoderatam, seu indomitam: vel dic intemperantem, id est impotentem. Lambin. *Imperantem* admisi fide Palatini quarti, neque aliter Bruil. prius cusi *intemperantem*; supra etiam reposui *sacrum legere*, ex Pal. sec. ac Fabr. alludebatque quintus, in quo *sacram legem*; sed et praeterea rescribendum *stuprare ingenuum*, e quarto Pal. et nescio quo Guilielmiano; mox scripsi *solitudine* pro *solicitudine*, volentibus Palat. pr. sec. quinto. Grvter. Erfurt. *Propter imperantem superbiam.* Pith. *Propter intemperatam superbiam.* Gruter. ed. *Propter imperantem superbiam*; ita scribitur sane et in Erfurtensi. Sed quid est *imperans superbia*? Hic sane causa nulla est, cur recedamus a vulgata *intemperantem*, quod legitur in Duisb. Cauch. et meo, ut coniecerat Lambinus. Reposui igitur quod in omnibus editionibus ante Gruterianam divulgatis legebatur; *intemperantes* enim sunt qui libidinis causa stuprant mulieres: *superbi* qui ingenuas. Nam qui iniuriam alteri tantum infert, illum nihili facit superbia inflatus. Graev.

*In negotio gerundo*) Vulgg. *In negotio gerendo.* Id.

*Vt agi res*) Pith. *aut agi res.* Id.

*Commovebitur auditoris animus*) Libri manuscr. habent, *auditor*, *si*, etc. Lambin. Vnde in tribus nostris *commovebitur auditoribus.* Gron. Erf. et plures alii MSS., *commovebitur auditoribus.* Gronov. in suis legit *misericordia commovebitur auditoribus.* Equidem quum in Erfurt. Pith. et Cratand. ed. sit etiam *auditoribus*, cur id repudiem, non video. Annon Latine dicitur *commovere auditori misericordiam*? Graev. Et ita in MS. Traiect. Bvrman.

demus, in quibus commodis fuimus, quibusque incommodis simus, comparatione. Si, quae nobis futura sint, nisi causam obtinuerimus, enumerabimus, et ostendemus. Si supplicabimus, et nos sub eorum, quorum misericordiam captabimus, potestatem subiiciemus. Si, quid nostris parentibus, liberis, caeteris necessariis casurum sit propter nostras calamitates, aperiemus, et simul ostendemus, illorum nos solitudine et miseria, non nostris incommodis dolere. Si de clementia, humanitate, misericordia nostra, qua in alios usi sumus, aperiemus. Si nos semper, aut diu in malis fuisse ostendemus. Si nostrum fatum, aut fortunam conqueremur. Si animum nostrum fortem, patientem incommodorum ostendemus futurum. Commiserationem brevem esse oportet. Nihil enim lacryma citius arescit.

Fere locos obscurissimos totius artificii tractavimus

*bitur*; ut est in Voss. tert. quod tam varie interpolarunt. Oud. — *Quibusque incom.* Leid. sec. qu. *quibus ino.* Ed. Med. *et quibus.* Omn. *et quibus in ine.* Leid. sec. suprascr. *et in q.* Id. — *Nisi causam obt.* Leid. tert. *ni c. ob.* Id. — *Sub* etc. *potestatem subiic.* Voss. tert. Leid. qu. ed. Omn. *potestaté.* Id. *Nostris parentibus, liberis.* Leid. qu. in *nostris.* Voss. pr. tert. ed. Med. *nostris proximis par. l.* Leid. sec. *n. par. lib. proximis.* Id. — *Caeteri nec.* Voss. pr. Leid. pr. *et caeteris.* Voss. sec. *caeterisque.* Id. — *Solitudine.* Sic Leid. tert. et ed. Omn. In reliquis *sollicitudine.* Id. — *Non nostris incommodis.* Voss. pr. *non pro nost. i.* Id. — *Humanitate* etc. *sumus.* Ed. Med. *humilitate* etc. *fuimus.* Id. — *Aperiemus si nos* Leid. tert. *ap. simul si nos.* Abest *si* ab ed. Med. Id. — *Ostendemus futurum.* Leid. qu. *fuisse ost. f.* Id. — *Ita tu dili-*

*In quibus commodis fuimus* ( Erf *Quibusque incommodis sumus.* Ed. nonnullae, *in quibus commodis fuerimus.* Graev.

*Quibusque incommodis simus*) Desiderantur in Erfurtensi. Id.

*Comparatione*) Duisb. *in comparatione.* Id.

*Si quae nobis futura sint, nisi*) Pith. *Si quae nobis futura sint incommoda, nisi.* Id.

*Causam obtinuerimus*) Duisb. *Causam optinuerimus.* Id.

*Misericordiam captabimus*) Erfurt. *Misericordiam captavimus.* Id.

*Potestatem subiiciemus*) Duisb. et Erf. *Potestatem subiciemus.* Id.

*Illorum nos solitudine et miseria*) Vulgg. *Illorum nos sollicitudine et miseria.* Id.

*Aut diu in malis fuisse*) Erf. *Aut divini fuisse malis.* Id.

*Ostendemus futurum*) Pithoean. et Duisburg. *patientem incommodorum ostendemus fuisse*; non male. Id.

in hoc libro: quapropter huic volumini modus hic sit. Reliquas praeceptiones, quoad videbitur, in tertium librum transferemus. Haec si, ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consecutus, et nos industriae fructus ex tua scientia capiemus, et tute nostram diligentiam laudabis, tuaque perceptione laetabere: tu scientior eris praeceptorum artificio, nos alacriores ad reliquum persolvendum. Verum haec futura satis scio: te enim non ignoro: nos deinceps ad caetera praecepta transeamus, ut, quod libentissime facimus, tuae voluntati rectissimae morem geramus.

*genter.* Abest *tu* a Voss. sec. tert. Leid. tert. qu. ed. Omn. Id. — *Fueris consecutus.* Voss. pr. Leid. sec. ed. Med. *et nobiscum et sine nobis considerabis.* Voss. sec. Leid. qu. *fueris consecutus.* (Leid. *obsecutus*) *et nobiscum et* (deest Leid.) *sine nobis considerabis.* Voss. tert. *a te vel perlecta vel descripta fuerint.* Leid. tert. *f.* exsecutus. Id. — *Ex tua scientia.* Voss. O. et Leid. tert. *ex t. conscientia.* Ovd. *Ex tua conscientia* Gryph. B C; in iisdem legitur paullo post, *praeceptione*, pro *perceptione*; ut sensus sit, laetabere te nobis id praecepisse: qua in re dum tibi gessimus morem, consuluisse rectissimo tuo studio visi sumus: sed tamen nihil muto; neque enim hanc vocem hac notione quemquam usurpasse video. Br. — *Tua perceptione.* Leid. tert. qu. ed. Omn. *praecept.* Voss. tert. *petitione.* Ovd. — *Alacriores ad reliquum.* Leid. tert. *alacres.* Ed. Med. *acriores.* Leid. sec. tert. *ad periculum.* Id. — *Nos deinceps.* Voss. pr. tert. Leid. sec. et Med. *sed nos d.* Id. — *Vt, quod l. facimus.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. ed. Med. *ut, id quod l. faciemus.* Bene. Futurum extat etiam in ed. Omn. et caeteris MSS., si Leid. tert. excipias. Id.

*Haec si ut conquisite conscripsimus*) Erfurt. et Pith. *Haec sicut conquisite conscripsimus.* Lambin. ed. *Haec si ut nos conquisite conscripsimus.* Id.

*Ita tu diligenter fueris consecutus, et nos*) Erf. *Ita ut diligenter et nobis et nos.* Duisb. *Ita tu diligenter fueris obsecutus et nobis cum sine nobis considerabis, et nos.* Id.

*Ex tua scientia*) Erf. et Pith. *Ex tua conscientia.* Id.

*Tuaque perceptione laetabere*) Erf. *Tua perceptione laetabere.* Pith. *Tuaque praeceptione laetabere.* Id.

*Tu scientior eris praeceptorum artificio*) Erf. *Tu scientior eris praeceptorum artificii.* Id.

*Ad reliquum persolvendum*) Erf. *Ad periculum persolvendum.* Id.

*Haec futura satis scio*) Duisb. *Haec ventura satis scio*) Id.

*Ignoro; nos deinceps*) Al. *Ignoro: sed nos deinceps.* Id.

*Vt quod libentissime facimus, tuae*) Erf. *Vt, quod libentissime faciamus.* Duisb. *Vt, id quod libentissime faciemus.* Id.

*Tuae rectissimae voluntati morem geramus*) Erf. *Tuae rectissimae voluntatis more geramus.* Id.

# RHETORICORVM
### AD
# C. HERENNIVM
## LIBER TERTIVS.

### *ARGVMENTVM*

*Hoc libro Auctor reliqua duo causarum genera, deliberativum et demonstrativum, persequitur, atque adeo a* cap. 2 *ad* 6 *quibus quaeque res argumentis suadenda sit aut dissuadenda docet, et a* cap. 6 *ad* 9 *omnes laudis vituperationisque fontes ac vias aperit. Ita absoluta prima artis, quae de inventione est, parte, ad reliquas pergit, et primo quo modo cum per integram orationem, tum per singulas argumentationes disponenda sit causa quaeque, demonstrat* cap 9–10: *deinde quomodo vox in pronuntiando moderanda, et qui motus corporis quoque loco adhibendi,* cap. 11–15: *denique, qui locus in primis notatu dignus atque in hoc genere praecipuus est, de memoria artificiali praecipit, ac non modo esse aliquod huiusmodi artificium, quo naturalis memoriae vis confirmari augerique possit, sed etiam, quomodo et qui loci inveniendi, et in iis imagines, nam his duabus rebus constat haec artificiosa memoria, collocandae sint, fuse ostendit.* I. A. Ernestvs.

1. Ad omnem iudicialem causam quemadmodum conveniret inventionem rerum accommodari, satis abun-

*Ad omnem iudicialem*) Pith. *Ad omnem iuridicialem.* Graev. *Conveniret adcommodari*) Erf. *Conveniret adcommodare.* Id.

danter, ut arbitror, superioribus libris demonstratum est. Nunc earum rationem rerum inveniendarum, quae pertinebat ad causas deliberativas et demonstrativas, in hunc librum transtulimus, ut omnis inveniundi praeceptio tibi quam primum persolveretur. Reliquae quatuor partes erant artificii. De tribus partibus in hoc libro dicemus, dispositione, pronuntiatione, memoria. De elocutione, quia plura dicenda videbantur, in quarto libro conscribere maluimus: quem, ut arbitror, tibi librum celeriter absolutum mittemus, ne quid tibi rhetoricae artis deesse possit. Interea prima quaeque et nobiscum, quum voles, et interdum sine nobis legendo consequere; ne quid impediare, quin ad hanc utilitatem pariter nobiscum progredi possis. Nunc tu fac attentum te praebeas; nos proficisci ad instituta pergemus.

2. Deliberationes partim sunt huiusmodi, ut quaera-

1. *Superioribus libris.* Leid. sec. qu. edd. pp. *in sup. l.* Ovd. — *Inveniundi perceptio t. quam primum.* MSS. O. et edd. pp. *inveniendi.* Leid. tert. *perscriptio t. quam plurimum.* Id. — *In hoc libro dicemus.* Leid. tert. *in h. l. dictum est.* Ovd. *De tribus partibus. De tribus in hoc libro*, sine voce *partibus*, in duobus Gryph. exemplar. scriptum est. Br. — *Plura dicenda.* Ed. Med. *plurima d.* Ovd. — *Rhetoricae artis.* Voss. pr. *Rhet. rationis vel artis.* Id. — *Fac, attentum* etc. Ed. Omn. *fac, ut at.* Prave. Mox *proficisci* est in O. libris. V. Drak. ad Liv. lib. XXI, 30. Idem

*Superioribus libris*) Duisb. *In superioribus libris.* Id.

*Demonstratum est*) Non reperitur in Erfurt. τὸ *est.* Id.

*Earum rationem rerum*) Erfurt. *Earum rerum rationem.* Id.

*Deliberativas et demonstrativas, in hunc*) Erfurt. *Deliberativas in hunc.* Id.

*Inveniundi praeceptio*) Erf. *Inveniendi perscriptio.* Id.

*In hoc libro dicemus*) Erf. *In hoc libro dictum est.* Id.

*Pronunciatione, materia*) Al. *Pronunciatione et memoria.* Id.

*Legendo consequere*) Erf. *Legendum consequere.* Id.

*Nos proficisci ad instituta pergemus*) Vox *proficisci* salva sententia auferri poterat. Grvt. Frustra; quum habeant omnes scripti. Quoties enim apud Ciceronem et Livium *perrexit irae?* quod utique idem est. In Arateis: *Ore fero Capricornus vadere pergit.* Gron. Pith. *Ad instituta pergamus.* Negat Gronovius, quem vide. Graev. Habetur etiam in MS. Traiect. Bvrm.

*Partim sunt huiusmodi*) Erf. et Cauch. *Partim sunt eiusmodi.* Sic et statim iidem. Graev.

tur, utrum potius faciendum sit; partim huiusmodi, uti, quid potissimum faciendum sit, consideretur. Vtrum potius, hoc modo: Karthago tollenda, an relinquenda videatur. Quid potissimum, hoc pacto: ut si Hannibal consultet, quum ex Italia Karthaginem arcessitur, in Italia remaneat, an domum redeat, an in Aegyptum profectus occupet Alexandriam. Item deliberationes partim ipsae propter se consultandae sunt: ut si deliberet senatus, captivos ab hostibus redimat, an non; partim propter aliquam extraneam causam veniunt in deliberationem et consultationem: ut si deliberet senatus, bello Italico solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri: partim et propter se sunt deliberandae, et magis propter extraneam causam veniunt in consultationem; ut si deliberet senatus, bello Italico sociis civitatem det, an non. In quibus causis rei

2. *Partem huiusmodi.* MSS. O. hic et mox *p. eiusmodi*, nisi quod hic Leid. sec. det *huiusmodi*: dein MSS. O. et edd. pp. *ut*, non *uti*. Ovd. — *Potissimum faciendum.* Abest ultima vox a Voss. pr. et Leid. qu. in quo est *quod*, pro *quid*. Id. — *Hoc pacto.* Voss. tert. Leid. tert. ed. Med. *hoc modo.* Id. — *Consultet.* Leid. qu. *consulet.* Ed. Omn. *consultat.* Id. — *Arcessitur* Leid. qu. *appelletur.* Id. — *In Italia remaneat.* MSS. O. et edd. pp. praeponunt *an.* Deest *in* Leid. qu. *maneat* ed. Omn. *permaneat* Leid. pr. sec. Benc. Id. — *Si delib. senatus. Ipse* addit ed. Med. Id. — *Veniunt in deliberationem.* In eadem *fiunt et ven. in d.* Id. — *Sunt deliberandae.* Voss. tert. Leid. tert. ed. Med. *s. conside-*

*Vtrum potius faciendum sit.*) Erf. *Vtrum potius faciundum sit.* Id.

*Partim huiusmodi, uti, quid potissimum faciendum sit consideretur.*) Duisb. *Partim huiusmodi, quid potissimum sit considerandum.* Erf. et Cauch. *Partim eiusmodi ut, quid potissimum sit considerandum; uti,* quod est in Gruteri et sequentibus illam, in nullo MS. et edito habetur, in omnibus legitur *ut.* Id.

*Carthago tollenda*) Apage illud Lambini commentum *delenda*: quid enim venustius opponi potest, quam haec verba *tollere*, *relinquere*? et dixit Cicero non semel, *urbem tollere.* Grvt. Lamb. ed. *Karthago delenda.* Graev.

*Potissimum hoc pacto*) Pith. *Potissimum hoc modo.* Idem.

*Vt si Hannibal consultet*) Erf. *Vt si Hannibal consulat.* Id.

*Ex Italia Carthaginem arcessitur*) Erf. et Cauch. *Cum ex Italia Karthaginem accersatur.* Duisb. *Quum ex Italia Karthaginem appelletur.* Vulgg. *Accersitur* pro *arcessitur.* Id.

*In Italia remaneat*) Erf. *An Italia remaneat.* Lamb. ed. *In Italia permaneat.* Id.

natura faciet deliberationem, omnis ratio ad ipsam rem accommodabitur. In quibus extranea causa conficiet deliberationem, in his ea ipsa causa erit adaugenda, aut deprimenda. Omnem rationem eorum, qui sententiam dicent, finem sibi conveniet utilitatis proponere, ut

*randae.* Id. — *Omnis ratio ad ipsam rem acc.* Ed. Med. *o. ratio orationis.* Sed. Voss. O. et Leid. pr. praebent *omnis oratio.* Vere. Deest *rem* Voss. sec. Id. — *Ea ipsa c. erit adaugenda aut deprimenda.* Voss. sec. tert. Leid. tert. ed. Med. *ex. i. c. erunt adaugendae, aut deprimendae.* In Leid. pr. etiam *ex ipsa e.* deest in ed. Omn. vox *ea.* Leid. qu. *aut agenda aut d.* Ovd. *In his ea ipsa causa etc.* *In his ex ipsa causa erunt ad augendam, aut deprimendam orationem eorum, qui sententiam dicent: qui sententiam dicet, finem sibi conveniet utilitatis proponere, ut omnis eodem totius orationis ratio conferatur.* Ita scriptum est in Gryph. B C multo aliter, quam legitur in vulgatis; utrum rectius, docti viderint: nobis non mala lectio videtur, si cum vulg. conferatur: *omnem deliberationem* Lamb. legit, quo loco *orationem* alii. Equidem, ut ingenue fatear, etiam in veteri lectione, quam sequor, aliquid desidero: aut enim pro verbo *erunt*, legendum est *erit* ut intelligatur *ratio*, aut aliquid addendum, quod Ciceronis sententiam expleat post verbum *erunt*, ut *parata adiumenta*, aut *loci depromti*, aut quidpiam huiusmodi: sed ita etiam longe illam sententiam vulgatae anteferendam. Brvtvs. Docta manus, nescio cuius, allevit margini editionis Lambinianae, quam possideo: *In his ea ipsa causa erit ad augendam, aut deprimendam omnem rationem earum. Qui sententiam dicet finem s. c.* Videbatur ista tam in distinctione, quam in lectione varietas digna, quae aliorum oculus etiam saturaret. Verbvrg. — *Omnem rationem eorum.* Leid. tert. ed. Med. *omnes rationes eorum*, ut iungantur τῷ *deprimendae*; pluralis comparet etiam in ed. Omnib. et Voss. tert. qui tamen praebet *orationes.* In MSS. reliquis a m. pr. *omnem orationem.* Bene. Ovd. — *Qui sententiam dicent.* Addunt Voss. tert.

*Omnis ratio ad ipsam rem*) Erf. Cauch. et Cratand. ed. *Omnis oratio ad ipsam rem accommodabitur*; omnino recte; mox melius Cauch. et Cratand. ed. *In his ipsa erit causa adaugenda*, omisso *ea*, quod commode omittitur. Id.

*In quibus extranea causa conficiet*) Erf. *In quibus extranea conficiet.* Lamb. ed. *In quibus extranea causa efficiet delib.* Id.

*In his ea ipsa causa erit ad augenda, aut deprimenda*) Erf. *In his ex ipsa causa erunt adaugendam aut deprimendam.* Cauch. *In his ipsa erit causa aut adaugenda, aut deprimenda.* Id.

*Omnem rationem eorum*) Erfurt. *omnem memorationem eorum.* Cauch. *orationem eorum*; Pith. MS. et Cratand. ed. *omnes rationes eorum*: legendum cum Victorio, *omnem orationem eorum.* In Erf. ex his duabus vocibus ortum est *memorationem.* Sic in praecedente nota itidem correctum est ex membranis optimis *omnis oratio.* Id.

*Qui sententiam dicent finem*) Pith. *Qui sententiam dicent, is qui sententiam dicet, finem.* Id.

*Finem sibi conveniet utilitatis*) Quidam legi volunt, *utilitatem.* Lamb.

omnis eo totius orationis ratio conferatur. Vtilitas in duas partes in civili consultatione dividitur, tutam, et honestam. Tuta est, quae conficit instantis, aut consequentis periculi vitationem qualibet ratione. Haec distribuitur in vim, et dolum: quorum aut alterum separatim, aut utrumque sumemus coniunctim. Vis discernitur per exercitus, classes, arma, tormenta, evocationes

Leid. tert. *is qui sententiam dicet.* IDEM. — *Eo totius or. ratio.* Voss. pr. tert. Leid. sec. et pr. in marg. *ad eam.* Leid. qu. *ad ipsam.* Voss. sec. Leid. tert. *eodem.* In ed. Med. omnes *t. r. rationes eo conferantur.* ID. — *Quorum aut alterum.* Deest *aut.* Voss. sec. Leid. pr. tert. ed. Omnib. IDEM. — *Separatim.* Leid. qu. *separate.* ID. — *Coniunctim.* Sic Voss. pr. sec. Leid. pr. cum edd. pp. in caeteris *coniuncte*; nisi quod Voss. tert. det *inconiuncte.* IDEM. — *Vis discernitur.* Voss. tert. *vis de se cernitur.* Leid. pr. *v. decernitur.* Voss. pr. Leid. sec. *v. secernitur.* OVD. *Vis decernitur.* Sic in quibusdam legitur, in aliis *secernitur*: neutrum probat Lamb. qui *discernitur*, ut nos, edidit. BR. — *Evocationes h. et alias h. res.* MSS. O. et edd. pp. *revocationes h.*

*conferatur*) Erf. *Vt omnis totius orationis eodem ratio conferatur.* ID.

*Tutam et honestam*) Erf. *Tutam, honestam.* ID.

*Haec distribuitur in vim aut dolum*) Erfurt. *Haec tribuitur in vim et dolum.* ID.

*Quorum aut alterum*) Erf. *Quorum alterum.* ID.

*Vtrumque sumemus coniunctim*) Scripti omnes *coniuncte*, ut de Invent. I, 7: *At mihi quidem videtur coniuncte agendum de materia ac partibus.* GRON. Pith. *Aut utrumque consumemus coniunctim.* Erfurt. Cauch. et ed. Victorii, *coniuncte*; quod et in suis Gronovius vidit, et adstruxit auctoritate Tullii I de Invent. 7. GRAEV. Et ita MS. Traiect. BVRM.

*Vis decernitur*) Sic Pall. et Bruil. maluit Lambinus *discernitur*, quam bene, ipse viderit; vulgo erat *secernitur.* GRVT. Ed. Grut. *Vis decernitur per exercitus, classes.* Al. *Vis secernitur per exercitus.* Nonnulli ex coniectura: *vis cernitur per exercitus.* In Victorio est *secernitur.* In Erfurt. tamen et Cauch. nec non Cratandri, Mediolan. Asceus. Carol. et Rob. Steph. aliisque vetustioribus omnibus edd. est *vis discernitur.* Nec video causam, cur id non locum suum obtineat; *vis discernitur*, scilicet a dolo, per exercitus, classes, si ab exercitibus et classibus nobis vis infertur, nostraque diripiuntur et vastantur. GRAEV.

*Evocationes hominum*) Pleraeque vetustiores edd. et MSS. *Revocationes hominum.* Victor. ed. *Avocationes hominum.* Num homines evocare est vis? Sane evocati milites apud Romanos non vi cogebantur ad nomen dandum militiae, sed precibus et promissis invitabantur. Aldus Manucius F. explicat evocationes, imminutiones hostium, quum evocantur *ab hostibus* quidam, ut eorum vis infringatur. Quis unquam ita locutus est? sed ipsum vide, qui et sequentia explicat pessime. Sane corrupta non bene possunt explicari. Nec quid ad vim

hominum, et alias huiusmodi res. Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, et caeteris rebus, de quibus magis idoneo tempore loquemur, si quando de re militari, aut de ad-

Non capio, nec coniecturis incertis Indulgere lubet: alioquin in mentem venerunt *devotationes*, vel *interneciones*, pro quo scribebant librarii *internectiones*. Leid. qu. *et alia hui*. Ovd. — *In pecunia*. MSS. O. cum ed. Omu. *in pecuniam*, practerquam Voss. sec. et Leid. tert. et sic in seqq. In plurali *pollicitationes dissimulationes maturationes mentiones et caeteras res* habent Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. ed. Omuib. nisi quod *et caeteras res* desint Voss. tert. ac Leid. pr. sec. pro varia lectione praebeat *mentitiones*. In eodem codice *mentiones* exponuntur *futilitates*. Glossae. *Mentio* Ἀνάμνησις καὶ Ψεῦσμα. In Leid. tert. *mentitione*. V. Graev. Ovd. *Mentione*. *Mentitionem*, probata Lamb. emendatione edimus. Quid enim sibi hoc loco vult *mentione*? Si quis autem est, qui novitate verbi moveatur, is intelligat, qua ratione *appetitio* a verbo *appeto*, *molitio* a verbo *molior*, deducta vox sit, eadem ratione a verbo *mentior*, *mentitio* deduci licuisse. Bvrt. At quid *mentio* ad dolum? Sane nihil, si vulgari significatione hoc loco capiatur. Suut qui *mentitione* legendum credidere, quod non improbo, quum vocem minus obviam librariorum ignorantia facile mutare potuerit in aliam notiorem, licet minus aptam. Clericus exemplari suo, quod mihi ad communem utilitatem dedit utendum, adscripserat: *Mentione, hoc est* ψεύσματι. *Vide Glossas.* Illud certum est, quod Auctor ψεῦσμα voluit designare ista voce, sive ea sit legenda *mentio* sive *mentitio*. Verbvrg. — *De administratione reip. sc. velimus* pertineant *revocationes*, ut alii legunt, intelligo. Qui ab exilio revocantur, in illos beneficium confertur. Nec *avocationes*, ut nonnulli malunt, hic possunt ferri. *Avocantur* quae animum a curis et sollicitudinibus abducunt, res iucundae aut studia. Catalecton Virgilii ex emendatione I. Fr. Gronovii:

*Oblectat hortus, avocat, pascit, tenet,*
*Animoque moesto demit angores graves.*

Cogitabam *abactiones hominum*, quum vi homines instar pecorum abiguntur e suis finibus. Id.

*Et alias huiusmodi res*) A Duisb. abest *res*. Id.

*Mentitiones*) Malim legi *mansiones*. Lamb.

*In pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, mentione, et caeteris rebus, de quibus*) Sic Erf. et Cauch. MSS. edd. multae, *in pecuniam, pollicitationem, dissimulationem, maturationem, mentitionem, et caeteras res, de quibus*; sed prius habent omnes libri vetusti, quos consului, et editiones antiquiores, vetustissima Italica, et Mediol. Victor. Cratand. Hervag. Sed edd. Ascens. Caroli et Roberti Steph. et Lambini, legunt, *maturatione, mentitione*. Apta esset vox *mentitio* huic loco pro mendacio, si usquam alibi extaret, sed nunc invitis codicibus nihil muto, quamvis non intelligam, quid hic sit *mentione*, nec quod praecedit, *maturatione*, nisi dicas, *maturatione* esse simulatione maturationis ad decipiendum. Sed hoc est vaticinari. Lambinus ait se malle pro *mentitiones* legi *mansiones*; quod itidem non capio. Graev.

*De administratione reipublicae scribere velimus*) Erf. *De administratione rei scribere velimus*. Duisb. *De*

ministratione reipublicae scribere velimus. Honesta res dividitur in rectum, et laudabile.

Rectum est, quod cum virtute et officio fit. Id dividitur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, modestiam. Prudentia est calliditas, quae ratione quadam potest dilectum habere bonorum et malorum: dicitur item prudentia, scientia cuiusdam artificii: item appellatur prudentia, multarum rerum memoria, et usus complurium negotiorum. Iustitia est aequitas, ius unicuique tribuens pro dignitate cuiusque. Fortitudo est rerum magnarum adpetitio, et rerum humilium contemtio, et laboris cum utilitatis ratione perpessio. Modestia est in animo continens moderatio cupiditatum.

Leid. sec. *de ministratione*. Leid. qu. *volumus*. Ovd. — *Dilectum habere*. MSS. O. et edd. pp. *delectum h.* Ovd. In duobus Gryph. libris aeque scriptum exstat: quam scribendi rationem ita sequitur Lamb. ut tamen hoc loco *delectum* habeatur: fortassis operarum incuria, eius instituto refragante. Br. — *Ius unicuique tribuens*. MSS. VI *ius unicuique rei tr.* Leid. tert. *ius uniuscuiusque rei tr.* ed. Med. *ius suum unicuique rei tr.* Mox pro *cuiusque* in Voss. sec. *est uniuscuiusque*. Ovd. — *Item appellatur*. Leid. tert. ed. Omn. *et appel.* Leid. qu. *item et app.* Id. — *Perpessio*. Ed. Omn. *perpersio* Id. — *Cupiditatum*. *Cupiditatem* duo lib. Gryph. B C et quidem rectius; ex quorum auctoritate *disciplinam aut scientiam* cap. seq. edidimus, non *disciplinabilem*: quod vix dignum verbum doctis auribus, nedum eius seculi elegantia, haud probabile videtur a politissimo scriptore usurpatum. Br.

*administratione reip. scribere volumus.* Idem.

*Dilectum habere*) Sic Erfurt., sed vulgg. *Delectum habere*. Idem.

*Item appellatur*) In Erf. non est *item*; Cratand. ed. *Et item*. Lamb. ed. *Et appellatur*. Id.

*Ius unicuique tribuens*) Erfurt. at Cauch. *Ius unicuique rei tribuens*. Lamb. ed. *Ius suum unicuique tribuens*. Graev.

*Et rerum humilium contemtio*) Pith. *Et humilium contemtio*. Rectius sane *rerum* intelligitur, quam repetitur. Id.

*Perpessio*) Liber unus manuscr. habet *perpensio*. Lamb. Ed. prim. et MS. unus Lambini, *laboris cum utilitate perpensio*; quod reciperem, nisi fortitudinis munus esset actio: perpensio vero laboris cum utilitatis ratione, hoc est consideratio et comparatio laboris cum utilitate, quae laborem sequetur, est prudentiae. Retineo igitur vulgatam, quamvis loquendi genus mirum mihi videatur esse, *perpeti laborem cum utilitatis ratione*, pro perpeti laborem et pericula, habita ratione utilitatis, hoc est ut laborem illum suscipiam propter

3. Prudentiae partibus utemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus, quum alterum sequi, vitare alterum cohortabimur; aut si qua in re cohortabimur aliquid, cuius rei aliquam disciplinam aut scien-

3. *Vitare alterum cohortabimur.* Ed. Omn. *Vitari.* Voss. pr. sec. Leid. pr. tert. qu. ed. Med. *cohortemur.* OVDEND. — *Si* qua in re cohortabimur aliquid.* Ita MSS. O. et edd. pp. verissime. Adi ad Ovid. Epist. XIX, 187: *cupio non persuadere, quod hortor.* ID. — *Disciplinam aut scientiam.* MSS. O. et edd. pp. *disciplinabilem scientiam.*

utilitatem, quae inde in patriam derivabitur. GRAEV.

*Vitare alterum cohortabimur*) Cauch. Duisb. et edd. quaedam, *vitare alterum cohortemur.* Mallem cum prima Mediol. Ascens. Cratandri, et Hervag. editione, *vitari alterum cohortabimur.* Princeps id in *vitare* mutavit Victorius, a quo stant MSS. GRAEV.

*Aut si quam ad rem cohortabimur aliquem*) Sic opinor correxerunt ex fine lib. III, *pluribus verbis ad eam te hortari*, vel ex Mediceo *adhortari.* Victorius *qua in re*, ut est quoque in nonnullis scriptis, et quidem melioribus, ut in ipso Mediceo. Sed non viderunt venustatem loquendi hoc loco, aut plene commentati sunt. Nam iidem meliores scripti, *si qua in re cohortabimur aliquid.* Quod quum non dubitem fuisse in multis et optimis apud Gruterum aliosque, mireris profecto, cur id non admiserit, praesertim si videas, qualem se gesserit ad Tacitum XI Annal. 3, ubi addes Paterna, in quibus hoc ipsum Ciceronianum esse demonstratur. GRON. Grut. et multae aliae edd. *Aut si quam ad rem cohortabimur aliquid.* In Erfurt. Pith. Cauch. Cratand. etiam antiquissima editione Italica 1478 legitur, *si qua in re cohortabimur aliquid*, quod male. deturbatum reposui, et hic quoque Gronovius reponendum censuit, iussitque patris sui notas consuli ad Taciti XI Annal. 3. Sic olim ad Iustinum ostendi ex MSS. legendum *bellum hortari*, pro ad bellum. GRAEV. *Qua in re* etiam MS. Traiect. BVRM.

*Disciplinabilem*) Videtur exprimere voluisse vocem Graecam διδακτόν, seu potius μαθητόν. Sed quidam liber manuscr. habet *disciplinalem*; ego nihil muto, tametsi utrumque usurpatum esse a Latinis probabile sit; quod genus *penetralis* et *penetrabilis*: *genitalis* et *genitabilis*: *innumeralis* et *innumerabilis*: *manalis* et *manabilis*; adde, quod quidam adnotarunt, *naturalis* et *naturabilis.* LAMB. Omnes edd. ante meam et multi MSS: *Cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere*; pro *poterimus* Lamb. ed. *possimus.* Hoc vocabulum *disciplinabilis* non est a manu et mente auctoris horum Rhetoricorum, sed a manu barbari librarii. Manus genuina parentis horum librorum nobis servata est ab optimo Erfurtensi, in quo scribitur: *cuius rei aliquam disciplinam aut scientiam poterimus habere.* Cauch. *Cuius rei aliquam disciplinam scientiam poterimus habere*; sed a manu secunda *disciplinabilem.* Nam a posterioribus super *nam* adscriptum erat *bilem*, ex libro minus emendato. Vereor etiam, ne *aut scientiam* sit glossema, et interpreta-

tiam poterimus habere, et quo modo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus; aut si suadebimus quidpiam, cuius rei gestae aut praesentem, aut auditam memoriam poterimus habere: qua in re facile id, quod velimus, exemplo adlato persuadere possimus. Iustitiae partibus utemur, si aut innocentum, aut supplicum dicemus misereri oportere: si ostendemus bene merentibus gratiam referri convenire: si demonstrabimus ulcisci male meritos oportere: si fidem magnopere censebimus conservandam: si leges et mores civitatis egregie dicemus servari oportere: si societates, atque amicitias studiose dicemus coli convenire: si, quod ius in parentes, deos, pa-

IDEM. — *Et quo modo, ant qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus.* Copulam non agnoscunt Leid. pr. tert. Voss. sec. edd. Med. Omn. sicut et verbo *ostendemus* carent MSS. iidem et Leid. qu. Bene omnino. V. Graev. *quodque* Leid. qu. *f. possit* Voss. pr. Leid. sec. ID. — *Rei g. aut praesentem aut auditam memoriam.* Leid. tert. *rei g. a. praesentis, a. auditae mem.* V. Graev. ID. — *Persuadere possimus.* Voss. sec. Leid. tert. ed. Omn. *p. poterimus.* Leid. sec. *p. possimus.* ID. — *Innocentum aut supplicum.* Voss. pr. Leid. qu. *innocentium.* Ed. Med. *innocentiam.* Leid. pr. Voss. pr. edd. pp. *supplicium.* ID. — *Gratiam referri.* Voss. tert. Leid. tert. *g. referre.* ID. — *Coli*

tio vocis *disciplinam.* Erfurtensem expressi. In sequentibus quoque his verbis, *et quo modo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus*, idem Erfurtensis non habet *et* ac *ostendemus.* Copula *et* non etiam legitur in editione prima, Mediolanensi, Ascens. Cratand. Hervag. Illam primus apposuit editioni suae Victorius, quam sequentes omnes sunt imitatae. Sed utramque vocem *et* ac *ostendemus*, si cum Erfurtensi deleveris, videbis optime constare sententiam. Edd. et plerique MSS. *et quomodo aut qua quidque ratione fieri oporteat ostendemus.* In Duisb. pro *quidque* est *quodque.* GRAEV.

*Si suadebimus quidpiam cuius rei*) Lamb. ed. *Si suadebimus quidpiam cui similis rei gestae.* ID.

*Cuius rei gestae aut praesentem, aut auditam memoriam poterimus habere*) Optime Pithoei codex: *cuius rei gestae aut praesentis aut auditae memoriam poterimus habere.* Hanc scripturam etiam ostendit margo Cratandri editionis. Nam quid sit *auditam memoriam habere*, non ego intelligo. ID.

*Si aut innocentum*) Erf. et Cauch. *Si aut innocentium.* ID.

*Bene merentibus gratiam referri convenire*) Erf. *In merentibus gratiam referri oportere.* ID.

*Servari oportere*) Erf. *Oportere servari.* Lamb. ed. *Egregie servari dicemus oportere.* ID.

*Amicitias studiose dicemus coli*) Lambin. ed. *Amicitias dicemus studiose coli.* ID.

*In parentes deos patriam*) Erf. *In parentes, deos, in patriam.* ID.

triam natura comparavit, id religiose colendum demonstrabimus: si hospitia, clientelas, cognationes, adfinitates caste colendas esse dicemus: si nec prece, nec pretio, nec gratia, nec periculo, nec simultate a via recta ostendemus deduci oportere: si dicemus in omnibus ius aequabile statui convenire. His atque huiusmodi partibus iustitiae si quam rem in concione, aut in consilio faciendam censebimus, iustam esse ostendemus; contrariis iniustam. Ita fiet, ut eisdem locis et ad suadendum, et ad dissuadendum simus comparati. Sin fortitudinis re-

*convenire.* Ed. Med. c. *debere.* Idem. — *Caste colendas esse dicemus.* Leid. pr. c. *colende.* Voss. pr. c. *colenda.* Quod non displicet. Verbum *esse* desideratur in Voss. sec. Id. — *Nec prece nec pretio.* Duae priores voces desunt MSS. VI et edd. pp. contra Leid. qu. non habet duas ultimas. Id. — *Aequabile ius.* Sic MSS. et edd. pp. nisi quod in Voss. tert. sit *aequale ius.* Id. — *In consilio faciendam.* Ed. Med. caret praepositione. Leid. qu. ed. Omn. *concilia*: male. Id. — *Ad suadendum et ad dissuadendum s. comparat.* Leid. pr. sec. qu. *et dissuad.* desunt illa in Voss. tert. qui male habet etiam *parati.* Oud. *Simus comparati.* Ita duo

*Clientelas, cognationem*) Erfurt. *Clientelam, cognationes.* Id.

*Caste colendas esse*) Erf. *Caste colendam esse.* Id.

*Si nec prece, nec precio*) Erfurt. meus MS. ed. prim. et Mediol. *si nec pretia.* Sed in Duisb. non sunt *nec pretia.* Id.

*In concione aut in concilio*) Sic iam et Victorius et Lambinus et Gruterus. Quid autem est concio, nisi concilium populi? ut ita non videantur hic dici diversa, quod innuit particula. Atqui priores editi et distincte etiam scripti nostri omnes, *consilia*, quod revocandum puto, et satis de his vocibus dictum. Vtique apud praetorem et ad consilium iudicum pertinet saepe, ut ostendatur aliquid iustum esse. Gron. Erfurt. et Cauch. *consilio*; quod etiam ex suis probat Gronovius. Non tantum autem *consilium* est praetorum, sed etiam senatus, qui saepe dicitur *consilium*, requirit, ut quid iustum sit ostendatur. Graev. *Consilia* etiam MS. Traiect. Burm.

*Ad suadendum et ad dissuadendum simus comparati*) Sic elegantissime nostri tres codices: quomodo quum exhibeat quoque Victorius, non putavi ulterius eam lectionem hinc exulare debere, quum pervile sit illud istorum *parati.* Sic *quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est*, in Oratore; et III de Nat. Deor. *Ego me ad respondendum compararim.* Gronov. Grut. et edd. *Ad suadendum et dissuadendum simus parati.* Pith. *Ad suadendum simus comparati.* Al. *Ad suadendum simus aperati; ad suadendum et ad dissuadendum simus comparati*, ex suis Gronov., nec aliter omnes mei MSS. et edd. vetustiores; vulgo *parati.* Graev. *Comparati* etiam in Cod. Traiect. in quo aliqua varietas in vocibus praecedentibus. Burm.

tinendae causa faciendum quid esse dicemus, ostendemus, res magnas et celsas sequi, et adpeti oportere, et item res humiles, et indignas viros fortes contemnere oportere, nec idoneas pro dignitate sua iudicare. Item a nulla re honesta, periculi aut laboris magnitudine deduci oportere: antiquiorem mortem turpitudine haberi: nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur: nullius pro rei veritate metuere inimicitias: quodlibet pro patria, parentibus, hospitibus, amicis, et iis rebus, quas iustitia colere cogit, adire periculum, et quemlibet suscipere laborem. Modestiae partibus utemur, si nimias libidines honoris, pecuniae, similiumque re-

Gryph. exempl. et mox *celsas*, quo loco alii *excelsas*. BRVTVS. — *Faciendum quid esse*. Voss. pr. *faciendum*. Abest *quid* a Leid. pr. OVD. — *Vel viros fortes propterea*. In nullo MS. vel ed. inveni istud *vel*. Abest *propterea* a Leid. pr. tert. Voss. sec. ed. Med. *praeterea* legas in Voss. tert. ID. — *Idoneas dignitate s*. Voss. tert. *idonea*. ID. — *Ab nulla re hon*. Sic Voss. pr. sec. Leid. sec. tert. Vulgo *a nulla r*. ID. — *Et eis rebus*. Deest copula Leid pr. tert. ID. — *Pecuniae similiumque rerum*. Leid. pr. sec. Voss. tert. *pecuniarum*. Copula deest Voss.

*Faciendum quid esse*) Vox media nuspiam mihi occurrit. GRON. Vox media nec in Gronovianis, nec Erf. et poterat abesse. Sed in reliquis MSS. et ed. prima, caeterisque legitur. GRAEV.

*Res magnas et celsas sequi*) Al. *Res magnas et excelsas sequi*. ID.

*Humiles et indignas*) Ed. Cratand. *Humiles indignas*. ID.

*Vel viros fortes propterea* etc. Addidi e Pal. quarto syllabam *vel*; quod *propterea* illud invenissem in pluribus Palatinis, quod alioquin Guilielmio tollendum videbatur, utpote e libris aliquot exsul; si cui forte *vel* indignum putatur textu, is poterit *propterea* mutare in *praeterea*, fide Pal. pr. ac quinti. GRVT. Vulgg. *Viros fortes propterea*. MSS. duo, *viros fortes praeterea*. Asserunt *vel* Erf. et Cauch. GRAEV. Neque *vel* neque *propterea* est in MS. Traiect. BVRM.

*Nec idoneas pro dignitate sua iudicare*) Sic reposui, secutus unum librum manuscript., quidam tamen legendum censent, *nec idoneas dignitati suae*: alii vulgatam lectionem retinendam censent, et *idoneas dignitate sua* positum esse pro dignas dignitate, atque idcirco voci *idoneas* eumdem casum tributum, atque voci *dignas* tribueretur. LAMB. Erfurt. *Nec idoneos sua dignitate*. Lambin. ed. *Nec idoneas pro sua dignitate*. GRAEV.

*A nulla re honesta*) Erf. Cauch. et Lamb. ed. *Ab nulla re honesta*. ID.

*Turpitudine haberi, nullo dolore cogi*) Erfurt. *Turpitudinem haberi, in nullo dolore cogi*. ID.

*Amicis et iis rebus*) Erf. *Amicis iis rebus*. ID.

rum vituperabimus. Si unamquamque rem certo naturae termino definiemus. Si quoad cuique satis sit, ostendemus, et nimium progredi dissuadebimus, et modum unicuique rei statuemus. Huiusmodi partes sunt virtutis, amplificandae, si suadebimus; adtenuandae, si ab his dehortabimur, ut haec adtenuentur, quae supra demonstravi. Nam nemo erit, qui censeat a virtute recedendum: verum aut res huiusmodi non dicatur esse, ut virtutem possimus egregiam experiri, aut in contrariis potius rebus, quam in his, virtus constare ostenda-

O. Leid. pr. sec. *et sim.* Leid. qu. Id. — *Si quoad cuique satis sit.* Ed. Med. *et si.* Voss. tert. *quoad id quantumque satis sit.* Leid. tert. ed. Omn. *quod cuique s. s.* Id. — *Et nimium etc. et modum etc.* Copula utrobique deest Leid. tert. ed. Omn. *Et si m.* Voss. pe. Leid. pr. Idem. — *Virtutis amplificandae, si suadebimus.* Leid. pe. *omnibus virtutis* a m. pr. *verbis*, dum caetera exsulant a m. pr. sicut absunt quoque cum seq. *attenuandae* a Voss. tert. Sed in Leid. tert. scriptum est, *Hui. partes s. amplificandae si hortabimur*, *omnibus vero verbis att.* Leid. qu. *omnibus verbis amplif. si suad.* Id. — *Vt huc adtenuentur.* Leid. tert. *et ut adt.* ed. Med. *et haec adt.* Id. — *Non huiusmodi dicatur esse.* MSS. IV et ed. Omn. *non eiusmodi.* Voss. pe. ed. Omn. *dicantur.* Ab eadem abest verbum substantivum. Id. — *Constare*

*Similiumque rerum*) Erf. et Duisb. *Similium rerum.* Id.

*Si quoad cuique satis* etc. Vulgo, *Si denique quid cuique satis* etc.; sed nos venustum loquendi genus reposuimus, repertum in Pal. tert. quinto, sexto, item Fabr. et Coloniensi. Plautus Menaechmis: *Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.* Gavt. Vulgg. edd. *Si denique quod cuique satis sit.* Ed. prima et Mediol. *Si quod cuique satis sit.* Erfurt. Pith. Cauch. Duisb. *Si quoad cuique satis sit.* Graev. Sic etiam in MS. Traiect. Bvr.

*Et modum unicuique rei statuemus*) Erfurt. *Modum unicuique rei statuamus.* Graev.

*Partes sunt virtutis amplificandae si suadebimus: attenuandae*) Erf. *Partes sunt omnibus verbis, attenuandae.* Duisb. *Partes sunt omnibus verbis amplificandae.* Id.

*Vt haec attenuentur, quae supra demonstravi*) Puto delendum esse *quae* hac sententia: ut *haec attenuentur supra demonstravi*, hoc est quomodo eleventur. Id.

*Non huiusmodi dicatur esse*) Pal. tert. quart. quint. *dicantur*, quod ferri item queat. Lambinus scripsit *dicetur*: ut et mox *ostendetur*, sed contra omnes libros nostros. Grvt. Erf. *Aut res non eiusmodi dicatur.* Pith. *Aut non huiusmodi res dicatur esse.* Lamb. ed. *Aut res non huiusmodi dicetur esse.* Graev. MS. Traiect. *Verum ut dicatur res non huiusmodi esse.* Bvrm.

*Vt virtutem possimus egregiam*) Erf. *Vt virtutem possimus egregiam.* Graev.

*Virtus constare ostendatur*) Erf. *Virtus constareque ostendantur.* Lamb. ed. *virtus constare ostendetur.* Id.

tur. Item si quo pacto poterimus, quam is, qui contra dicet, iustitiam vocarit, nos demonstrabimus ignaviam esse, et inertiam, ac pravam libertatem: quam prudentiam appellarit, ineptam et garrulam et odiosam scientiam esse dicemus: quam ille modestiam dicet esse, eam nos inertiam et dissolutam negligentiam dicemus: quam ille fortitudinem nominarit, eam nos gladiatoriam, et inconsideratam appellabimus temeritatem.

4. Laudabile est, quod conficit honestam, et praesentem, et consequentem commemorationem. Hoc nos eo a recto separavimus, non quod hae quatuor partes, quae subiiciuntur sub vocabulo recti, hanc honestatis commemorationem dare non soleant; sed quamquam

*ostendatur.* Ed. Med. *esse ost.* Leid. tert. *c. ostendetur.* Id. — *Iustitiam vocarit.* Voss. pr. tert. Leidd. O. et ed. Med. *vocavit.* Voss. sec. *vocabit.* Id. — *Parvam libertatem.* Sic Leid. qu. et ed. Med. In caeteris *p. liberalitatem.* Ed. Omn. *parvam liberalitatem.* Ovd. *Liberalitatem* edidi, hanc lectionem, praeter duos Gryphii vetustiores libros, Leonic. approbante. Brvtvs. — *Quam prudentiam.* Leid. qu. *qui pr.* Ovd. — *Et dissolutam neglig. dicemus.* Voss. sec. *nominabimus, et diss. neglig.* In caeteris et edd. pp. *et d. n. esse dicemus.* Idem.
4. *Consequentem commemor.* Sic MSS. O. et edd. pp. Ovd. — *Eo a recto separavimus.* Leid. pr. tert. *eo modo s.* Leid. sec. *separabimus,* Voss. qu. *separamus a recto.* Leid. qu. *non separamus a r.* ed. Omn. *superavimus.* Id. — *Sub vocabulo recti.* Leid. sec. *sub vocabulum rei.*

*Iustitiam vocarit*) Erf. et Duisb. *Iustitiam vocavit.* Id.

*Parvam libertatem*) MSS. Erfurt. Cauch. Pith. ac omnes edd. veteriores: *pravam liberalitatem.* Sed *libertatem* tuetur Duisburg. Colon. et Lamb. edd. et margo Cratandri. Id.

*Quam prudentiam*) Duisb. *Qui prudentiam.* Id.

*Dissolutam negligentiam dicemus*) Erf. et Lamb. ed. *Dissolutam negligentiam esse dicemus.* Id.

*Praesentem et sequentem*) Scripti tres *consequentem.* Gron. *consequentem* Erfurt. Cauch. et edd. prima, Cratandri, Rob. Steph. et Lambini, nec non MSS. Gronoviani; vulgati, *sequentem commemorationem.* Graev. Ita et MS. Traiect. videtur spernendum, quod praecedit *conficit*, sequatur autem *commemorationem.* Bvrm.

*Hoc nos eo a recto separavimus*) Erf. *hoc non eo modo separavimus.* Pith. *hoc nos eo modo a recto separavimus.* Graev.

*Non quod hae quatuor partes*) Haec verba non leguntur in Erfurtensi. Id.

*Sub vocabulo recti*) Erf. et Pith. *Sub vocabulum recti.* Id.

*Hanc honestatis*) Erf. *Hanc honestatem.* Id.

*Dare non soleant*) Erf. *Dare soleant.* Id.

ex recto laudabile tamen nascatur, in dicendo seorsum tractandum est hoc ab illo. Neque enim solum laudis causa rectum sequi convenit, sed si laus consequitur, duplicatur recti adpetendi voluntas. Quum igitur erit demonstrandum rectum esse, laudabile esse demonstra-

ID. — *In dicendo.* Desont Voss. tert. ID. — *Rectum sequi.* Leid. tert. *recta sequi*, et pr. a m. pr. ID. — *Si laus consequatur.* Voss. pr. *consequetur.* Leidd. O. ed. Omn. *consequitur.* Ed. Med. *sequitur.* ID. — *Duplicatur.* Leid. tert. *placet magis.* ID. — *Demonstrandum rectum esse.* In solo Leid. qu. est gerundium. In caeteris et edd. pp. *demonstratum.* Bene. Verbum exsulat a MSS. et edd. praeterquam Voss. sec. ID. — *Laudabile e. demonstrabitur.* Sic MSS. O. et edd. pp. non *de-*

*Rectum sequi* ) Erfurt. *Recta sequi.* IDEM.

*Duplicatur recti appetendi* ) Erfurt. *Placatur recti appetendi.* Margo ed. Cratandri: *placet magis recte appetendi.* ID.

*Quum igitur erit demonstrandum* ) Ita Pal. quart. et sextus praeter Tosanum, Gembl. et Colon. vere; nam eo ipso quod laudabile demonstramus, rectum et honestum esse ostendimus: prius eusi, *demonstratum.* GRUT. Vulgg. *quum igitur erit demonstratum rectum, laudabile.* Grut. ed. *quum igitur erit demonstrandum rectum, laudabile.* Confirmat Erfurtensis, ex quo praeteres adieci τὸ *esse.* GRAEV.

*Laudabile esse demonstrabimus aut ab idoneis hominibus .... aut ab aliquibus sociis, aut omnibus civibus* ) Diverso modo hic locus scribitur. Et quum verum sit idoneos homines, ut hic describit ordinem quemdam honestum, considerari posse diversos ab sociis aliquibus, et omnibus civibus etc. sie quoque dici potest socios et cives esse ipsos idoneos homines. Quorum prius quum videatur sequi Lambinus, cuius est vulgata hodie lectio; sic nescio su consideraverit quoque suctor, quum illud secundum *ab* nec in MSS. nostris ullis, nec in editionibus ante illum, quem dixi, reperiatur, ut inde colligam ab eo additam, tum hoc quo dixi respectu, tum forsan ex consideratione, de qua egimus supra lib. II init. Eam ideo resecandam puto; sed etiam totum locum veritati facilitatique suae sic restituendum: *Laudabile esse demonstrabimus, ut ab idoneis hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat, q. a. d. or. improbetur, aut aliquibus sociis,* ( scilicet *illa res placeat*, dicuntur enim haec per dativum, ut et sequentis ) *aut omnibus civibus* etc. Si placuit Grutero ista praepositio, rectius eam iteravisset mox, *exordiri licebit vel a principio, vel ab insimuatione, vel ab iisdem rationibus.* Sic enim ter illa repetitur in optimis MSS. et quibusdam editis, unde ipse prohibuit quoque. Fraudi fuit τὸ *ut* sic geminatum, in quo saepe suetores sibi placuerunt. GRON. Gronovius ex vestigiis veterum codicum et editionum legit: *Laudabile esse demonstrabimus, ut ab idoneis hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat, quae a deteriore ordine improbetur, aut aliqui-*

bimus aut ab idoneis hominibus, ut si qua res honestiori ordini placeat, quae a deteriore ordine improbetur: aut ab aliquibus sociis, aut omnibus civibus, exteris nationibus, posterisque nostris. Quum huiusmodi locorum divisio sit in consultatione, breviter aperienda est totius tractatio causae. Exordiri licebit, vel a principio, vel ab insinuatione, vel iisdem rationibus, quibus in iudiciali causa. Si cuius rei narratio incidet, eadem ratione narrari oportebit. Quoniam in huiusmodi causis finis est utilitas, et ea dividitur in rationem tutam atque honestam: si utrumque poterimus ostendere, utrumque pollicebimur nos in dicendo demonstraturos esse: sin al-

*monstrabimus.* Addit Leid. qu. *hoc modo.* Id. — *Ab idoneis h.* Deest praepositio Leid. qu. Id. — *A deteriore ordine.* Vltima vox non est in Voss. tert. Id. — *Aut ab aliquibus sociis.* Non comparet praepositio in MSS. nec ed. Omn. Id. — *Narrari oportebit.* Abest *narrari* a Voss. tert. Leid. sec. Id. — *Sin alterum demonstraturi erimus.* Abest *erimus* a Voss. tert. contra in aliis *erimus dicturi vel demonstraturi.* In plerisque *erimus dem.* Sed Leid. pr. a m. pr. modo dat *sin alterum.*

*bus sociis* ( sc. placeat illa res) *aut omnibus civibus.* Equidem alterum *ab* nec in nostris MSS. habetur, quod tamen vulgati prae se ferunt: praeterea Duisburgensis diversam plane ab aliis libris scripturam nobis ostendit: *Laudabile esse demonstrabitur hoc modo, aut id idoneis hominibus*, quod adnotandum duxi. Graev.

*Placeat, quae a deteriore*) Pith. *Placeat. At quae a deteriore.* Erf. *placeat quae a deteriori.* Id.

*Aut aliquibus sociis*) Erf. *Aut quibus sociis.* Id.

*Huiusmodi locorum divisio sit*) Erf. *Huiusmodi divisio sit locorum.* Id.

*Breviter aperienda est*) Erf. *Breviter aperienda erit.* Id.

*Totius tractatio causae*) Erf. *Tractatio totius causae.* Id.

*Exordiri licebit*) Erf. *Exordio licebit.* Id.

*Vel iisdem rationibus*) Al. *vel ab iisdem rationibus.* Id.

*Quibus in iudiciali causa*) Erfurt. *Quibus in iudicialem causam.* Id.

*Narrari oportebit*) Vulgg. *narrare oportet.* Erf. Cauch. et edd. prima Mediol. Victor. Cratand. aliaeque vetustiores omnes *narrari.* Cur mutarunt? Id.

*Si utrumque poterimus ostendere, utrumque pollicebimur*) Erf. *Vtrumque poterimus ostendere, si utrumque pollicebimur.* Idem.

*Sin alterum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus*) *Dicturi* margo ed. Cratandri: *sin alterum quid dicturi sumus, ostendemus simpliciter.* Erfurt. *si alterum quid dicturi sumus ostendemus. Si alterum* repete ἀπὸ κοινοῦ *poterimus ostendere*, quid dicturi sumus ostendemus. Multos centones adsu-

terum demonstraturi erimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ostendemus. At si nostram rationem tutam esse dicemus, divisione utemur in vim, et consilium. Nam, quod in docendo rei dilucidandae causa dolum appellavimus, id in dicendo honestius consilium appellabimus. Si rationis nostrae sententiam rectam esse dicemus, et omnes partes recti incident, quadripartita divisione utemur: si non incident, quot erunt, tot exponemus in dicendo. In confirmatione et confutatione utemur locis, quos ante ostendimus, nostris confirman-

Optime. V. Graev. Id. — *In docendo.* Voss. tert. Leid. sec. edd. pp. *in dicendo.* Id. — *Rei dilucidondae.* Voss. sec. Leid. sec. *rei magnificandae*; tert. *dilucide et magnificondae.* Ed. Med. *dilucidandae magnificandoeque.* Id. — *Id in d. honestius consilium.* Deest *id* a Voss. tert. Leid. qu. Tum *honestius vocabulo c.* Voss. tert. *honestiori vocabulo c.* Leid. tert. Id. — *In confirmatione et conf.* Abest praepositio a MSS. excepto Voss. tert. Tota periodus usque ad *Argumentationis* exsulat a Leid. sec. Id. — *Vtemur locis, q. o. o. nostris confirmondis, contrariis confutandis.* Voss. pr. *utemur, nostros locos, q. o. o. confirmando, contrarios confutando.* Leid. pr. Voss. tert. ed. Med. *utemur, nostris locis, q. a. o. confirmandis, c. conf.* Voss. sec. Leid. tert. *utemur. Vt enim nostri loci q. a. o. confirmandi sunt, ita contrarii* tos esse his libris iam saepe vidimus. Non pauci recisi sunt ab Erfurtensi. Idem.

*At si nostram rationem*) Erf. *Aut si nostram rationem.* Idem.

*In docendo*) Erf. *In dicendo.* Idem.

*Rei dilucidandae causa*) Vnus liber MS. habet, *rei dilucide magnificandae causa*: alius, *rei dilucidandae, magnificandae*, plane mendose. Hinc quidam legendum putant, *dilucide manifestandae.* Lamb. Erf. ac Cauch. et al. MS., *rei dilucide magnificandi causa*, in Cauch. additur interpretatio voci *magnificandi*, superscripta *manifestandae.* Al. MS. *rei dilucidandae, magnificandae.* Graev.

*Id in dicendo*) *Id* non est in Duisb. Idem.

*Si rationis nostrae sententiam*) Edd. *si rationis nostrae sententiae.* Longe rectius Erf. *Si rationem nostrae sententiae*: *rationem* est etiam in Duisb. Idem.

*In confirmatione*) Al. Erf. abest *in.* Idem.

*Vtemur locis, quos ante ostendimus*) Duisb. *Vtemur etenim loci nostri quos ante ostendimus.* Erf. *utemur locis nostris, quos ante ostendimus.* Pith. *utemur nostris locis, quos ante ostendimus.* Idem.

*Nostris confirmandis, contrariis confutandis*) Duisb. *confirmandi ita contrarii* confutandi. Erf. *confirmandis, contrariis confutandis*, sine *nostris.* Id.

dis, contrariis confutandis. Argumentationis artificiosae tractanda ratio de secundo libro petetur.

5. Sed si acciderit, ut in consultatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta, sententia sit, ut in deliberatione eorum, qui a Poenis circumsessi deliberant, quid agant: qui tutam rationem sequi suadebit, his locis utetur: Nullam rem utiliorem esse incolumitate: virtutibus uti neminem posse, qui suas rationes in tuto non collocarit: ne deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittant: honestum nihil oportere existimari, quod non salutem pariat. Qui tutae rei praeponet rationem honestam, his locis utetur: Virtutem nullo tempore relinquendam: vel dolorem, si is timeatur; vel mortem, si ea formidetur, dedecore et infamia leviorem esse; considerare, quae sit turpitudo consecutura.

*sunt confutandi.* ID. — *Arg. art. tractandae ratio.* Sic MSS. et edd. Male in nova ed. *tractandae.* IDEM.

5. *Sequi suadebit.* Abest infinitivus a Leid. qu. In Voss. tert. *s. persuadebit.* OVD. — *Ne deos quidem esse a. iis.* Leid. pr. *idoneos q. non esse a. eos*; ac suprasc. in Voss. pr. *nec* Leid. qu. edd. pp. IDEM. — *In per. mittant.* Leid. sec. *in p. invitant*; qu. *in p. mittunt* cum ed. Oxon. ID. — *Virt. n. t. relinquendam vel dol.* Voss. tert. *v. n. t. esse vel v. d.* Voss. pr. Leid. sec. *et vel dol.* ID. — *Si is timeatur.* Deest pronomen Leid. pr. qu. Voss. tert. in quo *timeas.* ID. — *Si ea for-*

*Tractandae ratio*) Erf. *Tractanda ratio.* ID.

*Alteri ab honesta, sententia sit*) Erf. *Alteri ab honesta, sententia est.* GRAEV.

*Vt in deliberatione eorum, qui a Poenis circumsessi*) Erf. *Vt deliberatione eorum, qui penas circumsessi.* IDEM.

*Qui tutam rationem sequi suadebit*) Erf. *Tutam rationem si quis audivit.* IDEM.

*Ne deos quidem esse auxilio iis*) Erf. *Idoneos non quidem auxilio iis.* Vulgg. *Nec deos q. e. a. i.* IDEM.

*Qui se inconsulto in periculum mittant*) Lamb. ed. *qui se consulto in periculum mittant.* Duisb. et ed. prima, *qui se inconsulto in periculum mittunt.* IDEM.

*Honestum nihil*) Erfurt. *Honestam nihil.* IDEM.

*Quod non salutem*) Erf. *Quae non salutem.* IDEM.

*Praeponet rationem*) Erf. *Praeponit rationem.* IDEM.

*Vel dolorem, si is timeatur*) Erf. *Vel dolorem si is in ea inocreatur.* IDEM.

*Dedecore et infamia*) Erf. *Decore et infamia.* Edit. prima, *dedecore et infamia.* IDEM.

*Considerare, quae sit*) Forte *considerandum, quae sit.* IDEM.

At non immortalitatem neque aeternam incolumitatem consequi: nec esse exploratum, illo vitato periculo, nullum in aliud periculum venturos: virtute vel ultro ad mortem proficisci, esse praeclarum: Fortitudini fortunam quoque esse adiumento solere:.eum tute vivere, qui honeste vivat, non qui in praesentia incolumis sit: et eum, qui turpiter vivat, incolumem in perpetuum esse non posse. Conclusionibus fere similibus in his, et iudicialibus causis uti solemus, nisi quod in his maxime conducit quamplurima rerum ante gestarum exempla proferre.

6. Nunc ad demonstrativum genus causae transeamus. Quoniam haec causa dividitur in laudem, et vituperationem, quibus ex rebus laudem constituerimus, ex contrariis rebus erit vituperatio comparanda. Laus igitur

*midetur.* Voss. tert. *si eam formides.* Id. — *Vel ultro ad mortem.* Leid. sec. *vel ultra mortem;* qu. *etiam ultro ad m.* Voss. tert. *velud ultro ad m.* Id. — *Quoque esse adium.* Deest *quoque* Voss. pr. Id. — *Qui in praesentia incolumis sit.* Voss. tert. solummodo *qui incolumis.* Abest *sit* a Leid. tert. ed. Med. *est* Leid. qu. Id. — *In his et in iudicialibus c.* Sic cum Edd. pr. MSS. O. excepto Voss. tert. cui deest secundo loco praepositio. Leid. tert. *et in his, et in i.* Idem. — *In his m. conducit.* Sic Voss. sec. Leid. qu. ed. Med. A caeteris MSS. et ed. Omn. abest praepositio; *congruit* Voss. tert. Id.

6. *Ad demonstr. genus causae transeamus.* Voss. tert. *ad dem. genus accedamus.* Ovd. — *Quibus ex rebus.* Voss. pr. *q. de rebus.* Id.

*At non immortalitatem*) In Erf. non legitur *at.* Pith. *aut non immortalitatem, neque aeternam consequi incolumitatem.* Idem.

*Virtute vel ultro ad mortem*) Erf. *Virtuti vel ultro ad mortem.* Duisb. *virtute etiam ultro ad mortem.* Id.

*Fortitudini fortunam quoque*) Namque (ut aiunt) fortes fortuna adiuvat. Lamb. Erf. *formidini fortunam*, pessime. Graev.

*Et eum tute vivere*) Lamb. ed. *eum tute vivere.* Idem.

*Non qui in praesentia incolumis sit*) Verbum in nullo scripto notavi: et cur non subintellexit *vivat*, vel *esse possit?* Gron. Abest *sit* ab Erfurt. et Pith. et al. MSS. et Gronovianis, in Duisb. legitur, *non qui in praesentia incolumis est, et eum.* Graev.

*Incolumem in perpetuum esse non posse*) Erf. *Incolumem esse in perpetuum non posse.* Idem.

*In his, et in iudicialibus*) Pith. *In his ut in iudicialibus.* Vulgg. *in his et iudicialibus.* Idem.

*Nisi quod his*) Abest *nisi* ab Erf. et in vulgg. est *nisi quod in his.* Id.

*Erit vituperatio comparanda*) Erf. *Erit vituperatio comparata.* Graev.

potest esse rerum externarum, corporis, animi. Rerum externarum sunt ea, quae casu, aut fortuna secunda, aut adversa accidere possunt: ut genus, educatio, divitiae, potestates, gloriae, civitas, amicitiae, et quae huiusmodi sunt, et ea, quae his sunt contraria. Corporis sunt ea, quae natura corpori adtribuit commoda, aut incommoda: ut velocitas, vires, dignitas, valetudo, et quae contraria sunt. Animi sunt ea, quae consilio, et cogitatione nostra constant: ut prudentia, iustitia, for-

— *Corporis animi.* Voss. pr. Leid. qu. edd. pp. *et c. et animi.* Leid. p. *c. animique.* Voss. sec. tert. Leid. sec. tert. *corporis et animi.* Id. — *Potestates gloriae civitas.* Leid. tert. *potestas.* Voss. tert. Leid. sec. ed. Omn. *civitates.* Leid. qu. *civilitas.* Id. — *Corpori adtribuit.* Voss. tert. *tribuit.* Id. — *Dignitas valetudo.* Voss. pr. *dign. pulcritudo, valit.* Id. — *Et quae contraria sunt.* Ed. Med. *et ea, quae contraria.* Voss. pr. Leid. pr. qu. *et quae his contr. sunt.* Id. — *Vt prudentia.* Parti-

*Rerum externarum et corporis et animi*) Ita vulgg. Pith. *Rerum externarum, corporis et animi.* Erfurt. et Cauch. sine copulandi particulis scribunt: *rerum externarum, corporis, animi*: quibus pareo. Idem.

*Vt genus, educatio*) Erf. *Quod genus, educatio.* Idem.

*Gloriae, civitates*) Quidam liber MS. habet, *gloriae, sodalitates*: ego nihil muto; nam *civitatis* nomen sic accipio, ut intelligam beneficium, aut malignitatem esse fortunae, huius aut illius civitatis esse: verbi gratia, esse Parisiensem, aut Sagiensem. Lambin. *Civitas*, omnes, item Bruil. et Fabr. recte; nemo enim duarum civitatum esse potest iure naturae, et de datione civitatis Romanae loqui apparet: vulgata, *civitates.* Grvt.

*Et quae huiusmodi sunt*) Lamb. ed. *et cetera quae huiusmodi sunt.* Id.

*Et ea, quae his sunt contraria*) Erf. et Cauch. *Et quae his sunt contraria.* Lamb. ed. *et ea quae his contraria.* Idem.

*Quae natura corpori attribuit*) Lamb. ed. *quae natura corpori tribuit.* Idem.

*Incommoda ut velocitas*) Erf. *Incommoda, velocitas.* Idem.

*Dignitas*) *Dignitas* hoc loco, id est pulchritudo virilis; sic Cicero pro Coelio: *Quis est enim, cui via ista non pateat? qui isti aetati ac dignitati non possit, quam velit petulanter, etiam si sine ulla suspicione, at non sine argumento maledicere?* Cornelius Nepos in Dione; *Multa alia ab natura habuit bona, in his ingenium docile, come, aptum ad res optimas, magnam corporis dignitatem; quae non minimum commendat.* Iterum Cicero de Off. lib. I: *Quum autem pulchritudinis duo genera sint, quorum in altero venustas sit, in altero dignitas: venustatem, muliebrem ducere debemus, dignitatem, virilem.* Lamb.

*Vt prudentia*) Ab Erf. *Vt* abest. Graev.

titudo, modestia, et quae contraria sunt. Erit igitur haec confirmatio et confutatio nobis. In huiusmodi igitur causa principium sumetur aut a nostra, aut ab eius, de quo loquemur, aut ab eorum, qui audient, persona, aut ab re. Ab nostra: Si laudabimus, dicemus aut officio facere, quod causa necessitudinis intercedat: aut studio, quod eiusmodi virtutis sit, ut omnes commemorare debeant velle; aut quod rectum sit ex aliorum laude

cula *ut* exsulat a MSS. O. et edd. pp. nec requiritur. Id. — *Haec confirm. et confut. n.* Voss. pr. Leid. pr. *et haec c.* Leid. qu. *hic.* Id. — *In hui. igitur causa.* Abest *igitur* a Leid. pr. ed. Omnib. Idem. — *Principium sumatur.* Sic MSS. VI. *sumitur* Voss. sec. ed. Omn. *sumetur* ed. Med. ut vulgo. Id. — *Aut ab nostra.* Sic MSS. V meliores, non *a.* Idem. — *De quo loquemur.* Voss. et Leid. tert. *d. q. loquimur.* Id. — *Dicemus aut off. facere.* Eiiciatur istud *dicemus*, quod nullus MS. a m. pr. habet. Ed. Med. *aut off. f. ostendemus.* Idem. — *Eiusmodi virtutis.* MSS. III *huiusmodi v.* Ed. Med. *huiusmodi virtute.* Id. — *Aut quod rectum sit.* MSS. O. et edd. pp. *quod rectum sit, aut.* Vti legi debet: *r. est* Voss. pr. Id. — *Ex aliorum laude.* Voss. tert. *ex aliorum per comparationem laude.* Addit *per compara-*

*Erit igitur haec confirmatio et confutatio nobis*) Erf. et Cauch. *Erit igitur haec confirmatio nobis.* Duisb. *Erit igitur hic confirmatio et confutatio nobis.* Id.

*In huiusmodi igitur causa principium sumetur*) Erfurt. *In huiusmodi causa principium sumitur.* Pith. *In huiusmodi causis principium sumetur*, quod placet: *igitur* potest abesse sine ullo detrimento: paullo post idem Pith. *aut a re ipsa.* Vulgati *aut ab re.* Duisb. *In huiusmodi igitur causa principium sumatur.* Idem.

*Ab nostra*) Sic Pith. et edd. nonnullae: vulgo *a nostra.* Idem.

*A nostra si laudabimus, dicemus* etc. Illud *dicemus* non adest in Pall. plerisque Guilielmianis; poteratque abesse sine sententiae incommodo. Gavt. Erfurt. Cauch. et alii MSS. *si laudabimus, aut officio facere.* Pith. *si laudabimus, aut officio facere ostendemus.* Abest *dicemus* etiam ab omnibus nostris MSS. et abesse debet. Toties hanc, et huius generis voces inculcatas esse in auctores pluribus exemplis docuerunt viri docti, in primis ὁ πάνυ Gronovius ad Livium non uno loco. Graev.

*Quod eiusmodi virtutis sit*) Sine mora praeferenda est scriptura Pithoeani et Erfurtensis codicis: *quod eiusmodi virtutes sint.* Idem.

*Aut quod rectum sit ex aliorum* etc. Videor mihi optimam scripturam secutus esse, libet tamen adnotare aliam longe diversam, quae reperitur in duobus MSS. *debeant velle, quod rectum sit: aut ex aliorum laude, aut per comparationem ostendere, qualis*, etc. Lamb. Pall. omnes reiiciunt hanc positionem, habentque *velle quod rectum sit; aut ex aliorum:* neque aliter Suffridi codd. item Br. ac Fabr. Gavt. Adstipulantur etiam

ostendere, qualis noster animus sit. Si vituperabimus, aut merito facere, quod ita tractati simus: aut studio, quod utile putemus esse, ab omnibus unicam malitiam atque nequitiam cognosci: aut quod placeat ostendi, quid nobis displiceat, ex aliorum vituperatione. Ab eius persona, de quo loquemur: Si laudabimus, vereri nos dicemus, ut illius facta verbis consequi possimus: omnes homines illius virtutes praedicare oportere: ipsa facta

*tionem* quoque Leid. qu. Id. — *Qualis noster animus.* Voss. tert. ed. Omn. *q. ipsius a.* Id. — *Vt i. f. v. consequi possimus.* Voss. pr. *uti.* Ed. Med. *ne.* Dein MSS. excepto Leid. sec. *consequi non possimus*: atque ita recte iam exhibuit ed. Omnib. Idem. — *Omnes homines ill.*

Erf. Pith. Cauch. quibus et ego subscribo. Pith. addit *quod rectum sit in eo.* Vulgg. *velle, aut quod rectum sit ex aliorum laude.* Graev.

*Qualis noster animus sit*) Cauch. et Erf. et meus, *qualis ipsius animus sit*; ed. Cratand. *qualis ipsius vel noster animus sit*; ut inde constet alterutrum esse glossema. Sed vulgata est verior. Nam ut laudibus vini arguitur vinosus Homerus, sic laudibus virtutum, quum quis sponte sua illas laudandas suscipit, declarat animum suum virtutes amare, et ideo se illas celebrare, velleque ut iisdem sit praeditus, et alii ad eas appetendas incendantur. Et hanc scripturam esse genuinam ostendit mox contrarium in vituperatione: *aut quod placeat ostendi, quid nobis displiceat ex aliorum vituperatione.* Graev.

*Si vituperabimus*) Erf. *Si vituperavimus.* Lamb. ed. *sin vituperabimus.* Idem.

*Quod utile putemus*) Erfurt. *Quod ut utile putamus.* Idem.

*Laudabimus, dicemus vereri nos*) Pall. Erf. et alii, *Laudabimus, vereri nos.* Edd. *laudabimus vereri nos dicemus.* Idem.

*Vereri nos dicemus, ut illius facta verbis consequi possimus*) Sic legendum, etiam reclamantibus libris omnibus; nam qui ita loquitur, *vereor ne possim*, significat se nolle posse, qui ita, *vereor ut possim*, seu *ne non possim*, significat se velle posse. Sed plura hac de re in commentariis Hor. ad illum locum Sat. 3 lib. I: *Nam ut ferula caedas meritum maiora subire Verbera, non vereor.* Lamb. Pal. tert. quart. sext. Bruil. non agnoscunt illud *dicemus*, quo carere possumus: omnes ii tamen caeterique praeter secundum exhibebant, *consequi non possimus*, quod Latine dici posse hac significatione, strenue negat Lambinus. Grvt. Etiam hic facit cum iis, quos Gruterus vidit, Erfurtensis. Contentionem hanc inter Gruterum et Lambinum dirimit Pithoeanus, in quo recte scribitur, *ut illius facta verbis consequi non possimus*, quod utique probandum. Graev.

*Omnes homines illius virtutes praedicare oportere*) Erf. et Cauch. hic quoque praestant caeteris, in quibus optime scribitur, *homines illius virtutis praedicari oportere*: homines tantae virtutis praedicandos esse. In

omnium laudatorum eloquentiam anteire. Si vituperabimus, ea, quae videbimus contraria, paucis verbis commutatis, dici posse, dicemus: ut paullo ante exempli causa demonstratum est. Ab auditorum persona, si laudabimus, quoniam non apud ignotos laudemus, nos

*virtutes praedicare.* Leid. tert. *et omnes h.* etc. Voss. sec. Leid. tert. pr. *hominis illius virtutes praedicari.* Voss. pr. tert. *omnes h. illius virtutes praedicare.* V. Graev. Id. — *Quae videbimus contraria.* MSS. VI *videmus*, Voss. pr. *contrarie.* Id. — *Paullo supra exempl.* c. Sic MSS. O. et edd. pp. non *paullo ante.* Id. — *Quoniam non apud ignotos laudemus.* Voss. tert. Ed. Med. praeponunt *dicemus* e Glossa, qualis est in Leid. sec. Tum *q. nihil novi nihil apud ignotos laudabimus* est in Voss. sec. *q. nihil novi nihil apud ignaros laudemus* Ed. Omnib. *ignaros* etiam Voss. pr. et Ed. Med. pro var. lect. Leid. pr.

Cauchiano tamen ordo perversus est, in quo, *hominis illius virtutes praedicari oportere.* Idem.

*Si vituperabimus*) Lamb. ed. *sin vituperabimus.* Idem.

*Quae videbimus contraria*) Lamb. ed. *quae videbimus contrarie.* Erf. *ea quae videmus contrarie.* In Duisb. est etiam *videmus.* Idem.

*Vt paullo ante exempli causa demonstratum est*) Olim hic edebatur, *paullo ante supra exempli.* Expulerunt tertiam vocem. Nostri tamen codices *paulo supra.* Gron. Erf. et ed. prima, *ut paullo supra exempli causa demonstratum est.* Al. edd. *ut paullo ante supra exempli causa demonstratum est.* Gronovii libri, *ut paullo supra exempli causa.* Graev.

*Quoniam non apud ignotos*) Quidam liber habet, *non apud ignaros:* ego autem nihil muto; nam vocem *ignaros* interpretationem esse vocis *ignotos* arbitror. Marc. Tullius quidem ipse quoque sic usurpavit epistola ad L. Lucceium lib. V: *Atque illi artifices corporis simulacra ignotis nota faciebant*, ignotis, id est, ignaris, seu ignorantibus. Infra quoque ubi legitur *ignoti*, in eodem illo libro legitur *ignari.* Lamb. Lectio vehementer debilis. Nam ut forsan ita sit in quibusdam MSS. ita in aliis est *ignaros.* Verum in aliis, quos inter est Mediceus, legitur, *nihil novi*, *nihil apud ignotos*, ut habet etiam Victoriana. Deinde scripti nostri omnes *in eodem virtutis studio sint*, *apud quos laudemus*, *atque ille*, non *quo ille*, quod post Victorii Stephanicam induxerunt. Et quaeso qua causa impulsi? Nonne habes lib. III, 15: *Similibus caeteris rebus*, *atque in contentione*? Pro Domo cap. 20: *Hoc ipsum quod nunc agis*, *unum et idem videtur esse*, *atque id*, *quod de me ipso nominatim tulisti.* Contra est I Invent. 8: *Alio nomine appellari*, *atque adversarii dicunt.* Et supra Lib. II, 26, *In aliam partem*, *ac dictum sit.* Gron. Erfurt. Cauch. Med. ut et prima et Cratandri ed. approbant *nihil novi*, et id verum est, ut et iidem statim *atque ille*, quod non contemnendum esse, exemplis Tullianis Gronovius probavit. Al. *dicemus*, *quoniam non apud ignaros laudemus.* Graev.

monendi causa pauca esse dicturos: aut si erunt ignoti, ut talem virum velint cognoscere, petemus: quoniam in eodem virtutis studio sint, apud quos laudemus, quo ille, qui laudatur, fuerit, aut sit, sperare nos facile iis, quibus velimus, huius facta probaturos. Contraria vituperatio: quoniam norint, pauca de nequitia eius nos esse dicturos: quod si ignorent, petemus, ut cognoscant, uti malitiam vitare possint: quoniam dissimiles sint, qui audiunt, atque ille, qui vituperatur, nos sperare illius

sec. Id. — *Si erunt ignoti.* Voss. pr. Ed. Med. et pro Var. Lect. Leid. pr. et sec. *ignari.* Frustra. Id. — *In eorum virtutis studio .... atque ille.* Ita nostri et Gronovii codices. Vulg. *quo ille.* Lall. — *Quo ille, qui laudatur, fuerit.* Leid. pr. Voss. sec. Ed. Omnib. *atque ille.* Voss. tert. Leid. O. Ed. Med. *laudetur.* Voss. sec. Ed. Omn. *laudatus.* Ovdend. — *Nos esse dicturos.* Deest *nos* Leidd. O. Ed. Med. *esse* abest a Voss. sec. Id. — *Petemus ut cognoscant.* Voss. pr. Leid. qu. Ed. Med. *uti.* Leid. pr. qu. Voss. sec. tert. edd. pp. *agnoscant.* Idem. — *Sint qui audiunt.* Al. *sunt.* Leid. pr. *audiant.* Id. — *Atque ille, qui vituperatur.* Voss. tert. *et ille*; deest *qui* Ed. Omn. *vituperabitur*

*Aut si erunt ignoti*) Nonnulli libri, teste Lambino, et Cratand. ed. *aut si erunt ignari.* Idem.

*Pauca esse dicturos*) Erf. *Paucà dicturos.* Idem.

*Quoniam in eodem virtutis studio sint*) Legendum forlasse est, *in eodem virtutis stadio sint*, etc. quemadmodum et in Bruto, ubi de Hortensio loquitur, quo loco legitur: *me multos annos in studio eiusdem laudis exercuit*, legendum putant viri docti, *in stadio*, etc. et lib. I de Orat. ad Q. Fratrem, *Sed iis, qui ingrediuntur in stadium*: ubi vulgo legitur *ad studium.* Lamb.

*Ille qui laudatur fuerit aut sit*) Est a Pal. sec. et Suffridi nostri libris, quod attinet ad *laudatur*; nam Pall. caeteri omnes inculcant illud *aut sit*, hactenus libris publicatis ignoratum. Grvter. Edd. *quo ille, qui laudatur, fuerit, sperare.* Graev.

*De nequitia eius non esse dicturos*) Erf. et Duisb. *De nequitia eius dicturos.* Id.

*Quod si ignorent, petemus, ut cognoscant*) Duisb. *Quod si ignorant, petimus, uti agnoscant.* In Erfurt. et Pith. est etiam *uti agnoscant.* Idem.

*Sunt qui audiunt*) Al. *Sunt, qui audiant.* Al. *sint, qui audiunt.* Idem.

*Atque ille, qui vituperatur*) Erfurt. *Atque ille, qui vituperat.* Idem.

*Nos sperare illius vitam vehementer improbaturos*) Sive ista sit vera lectio, sive ita habeant MSS. sciendum est hos fere tales esse, ut ab nullo eorum absit vocula *eos*; et aut legere omisso verbo *eos*, *illius vit. veh. improbaturos*, aut *sperare non illius vitam vehementer eos improbaturos*, quorum prius est et in Mediceo. Gron. Erf. *eos illius vitam vehementer improbaturos.* Al. *eos sperare illius vitam v. i.* Lamb. ed. *sperare nos illius, v. v. i.* Idem.

vitam vehementer improbaturos. Ab rebus ipsis, incertos nos esse, quid potissimum laudemus: vereri nos, ne, quum multa dixerimus, plura praetereamus, et quae similes sententias habebunt: quibus sententiis contraria sumuntur a vituperatione.

7. Principio tractato ab aliqua harum, quas ante commemoravimus, rationum, narratio non erit ulla, quae

Leid. sec. Id. — *Vehem. improbaturos.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. *veh. eos improb.* pro priore *nos* Voss. sec. *eos* sine verbo *sperare.* Id. — *A rebus ipsis.* Leid. pr. sec. qu. Voss. tert. *a rebus i.* Id. — *Incertos nos esse.* Sic Leid. qu. Abest *nos* a reliquis MSS. et edd. *incertum* Ed. Omn. Id. — *Vereri ne.* Ita habent cum edd. pp. MSS. VI. In solo Leid. tert. *v. ne nos.* Vulgo *ver. nos, ne.* Id.

7. *Tractato ab aliqua harum, q. a. commemoravimus, rationum.* Deest praepositio Voss. O. Leid. sec. qu. ed. Med. *de aliqua* Leid. pr. *ratione* Voss. p. *narratione* Voss. tert. in quo etiam, ut et ed. Med. *ante tractavimus.* In Leid. sec. *attractavimus.* In Leid. tert. *pr. tum a re, tum ab al. harum, q. a. comm. rationum sumto.* Oud. *Principio tractato ab aliqua harum, quas. Principio tractato tum ab re, tum ab aliqua harum:* ita habet vulgata lectio. Gryph. duo B C, *Principium tractum ab aliqua harum* etc. Lamb. *Principio tractato ab aliqua ha-*

*Ab rebus ipsis*) Erfurt. *A rebus ipsis.* Idem.

*Incertos esse*) Adieci ex Duisb. *nos*: sententia id requirente. Sed in sequentibus verbis *vereri nos* Pith. non agnoscit *nos*, et ibi potest abesse, et ἀπὸ κοινοῦ repeti. Idem.

*Contraria sumuntur*) Duisb. *Contraria sumentur.* Idem.

*Principio tractato ab aliqua harum quas antea* etc. Ita Lambinus, neque aliter Bruil. aut Pal. sec. quippe caeteri spernunt adhuc a se illud *ab*: vulgo erat, *Princ. tractato tum ab re, tum ab aliqua harum.* Verum iam deinceps parcius indicabo discrepantias scripturarum: crescunt enim magis ac magis; tanquam si reverentiam sensim omnem removissent librarii, satis est eas adnotasse ad libri mei marginem, alias ne intra XX quidem annos huic operi finis imponeretur; nam, ut exhibeam specimen, ubi hodie habemus: *Educatio, in laude: bene et honeste in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse, in vituperatione, e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda,* etc. primum editio Victorii reiicit illud *educatum esse.* Pal. pr. sec. abiiciunt solum *esse*: at inde exhibent: *In vituperatione, inde se retraxisse aperte. At corporis commoda a natura etc.* tert. praefert, *educatum fuisse. In vituperatione e contra inde se retraxisse commodissimum. A corporis commodis a natura. Si sit etc.* quart. item Fabrician. et Bruil. praeferunt: *Educatio bene in laude, quod honeste in bonis disciplinis totius pueritiae fuerit. In vituperatione inde se retraxisse aperte ad corporis commoda. A natura si sit etc.* neque multo aliter Pal. quintus ac sextus; sed aliter tamen, ne videlicet eiusdem viderentur exemplaris secuti dictaturam. Grvt. Ex hac tamen varietate fuit officii eligere; quod cum ratione videtur ad au-

necessario consequatur: sed si qua inciderit, quum aliquod factum eius, de quo loquemur, nobis narrandum sit cum laude, aut vituperatione, praeceptio narrandi de primo libro repetetur. Divisione hac utemur. Primo exponemus, quas res laudaturi sumus, aut vituperaturi. Deinde ut quaeque, quove tempore res erit gesta, ordine dicemus, ut, quid quamque tute, cauteque egerit, intelligatur. Sed exponere oportebit animi virtutes, aut vitia: deinde commoda, aut incommoda corporis, aut

*rum.* Br. — *Si qua inciderit.* Leid. tert. *si quid inc.* Ovd. — *De primo libro.* Leid. tert. *de secundo l.* Idem. — *Exponemus, q. r. l. simus.* Sic MSS. mei O. cum edd. pp. vulgo *primo exp.* V. Graevium: dein *simus* in V vetustiorib. et Ed. Med. non *sumus.* Ovd. *Primo exponemus. Primo* non est in Gryph. manuscr. ab iisdem mox abest vox *caute*: et dein, iidem habent, *tracta sint*: quae vox idem hoc loco videtur valere quod *ducta sint, manarint*: qua virtute, industria, ingenio sint parta. Lectio vulgata *tractata* habet, quam retinuimus. Br. — *Quove tempore.* Leid. pr. sec. Voss. tert. carent τῷ *ve.* Ed. Omn. *quoque.* Ovdend. — *Vt quid quamque tute.* Abest a Leid. qu. τὸ *quid.* Leid. tert. *quidquid.* Voss. tert. *quam tute.* Idem. — *Virtutes aut vitia.* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. Ed. Med. *v. atque vitia.* Idem. — *Commemoraverimus*, ... ctoris manum pertinere et ab vetustissimis approbatur libris MSS. In quibus dubium vix potest esse, quin praeferri debeat illud codicum Fabriciani et Bruiler. quibus antiquissimus ille Mediceus accedit: *in bonis disciplinis totius pueritiae esse* dixit, ut antea posuit *in eodem virtutis studio esse.* Certe non hic solum ista *e contrario* amovenda videntur, sed etiam in cap. 8, ubi MSS. tres omnes legunt, *si vituperabimus*, aut *vituperemus, aliud iniuste, aliud ignave* etc. etsi mutent vitiorum ordinem. Gron.

Erf. *Principio tractato ab aliqua. h. q. a. commemoravimus, ratione.* Vulgati *principio tractato tum ab re, tum ab aliqua harum, quas ante commemoravimus, rationum.* Sic et Pith. nisi quod in ultimis verba sint *memoravimus rerum.* Duisb. et al. MSS. ac Cratand. ed. *principio tractato aliqua harum, q. a. c. r.* Margo editionis Cratandri: *Principio, cum a re, tum aliqua harum, quos ante commemoravimus, rationum sumto.* Graev.

*Si qua inciderit, cum aliquod factum*) Erf. *Si quod inciderit, quo aliquod factum.* Al. *si qua inciderit, ut aliquod factum.* Idem.

*Primo exponemus*) Nuspiam est vox illa *primo.* Gron. Abest vox *primo* ab Erfurt. Cauchiano, et meo, nec non Mediceo, teste Gronovio, et editione prima. Nec video cur hic requiratur. Illam vocem intruserunt quidam scioli, propter sequens *deinde.* Retinet tamen eam Pith. in quo *exponemus primo quas res*, et Duisb. Sed melioribus adstipulor. Graev.

*Quomque tute cauteque egerit*) Erf. *Quamque tute egerit.* Cauch. *Quamque tute ut et egerit.* Idem.

rerum externarum, quomodo ab animo tractata sint, demonstare. Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus. Ab externis rebus: genus, in laude: quibus maioribus natus sit: si bono genere, parem aut excelsiorem fuisse: si humili genere, ipsum in suis, non in maiorum virtutibus habuisse praesidium. In vituperatione, si bono genere, dedecori maioribus fuisse: si malo, tamen his ipsis detrimento fuisse. Educatio, in laude: bene, et honeste, in bonis disciplinis per omnem

*moda aut inc.* Voss. tert. *vel* Leid. sec. qu. *atque.* Id. — *Maioribus natus sit.* Voss. tert. *ortus.* Idem. — *Si bono genere, parem.* Voss. pr. Leid. pr. qu. *si de b. g. p.* Ed. Omo. *patrem.* Idem. — *Dedecori maioribus fuisse. Dedecorem*, io duobus Gryph. manuscript. babetur: *dedecorum* quidem *suis maioribus* dixit Tacitus in Anoal. ut, aut hoc loco *dedecorum*, aut apud Tacitum *dedecorem*, videatur legendum *dedecori*: oos tamen, ut est in vulgatis, edidimus. Brvt. — *In laude bene et honeste.* Voss. pr. *in l. quid et h.* sec. *bene in l. quid hon.* Leid. pr. *in l. quam et hon.* Ed. Omo. *quam bene et h.* Optime. Ovd. — *Per omnem pueritiam educatum esse.* Abest verbum a Leid. sec. tert.

*Quo modo ab animo tractata sint*) Erf. *Qui commodo ab animo tracta sint.* In Cauch. etiam est *tracta.* Id.

*Ordinem hunc adhibere in demonstranda vita debemus*) Erf. *Ordinem hunc adhibere ad demonstrandam vitam debeamus.* Duisb. *Ordinem hunc in demonstranda vita habere debeamus.* Id.

*Genus in laude, quibus*) Pithoeanus codex, *si genus erit in laude, quibus maioribus*: quod restituissem, nisi et in sequentibus sic concise loqui scriptorem hunc pateret. Sic post: *Educatio in laude, bene et honeste*, quamvis et ibi Pith. scribat, *educatio est in laude quam bene et honeste.* Idem.

*Si bono genere*) Erf. *Si bono generi.* Duisb. *Si de bono genere.* Idem.

*Aut excellentiorem*) Sic restituimus, libros duos manuscr. secuti, quum vulgati haberent *excelsiorem.* Lamb. Nostri omnes libri *excelsiorem.* Sola Cratandri editio prae se fert *excellentiorem*, ot Lambiniana. Graev.

*Si malo, tamen*) Erf. *Si male, tamen.* Idem.

*Educatio in laude, bene et honeste*) Erf. *Educat bene in laude honeste.* Ed. prim. *Educatio in laude, quod bene et honos e.* Cratand. ed. *Educatio in laude quod bene honeste.* Sed Pith. optime, *educatio in laude, quam bene et honeste.* Idem.

*In bonis disciplinis tempore totius pueritiae fuerit*) Huoc locum, etsi videatur maxime sanus esse, in mendo cubare varietas scripturae ostendit. Meus codex et editio prima: *in bonis disciplinis educatus tota pueritia fuerit.* Duo praestantissimi codices Erfurt. et Cauch. *in bonis disciplinis totius pueritiae fuerit.* Grut. et aliae editiooes pleraeque: *in bonis disciplinis per omnem pueritiam educatum esse.* Sed optime Pithoeanus: *in bonis*

pueritiam educatum esse: in vituperatione, e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda. A na-

qu. Ed. Med. Sed in ed. Omn. *educatus tota pueritia fuerit*. In vetustissimis Leid. pr. Voss. pr. *totius pueritiae fuerit*: in Voss. sec. simpliciter *fuerit*. V. Graev. IDEM. — *E contrario*. Desunt MSS. O. et ed. Med. Bene: *contra* Ed. Omn. OVD. *In vituperatione e contrario. In vituperatione inde detrahere* duo Gryph. B C. BRVTVS. — *Deinde transire oportet ad corporis commoda*. Voss. pr. Leid. pr. ed. Omnib. *inde se retraxisse aperte. A corporis commodis*. Verissime; sicuti *inde se retraxisse aperte* praehent MSS. O. et Ed. Med. Sed *ad c. commoda* exhibent quidam: *at c. commoda* Voss. sec. Leid. tert. Ed. Med. *ut c. commoda*. Leid. sec. OVD. — *A natura, in laude*. *A* deest Voss.

*disciplinis tempore totius pueritiae fuerit*. Hanc esse manum auctoris, certum habeo. Quum non intellexissent locutionem *in bonis disciplinis esse*, addiderunt *educatum esse*, vel *educatus*. Quod tamen in multis etiam editis omittitur, ut in Victoriana, Francofurtensi Wecheliana, in Coloniensi Materni Colini 1562, in qua legitur: *In bonis disciplinis per omnem pueritiam, in vituperatione*. Sic etiam margo Ascensianae pro varia lectione appositam habuit hanc scripturam: dein quum excidisset *tempore*, quod servavit Pith. *totius pueritiae*, aut refinxerunt in *tota pueritia*, ut meus MS. et ed. prima, aut, quod vulgatae editiones circumferunt, *per omnem pueritiam*. Restitui autem sic hunc locum auctoritate praestantissimorum codicum: *educatio in laude, quam bene et honeste in bonis disciplinis tempore totius pueritiae fuerit. Quam bene* ex MS. Pith. pro quo prima et Cratand. ed. *quod bene*. Iam *esse in hac re*, *totum esse in studiis* eleganter dici, quis tam hospes est in his literis, qui ignoret? Sequentia quoque, quae sic vulgantur in plerisque editionibus: *in vituperatione e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda*, interpolata esse clamant veteres libri. Erfurt. *In vituperatione inde trahi oportet ad corporis commoda*. Pith. *E contra in se retraxisse aperte. At corporis a natura*. Cauch. *In vituperatione inde trahere oportet. At corporis commoda a natura*. Duisb. *In vituperatione inde se retraxisse a parte, ad corporis commoda*. Meus codex et ed. prima, *In vituperatione contra: inde se retraxisse aperte. A corporis commodis*. Grut. et vulgatae editiones: *In vituperatione e contrario. Deinde transire oportet ad corporis commoda. A natura in laude, si sit dignitas*. Existimo rescissis centonibus, quos assuerunt imperiti, auctorem scripsisse: *In vituperatione, inde se retraxisse aperte. A corporis commodis. A natura*. Non intellexerunt, quid sit *inde se retraxisse*, hoc est a bonis disciplinis tempore pueritiae abhorruisse, noluisse illis operam dare. Sic *retrahi a rep.* dixit Cicero in Orat. pro Sextio. Terentius prologo Phormionis: *Postquam poëta vetus, poëtam non potest retrahere ab studio. A corporis commodis*, sc. laudantur. Sic statim quod in editionibus est *a natura in laude si sit dignitas atque forma*, in MSS. ut Erf. Cauch. Pith. Duisb. et in Cratand. ed. *in laude* non leguntur, ut totus locus sic repurgandus esse a tot pannis, quibus oblitus fuit, mihi videatur: *Educatio in laude, quam bene et honeste in bonis disciplinis*

tura, in laude: si sit dignitas, atque forma, laudi fuisse eam; non quemadmodum caeteris, detrimento atque dedecori: si vires atque velocitas egregia, honestis exercitationibus, et industriis dicemus comparata: si valetudo, perpetua diligentia, et temperantia cupiditatum. In vituperatione: si erunt haec corporis commo-

tert. Leid. qu. Absunt *in laude* a Voss. pr. sec. Leid. pr. qu. Ed. Med. Bene omnino. V. Graev. Voss. sec. *a natura data.* Id. — *Laudi fuisse eam.* Leid. qu. ed. Med. *l. f. ea*: probe. Id. — *Quemadmodum caeteris.* Voss. tert. *sicut c.* Idem. — *Honestis haec exercitationibus.* Sic MSS. O. et edd. pp. vulgo male abest *haec.* Idem. — *Et industriis.* Leid. sec. *atque industria*: qu. et ed. Med. *et industria.* Sed in plurali quoque usus est Vitruvius lib. I, cap. 1, et praef. lib. VII. Id. — *Si valetudo, perpetua diligentia.* Ita distinguo. Voss. pr. tert. Leid. O. et *tempore totius pueritiae fuerit. In vituperatione, inde se retraxisse aperte. A corporis commodis. A natura si sit dignitas.* Graev.

*Si sit dignitas atque forma*) Erf. *Si digna atque forma.* Pith. *Si sit dignitas et qua forma.* Idem.

*Laudi fuisse eam*) Erf. *Laudi fuisse ea*, non male. Idem.

*Honestis haec exercitationibus et industriis dicemus*) Erfurt. Cauch. et multae edd. *honestis haec exercitationibus et industriis ea dicemus.* Cur Gruterus delevit *haec* quod extat in Pith. Cauch. Erfurt. et plerisque melioribus editionibus? Sic paullo ante Erfurt. *Si sit dignitas atque forma, laudi fuisse ea.* Idem.

*Industriis dicemus comparata*) Erfurt. *Industriis dicemus ea comparata.* Lamb. ed. *Industria dicemus comparata.* Idem.

*Si valetudo perpetua; diligentia et temp. cupid.*) Est a Pal. quarto et sexto, neque aliter Beichemi codd. quam quod ii praeterea *si valetudo est perp.* inepte huc usque impressi, *si valetudo, ex perpetua dilig.* etc.; nam *perpetua valetudo*, eadem est cum *constante*, cui opponitur *varia.* Grvt. Sic est; *constanti* opponitur *varius.* Sed ut inde probaturus sit *valetudinem perpetuam* ita dici apud Latinos, vereor ut probet. Capite quidem 5, occurrit *incolumitas perpetua*, ut et IV, 42. Sed inde valetudinem perpetuam de bona (ut vocat I Invent. 50) dici vix sequetur, praesertim si vel ex ipso Cicerone XII Attic. 13, audiamus *perpetuum morbum iurabo*, ex formula propria et sempiterna Iuriconsultorum, vel ex inscriptione apud Sponium adhibeamus ea verba: *Qui trans mare erunt vel qui perpetua valetudine detinentur.* Itaque ut recte ab Grutero τὸ *ex* deletum reor, ita nihil video causae, cur non retineamus *valetudo, perpetua diligentia.* Ipsa valetudo se satis probat non fuisse variam. Gronov.

*Si valetudo perpetua, diligentia et temperantia cupiditatum*) Edd. multae: *si valetudo, ex perpetua diligentia et temperantia cupiditatum*, sed invitis MSS. Grut. ed. *Si valetudo perpetua, diligentia et temperantia cupiditatum.* Ed. prim. *si valetudo p. d. e. t. c.* Recte Gronovius ostendit *valetudinem perpetuam* dici de iis, qui perpetuo adversa conflictantur

da, male his usum dicemus, quae casu et natura, tanquam quilibet gladiator habuerit; si non erunt praeter formam, omnia ipsius culpa, et intemperantia non fuisse dicemus.

Deinde vertemur ad extraneas res, et in his, animi virtutes, aut vitia quae fuerint, considerabimus: divi-

Ed. Med. *si valitudo, ex perp. d.* In Leid. tert. *si v. est ex perp.* Id. — *Si non erunt.* Leid. pr. *sin erunt.* Idem. — *Non fuisse dicemus.* Leid. tert. *defuisse d. Non* exsulat a Leid. pr. Voss. tert. ed. Omn. *dicemus accidisse* Voss. tert. Idem. — *Deinde vertemur.* Voss. sec. *dein vert.* In Leid. pr. quoque *vertemur.* In caeteris, ac vulgo *revert.*

valetudine. Itaque distinguendum, *si valetudo, perpetua diligentia et temperantia cupiditatum;* nimirum comparatam esse. Graev.

*Male his usum*) Edd. *His male usum.* Erf. et Cauch. *de his usum dicemus.* Cauchius coniiciebat forte scriptum fuisse, *his deusum dicemus*, pro communiore *abusum.* Non nullae enim voces in his Rhetoricis leguntur, quae alibi non reperias. Sic paullo ante *industriis* pro industria. Idem.

*Quae casu et natura*) Sic habent omnes libri manuscripti, quos quidem viderim, et plerique vulgati. Quidam tamen reposuerunt, *casu et fortuna*, plane temere et mendose. Ita autem et Servius Sulpicius in epist. ad M. Tullium lib. IV, haec duo coniungit, *casum* et *naturam;* sic enim ille: *Etsi scio non iucundissimum nuntium me vobis allaturum, tamen quoniam casus et natura in nobis dominatur*, etc. Lamb. Al. *quae casu et fortuna.* Graev.

*Si non erunt praeter formam*) Meus codex, *sin erunt praeter formam.* Erf. *si non erunt propter formam.* Idem.

*Omnia ipsius culpa et intemperantia non fuisse*) Pall. veriores ignorant negativam. Secundus vero habet, *et intemp. accidisse.* Vt videatur rescribendum *afuisse*, hoc est *abfuisse.* Grvt. Eadem plane, quae disputat Gruterus, in nostris deprehendimus, a quorum duobus exulat τὸ *non.* Sed cur ideo faciendum *abfuisse*? Nonne peregregie id ipsum declaratur ab verbo *fuisse?* a quo non istud substantivum pro periisse, evanuisse, usurpatur? Et quoties ab Cicerone? quod hic quidem videtur perelegans et peropportunum. Mox praeclarus ille Mediceus cum alio, *deinde vertemur.* Gron. Pall. Erfurt. Cauch. et alii MSS. *ipsius culpa, et intemperantia fuisse.* Sed Pith. et Duisb. stant pro vulgatis. *Non* respuit quoque cum Cauch. et Erfurt. edit. prima, sed Pith. et Duisb. tuetur istam particulam. At Gronovius delendam censet, et poni *fuisse* pro periisse, evanuisse, quod non reiicio; mox ex Erfurt. et Medic. scripsimus *vertemur;* quomodo quis *revertatur* ad res, de quibus nihil antea dixerat? edd. vulgg. *deinde revertemur ad.* Graev.

*Animi virtutes aut vitia quae fuerint*) Al. *animi quae virtutes, aut quae vitia fuerint.* Lamb. ed. *animi virtutes atque vitia considerabimus.* Idem.

tiae, an paupertas fuerit, et quae potestates, quae gloriae, quae amicitiae, quae inimicitiae, et quid fortiter inimicitiis gerundis fecerit; cuius causa susceperit inimicitias, qua fide, benevolentia, officio gesserit amicitias. In divitiis qualis, in paupertate cuiusmodi fuerit; quemadmodum habuerit in potestatibus gerendis animum. Si interierit, cuiusmodi mors eius fuerit, cuiusmodi res mortem eius sit consecuta.

8. Ad omnes autem res, in quibus animus hominis maxime consideratur, illae quatuor animi virtutes erunt adcommodandae: ut, si laudemus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste, aliud prudenter factum esse

Id. — *Quae potestates, quae gloriae.* MSS. O. et Ed. Med. *q. potestas.* Leid. tert. qu. *et quae.* Voss. pr. Leid. qu. *gloria.* Id. — *Inimicitiis gerundis fec.* Voss. sec. Leid. qu. Ed. Med. *in inim.* Sed. vide Graev. *gerundis* deest Voss. tert. a m. pr. *gerendis* Leid. qu. et Edd. vett. Idem. — *Qua fide, benivolentia, officio.* Leid. sec. Voss. tert. *qua f. qua b. quo off.* Idem. — *In paupertate cui fuerit.* MSS. O. et Edd. pp. dant *aut in p.* nisi quod *in* desit Leid. pr. Voss. sec. *fuerit non est* in Leid. sec. *fuit* tert. Id. — *In potestatibus gerundis.* Sic Voss. pr. Leid. pr. sec. deest τὸ *gerundis* Voss. sec. Leid. qu. vulgo *gerendis.* Idem.

8. *Ad omnes autem res* etc. *consideratur.* Leid. tert. *ad o. has res* etc. *considerabitur.* Oud. — *Prudenter factum esse dicamus.* Leid. pr. tert. *dicemus.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. Ed. Med. *praedicemus.*

*Divitiae an paupertas*) Pith. *divitiae an paupertates.* Idem.

*Quae potestates, quae gloriae*) Cauch. *quae potestas, quae gloria.* Idem.

*Quid fortiter inimicitiis gerundis*) Pith. *quid fortiter in amicitiis gerendis.* Vulgg. *quid fortiter in inimicitiis gerendis.* Rescripsi secutus Erfurtensem, et Cauchianum, *Quid fortiter inimicitiis gerundis fecerit.* Sic sexcenties Cicero, ubi in multis locis inculcarunt praepositiones inepti homines. Graev.

*Benevolentia, officio gesserit*) Pith. *benevolentia, quo officio gesserit.* Id.

*In divitiis qualis, in paupertate*) Vulgg. *In divitiis qualis, aut in paupertate.* Hic etiam nixus praesidio praestantissimi codicis Erfurtensis delevi τὸ *aut*, ut rotundior sit oratio. Idem.

*In potestatibus gerendis animum*) Erfurt. *In paupertatibus gerundis animum.* Idem.

*Cuiusmodi mors eius fuerit*) Non leguntur in Erf. Id.

*Animus hominis maxime consideratur*) Erf. *animus hominis maxime considerabitur.* Graev.

*Aliud modeste, aliud prudenter*) Erf. *aliud modeste, et aliud prudenter.* Id.

*Prudenter factum esse dicamus*) Duisb. *p. f. e. praedicemus.* Id.

dicamus: sin vituperemus, e contrario, aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicemus. Perspicuum est iam nimirum ex hac dispositione, quemadmodum sit tractanda tripartita divisio laudis et vituperationis, si illud etiam adsumserimus; non necesse esse nos omnes has partes in laudem, aut vituperationem transferre, propterea, quod saepe ne

Vere. IDEM. *Sin vituperemus.* MSS. V meliores et Edd. pp. *si vituperabimus.* ID. — *E contrario.* Delendum auctoritate MSS. O. et Edd. pp. OVD. — *Si vituperemus e contrario aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse praedicemus.* Haec verba, quae in nonnullis non habeutur, Aldi, Victorii, Leonic. veterem editionem, atque auctoritatem manuscript. secuti edidimus, in his Gryph. BR. — *Iniuste.* Voss. tert. et Ed. Med. *inique.* OVD. — *Factum esse dicemus.* MSS. IV, et Ed. Med. *f. e. praedicemus.* Sed Voss. pr. *factum dicatur praedicemus*, punctis τῷ *dicatur* subductis: *esse* non comparet itidem in Voss. sec. ID. — *Perspicuum est* etc. *dispositione.* Voss. tert. *pers. e. ergo* etc. *disputatione.* ID. — *Quod saepe ne incidunt quidem.* Voss. tert. *quod non omnes saepe incidunt.* In solo Leid. tert. est *ne*, al. *non.* A Voss. sec. quoque Leid. pr. qu. Edd. pp. abest *quidem.* Leid. pr. a m. pr. *quod saepe indicant.* V. Graev. OVD. — *Propterea quod saepe indicant, ut non*

*Sin vituperemus, e contr. aliud iniuste*) In lib. vulg. et nonnullis manuscr. ita legitur, *Sin vituperabimus, e contrario.* Hoc tantum deinde, *Perspicuum*, etc. atque hanc esse puto rectam scripturam: alteram autem fuisse ad oram libri adscriptam, quam olim secuti sumus tamen, tum quia plana et probabilis est, tum quia a me reperta est in exemplis Caroli Stephani, et in uno libro item manuscr. Alii vulgati autem sic habent, *sin vituperemus, e contrario, aliud iniuste, aliud ignave, aliud immodeste, aliud stulte factum esse dicamus:* quam nunc secuti sumus. LAMB. Erf. *Si vituperamus.* Edd. *sin vituperemus.* MSS. Pith. et Duisb. *Sin vituperabimus.* GRAEV. Vid. Gronov. supra ad cap. 7.

*E contrario aliud iniuste*) Non leguntur in Erfurt. margo Cratand. *e contrario aliud inique.* In Duisb. non est *e contrario.* ID.

*Aliud immodeste*) Pith. *aliud incommode.* ID.

*Stulte factum esse dicamus*) Erf. *stulte factum dicemus.* Pith. *stulte factum esse dicemus.* ID.

*Tractanda tripartita divisio*) Al. *tractanda tripertita divisio.* ID.

*Propterea quod saepe ne incidunt quidem, saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu*) Habentur ista quidem omnia in Pall. quatuor numero. Sed quartus et sextus solum habent: *propterea quod saepe se indicant, ut non sint necessaria dictu;* quomodo item fuit in Bruil. et vero malim prae vulgatis. GRVT. Gruteri et al. edd. *Propterea quod saepe non incidunt quidem, saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu.* Pith. *Propterea quod saepe non incidunt quidem, saepe ita leviter et tenuiter incidunt, ut non sint necessaria dictu.* Duisb. *Propterea*

incidunt quidem; saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu: quapropter eas partes, quae firmissimae videbuntur, legere oportebit. Conclusionibus brevibus utemur: in ipsa causa crebras et breves amplificationes interponemus per locos communes. Nec hoc genus causae, eo quod raro accidit in vita, negli-

*sint necessariae dictu.* Ita legitur in duobus Gryph. B C. Brvt. — *Saepe ita tenuiter incidunt.* Desunt Leid. pr. a m. pr. *quod saepe* etc. Voss. tert. Ovd. — *Conclusionibus brevibus utemur.* Sic Leid. sec. qu. Ed. Omn. In caeteris *breviter.* Id. — *In ipsa causa.* Praemittunt, *enumeratione ad exitum causae* Voss. O. Leid. sec. tert. Ed. Omn. *ex enumerationibus ad exitum causae* Leid. qu. *enumeratione sed ad exitum causae* Ed. Med. Erfurtensi codici accedit Leid. pr. nisi quod praebeat *si nostrae causae.* V. Graev. Id. — *Raro accidit.* Ed. Omn. *r. accidat.* Id. — *Negligentius con-*

*quod saepe non incidunt quidem, saepe ita tenuiter incidunt, vel se indicant, ut non sint necessariae dictu.* Cum Palatino sexto et quarto consentiunt Erfurtensis et Cauchianus (nisi quod in Erfurtensi *se* desideretur) ut de vera horum librorum lectione non sit dubitandum, quum vulgata valde sit frigida. *Saepe se indicant*, est saepe se prodant ipsae. Terent. Heaut. III, 3, 23: *Actum est, hic prius se indicavit, quam ego argentum effero.* Cic. IV Verr. *Magna vis est conscientiae, quam qui negligent, quum me violare volent, se ipsi indicabunt.* Graev.

*Conclusionibus brevibus utemur enumeratione ad exitum causae; in ipsa causa crebras* etc. Non miror in his silentium Gruteri; id enim ante Indicavit. Miror unde haec lectio velut unica auctori sine ambiguitate attribuatur ab omnibus. Quam vero intelligit enumerationem? Ea voce ubi utitur, solet addere cuius generis rerum. Quomodo autem in conclusione ipsa causa potest dici, quum haec agatur vere ante conclusionem? Imo totum est absurdum, et ideo praecipue sollicitor altera lectione: *Conclusionibus breviter utemur; nostri causa crebras et breves amplificationes interponere oportebit per locos comm.* Illud *nostri causa* praebet Mediceus cum altero, quorum postremus agnoscit istud *breviter*, quod mihi videtur habere venerem. Gronov. Merito improbat vulgatam Gronovius. Mediceo et alteri, quem vidit amicus noster, plane adstipulatur Erfurtensis, in quibus legitur: *Conclusionibus brevibus utemur, nostri causa crebras* etc. Itaque religioni mihi non fuit illa fatua et absurda verba, *enumeratione ad exitum causae*, quae obsident editiones, et multos scriptos, inducere. *Nostri causa*, ut argumentum laudis aut vituperationis sit uberius et floridius. Graev.

*Amplificationes interponemus*) Erf. *amplificationes interponere.* Id.

*Eo quod raro accidit in vita*) Erf. et Lamb. ed. *eo quod raro accidat in vita.* Id.

*Negligentius considerandum est.*) Vox penultima alia est in Pal. nam in primo visitur, *commandandum*; in sec. *commodandum*; in tert. et quart. item Br. et Fabr. *commendan-*

gentius considerandum est. Neque enim id, quod potest accidere, ut faciendum sit aliquando, non oportet velle quam adcommodatissime posse facere. Et, si separatim haec causa minus saepe tractatur; at in iudicialibus, et in deliberativis causis saepe magnae partes versantur laudis, aut vituperationis. Quare in hoc quoque genere causae nonnihil industriae consumandum putamus.

*siderandum est.* MSS. O. et Edd. pp. *n. commendandum*, pro *commentandum*. V. Graev. *est* exsulat a Voss. sec. Ovd. *Considerandum est. Commendandum est* Gryph. B C, et mox *putemus*, ubi alii *putavimus*. Br. — *Quod potest accidere.* Voss. pr. tert. Leid. tres Edd. pp. *q. p. videri accid.* vel *q. videri p. accidere.* Ovd. — *Vt faciendum sit.* Voss. pr. *ut faciundum s.* Id. — *At in iudicialibus.* Voss. tert. *attamen in i.* Id. — *In hoc quoque genere causae.* Deest *quoque* Voss. tert. *causae* non legitur in Ed. Med. Id. — *Consummandum putamus.* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. cum Edd. pp. *conferendum.* Sed Voss. pr. a m. pr. item sec. et Leid. pr. dant *consumendum*: quod unice verum est. *Putavimus* Voss. O. et Leid. tres cum Ed. Med. *putemus* Leid. pr. Bene, ut

*dum*; in quinto *commemorandum*, in sexto *commendatum*. Guilielmius formabat *commentandum*. Grvt. Verum est *commendandum*. Aliquis commendat sibi genus studiorum, qui in eo diligens est et fervide se exercet; contra negligenter commendat, qui operae pretium in eo non ponit, nec tanti facit, imo ut mox se exponit, in hoc genere causae nihil industrie consumendum putat. Gron. Erf. Cauch. Duisb. et alii multi MSS. ac edit. prima, *negligentius commendandum*; alii aliter. Gronovio etiam placet *commendandum*. Interpretatio tamen huius vocis argutior mihi videtur, quam verior, aut certe a simplicitate et perspicuitate harum praeceptionum alienior. Mihi probabilior videtur coniectura Guilielmii, quae Cauchio etiam in mentem venit. Graev.

*Neque enim id, quod potest accidere*) Duisb. *Neque enim id quod videri potest accidere.* Ed. prima et Cratand. *Quod videri potest accidere.* Id.

*Et si separatim haec causa*) Erf. *et si separatione haec causa.* Id.

*In iudicialibus et in deliberativis*) Pith. *In iudicialibus et deliberativis.* Idem.

*Quare in hoc quoque genere*) Malim legi, *quare in hoc quoque genus causae* etc. Lamb. in Pith. *quoque* non habetur. Graev.

*Nonnihil industriae consumnandum putamus*) Ita erat in Br. in Pal. pr. et sexto; cui ultimo superscriptum, id est *conferendum*, quod deinde irrepsit in contextum. Guilielmius malebat *consumendum*, uti erat in Fabr. firmatque Pal. tert. sed *velle suum cuique est.* Vulgata *putavimus* potest quidem tolerari; dum norint lectores, auctorem de oratoriae studiosis loqui, non de ipso se, ut hactenus perperam explicarunt. Grvt. Grut. ed. *consumnandum putamus.* Aliae et Duisb. *Conferendum putavimus.* Erf. *Non nihil consumendum putemus.* Ni-

Nunc, absoluta nobis difficillima parte rhetoricae, hoc est, inventione perpolita, atque ad omne causae genus accommodata, tempus est ad caeteras partes proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.

9. Quoniam dispositio est, per quam illa, quae invenimus, in ordinem redigimus, ut certo quidque loco pronuntietur: videndum est, cuiusmodi rationem in disponendo habere conveniat. Genera dispositionum sunt duo: unum ab institutione artis profectum: alterum ad casum temporis accommodatum. Ex institutione artis disponemus, quum sequemur eam praeceptionem, quam in primo libro exposuimus, hoc est, ut utamur princi-

vidit iam Graevius. Id. — *Absoluta nobis.* Sic Voss. sec. Ed. Omn. In caeteris *abs. a nobis.* Id. — *Tempus est ad c. partes.* Deest verbum Leid. sec. *ad c. partes orationis* Voss. pr. Leid. sec. Ed. Omn. *ad c. partes Rhetoricae* Leid. pr. qu. Id.

9. *In disponendo habere conveniat.* MSS. O. et Ed. Med. *in d. nos habere c.* Ovd. — *Genera dispositionum.* Sic MSS. O. et Edd. pp. non *g. dispositionis.* Id. — *Seq. eam praeceptionem, quam in primo l.* Voss.

hil verius Guilielmii emendatione, quae ipsa est in Erfurtensi (nisi quod in eo non legatur *industriae*) et Cauchiano, sed et in Aldi Manutii editione. Miror hic haesisse Gruterum, quum, quid sit *consumare nonnihil industriae*, nemo intelligat. *Consumere* vero *non nihil industriae in hoc vel illo studio* tritum est loquendi genus. Dein pro vulgato *putamus*, ex Erf. scripsi *putemus.* Est enim admonitio. Graev.

*Absoluta a nobis difficillima*) Nonnulli MSS. et edd. *absoluta nobis difficillima*, ut illud Taciti I Ann. 1: *Claris scriptoribus commemorata sunt;* de qua locutione Casaub. ad Suetonium. Id.

*Ad caeteras partes proficisci*) Potest repleri subaudiendo *rhetoricae*, quae praecedit; sed omnes nostri MSS. *Ad caeteras partes orationis proficisci.* Gronov. *Orationis* vidi in Erfurt. Cauch. edit. prim. et Cratand. Quod etiam in suis reperit Iac. Gronovius. At in Duisb. legitur, *ad caeteras partes Rhetoricae.* In margine Cratandri, *Ad caeteras partes Rhetoricae facultatis.* Vtrumque et *orationis* et *Rhetoricae* ex margine irrepsit in quosdam codices. Graev.

*In ordinem redigimus*) Edd. *In ordinem redigemus.* Erf. *In ordine redigimus.* Id.

*Vt certo quidque loco*) Erf. *Vt certo quidquid loco.* Id.

*Habere conveniat*) Lamb. et al. Ed. et Duisb. MS: *Nos habere conveniat.* Idem.

*Genera dispositionum sunt duo*) Sic. Cauch. Erfurt. Ed. prima, et Cratandri. Vulgg. edd. *Genera dispositionis sunt duo.* Graev.

pio, narratione, divisione, confirmatione, confutatione, conclusione: et hunc ordinem, quemadmodum praeceptum est ante, in dicendo sequemur. Item ex institutione artis, non modo totas causas per orationem, sed singulas quoque argumentationis partes disponemus, quemadmodum in secundo libro docuimus, id est, expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem, complexionem. Haec igitur duplex disposi-

tert. *s. eas praeceptiones quas.* Leid. tert. *in priore l.* Id. — *Quemadmodum praeceptum.* Voss. tert. *sicut pr.* Id. — *In dicendo sequemur.* Ita Leid. qu. et Ed. Med. In reliquis *sequamur.* Id. — *Per orationem.* Voss. tert. *per ordinem.* Ed. Med. *per orationes.* Id. — *Singulas quoque argumentationis partes.* Ed. Omn. *per sing.* Voss. tert. Leid. tres et Ed. Med. *quasque.* Non male. Tum Voss. sec. Leid. sec. tert. qu. Edd. pp. *argumentationes.* Verissime. In Leid. pr. *argumentationes partes*, punctis ultimae voci suppositis. Ovd. *Sed per singulas quoque argumentationes* in Leonie. exemplari legitur. Lamb. *per singulas quoque argumentationis partes*, ut nos edidimus. Sed *singulas* quoque habent vulgati Victor. Ald. Lugduni excusi. Br. — *Complexionem.* MSS. O. et Edit.

*Et hunc ordinem*) Erf. *Et ut hunc ordinem.* Id.

*In dicendo sequemur*) Erf. et Cauch. *In dicendo sequamur.* Id.

*Item ex institutione artis*) Pith. *Item in institutione artis.* Id.

*Sed per singulas quoque argumentationis partes*) Est procul dubio plena vitii scriptura, ab Lambino inventa, ab Grutero retenta, quum Stephanica Victorii habeat cum aliis ultra editis, *sed per singulas quoque argumentationes*; quae verissima est lectio. Argumentationis enim partes aut non sunt ullae, aut locum hic non habent: sed ipsae argumentationes distinguuntur ab oratione, quia sunt eius partes: atque adeo ista lectio inde formata est, quod voci *argumentationes* nonnulli superscripserunt aut *partes* aut *partes earum*, scilicet orationum, vel causarum. Idem indica de sequente Gruteri nota. Gron. Grut. et Lamb. edd. *Sed per singulas quoque argumentationis partes disponemus.* Erf. Cauch. ed. prima, Victor. et aliae vetustiores: *Sed singulas quoque argumentationes disponemus*: quod verum est. Quomodo possunt totae causae per singulas argumentationes disponi? *Partes argumentationis*, merito improbavit Iac. Gronovius. Pithoei tamen, et Duisb. et Cratandri editio, ut nuperius editi, *per singulas quoque argumentationis partes*; male. Graev.

*Id est expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem, complexionem*) Longe aliter Erfurtensis: *In dispositione rationis, confirmatione rationis, orationis conclusione.* Sed Cauch. et caeteri vulgatis adhaerent, a quibus nec ego recedo. Vereor ne et haec sint glossis inquinata, et scripsisse auctorem, *in secundo libro docuimus, in expositione, confirmatione, complexione rationis.* Nam *exornatio* non facit ad dispositionem argumentationis. Id.

tio est: una per orationes, altera per argumentationes, ab institutione artis profecta. Est autem et alia dispositio, quae, quum ab ordine artificioso recedendum est, oratoris iudicio ad tempus accommodatur, ut si a narratione dicere incipiamus, aut ab aliqua firmissima argumentatione, aut a literarum aliquarum recitatione: aut si secundum principium confirmatione utamur, deinde narratione: aut, si quam huiusmodi permutationem ordinis faciamus; quorum nihil, nisi causa postu-

Med. *conclusionem.* Ovd. — *Per argumentationes.* Voss. tert. *per argumentationis partes.* Id. — *Ab institutione.* Ed. Med. *ob institutionem.* Id. — *Est autem et alia dispositio.* Copula comparet in solo Leid. qu. Abest a caeteris MSS. et edd. pp. *illa d.* Leid. pr. Id. — *Ab ordine artificioso recedendum est.* Voss. pr. *ab o. officioso.* Leid. tert. *artificio.* Voss. sec. Leid. pr. *secedendum e.* Id. — *Ab narratione dicere.* Sic Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. qu. Ed. Med. vulgo *a. n.* Id. — *Aut a litterarum aliquarum recitatione.* Voss. pr. *ut ab l.* Leid. pr. Voss. sec. Ed. Med. *ut ab l.* Leid. sec. *aut ab aliq. litt.* deest praepositio Leid. qu. In Voss. tert. *aut a litt. aliquarum aliarum rec.* Ed. Omn. *aut aliquarum rerum rec.* Id. — *Aut si sec. princ.* Voss. tert. *vel si* etc. Id. — *Huiusmodi permutationem ord. faciamus.* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. tert. Ed. Med.

*Vna per orationes, altera per argumentationes*) Sic Pall. omnes praeter secundum, in quo *orationis, altera per argumentationis partes.* Suffridus noster ait fuisse in suis *orationem*, et hoc amplius eodem numero *argumentationem*; quod verius esse, ex superioribus planum putabat Gulielmius. Grvt.

*Est autem et alia*) Erf. *Est autem alia.* Graev.

*Quum ab ordine artificioso recedendum est*) Erf. *Quum ab ordine officioso secedendum.* Cauch. et Pith. *Quum ab ordine artificioso secedendum.* Id.

*Si a narratione*) Erf. *Si ab narratione.* Id.

*Firmissimas argumentationes*) Sic in libro secundo de Orat. *Ergo ut in oratore optimus quisque, sic et in oratione firmissimum quidque sit primum* etc. et in Oratore perfecto: *De firmissimis alia prima ponet, alia postrema, inculcabitque leviora.* Lamb.

*Aut a literarum*) Erf. Cauch. Duisb. *Aut literarum.* Graev.

*Si quam huiusmodi permutationem*) Erf. *Si quam eiusmodi permutationem.* Idem.

*Permutationem ordinis faciamus*) Erf. *Permutationem ordinis faciemus.* Idem.

*Quorum nihil nisi causa postulet, fieri oportebit*) Certe tamen et hactenus ab iudicio oratoris dependet, quod ipsius est considerare, ubi causa postulet, et potest interdum illi videri, etsi causa non postulet. Quid quod perspicue in sequentibus dicat, saepe necesse esse uti his commutationibus, ubi res ipsa, hoc est, prudentia oratoris videntis iam nauseare animos iudicum defatigatos, et aures obtusas, similiaque, exiget ab artificio legitimo artis abire? Hinc mihi

let, fieri oportebit. Nam si vehementer aures auditorum obtusae videbuntur, atque animi defatigati ab adversariis multitudine verborum, commode poterimus principio supersedere, et exordiri causam aut a narratione, aut ab aliqua firma argumentatione. Deinde; si commodum erit, quia non semper necesse est, ad principii sententiam reverti licebit.

10. Si causa nostra magnam difficultatem videbitur habere, ut nemo aequo animo principium possit audire; a narratione, quum inceperimus, ad principii sententiam revertamur, licebit. Si narratio parum probabilis est, exordiemur ab aliqua firma argumentatione. His commutationibus, et translationibus partium saepe uti necesse est, quum ipsa res artificiosam dispositionem ar-

*eiusm.* MSS. O. et Ed. Med. *faciemus.* Id. — *Aures auditorum obtusae. Obtunsae* duo Gryph. B C. Br. — *Atque animi defatig.* Voss. tert. *et a. d.* Ovd. — *Aut a narratione, aut ab al. A* et *ab* desunt Leid. pr. *ab* a Voss. pr. Leid. qu. Ed. Omn. Id. — *Firma argum.* Leid. tert. Ed. Omn. *firmissima.* Id. — *Quia non semper necesse est.* MSS. plerique, et ed. Med. *quod* etc. Id.

10. *Ab narratione cum inc.* Sic ed. Med. et MSS. O. praeter Leid. qu. in quo *a. n.* Ovd. — *Revertamur licebit.* MSS. O. et Edd. pp. *revertemur.* Id. — *Cum ipsa res artif. d.* Leid. tert. *cum ipsum art. d.*

arridet scriptura codicis Medicei: *quorum nihil non, causa postulet, fieri oportebit.* Omnem enim conversionum istarum, quas nominavit speciem licitam et decoram pronunciat, ubi orator iudicabit eam qualemcunque ab causa postulari. Id genus loquendi animadvertis, docte lector, corruptum esse ab illis, qui ignorabant, particulam *si* eleganter omitti solitam, et id genus loquendi saepius ab antiquis adhibitum, quam nos scimus, aut nobis imaginamur. Vide Observat. Patris lib. IV, 20. Gron. Erf. *Nihil nisi causa postulat.* Medic. *nihil non, causa postulet.* Graev.

*Aut ab aliqua firma argumentatione* ) Pith. *Aut, ab aliqua firmissima argumentatione.* Cauch. Duisb. et nonnullae edd. *Aut aliqua firma argumentatione.* Id.

*Quia non semper necesse est* ) Erf. Cauch. Duisb. ed. Cratand. *Quod non semper necesse est.* Id.

*A narratione quum coeperimus* ) Erf. *Ab narratione c. c.* etc. Id.

*Ad principii sententiam revertamur licebit. Si* ) Erf. et Pith. *Ad principii sententiam revertemur. Si.* In Duisb. est etiam *revertemur*, sed etiam *licebit.* Id.

*Probabilis est, exordiemur* ) Erf. *Probabilis, exordiemur.* Lamb. Ed. *probabilis erit, exordiemur.* Id.

*Translationibus partium saepe*) Erf. *Translationibus saepe.* Id.

*Quum ipsa res artificiosum*) Duisb. *Cum ipsam artificiosum.* Id.

tificiose commutare cogit. In confirmatione, et confutatione argumentationum dispositiones huiusmodi convenit habere: firmissimas argumentationes in primis, et in postremis causae partibus collocare: mediocres, et neque inutiles ad dicendum, neque necessarias ad probandum, quae si separatim ac singulae dicantur, infirmae sint, cum caeteris coniunctae, firmae, et probabiles fiant, interponi, et in medio collocari oportet: nam re narrata, statim expectat animus auditoris, ex qua re causa confirmari possit. Quapropter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem. Et quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur, utile est, quum dicere desinamus, recentem aliquam relinquere, in animis auditorum bene firmam argumentationem. Haec dispositio locorum, tanquam

*res ipsa:* qu. *cum ipsam a. d.* dein *mutare* Voss. tert. Id. — *Infirmae sint.* Voss. pr. tert. Leid. Ed. Med. *i. sunt.* Id. — *Et probabiles fiant.* Leid. qu.*stabiles et probab. fiunt.* Leid. sec. pr. *sint.* Voss. tert. Leid. qu. *sunt.* Voss. pr. sec. Leid. pr. *fuerint.* Edd. pp. *fiunt.* Id. — *Interponi.* Voss. tert. *et interp.* Id. — *Nam re narr. statim.* MSS. O. et ed. Med. *Nam et re n. statim*, vel *nam et statim re n.* deest *statim* Leid. pr. Id. — *Ex qua re.* Leid. pr. tert. Voss. tert. carent praepositione. Id. — *Facile memoriae mandatur.* Leid. tert. *facillime m. m.* Id. —

*Argumentationum dispositiones* ) Mihi blanditur Erfurtensis, *argumentationum disputationes.* Hoc est argumentationes, de quibus disserit, et verba facit. Graev.

*In primis et postremis* ) Erf. *In primis et in postremis.* Id. Vid. Gronov. infr. ad cap. 13. Burm.

*Infirmae sint* ) Sic Erfurt. et edd. prima et Cratandr. Al. *infirmae sunt.* Graev.

*Et probabiles fiant* ) Al *probabiles fiunt.* Id.

*Fiant, interponi et in medio collocari* ) Erf. *Fiant, et in medio conculcari.* Id.

*Nam re narrata, statim expectat* ) Erf. *Nam re narrata.* Lamb. et Cratand. Edd. *nam statim re narrata.* Idem.

*Ex qua re* ) Erf. *Qua re.* Id.

*Firmam aliquam oportet inferre* ) Pith. *Firmam aliquam et instare.* Id.

*Et quoniam nuperrime dictum facile memoriae mandatur* ) Melius Erfurt. *Et reliquum quoniam nuperrime dictum facillime memoriae mandatur;* quoniam eius, de quo modo diximus aut paullo ante, facillime meminimus. Idem.

*Recentem aliquam relinquere* ) Non legitur in Erfurt. et Pith. *recentem.* Idem.

instructio militum, facillime in dicendo, sicut illa in pugnando, parare poterit victoriam.

11. Pronuntiationem multi maxime utilem oratori dixerunt esse, et ad persuadendum plurimum valere. Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse non facile dixerimus; nec egregie magnam esse utilita-

*Parare poterit victoriam.* A m. pr. Voss. pr. cum sec. tert. qu. Voss. tert. et edd. pp. *parere p. v.* Id.

11. *Nos quidem unum de q. r. pl. posse.* Voss. pr. Leid. tert. *nos quid unum d. q. r. pl. possit.* Leid. sec. *nos quid unum d. q. r. pl. prosit.* Leid. pr. *nos quod est unum d. q. r. pl. posse.* Voss. tert. *nos quidem quod unum d. q. r. pl. posse.* Voss. sec. Ed. Omn. *nos quidem unam d. q. r. pl. posse.* Leid. qu. *nos quidem eam unam de q. partibus rebus pl. posse.* Oud. *Nos quidem unam de quinque rebus plurimum posse non facile dixerimus: egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione audacter confirmaverimus.* Ita legitur in manuscriptis Gryphii. Lamb. eamdem lectionem secutus, ante adverbium *egregie*, *nec*, negandi particulam apponit. Leoniceni editio caetera eodem modo, ut Lambini, unum praeterea verbum habet, *sola*, inter duas voces *pronuntiatione* et *audacter*, quod quidem orationem totam planissimam efficit. Nobis quidem lectioni vulgatae si vox haec una addatur, recte sensus videtur constare. Qua tamen reiecta, Lambini et Leoniceni editionem, una modo voce *sola* adiecta, quae deerat alteri, secuti sumus. Br. — *Nec egregie.* Voss.

*Parare victoriam*) Duisb. Cratand. et Lamb. edd. *parere victoriam.* Ed. prim. *patere victoriam.* Id.

*Nos quidem unum de quinque rebus plurimum posse*, non etc. Secuti sumus auctoritatem Pal. quarti, sexti, et Bruil. nam recepta lectio: *nos quid unum* etc. *plurimum prosit*, *non* etc. Grut. Firmat optimam hanc scripturam Erfurtensis, Cauch. prima et Cratand. ed. Edd. multae: *Nos quid unum de quinque rebus plurimum prosit.* Al. *Nos quidem unam eam de quinque rebus plurimum posse.* Graev.

*Nec egregie magnam*) Videtur illa negativa adversari periodo subservienti; et vero Pal. quartus servat *et egregie*, ut videatur retrahenda adhuc litera a voce praecedenti, quo fieret *sed*, aut rescribendum *at.* Grut. Immo nequaquam; et utique in consensu tot optimorum codicum se mancipare uni singulari, id vero perquam est suspectum. Quin tu in construendo, voculam *nec* separa in *et non*, h. e. *et egregie magnam esse utilitatem in pronuntiatione non audacter confirmaverimus.* Non audacter, sed scilicet iuste et cum aequitate, non temere: quum sit egregie magna utilitas in ea. Gronov. Iac. Gronovius retinendum censet *nec*, ac dividendum in *et non*, ut sit, *et non audacter confirmaverim*, et quae sequuntur. Ego vero puto haec verba interpolata esse ab iisdem, qui priora interpolarant, quum non intelligerent, quid sibi hic velit, *non facile dixerim*, nisi praecedat, *quid unum plurimum possit.* Haec quum sic refinxissent, et talem informassent sententiam, non poterant ea cohaerere cum sequenti-

tem in pronuntiatione, audacter confirmaverimus; nam commodae inventiones, et concinnae verborum elocutiones, et partium causae artificiosae dispositiones, et horum omnium diligens memoria, sine pronuntiatione, non plus, quam sine his rebus pronuntiatio sola valere poterit. Quare, quia nemo de ea re diligenter scripsit (nam omnes vix posse putarunt de voce, et vultu, et gestu dilucide scribi, quum hae res ad sensus nostros pertinerent) et quia magnopere ea pars a nobis ad dicendum comparanda est: non negligenter videtur tota res consideranda. Dividitur igitur pronuntiatio in vocis figuram, et corporis motum. Figura vocis est, quae suum quemdam possidet habitum ratione et industria comparatum.

tert. *nec ergo egregie.* V. Graev. Oud. — *Quare quia nemo.* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. *quare et quia nemo.* Bene. Id. — *Et vulta et gestu dilucide scribi.* Desunt *et vultu* ab ed. Omn. *dilucide* a Voss. tert. Id. — *Ea pars a n. comp. est.* Leid. tert. *ea res* etc. Ed. Med. *pars haec*: desunt *ea pars* Leid. pr. Voss. sec. in quo *sunt.* Id. — *Non negligenter.* Ed. Med. *eo diligentius.* Id. — *Et corp. motum.* Voss. sec. Leid. sec. tert. qu. *et in c. m.* Id. — *Figura vocis est.* Voss. pr. sec. Leid. O. cum ed. Med. *F. vocis est ea.* Voss. tert. *F. v. ea est.* Id. — *Industria comparutum.* *Comparata* duo Gryph. exempl. *comparatum*, ut

bus, nisi interposuissent, *nec audacter confirmaverimus.* Alii, quum viderent sequentia repugnare, adiecerunt *et.* Sed utrumque est insititium, et ignoratur ab Erfurtensi et Cauchiano, quorum fide id delendum censemus, sententia rectissime se habente, quae est: Non ego quidem hoc ausim asserere, pronuntiationem unam de quinque partibus plurimum valere, hoc audacter confirmaverim, magnam in ea utilitatem esse. Sic iste auctor et alii frequentissime, omisso *sed*, quod alii adderent. Nihil certius. Et sequentia istam scripturam asserunt planissime. Graev.

*Quare quia nemo de ea re diligenter scripsit*) Pith. *Quare et quia nemo de ea re diligenter scripserit.* Id.

*Vix posse putarunt*) Al. *Vix putarunt posse.* In Pith. non legitur *posse.* Id.

*Et vultu et gestu*) Al. *Et vultu gestu.* Id.

*Hae res ad sensus*) Cauch. *Eae res ad sensus.* Id.

*Et quia magnopere ea pars a nobis?* Erf. et Cauch. *Et quia quantopere a nobis.* Duisb. *Et quae magnopere e. p. a. n.* Id.

*In vocis figuram et corporis motum*) Erf. *In vocis et in corporis motum.* Idem.

*Figura vocis est, quae suum*) Erf. *Figura vocis est ea.* Id.

' Ea dividitur in tres partes, magnitudinem, firmitudinem, mollitudinem. Magnitudinem vocis maxime comparat natura, nonnihil hanc auget, sed maxime conservat cura. Firmitudinem vocis maxime natura comparat, nonnihil adauget, et maxime conservat exercitatio declamationis. Mollitudinem vocis, hoc est, ut eam torquere in dicendo nostro commodo possimus, maxime faciet exercitatio declamationis. Quapropter

Lamb. Leoniceni liber, habet. Br. — *Ea dividitor in tres p.* Voss. pr. Leid. pr. sec. Ed. Med. *Haec dividitur.* Leid. qu. *Et ea div.* Voss. tert. Ed. Omn. *dividitur igitur in tr. p.* simpliciter leg. *Dividitur in tr. p.* Ovd. — *Nonnihil hanc auget.* Leid. pr. *cum nihil*: deest *hanc* in Voss. sec. Leid. pr. qu. Ed. Omn. *adauget* cum Ed. Med. MSS. O. excepto Voss. sec. Vere. Idem. — *Sed moxime conservat cura.* Voss. pr. *si m.* Voss. tert. Leid. tert. Ed. Med. *et m.* Tum Leid. sec. *amplificat. accuratio.* Leid. pr. *curot. conservot.* Voss. tert. Leid. tert. qu. Edd. pp. *accuratio conservat*, vel *cons. accurotio.* Idem. — *Conservet exercitatio declamationis.* Leid. pr. *c. exerc. imitationis* a m. pr. Idem. — *In dicendo nostro commodo p.* Duae primae voces desunt Ed. Omnib. *pro n. commodo* est in MSS. O. et edd. pp. delevit praepositionem Graevius, non necessario. Idem. — *Faciet exercit. declamationis.* Voss. tert. *f. ex. imitationis et declama-*

*Magnitudinem vocis moxime comparat natura, non nihil hono auget*) Cauch. *Magnitudinem vocis maxime natura non nihil auget. Haac* etiam non exstat in Erfurt. Id.

*Sed moxime couservat cura*) Liber unus manuscr. habet, *conservat accuratio.* Lamb. Duisb. *Maxime conservat accuratio.* Pith. *Maxime conservat et amplificat accurotio.* Graev.

*Firmitudinem vocis maxime notura comparat, non nihil adauget*) Erfurt. *Firmitudinem vocis moxime comparata notura, adauget.* Id.

*Exercitatio declamationis*) Palat. sec. quart. sext. *exercitotio imitotionis*, quod fere malim, imo omnino; nam *exercitatio declamationis*, servit magis *mollitudini vocis*, quae mox sequitur. Grvt. Quamvis *imitationis* etiam habeatur in Erfurt. et Cauch. non tamen video, quid, aut quem imitari debeat, qui studet firmitati vocis. Ea quoque debetur naturae: sed exercitatione conservatur et augetur. Ego mallem in sequentibus legi, *exercitotio imitoDonis*; sic sane est in margine Cratandri. Illa enim mollitudo vocis comparatur, si saepe audiverimus oratorem disertum vocem ad diversos motus animorum, quos vult excitare, flectentem, quod post exercendo se quis imitatur; quamvis declamatione quoque eam iuvari in sequentibus doceat. Graev.

*Vt eam torquere in dicendo nostro commodo*) Delevi *pro* auctoritate Erfurtensis et Cauchiani, quamvis ab alia manu in hoc esset inter versus interlitum. Sic vero veteres loquebantur. Cic. I ad Att. 9: *Quod commodo tuo facere poteris.* Vide notas

de magnitudine vocis, et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera cura comparatur, nihil nos attinet commonere, nisi ut ab iis, qui non inscii sunt eius artificii, ratio curandae vocis petatur.

12. De ea parte firmitudinis, quae conservatur ratione declamationis, et de mollitudine vocis, quae maxime necessaria est oratori, quoniam ea quoque moderatione declamationis comparatur, dicendum videtur. Firmam igitur maxime poterimus in dicendo vocem

*tionis.* Suprasc. in Leid. sec. *f. imitationis.* Non male. IDEM. — *Altera natura.* Addunt Leid. pr. Voss. sec. *paratur.* IDEM. — *Nihil nos attinet commonere.* Sic MSS. IV cum Ed. Med. In Voss. sec. Leid. qu. cum Ed. Omn. et vulgo *ad nos.* Sed rectius dat Voss. pr. *nihil attinet c.* V. Gronov. Sed addit idem cum ed. Med. *res enim communis est*, et Leid. pr. *res enim communis.* Voss. tert. *communis enim res est.* IDEM. — *Quoniam altera natura paritur, altera natura comparatur : nihil nos attinet comminisci.* Ita ex Gryphii exempl. auctoritate, certa praeterea ratione innixi, edidimus. BRVTVS.

12. *De mollitudine vocis.* Vltima vox exsulat a Voss. tert. OVD. —

meas ad lib. I ad Fam. Ep. 1. Vulgg. *In dicendo pro nostro commodo possimus.* ID.

*Et firmitudinis parte, quoniam altera natura, altera* etc. Hic locus, nisi fallor, in omnibus libris corruptus est. Nam *magnitudinem vocis* dixit supra partim natura comparari, partim cura conservari : *firmitudinem* autem partim natura comparari, partim exercitatione declamationis conservari. Quare sic legendum arbitror: *Quapropter de firmitudinis parte ea, quae natura comparatur, nihil ad nos attinet*; seu potius: *nihil nos attinet, commonere.* LAMB.

*Altera natura, altera cura comparatur* ) Erfurt. et Pith. *Altera natura paratur, altera cura comparatur.* GRAEV.

*Nihil ad nos attinet commonere* ) Sic sane etiam alibi loquitur Cicero. Sed hoc loco non intelligo, qui sic exhibere queant editiones omnes, quum nullum viderim codicem, in quo exstabat particula *ad.* Et utique sic quoque loquitur Cicero, ut pro Quintio: *Neque quemquam attinebat id recusare.* I de Invent. 36: *Quae propositio in se quiddam continet perspicuum, eo quod constare inter omnes necesse est, hanc velle adprobare et affirmare nihil attinet*, ut legi in MS. GRONOV. Vulgg. *Nihil ad nos attinet commonere*, ut legendum censuit Lambinus, et Iac. Gronovius, qui in suis sic legi libris viderat, quum id et ego in Erfurt. Cauch. et edit. Cratand. reperissem, repudiato vulgato, *nihil ad nos attinet*, sum amplexus. Sed in Erfurtensi totus locus praeterea sic scribitur: *Quoniam altera natura paratur, altera cura comparatur, nihil nos attinet communis res.* In Pith. est etiam *paratur.* GRAEV.

*Qui non inscii sunt* ) Erf. *Qui inscii sunt.* IDEM.

*Firmam igitur maxime* ) Al. edd.

conservare, si quam maxime sedata et depressa voce principia dicemus; nam laeduntur arteriae, si antequam leni voce permulsae sunt, acri clamore compleantur. Etiam intervallis longioribus uti conveniet; recreatur enim vox spiritu, et arteriae reticendo adquiescunt. Et continuum clamorem remittere, et ad ser-

*Laeduntur arteriae.* Voss. tert. *laedetur arteria.* Leid. sec. tert. qu. Voss. sec. a m. sec. Ed. *laeditur arteria.* Med. Idem. — *Leni voce permulsae sunt.* Voss. pr. et Leid. pr. a m. pr. cum ed. Omn. *vox bene permulsa est.* Voss. sec. *vox* (supr. *voce*) *leni permulsa est.* Voss. tert. *leni voce vox bene permulsa est.* Leid. sec. tert. qu. Ed. Med. *leni voce permulsa e.* Id. — *Acri clamore compleantur.* Voss. sec. Leid. pr. a m. pr. *a labore.* Voss. tert. *compleatur.* Leid. pr. Voss. pr. sec. *complentur.* Leid. sec. tert. qu. Ed. Med. *completur.* Idem. — *Etiam interv. l. uti conveniet.* MSS. O. et edd. pp. *et int.* Voss. tert. *convenit.* Idem. — *Reticendo adquiescunt.* Voss. pr. Leid. pr. Ed. Med. *r. quiescunt.* Leid. qu. *r. conquiescunt.* Ed. Omn. *conticendo requiescunt.* Idem. — *Cont. clamorem remittere.* Sic a m. pr. dat Leid. sec. cum Ed. Med. sed idem pro varia lect. praebet *omittere*, quod est in MSS. V et ed. Omn. In Voss. pr. *emittere*, et suprasc. *l. obmittere.* Idem. — *Ad sermonem transire oportet.* Ed. O. *ad s. redire oportet pariter.*

*Firmam igitur quam maxime.* Cauch. et Erfurt. *Firmamento maxime poterimus.* Cratand. ed. margo: *Firmamentum ergo vocis maxime poterimus in dicendo conservare.* Id.

*Depressa voce principia dicemus*) Non male Pithoei: *depressa voce principio dicemus;* in orationis principio. Graev.

*Nam laeduntur arteriae*) Duisb. *Nam laedi arteria.* Al. MS. *Nam laeditur arteria.* Id.

*Arteriae, si antequam leni voce permulsae sunt, acri clamore compleantur*) MS. Med. *Antequam vox bene permulsa est, acri labore.* Alius: *Laeditur arteria, si antequam vox permulsa est bene, acri labore completur.* Gron. Quidam libri vulgati: *Nam laeditur arteria, si, antequam leni voce permulsa sit, acri clamore compleatur.* Lambin. Erfurt. Cauch. et Medic. *Nam laeduntur arteriae, si antequam vox bene permulsa est, acri labore compleatur.* Al. MS. *Si antequam vox permulsa est bene, acri labore completur.* Cratand. ed. *Si antequam vox bene permulsa est, acri clamore compleantur.* Sed legendum fortasse est et hic et infra, *laeduntur arteria* numero multitudinis in neutro, quemadmodum usurpavit Lucretius lib. IV: *Facitque Asperiora foras gradiens arteria clamor.* In Pithoei cod. est: *Antequam permulsa sunt, acri labore compleantur;* quae non nihil faciunt stabiliendae coniecturae Lambinianae; ut et in praecedentibus verbis Duisburgensis, in quo est: *Nam laedi arteria.* Sed a vulgatis non recedo. Graev.

*Etiam intervallis longioribus*) Erf. *Intervallis longioribus.* Cratand. ed. *Et intervallis longioribus.* Id.

*Recreatur enim vox spiritu, et arteriae*) Erf. *Recreatur enim vox, et arteriae.* Cratand. ed. *Recreatur enim spiritu vox.* Id.

*Et continuum clamorem remittere*) Erf. *Et continuo clamore mittere.*

monem transire oportet; (commutationes enim faciunt, ut, nullo genere vocis effuso, in omni voce integri simus) et acutas vocis exclamationes vitare. Ictus enim

IDEM. — *Vt nullo genere.* *Vt multo genere* alii legunt. BR. Viri docti, cuius manuscriptas adnutationes possideo, conjectura stabilit vulgatam lectionem: sed accipit *effusum* pro eo, quod est liberius excurrens. VERB. — *Exclamationes vitare.* Addunt τὸ *debemus* recte MSS. O. et Cauch. *Et continuum clamorem mittere.* Cratand. ed. *Et continuum clamorem omittere.* ID.

*Oportet: commutationes enim faciunt, ut nullo genere vocis effuso, in omni genere vocis integri simus* ) Et acutas vocis exclamationes vitare debemus. Gruterus, et nonnullae aliae edd. *Oportet: (commutationes enim faciunt, ut, nullo genere vocis effuso, in omni genere vocis integri simus) et acutas vocis exclamationes vitare.* In nonnullis etiam MSS. non habetur *debemus.* ID.

*Vt multo genere vocis effuso* ) Sic restitui, quum in libris omnibus legatur, *nullo genere vocis effuso.* Significat *enim*, eam vim esse commutationis vocis, et, quamvis ea varie profundatur, incolumis tamen et integra conservetur. LAMB. Lambinus *multo*, perperam. Hoc ait, si neque contentione, neque sermone exhauriantur vires, in omni vocis genere integros nos fore, et ab uno ad alterum posse transire: haec Guilielmius. GRVT.

*Et acutas vocis exclamationes vitare*) Non exstat *debemus* etiam in Cauch. Duisb. et Cratand. ed. Sed in Pith. MS. et prima legitur editione, ut in Victoriana, et aliis, meritoque probat I. Fr. Gronovius; quos et ego sequor. In Erfurt. est *exclamationes vitare possimus.* GRAEV.

*Exclamationes vitare* ) Hoc modo erat in Pal. quarto, sexto, Bruil. nonnullisque Lambini, subintelligiturque superius *oportet.* Vulgata addidit, *vitare debemus.* GRVT. Id verbum quoque servatur ab omnibus nostris MSS. et quia video originem huius varietatis, quae profecto non est alia, quam nota parentheseos vel apposita vel omissa; apponunt autem editiones omnes, nisi quod ridicule dimidiatam servavit Gruterus; puto conservandum id verbum, reiecta ista parenthesi, quum nulla sit in scriptis. Quid enim lenius procedere potest? *Et continuum clamorem remittere, et ad sermonem transire oportet. Commutationes enim faciunt; ut nullo gen. v. eff. in omni voce integri simus. Et acutas vocis exclamationes vitare debemus. Ictus enim* etc. Sunt singulae prohibitiones diversae cum diversa ratiocinatione. Mox notabiliter codex Mediceus *Ictus enim fit et vulnus arteriae.* Tum MS. alter *atque exattenuata.* GRON.

*Ictus enim fit et vulnerantur arteriae* ) Erfurt. Cauch. et teste Gronovio Mediceus, nec non Cratand. ac Ascens. edd. *Ictus enim fit et vulnus arteriae.* Et sic melius scribitur. Sicut enim dicitur ictus, sic et vulnus fieri arteriae. Sed quia *vulnus fieri rei* videbatur sciolis insolentius, immutarunt in *vulnerantur;* sed non attenderunt, quam non bene ista syntaxis cohaereat. *ictus* [illegible] *arteriae*, et

fit, et vulnerantur arteriae hac acuta atque adtenuata nimis acclamatione, et si qui splendor est vocis, consumitur uno clamore universus. Et uno spiritu continenter multa dicere in extrema convenit oratione: fauces enim calefiunt, et arteriae complentur, et vox, quae varie tractata est, reducitur in quemdam sonum aequabilem atque constantem. Saepe rerum naturae gratia quaedam iure debetur, velut accidit in hac re: nam quae diximus ad vocem servandam prodesse, eadem

edd. pp. Oud. — *Hac acuta atque adt.* In nullo MS. nec ed. pr. est *hac*: quod frustra inseruit Graev. Idem. — *Si qui splendor est v.* MSS. O. et edd. pp. *si quis*, Voss. tert. *inest.* Idem. — *Consumitur uno cl. universus.* Deest ultima vox Voss. sec. tert. Leid. pr. *universa* Leid. tert. et Voss. pr. a m. sec. *immersus* Leid. qu. Idem. — *Aequabilem.* Leid. qu. *aequalem.* Id. — *Velut accidit.* Voss. tert. Leid. tert. *veluti ac.* Idem. *Nam quae d. ad v. servandam prodesse.* Leid. qu. *nam ea quae d.* Voss. tert. *conservandam*; deest *prodesse* Leid. pr. a m. pr. Idem. — *Eadem attinent ad suavitatem pronuntiationis.* Leid. pr. a m. pr. *eadem etiam ostentatione fit.* Leid. tert. Ed. Med. *pertinent.* Ed. Omn. *idem attinent.* Voss. pr. *ad suavitudinem.* V. Lambin. et seqq.

*vulnerantur arteriae*, in numero multitudinis. Sed si optimis codicibus inhaereamus, omnia sine salebris ullis profluunt. In sequentibus verbis recepi ex Erfurtensi *hac acuta atque attenuata.* In aliis *hac* absorptum est a sequentis vocis prima syllaba, dein statim ex eodem libro rescripsi *qui splendor est vocis*, pro vulgato *si quis splendor est vocis.* Graev.

*Acuta atque attenuata*) Erf. *Hac acuta atque attenuata.* Al. *Acuta atque exattenuata.* Id.

*Nimis acclamatione*) Lamb. edit. *Nimis exclamatione.* Id.

*Et qui splendor est vocis*) Edd. *Et si quis splendor est vocis.* Splendidae voci opponitur fusca vox. Id.

*Consumitur uno clamore universus*) Erfurt. et Cauch. *Consumitur uno clamore universa*; et Duisb. *Consumitur uno clamore immersus.* Id.

*Vox quae varie tractata est*) Cratand. margo. *Vox quae varie tracta est.* Id.

*Saepe rerum naturae gratia quaedam*) Erf. *Quae saepe rerum natura gratia.* Id.

*Nam quod diximus ad vocem*) Cauch. *Nam quae dicimus ad vocem.* In Erf. est etiam *dicimus.* Duisb. *Nam ea quae diximus ad vocem.* Id.

*Eadem attinent ad suavitatem pronuntiationis*) *Et pronuntiationis suavitudini* habent libri veteres, et aliquot vulgg. et sic legendum censemus, quamvis olim secuti editionem Rob. Steph. *suavitati* edendum curaverimus. *Suavitudo* enim, vox latina, a Plauto, et aliis veteribus usurpata. Lamb. Bruil. et Pal. quart. *eadem etiam ostentatione fit.* Neque aliter sextus, nisi quod is *item attinent.* Gryt. Duo MSS. *Eadem etiam ostentatione fit.* Pal. sext. *Item attinent ostentatione fit.* Cratand. ed. *Item attinent ad suavitatem.* Graev.

attinent ad suavitatem pronuntiationis; ut, quod nostrae voci prosit, idem voluptaté auditoris probetur. Vtile est ad firmitudinem sedata vox in principio; quid insuavius, quam clamor in exordio causae? Intervalla vocem confirmant: eadem sententias concinniores divisione reddunt, et auditori spatium cogitandi relinquunt. Conservat vocem continui clamoris remissio. Et auditorem quidem varietas maxime delectat; quum sermone animum eius retinet, aut exsuscitat clamore. Acuta exclamatio vocem et fauces vulnerat: eadem laedit auditorem: habet enim quiddam illiberale, et ad muliebrem potius vociferationem, quam ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum. In extrema

Idem. — *Vt quod.* Leid. qu. *ut hoc quod.* Id. — *Voluptate auditoris probetur.* MSS. V, et Ed. Omn. *voluntate.* Leid. pr. Ed. Med. *voluntati.* Voss. tert. *voluntati aud. prodesse prob.* Idem. — *Ad firmitudinem. Vocis* adduut Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. qu. cum edd. pp. Male. Idem. — *Quum sermonem animum eius retinet, aut exsuscitat c.* Abest vox *eius* a Voss. pr. Leid. pr. pro ea in Voss. sec. est *maxime*: dein Voss. pr. Leid. pr. *vel exs.* In caeteris et edd. pp. *et exs.* Leid.

*Vt quod nostrae voci prosit*) Duisb. *Vt hoc, quod nostrue voci prosit.* Id.

*Idem voluptate auditoris probetur*) Pith. MS. pr. Craland. ed. *Idem voluntate auditoris probetur.* Erfurt. et Cauch. *Idem voluntati auditoris probetur.* Possis tueri, ut sit *idem volenti auditori probetur. Volenti auditori*, ut, hoc fit *nobis volentibus.* Opponuntur invili. Mallem tamen, quod et Cauchius malebat *idem voluptati auditoris probetur*; idem cum voluptate audiat auditor. Id.

*Vtile est nd firmitudinem sedata vox*) Sic reposui fide Cauch. et Erfurt. deleto *vocis*, quod adiecerunt magistri, quum ex sequentibns verbis id intelligendum esse quilibet videret. Sic paullo post iidem codices *acuta exclamatio vocem vulnerat*; vulgati *vocem et fauces vulnerat.* Pith. *Ad firmitudinem vocis sedata vox a principio.* Id.

*Auditori spatium cogitandi*) Erf. *Auditoris spatium cogitandi.* Burm.

*Conservat vocem continui clamoris*) *Cum ad rem voce tenui.* Graev.

*Cum sermone animum eius retinet*) Erf. *Cum ad sermonem animum retineat.* Lamb. ed. *Cum aut sermone animum eius retinet.* Id.

*Aut exsuscitat clamores*) Erf. *Exsuscitat clamores.* Duisb. et Cratand. ed. *Et exsuscitat clamore.* Id.

*Laedit auditorem*) Erf. *Laedit creditorem.* Pith. ac Cratand. margo *laedit auditorem, quod varietas emendat.* Id.

*Habet enim quiddam*) Erf. *Haberet enim quiddam.* Id.

*In dicendo accommodatum*) Erf. *In dicendo accommodatur.* Id.

oratione continens vox remedio est voci: quid? haec eadem nonne animum vehementissime calefacit auditoris, in totius conclusione causae? Quoniam igitur res eaedem vocis firmitudini, et pronuntiationis suavitudini prosunt, de utraque re simul erit in praesentia dictum: de firmitudine, quae visa sunt, de suavitate, quae coniuncta fuerunt: caetera suo loco paullo post dicemus.

13. Mollitudo igitur vocis, quoniam omnis ad rethoris praeceptionem pertinet, diligentius nobis consideranda est. Eam dividimus in sermonem, contentionem, amplificationem. Sermo est oratio remissa, et finitima quotidianae locutioni. Contentio est oratio acris, et ad confirmandum, et confutandum accommodata. Ampli-

qu. *et excitat.* Idem. — *Igitur res eadem.* Voss. tert. *res ig. haec.* Id. — *Quae visa sunt.* Tanquam adventitia verba Lamb. tollit. Br. — *De suavitate.* Leid. pr. *et suavitudini.* MSS. O. et edd. praemittunt *et.* Voss. pr. etiam *suavitudine*, ut supra *suavitudini* prosunt. Oud.

13. *Nobis consideranda est.* Voss. pr. Leid. pr. *n. tractanda est.* Verbum abest Voss. sec. Oud. — *Ad confirmandum et ad confut. adcomm.*

*Vocis firmitudini*) Pith. *Vocis fortitudini.* Id.

*Pronuntiationis suavitudini*) Al. *Pronuntiationis suavitati.* Id.

*De firmitudine quae visa sunt*) Voces illas *quae visa sunt*, ut supervacaneas, et ab aliquo semidocto interiectas, sustuli. Lamb. Lambinus delet tres postremas dictiones; sed libris invitis, neque favente orationis contextu. Grvt. Haec verba *quae visa sunt*, delevit Lambin. Graev.

*De suavitate*) Erf. *De suavitudine.* Al. *Et de suavitate.* Id.

*Ad Rhetoris praeceptionem*) Pith. *Ad Rhetoris perceptionem.* Id.

*Diligentius nobis consideranda*) Pith. *diligentius a nobis consideranda.* Idem.

*Eam dividimus*) Pith. *Ea dividitur.* Id.

*Oratio acris et ad confirmandum*) Pith. et Lamb. ed. *Oratio acris ad confirmandum.* Id.

*Et ad confirmandum et confutandum accomm.*) Sic edant licet et sileant omnes de suis MSS.: ego in duobus invenio *Et ad confirmandum et ad confut.* iterata praepositione; quam negari nequit esse auctoris ingenuam, quum et alibi in impressis fiat toties, et supra (ad lib. II, c. 6) iam monuerim, ubi contra MSS. omiserunt, ut hic quoque. Quare nunc detexamus illud dubium pluribus advocatis locis. Sic IV, 18 edunt *in sermonibus et conventu amicorum*, ubi ex ipso Mediceo adnotatum habeo *et in conventu.* Sic supra cap. 10 edunt Victoriana, Stephani, Lambiniana, Gruteriana, *in primis et postremis causae partibus*, quum priores et simul

ficatio est oratio, quae aut ad iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. Sermo dividitur in partes quatuor, dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. Dignitas est oratio

Ita praebent cum ed. Mediol. MSS. O. si excipias Leid. qu. Vulgo minus eleganter et contra genium veterum exsulat semel praepositio. Idem. — *Ad iracundiam inducit.* Sic Voss. tert. Sed MSS. caeteri cum edd. pp. *in iracundiam.* Quod bene probavit Gronovius. Leid. qu. *adducit.* Id. — *Ad misericordiam trahit.* Ed. Med. *in mis.* Idem. — scripti omnes *in primis et in postremis*, quod ideo revocavi. Sic IV, 44 legi in scripto *per dedecus et per ignaviam*, ubi in editis una vice tantum patet. Ita hoc libro cap. 4 in scripto offendi *divisione utemur in vim et in consilium*. Lib. II, cap. 12: *in duas aut in plures.* Cap. 28: *de nomine et de vocabulo.* Sic et I Invent. 15 MS. optimus habet *in principium et in insinuationem.* Ibidemque idem et cap. 33: *a vestra religione et a sapientia*, ut et notavit Gothofredus. Adeo ut etiam dubitem, an vere citaverit Gruterus ad librum II Invent. cap. 3o ex antiquis ut ipse ait, *et omnibus honestatis partibus et omnibus utilitatis partibus*, quod et in vulgata esse dicit; quum in vulgatis per typos ante eum omnibus sit *ex omnibus partibus honestatis et omnibus utilitatis partibus;* at in omnibus meis scriptis diserte *ex omnibus partibus honestatis et ex omnibus utilitatis partibus*, quod non ausim imminuere, et refingere ad placitum Gruteri, ut videtur, ex capite 48 et sequentis fine: quum non minus licitum fuerit Ciceroni hunc ita abundare, quam lib. II Invent. 32: *potuisse vitari et hac ratione potuisse provideri*, ubi *potuisse* alterum delesse Lambinum notat Gothofredus; quo iure, dicat ipse. Adde ad II, 6; II Invention. 33: *de scripto et de sententia* duo nostri codices. Cap. 34: *In senatu aut in consilio*, ubi saepius iteratur ea praepositio. Gron. Gruter. et Al. *et confutandum.* Erf. *Et ad confirmandum et ad confutandum.* Quod et in Mediceo legit Iac. Gronovius et probavit merito. Graevivs. Ita et MS. Traiect. vid. infra ad lib. II de Invent. cap. 17. Bvrm.

*Quae aut ad iracundiam inducit*) Ita quidem in nullo scripto legi, qui vel habent *aut iracundiam* vel *aut in iracundiam*, quomodo etiam Mediceus: quod unice probandum. Supra enim dixit II, 19: *Si multos induxit in peccatum veniae spes.* I Invent. 2: *Eas in unamquamque rem inducens utilem.* Gron. Duisburgensis *quae aut in iracundiam inducit*, et sic Mediceus, auctore Gronovio, qui et hoc loquendi genus adstruit. Sed Pith. *Quae iracundiam inducit*, quod et in aliis libris se invenisse idem testatur. Graev.

. *Trahit auditoris animum*) Lamb. ed. *Trahit animum auditoris.* Id.

*Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, et vocis remissione. Demonstratio est, quae docet remissa voce, quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit. Narratio*) Erfurt. *Dignitas est oratio cum aliqua gravitate, quae docet, quomodo quid fieri potuerit, an non potuerit. Narratio.* Duisb. *Dignitas est oratio, quae docet remissa voce, quomodo quid fieri poterit, et non*

cum aliqua gravitate, et vocis remissione. Demonstratio est oratio, quae docet remissa voce, quomodo quid fieri potuerit, aut non potuerit. Narratio est rerum gestarum, aut perinde ut gestarum, expositio. Iocatio est oratio, quae ex aliqua re risum pudentem, et liberalem potest comparare. Contentio dividitur in continuationem, et distributionem. Continuatio est orationis enuntiandae acceleratio clamosa. Distributio est in contentione oratio frequens, cum raris, et brevibus intervallis, acri vociferatione. Amplificatio dividitur in cohortationem, et conquestionem. Cohortatio est oratio, quae aliquod peccatum amplificans, auditorem ad iracundiam adducit. Conquestio est oratio, quae incommodorum amplificatione animum auditoris ad misericordiam perducit. Quoniam igitur mollitudo vocis

*Aut non potuerit.* Desunt Ed. Med. Idem. — *Aut perinde ut gestarum.* Desunt ed. Omn. *proinde* MSS. O. praeter Leid. qu. Ovd. *Aut proinde* Sic legit Lambinus, quemadmodum in Gryphii libris habetur, *aut perinde* in vulgatis legitur. Brvtvs. — *Ex aliqua re risum pudentem.* Edd. pp. *ex al. re verisimili.* Voss. text. ed. Omn. *prudentem.* Ovd. — *Cohortatio est oratio.* Sic MSS. O. et edd. pp. Idem.

*poterit. Dignitas est oratio cum aliqua gravitate et vocis remissione. Norratio.* Idem.

*Demonstratio est quae docet*) MSS. omnes *demonstratio est oratio, quae:* nec ulla causa est, cur ea vox hinc sit expulsa, ut item mox: *Cohortatio est oratio, quae.* Gron. *Demonstratio est oratio, quoe demonstrot*, in MSS. quos vidit Iac. Gronovius, et sic Cratand. ac Lamb. edd. vulgo omittitur *oratio.* Graev.

*Quomodo quid fieri*) Pith. *Quomodo quid fieri.* Id.

*Perinde ut gestarum*) Erfurt. et Lamb. ed. *proinde ut gestarum.* Id.

*Quae ex aliquo re risum*) Pal. quart. sext. Bruil. *re verisimili risum*, qui libri nihil temere addunt. Grvt. Tres MSS. quos Gruterus vidit, et Cauch. ac meus, *Quae ex oliqua re verisimili risum.* Graev.

*Risum pudentem*) MS. *Risum prudentem.* Id.

*Liberalem potest comparare*) Pith. *Liberalem poterit comparore.* Id.

*Est orationis enunciandae accelera-tio clamosa. Distributio est in contentione.* Haec omnia non sunt in Erfurtensi. Id.

*Cohortatio est oratio, quae*) Sic reposui ex Erfurt. Pith. et aliis MSS. nec non prim. et edit. Cratandri. In vulgatis ac Grut. ed. frustra quaeras *oratio.* Id.

*Ad iracundiam adducit*) Erf. *Ad iracundiam accludit.* Cratand. margo *ad iracundiom provocat.* Id.

*Ad misericordiam perducit*) Duisb.

in tres partes divisa est, et hae partes ipsae in octo partes alias distributae, harum octo partium quae cuiusque idonea pronuntiatio sit, demonstrandum videtur.

14. Sermo quum est in dignitate, plenis faucibus quam sedatissima, et depressissima voce uti conveniet: ita tamen, ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. Quum autem est in demonstratione, voce paullulum adtenuata, crebris intervallis, et divisionibus uti oportebit: ut ipsa pronuntiatione eas res, quas demonstrabimus, inserere, atque intersecare videamur

— *Et hae partes ipsae.* Voss. O. Leid. pr. *et hae tres p.* a Voss. tert. et Ed. Med. abest vox *ipsae.* Verbum *sunt* adduut merito MSS. O. et edd. pp. Id. — *Harum octo partium.* Exsulant ab Ed. Omuib. Idem.

14. *Quam sedatissima et depressissima v.* Deest *quam* in Leid. tert. et *depressa* habet. Oud. — *Quum autem est in demonstratione.* Abest *autem* a Voss. tert. *est* a Leid. tert. Ed. Omn. Additur *sermo* Voss. pr. Leid. qu. Idem. — *Vti oportebit.* MSS. O. et edd. pp. *uti oportet.* Idem. — *Vt ipsa pronuntiatione.* MSS. O. et Ed. Med. *ut in ipsa pron.* Bene. Id. — *Intersecare in animis auditorum.* Leid. sec. a m. pr. *inspectare* vel *iniectare.* Abest *in* Voss. tert. a m. pr. *animos* Voss. sec. Oud. *Inserere, atque insecare.* Ex verbo *insecare*, corrupto, ut nemo non videt, Ioannes Auratus, Lambino referente, efficit *inculcare*: quod ut fatear, mihi probari potius, quam *intersecare*, quae lectio vulgata est, non plane mihi tamen probatur. Equidem, si divinan-

*Ad misericordiam adducit.* Pith. *Ad misericordiam inducit.* Id.

*Et hae partes ipsae in octo partes*) Erf. *Eae partes ipsae sunt in octo partes.* Duisb. *Et hae partes ipsae sunt in octo partes.* Lamb. ed. *Et hae ipsae partes sunt in octo partes.* Id.

*Harum octo partium*) In Pith. non legitur *partium.* Id.

*Quum autem est in demonstratione*) Erfurt. *Cum enim in demonstratione.* Duisb. *Cum autem sermo est in demonstratione.* Id.

*Vti oportebit*) Duisb. et al. *Vti oportet.* Id.

*Vt ipsa pronuntiatione*) Duisb. *Vt in ipsa pronuntiatione.* Id.

*Quas demonstrabimus*) Erf. *Quas demonstravimus.* Id.

*Inserere atque inculcare*) Secutus sum I. Aurati coniecturam, qui quum reperisset scriptum in uno et altero codice manuscripto *inserere, atque insectare*, sic restituendum coniecit; malim tamen legi *atque insculpere*, si veteres codices magis adiuvarent. L. *Intersecare* libri nostri, praeterquam quod in quibusdam *insecare*, vel *intersetare.* Lambinus admisit coniecturam Io. Aurati *inculcare*; nimium quantum a veteri scriptura. Guilielmius maluit *iniectare*; qui serit, intervallis suis iniectat in agrum semen; ita qui loquitur distinctione certa in

**in animis auditorum.** Quum autem sermo in narratione est, tum vocum varietate opus est, ut, quo quidque pacto gestum sit, ita narrari videatur. Strenue quod volumus ostendere factum, celeriuscule dicemus: at aliud otiose, retardabimus. Deinde modo acriter, tum clementer, moeste, hilariter, in omnes partes commutabimus, ut verba, ita pronuntiationem. Si qua inciderint in narratione dicta, rogata, responsa, si quae admirationes, de quibus nos narrabimus, diligenter

dum est, et discedere a vetere scriptura licet, *insculpere* malim; quae amici mei pereruditi hominis emendatio est: sed amplius pronuntiandum puto. Br. *Intersecare* i. e. segmenta interducere. Metaphora est a structuris sumta. Lambinus dedit e coniectura *inculeare*. Lall. Vir doctus in notis ad hunc locum: *Vulgatam lectionem probo; nam metophŏra est a structuris sumpta: estque intersecare, segmenta interducere, unde intersectio denticulorum, ἡ μετοχὴ, apud Vitruvium appellatur, lib. III de Architect. cap.* 3. Vers. — *Tum vocum.* Al. *vocum tunc*: deest *tum* Ed. Omn. Ovd. — *Ita narrari videatur.* Voss. pr. Leid. pr. *ito narrore videamur.* Leid. sec. a m. pr. *narrare.* Idem. — *Hilariter in omnes partes. Hilare*, quae vox mansit in manuscriptis, reposuimus: *hilariter* habent impressi. Brutus. — *Ita pronuntiationem.* Leid. sec. tert. *item pron.* Ovd. — *Si qua inciderint in narratione.* Deest *qua* Leid. sec. *incidunt* Leid. tert. *in narrotionem* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. tert. Bene. Idem. — *Si quae admirationes.* Voss. tert. Leid.

animos sermonem; etiam legi posset *interiectare*, argutius forsan et latinius. Grut. Erf. et nonnulli alii *inserere otque insecare.* Alii, quos Gruterus vidit, *inserere atque intersetare.* Graev.

*Quum autem sermo in narratione est* ) Erf. *Cum autem est sermo in narratione.* Id.

*Tum vocum varietate opus est* ) Erf. *Vocum varietate sunt opus.* Id.

*Quo quidque pactum sit* ) Duisburg. *Quo quodque pactum sit.* Id.

*Strenue quod volumus ostendere* ) Erf. *Strenue qud volumus.* Id.

*At oliud otiose, retardabimus* ) Distinctio est a Gnilielmio. *Strenue* est celeriter, industrie: contra *otiose*, secure, negligenter; nec aliter Plautus, ac Terentius. Grut. Manut. et Stephanorum aliaeque editiones *At oliud, otiose retardabimus.* Graev.

*Hilariter in omnes partes* ) Erf. *Hilare in omnes partes.* Id.

*Vt verba ita pronuntiationem* ) Cauch. *Vt verba, item pronunciationem.* Pith. *Vt verba, ita etiam pronuntiationem.* Id.

*Si qua inciderint in narratione dicta* ) Erf. *Si qua inciderint in narrationem dicta*; bene. Sequentia verba *dicta, rogata, responsa, si quae admirationes*, in Pith. non exstant. Id.

*Si quae ndmirationes* ) Liber unus manuscript. habet *si quae miserationes.* Lamb. In Duisburgensi est *si quae odmiserotiones.* Graev.

*Diligenter animum advertemus* ) Edd. quaedam *diligenter animadvertemus.* Id.

animum advertemus, ut omnium personarum sensus, atque animos voce exprimamus. Sin erit sermo in iocatione, leniter tremebunda voce, cum parva significatione risus, sine ulla suspicione mimae cachinnationis leniter oportebit a sermone serio torquere ad liberalem iocum vocem. Quum autem contendere oportebit, quoniam id aut per continuationem, aut per distributionem faciendum est, in continuatione, adaucto mediocriter sono vocis, verbis continuandis, vocem quoque

sec. qu. *si q. admiserntiones.* Id. — *Animum ndvertemus.* Leid. tert. Ed. Omn. *animadvertemus.* Voss. tert. *advertemus animum.* Idem. — *Leniter tremebunda voce.* Sic Voss. sec. In caeteris MSS. et edd. pp. *leviter.* Leid. qu. *leviter et tr. v.* Idem. — *Mimae cachinuntionis.* Ita videri posset exaratum in Voss. sec. Sed in caeteris Codd. et edd. pp. *nimiae.* Quod sequor. V. Graev. Id. — *Leniter oportebit.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. Ed. Omn. *leviter o.* Id. — *A sermone.* Voss. pr. sec. Leid. pr. *ab s.* Idem. — *Aut per distributionem faciendum est, in continuatione.* Non comparent haec in Leid. pr. deest *per* Leid. tert. qu sit Voss. O. Idem. — *Vocem q. adaugere op.* Voss. pr. Leid. sec. tert

*Voce exprimamus* ) Pith. *voce deprimamus.* Id.

*Leniter tremebunda voce* ) Erf. *Leviter tremebunda voce.* Id.

*Sine ulla suspicione animae cachinnationis* ) Manuscripti nostri ita scripti sunt ut videri possit *nimine*, quemadmodum vulgatum hactenus, aut adeo *mimae*, uti erat diserte in Fabriciano, et heic proprie quadrat. Grvt. Grut. ed. et quidam MSS. *suspicione mimae cachinnationis*; omnes nostri MSS. et edd. antiquiores cum vulgatis *nimiae*, quod non mutandum. Auctori ad Herennium *mimica* diceretur *cachinnatio*, non *mima cachinnatio*, ut Cic. II de Orat. *Ne aut scurrilis iocus sit aut mimicus.* Cachinnatione nimia in recitatione Historiae suae refrigeratus est Claudius, ut auctor est Sueton. in eius vita c. 41. Graev.

*Leniter oportebit* ) MS. Mediceus *leviter*: etiam alii MSS. in hac subita repetitione semel mutant. Tum MSS. omnes *inciderint in narrationem*. Gronov. MSS. mei et aliorum *leviter*, et superius Erfurt. *Leviter tremebunda voce* pro vulgato *leniter*: sed hic sequor optimum Erfurtensem, in quo scribitur *lenissime oportebit ab sermone serio.* Graev.

*Per distributionem faciendum est* ) Erfurt. Cauch. *per distributionem faciendum sit.* Id.

*Mediocriter sono vocis* ) Erf. *Mediocriter sono, voci.* Id.

*Vocem quoque adaugere* ) Sic ediderunt Lambinus et Gruterus ex quibusdam editis prioribus; quum Stephanica Victorii habeat *iungere.* In hac haesitatione testor me in uno tantum scripto invenisse *augere* simplex, in uno *adiungere*, in Mediceo *iungere.* Quo nihil commodius huc adferri potuit, nec debuit mutari. Quid enim aliud id notat, quam ipsum continuare? Sufficit adauctum esse sonum,

adaugere oportebit, et torquere sonum, et celeriter cum clamore verba conficere, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. In distributione autem ab imis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportet: et quantum spatii per singulas exclamationes sumserimus, tantum in singula intervalla spatii consumere iubemur. In amplificationibus, cum cohortatione, utemur voce adtenuatissima, clamore

qu. *adiungere*. Sed Leid. pr. Voss. sec. Ed. Omn. *iungere*. Verc. IDEM. — *Autem omissis f. exclamationem quam clarissimam*. Voss. pr. sec. Leid. tert. edd. pp. *vocem ab imis f. exclamatione q. clarissima*: ut vulgo. Voss. tert. *vocem ab imis f. et clamatione et quam clarissimam*. Leid. pr. *voces ab imis f. exclamationem q. clarissimam*; sec. *autem vocis* (suprasc. *vocem*) *ab imis f. exclamationem quam clarissimam*: a Leid. qu. deest *vocem* vel *autem*. Recte Graevius delevit *vocem*, et *exclamationem q. clarissimam* reposuit. Sed *ab imis faucibus* mutatum nollem. OVD. *Exclamationem quam clarissimam*. Sic Gryph. B C ut ad vocem referatur, quae optima lectio est: in iisdem mox *iubemus*, non ut in vulg. *iubemur*. BR. — *Voce attenuatissima*. Voss. tert. *v. attentissima*. OVD. — *Clamore leni, sono aequali*. In nonnullis MSS. et Ed. Omn. *c. levi*, male. Sed mox verissime praebent vocis. Restat, ut sicut verba continuari debent, etiam vox ipsa duret ac continuetur. Vide quae de hoc verbo Pater lib. II Observ. cap. 3 notavit. GRON. *Vocem quoque adaugere oportebit*. Varie codices tam scripti, quam editi. In editis vetustioribus, prima Cratandri, Stephani, ut in MSS. Pith. Cauch. et meo est *vocem quoque iungere oportebit*. In Duisb. *vocem quoque adiungere oportebit*. In alio *vocem quoque coniungere*. Erfurt. *Vocem quoque rugire*; alii aliter. Sed *iungere* scribendum esse adsentior Iacobo Gronovio, qui id poni pro continuare ex parentis sui Observat. II, 3 ostendit. In praecedentibus Erf. *Verbis continuandam vocem*. GRAEV.

*In distributione vocem ab imis faucibus exclamatione quam clarissima adhibere oportet*) Sic Edd. et MSS. fere omnes; sed Erfurt. *In distributione autem omissis faucibus exclamationem quam clarissimam adhibere oportet*. Quod verum puto. Quid enim est *vocem adhibere exclamatione clarissima*. Num idem quod *voce uti?* non ita sane loquebantur veteris Romae incolae. Faucium praecipuum munus est in sedata et depressa voce, ut superius dixit: *Sermo quum est in dignitate, plenis faucibus, quam sedatissima et depressissima voce uti conveniet*. Sed in exclamatione faucium usus nullus est, itaque dixit *Omissis faucibus*. A Duisb. abest *vocem*. Mox idem *tantum inter singula intervalla*, pro vulgato *tantum in singula intervalla*. Sed *inter singula* est etiam in edd. antiquis, prima, Mediol. Ascens. Cratand. recte. Pith. *Tantum per singula intervalla*. GRAEV.

*Voce attenuatissima*) Palat. quart. et sext. *attentissima*; neque aliter Bruileriense exemplar. GRVT. Erfurt. *voce attentissime*. Pal. duo et alii *voce attentissima*. GRAEV.

leni, sono aequali, commutationibus crebris, maxima celeritate. In conquestione utemur voce depressa, inclinato sono, crebris intervallis, longis spatiis, magnis commutationibus.

15. De figura vocis satis dictum est: nunc de corporis motu dicendum videtur. Motus est corporis gestus, et vultus moderatio quaedam, quae pronuntianti convenit, et probabiliora reddit ea, quae pronuntiantur. Convenit igitur in vultu pudorem et acrimoniam esse: in gestu nec venustatem conspicuam, nec turpitudi-

MSS. O. et edd. pp. *sono aequabili*: ut saepe in hoc auctore. IDEM. — *Maxima celeritate*. Voss. tert. *m. celebritate*. IDEM.

15. *De figura vocis satis dictum e.* Leid. tert. *vocum*. A Voss. tert. abest *satis*. OVD. — *De corporis motu*. Leid. qu. *deinceps de motu*. ID. — *Pronuntianti convenit et*. Desunt Voss. O. Leid. sec. tert. qu. Ed. Med. ID. — *Et probabiliora reddit ea, quae pronuntiantur*. Desunt Leid. pr. ID. — *Nec venustatem conspicuam*. Deest *nec* Voss. tert. Tum MSS.

*Commutationibus crebris, maxima*) Erfurt. et Cauch. *commutatianibus, maxima*. ID.

*Nunc de corporis motu dicendum*) Duisb. *nunc deinceps de motu dicendum*. GRAEV.

*Moderatio quaedam, quae pronuntianti convenit, et probabiliora reddit ea, quae pronuntiantur*) Erf. *Moderatia quaedam pronuntiant*. Rob. Stephan. Colin. Veneta, Iuntae, Victorians, Francofurt. non legunt *pronuntianti convenit, et*, sed in iis legitur: *moderatio quaedam, quae probabiliara reddit ea, quae pronunciantur*. ID.

*In vultu pudorem et acrimoniam esse*) In duobus scriptis *inesse*, ut solet saepe, et sic Lambinus. Et forsan quoque mutavit verbum simplex substantivum toties hic repetitum. Praeterea MSS. omnes *conspiciendam*, et utique cap. 16 maluit dicere *habeat quiddam artificiosi*, ut recte ex MSS. optimis correxit Gruterus, quam *artificii*, ut priores editi; et notus in Ovidio *conspiciendus eques*. GRON. Duo MSS. et ed. Lamb. *pudorem et acrimaniam inesse*. GRAEV. Ita codex Traiect. a man. sec. ut et mox a m. pr. et *conspiciendam*. BVRM.

*In gestu nec venustatem conspiciendam*) Liber unus manuscriptus habet *conspiciendam*. LAMB. Erf. *In gestu et venustatem conspiciendam*. Edd. *In gestu nec venustatem conspicuam*, sed *conspiciendam* et ego in meis quatuor, et Iac. Gronovius in suis reperit: exstat etiam in margine Cratandri. Cur neglexerunt? Ovid. II Fast. *aurata conspicienda sinu*, quae in se oculos hominum convertit. Sic *conspici* in epistola Augusti apud Suet. in Claud. 4: *Non displicet nobis, si est passurus se ab Silani filio, homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit*: et paullo post: *Expositus in prima fronte spectaculorum conspicietur*, est, in oculos hominum incurret. Quod modo dixit *acrimoniam* vultus, paullo post appellat *acrem adspectum*. GRAEV.

*Nec turpitudinem esse, ne aut*) Ed.

nem esse, ne aut histriones, aut operarii videamur esse. Ad easdem igitur partes, in quas vox est distributa, motus quoque corporis ratio videtur esse accommodanda. Nam si erit sermo cum dignitate, stantes in vestigio, levi dexterae motu loqui oportebit, hilaritate, tristitia, mediocritate vultus ad sermonis sententias adcommodata. Sin erit in demonstratione sermo, paullulum corpus a cervicibus demittemus. Nam hoc est a natura datum, ut quam proxime tum vultum admoveamus ad auditores, si quam rem docere eos, et vehementer instigare velimus. Sin erit in narratione sermo, idem motus poterit idoneus esse, qui paullo ante demonstrabatur in dignitate. Sin in iocatione, vultu

O. et Ed. Med. *conspiciendam*. Bene omnino. V. Graev. et Burm. ad Quinctil. Inst. Orat. LX, c. 3: *Cultus in oratore conspicitur*. Oud. *Venustatem conspiciendam*. Sic lege, non *conspicuam*; quae vox in excusis manet. Ita quidem legitur etiam in Gryph. manuscr. Br. — *Videamur esse*. Voss. pr. Leid. pr. *videantur* c. deest verbum substantivum Leid. qu. Oud. — *A cervicibus demittemus*. Sic Voss. sec. Leid. qu. In caeteris MSS. et edd. pp. *dimittemus*. Id. — *A natura datum*. Voss. tert. *de n. d.* Id. — *Tum manum*. Has voces addidimus e veteri libro Vrsini.

Lamb. *Nec turpitudinem, ne aut*. Id

*Ne aut histriones*) Liber unus manuscript. habet, *ut aut histriones* etc. quae scriptura non est reiicienda: quin *ea* fortasse recta est, et germana auctoris: nimirum hac sententia, non oportere in gestu venustatem conspicuam, nec turpitudinem esse, adeo scilicet utramque conspicuam, ut aut histriones etc. huius autem, quam secuti sumus, lectionis hic sensus est, oportere in gestu nec venustatem etc. ne aut histriones etc. Lamb. MS. *ut aut histriones*. Graev.

*Operarii videamur esse*) Non habetur in Duisb. *esse*, nec in Pith. Id.

*Hilaritate, tristitia, mediocritate*) Erf. *hilaritate, tristitiae, a mediocritate*. Id.

*A cervicibus demittemus*) Erf. *a cervicibus dimittemus*. Id.

*Nam hoc est a natura datum*) Erf. *Nam est hoc datum*. Id.

*Quam proxime tum vultum admoveamus ad auditores*) In manuscripto post vocem *vultum*, additum est *tum manum*: ut integra lectio sit *ut quam proxima tum vultum tum manum admoveamus ad auditores*. F. Vrsin. Erf. *proxime tumultum admoveamus*. Edd. vett. *maxima tum vultum admoveamus*. Graev.

*Si quam rem docere eos*) Ed. Lambin. *si quam rem nos docere*. Id.

*Instigare velimus*) Pith. *instigare eos velimus*. Id.

*Sin in iocatione*) Vulgg. *sin erit in iocatione*. Id.

*Vultu quamdam debebimus hilaritatem*) Erf. *Vultu quo debebimus hilaritatem*. Id.

quamdam debebimus hilaritatem significare, sine commutatione gestus. Si contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri adspectu utemur. Sin contentio fiet per distributionem, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara supplosione, acri et defixo adspectu uti oportebit. Sin utemur amplificatione per cohortationem, paullo tardiore et consideratiore gestu conveniet uti, similibus caeteris rebus, atque in contentione per continuationem. Sin utemur amplificatione per conquestionem, feminis plan-

LALL. — *Debebimus hilar. sign.* Voss. tert. Leid. tert. qu. Ed. O. *debemus h. s.* OVD. — *Si contendemus.* MSS. aliquot, et edd. *si c.* ID. — *Celeri porrectione brachii.* Voss. sec. tert. *porr. celeris br.* ID. — *Inambulatione.* Ed. Omn. *ambulatione.* ID. — *Pedes d. supplausione.* Sic MSS. O. et edd. pp. non *supplosione.* ID. — *Et defixo adspectu uti oportebit.* Leid. q. *ac d. respectu.* Voss. sec. quoque *respectu.* Tum *oportet* Voss. O. Leid. pr. sec. edd. pp. ID. — *Conveniet uti.* Voss. tert. ed. Med. *convenit u.* ID. — *Similibus caeteris rebus.* Voss. pr. sec. Leid. pr. a m. pr. item Leid. qu. ed. Omn. *similius.* ID. — *Feminis plangore et ca-*

*Si contendemus* ) Edd. quaedam: *sin contendemus.* IDEM.

*Celeri porrectione brachii* ) Forte, *celeri proiectione brachii.* Sic enim loquitur in Perf. Orat. *brachii proiectione in contentionibus.* LAMB. Erf. *porrectione celeri brachio.* Cauch. *celeri porrectione pro celeri brachio.* GRAEV.

*Inambulatione* ) Loca, in quibus olim oratores stabant, erant satis ampla et spatiosa, ut nonnunquam ambularent in iis, quum verba facerent. Hinc Cic. in Orat. *rarum incessum, neque ita longum esse* dicit oportere. Et Fabius lib. II moderatam etiam inambulationem concedit. Cresollius Vacat. Autumnal. de gestu Oratoris lib. II, cap. 12, sect. 3, ubi vide plura. ID.

*Pedis dextri rara supplausione* ) Sic etiam Pith. et ed. Grut. sed reliqui, *supplosione.* Causae nihil est, cur malimus obsoletum supponere usitato, ne incidamus in illam reprehensionem iocularem, qua castigatus est Mestrius Florus a Vespasiano, ut auctor est Suetonius in Vespas. c. 22. Quantum momenti situm sit in supplosione pedum decente, et suo quidem tempore, docet multis Cresollius Vacat. Autumnalium de gestu Oratoris lib. II, cap. 12, sect. 1 et 2. ID.

*Acri et defixo adspectu* ) Erfurt. et Duisb. *Acri ac defixo respectu.* ID.

*Gestu conveniet uti* ) Erf. *gestu uti conveniet.* ID.

*Similibus caeteris rebus* ) Tres MSS. Erf. Duisb. Pith. et ed. prim. *similius caeteris rebus;* posset defendi, sed non recedo hic a vulgata. Mediol. *similiter caeteris rebus.* ID.

*Feminis plangore* ) Erf. *foeminis plangore:* Vulgg. Edd. *foemineo plangore.* Femineum planctum et eiulatum decere unquam Oratorem, nemo

gore, et capitis ictu, nonnunquam sedato et constanti gestu, moesto, et conturbato vultu uti oportebit. Non sum nescius, quantum susceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, imitari scriptura conatus sim voces. Verum nec hoc confisus sum posse fieri, ut de his rebus satis commode scribi posset; nec, si id

*pitis ictu.* MSS. O. et edd. pp. *femineo pl.* Sed vide Graevium. Caes. lib. VII B. G. c. 73: *feminis crassitudine.* Adde ad Suet. Titum c. 4. Corrigendus etiam e MSS. Solinus c. 12: *Liberum femine natum*, pro *foemina* vel *foeminae*: *et captivi luctu* Leid. pr. Id. — *Et constanti.* Desunt Leid. qu. Id. — *Quantum susc. negotii.* Leid. tert. *q. s. laboris et negotii.* Id. — *Imitari scriptura c. sim.* MSS. O. et edd. pp. *et im.* Be-

mihi persuaserit; semper enim vox effeminata non modo in Oratoribus, sed etiam in scenicis improbatur: vide Quinctil. lib. XI Instit. cap. 3; M. Antonius apud Ciceronem in Epistolis ad Atticum miserabiliter quidem Iulii Caesaris caedem, sed non muliebriter deploravit. Solus igitur Erfurtensis veram lectionem nobis servavit, in quo scribitur *foeminis plangore*, lege *feminis plangore*, hoc est *ictu feminis.* Nam ut frontem, sic et femur solebant plangere, seu ferire, in magna indignatione et dolore. Sic Tullius III Tusc. lugenti tribuit *feminum et capitis percussionem*: vide Cresoll. lib. II de gestu Oratoris cap. 2, sect. 16: τοῦ *Femur* autem secundus, tertius et sextus casus est *feminis*, *femini*, *femine* ut notant veteres Grammatici. Marius Victorinus lib. I: *Hoc femur, quamvis nominativo per litteram R dicamus, tamen genitivo feminis, dativo femini, ablativo femine scribite.* Fraudi huic loco fuit vocis *plangor* propria quidem, sed minus trita notio, pro ictu, percussione. Sic *plangere pectus* dolentes crebro dicuntur a poëtis, et *saxa fluctus plangere.* Lucret. lib. II: *Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt.* *Plangor* apud Catullum in Epithalamio Pelei et Thetidis: *Quae (undae) tarde primum clementi flamine pulsae Procedunt, leni et resonant plangore cachinni*, ut recte hic locus est emendatus a Scaligero et Vossio. Graev.

*Capitis ictu*) Solebant Oratores olim in magna indignatione frontem ferire. Quare M. Tullius, ut accusatoris M. Callidii auctoritatem everteret, ex eo probat, fictam eius totam orationem simulatamque fuisse, non veram et e iusto legitimoque dolore natam, quod *neque femur in dicendo, neque frontem percussisset.* Percutiebant autem frontem vel ad dolorem, vel ad admirationem, vel ad pudorem significandum. Cresoll. de gestu Oratoris lib. II, cap. 3, sect. 2, ubi vide plura. Id.

*Sedato et constanti gestu*) Duisb. *sedato gestu.* Id.

*Moesto et conturbato vultu*) Ab Erf. et Cauch. absunt hae voces *moesto et.* Idem.

*Nec hoc confisus sum*) Erf. *nec enim confisus sum.* Id.

*Satis commode scribi posset*) Erf. *satis commodo scribi possit.* Id.

fieri non posset, hoc, quod feci, fore inutile putabam, propterea quod hic admonere voluimus, quod oporteret: reliqua tredemus exercitationi. Hoc scire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere, ut res ex animo agi videatur. Nunc ad thesaurum inventorum, atque omnium partium rhetoricae custodem, memoriam transeamus.

16. Memoria utrum habeat quidquam artificiosi, an omnis a natura proficiscatur, aliud dicendi tempus magis idoneum dabitur. Nunc perinde atque constet in hac re multum valere artem et praeceptionem, ita ea de re loquemur. Placet enim nobis esse artificium me-

ne; *sum* Voss. O. Leid. qu. et edd. pp. Id. — *Voluimus quod oporteret.* Voss. tert. Leid. tert. qu. *volumus.* MSS. O. cum ed. Med. praeter Voss. sec. *quid*, rectius; *oportet* Leid. qu. Id. — *Trademus.* Leid. qu. *tradamus.* Id. — *Atque ad omnium* etc. Inserui *ad* fide MSS. O. si excipias Leid. qu. *ad communem* Voss. tert. Id.

16. *M. u. habeat quidquam artificiosi.* MSS. O. cum edd. pp. *m. u. h. quiddam artificii*; nisi quod in Voss. sec. sit *m. vero u. h. aliquit artificiosi.* Rectum omnino est *quiddam artificii.* Ovd. — *A natura proficiscatur.* Voss. pr. Leid. pr. sec. tert. ed. Med. *ab n.* Voss. tert. *procedat.* Id. — *Perinde atque.* Sic Leid. sec. In caeteris *proinde atque.* Id. — *Artificium memoriae.* Leid. sec. *art. memoriam.* Id. — *Simul cum*

*Admonere voluimus, quod oporteret*) Erf. *Admonere voluimus, quid oportet.* Duisb. *admonere voluimus, quid oporteret.* Id.

*Reliqua trademus*) Duisb. *Reliqua tradamus.* Id.

*Hoc scire tamen oportet*) Erf. *Hoc scire oportebit.* Id.

*Ad thesaurum inventorum*) Cauch. *Ad thesauros inventorum.* Id.

*Atque omnium partium rhetoricae custodem*) Erf. *Atque dominium partium rhetoricae artis custodem.* Id.

*Atque omnium partium*) Vid. Gronov. supra ad lib. II, cap. 6. Burm.

*Habeat quiddam artificiosi*) Sic Pal. quart. sext. Gemb. Br. et Liliensis: *artificiosum*, quod ex arte factum; cui contrarium naturale: vulgata *artificii.* Grut. Erfurt. Pith. Duisb. cum vulgatis *habeat quiddam artificii*: quod non mutem: *artificium* opponitur *naturae.* Graev. Vid. supra Gronov. ad cap. praeced. Burm.

*Nunc perinde atque constet*) Erfurt. Cauch. Duisb. Pith. *Nunc proinde atque constet.* Solus meus cum vulgatis *perinde.* Graev.

*Ita ea de re loquamur*) Lamb. ed. *Ita de ea re loquamur.* Id.

*Placet enim nobis esse artificiosam memoriam*) Tres libri MSS. habent, *Artifici memoriam*, unus *artificium memoriam*: unde suspicatus sum legendum, *artificiosam memoriam.* Lamb. *Esse artificium memoriae.* Ita iidem scripti, nec non Pal. sec. alii tamen *memoriam*, quod exhibet edi-

moriae: quare placeat, alias ostendemus: in praesentia, cuiusmodi ea sit, aperiemus. Sunt igitur duae memoriae: una naturalis, altera artificiosa. Naturalis est ea, quae nostris animis insita est, et simul cum cogitatione nata. Artificiosa est ea, quam confirmat inductio quaedam, et ratio praeceptionis. Sed quia in caeteris rebus ingenii bonitas imitatur saepe doctrinam, ars porro naturae commoda confirmat et auget: ita fit in hac re, ut nonnunquam naturalis memoria, si cui data est egregia similis sit huic artificiosae. Porro haec artificiosa naturae commoda retinet, et amplificat ratione doctrinae. Quapropter et naturalis memoria praeceptione confirmanda est, ut

*cogitatione.* Leid. pr. *sine multa cog.* Ovd. *Et simul eum cogitatione nata.* Sic vulgata lectio habet: *Et sine concitatione nata* Gryph. exempl. duo; quemadmodum legendum videtur. Br. — *Sed quia in cet. r.* Voss. tert. ed. Med. *et quia in c. r.* Oud. — *Ita fit in hac re.* Voss. tert. *ita fit*

tio Victorii. Lambinus invenit in suis, *esse artificii memoriam*, quod antiqua ratione scribendi est *artificii*; nam ille cur exsculpat *artificiosam*, non video. Grvt. Victor. ed. *esse artificium memoriam*. Quidam MSS. *esse artifici memoriam*: in Erf. legimus, *esse artificem memoriae*. Graev.

*Quare placeat*) Erf. *Quare placere.* Idem.

*In praesentia cuiusmodi*) Al. *In praesenti cuiusmodi.* Id.

*Et simul cum cogitatione nata*) Pal. quart. Bruil. Gembl. item margo Liliani et Tosani, *et sine multa concitatione*; sed non abeo a vulgata, quae et ipsa commoda est. Grvter. Etiam praestans Mediceus habet *sine multa concitatione*. Hanc, quamquam vulgata etiam bona est, negligere est vel indecorum, vel signum clarum desperantis adsequi manum scriptoris: qui si scripsisset *simul cum cogitatione*, utique voces eae tam sunt liquidae ac notae, ut in iis variatio accidere vix potuerit. Sed nempe quia secretiore loquutione fuerat usus, hinc illa varietas in τῷ *sine*, et *simul*. Scribo *simul cogitatione*: Qui nesciebant usum talem τοῦ *simul*, addidere suis exemplaribus τὸ *cum*; quod quum alii conferentes sua cum vetustioribus, in his non invenirent, correxerunt *sine multa*. Gron. Pith. *et similis cum cogitatione*. In Mediceo quoque esse *sine multa concitatione* testatur Gronovius; quod et in Erf. et Cauch. reperi. Graev.

*Ita fit in hac re*) Erf. *Item fit in hac re.* Id.

*Naturae commoda retinet et amplificat*) Ed. Lamb. *Naturae commoda retineat et amplificet.* Id.

*Quapropter et naturalis memoria*) Erf. *Quapropter naturalis memoria.* Idem.

sit egregia: et haec, quae doctrina datur, indiget ingenii. Nec hoc magis, aut minus in hac re, quam in caeteris artibus fit, ut ingenio, doctrina, praeceptione, natura nitescat. Quare et illis, qui natura memores sunt, utilis haec erit institutio: quod tute paullo post poteris intelligere. Quod si illi freti ingenio nostra praeceptione non indigerent, tamen iusta causa daretur, quare iis, qui minus ingenii habent, adiumento velimus esse. Nunc de artificiosa memoria loquemur. Constat igitur artificiosa memoria ex locis, et imaginibus. Lo-

*et in hac re.* Bene. Id. — *Quod si illi freti.* MSS. O. edd. pp. *Et si* etc. Cur hoc mutarunt? *illi* deest Leid. qu. Id. — *Nostra praeceptione non indigerent.* Voss. sec. *suo nostro non indigent*, atque ita ed. Omn. nisi quod retineat *indigerent.* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *nostri non indigent.* In Voss. pr. Leid. pr. quoque *indigent.* Bene. Id. — *Minus ingenii habent.* Voss. tert. *m. i. sunt.* Id. — *Ex locis et imaginibus.* Praepositio deest Voss. tert. Leid. sec. qu. Ed. Med. *imagina-*

*Vt doctrina et praeceptione*) Sic habent duo libri MSS. quam scripturam multo magis probo, quam vulgatam, *ingenio, doctrina, praeceptione, natura nitescat*; nam *ingenium* et *natura* unum fere sunt. Praeterea supra proxime doctrinam opposuit ingenio: et item infra deinceps. Lamb. *Vt ingenio, doctrina, praeceptione, natura nitescat*, omnes MSS. nostri. Sententia est: Vt in omnibus artibus, ita et in hac memoriae, nitescere doctrinam, si sortita sit ingenium docile; et naturam vel optimam magis explendescere, si praeceptionum adhibita sit ratio. Non vidit hoc Lambinus, et locum audacter contaminavit, rescribendo, *ut doctrina et praeceptione natura nitescat:* hoc enim nec terram, nec coelum, ut dicitur. *Guilielmius.* Grvt.

*Tute paullo post poteris*) In uno legitur *post paulo.* Gronov. MS. *Tute post paulo.* Graev.

*Poteris intelligere*) Lamb. ed. *Intelligere poteris.* Id.

*Nostra praeceptione non indigerent*) Vox secunda in nullo mihi apparuit MS. ac praeterea in uno *nostro*, in duobus *nostri*, quae verissima est auctoris manus. Gron. Erf. *Et si illi freti ingenio nostro non indigerent.* Al. *Quod si illi freti ingenio nostri non indigerent.* Al. *Quod si illi freti ingenio nostra praeceptione non indigeant.* Pith. *Et si illi freti ingenio praeceptione nostra non indigent.* Graev.

*Adiumento velimus esse*) Erf. *Velimus esse adiumento.* Id.

*De artificiosa memoria*) Vide de eius vanitate, et quam nihil conferat ad solidam doctrinam, Ioann. Gerardum Vossium in libro de Natura Rhetorices cap. 26. Id.

*Ex locis et imaginibus*) Erf. *Ex locis, imaginibus.* Id.

cos appellamus eos, qui breviter, perfecte, insignite, aut natura, aut manu sunt absoluti, ut eos facile naturali memoria comprehendere et amplecti queamus, ut aedes, intercolumnium, angulum, fornicem, et alia, quae his similia sunt. Imagines sunt formae quaedam, et notae, et simulacra eius rei, quam meminisse volumus: quod genus, equi, leones, aquilae, quorum memoriam si volemus habere, imagines eorum certis in locis collocare nos oportebit. Nunc, cuiusmodi locos invenire, et quo pacto reperire, et quibus in locis imagines constituere oporteat, ostendemus.

17. Quemadmodum igitur qui literas sciunt, possunt id, quod dictatum est, scribere, et recitare quod scri-

*tionibus* Leid. sec. Id. — *Hedera, aedes, intercolumnium.* Ita Gryph. et cap. 17: *id quod dictatum est.* Brvt. — *Perfecte, insignite.* Voss. *perfecte.* Leid. qu. *et perf. insigniti.* Ed. Med. *insigniti.* Voss. tert. Leid. sec. tert. *insigniter.* Id. — *Leones.* Voss. pr. tert. Leid. tert. qu. ed. Med. *leonis.* Id. — *Quorum memoriam si volemus h.* Prima vox deest MSS. O. et edd. pp. si excipias Voss. sec. *Memoriam* etiam ignorat Leid. pr. *volumus* Voss. sec. *velimus* tert. Id. — *Certis in locis.* Praepositio exsulat a Leid. pr. Voss. pr. sec. Id. — *Et quo pacto.* Voss. tert. *pacto et quo*; deest *pacto* Leid. qu. Id. — *Quibus in l. imag. constituere.* Abest male pronomen a MSS. O. et edd. pp. *collocare.* Voss. pr. *continere* Voss. sec. Leid. pr. ed. Omn. Id.

17. *Quod dictatum est.* Sic Leid. pr. In caeteris MSS. et edd. pp. *di-*

*Insignite aut natura*) Sic Erf. et al. MSS. Nonnullae edd. *Insigniter aut natura.* Id.

*Vt eos facile naturali*) Erfurt. *Vt eos facie naturali.* Id.

*Comprehendere et amplecti*) Duisb. *Comprehendere et complecti.* Id.

*Vt aedes, intercolumnium*) In Erfurt. non conspicitur *ut.* Id.

*Et alia, quae his similia sunt*) Lambin. ed. *Et alia his similia.* Id.

*Imagines sunt formae quaedam et notae, et simulacra*) Pulcre Erfurt. *Imagines sunt formae iam notae, et simulacra:* quamvis vulgata quoque possit ferri. Id.

*Quorum memoriam si volemus habere*) In Erfurt. non legitur, *quorum memorium.* In Duisb. *Quorum* non extat. Id.

*Certis in locis collocare*) Erfurt. et Cauch. *Certis locis coll care.* Id.

*Quo pacto reperire*) Duisb. *Quo reperire.* Id.

*Et in locis imagines constituere*) MS. Mediceus cum alio *continere*, Gronov. Erf. Medic. et al. MS. *Et in locis imagines continere.* Pith. *Et quibus in locis imagines constituere*; ex quo sic restitui. In vulgatis male desideratur *quibus.* Id.

*Quod dictatum est scribere*) Edidi *dictatum*, eiecto vulgari *dictum* e Pal. sec. quart. sexto, item Coloniensi,

pserunt: ita qui μνημονικὰ didicerunt, possunt, quae audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare. Loci enim cerae, aut chartae simillimi sunt; imagines, literis; dispositio et collocatio imaginum, scripturae; pronuntiatio, lectioni. Oportet igitur, si volumus multa meminisse, multos nobis locos comparare, ut in multis locis multas imagines collocare possimus. Item putamus oportere ex ordine hos locos habere, ne quando perturbatione ordinis impediamur, quo secius quoto quoque loco libebit, vel a superiore, vel ab inferiore, vel a me-

*ctum.* Nec male. Ovd. — Μνημονικὰ. MSS. O. et edd. pp. *immodica*; inepte. Id. — *Possunt, quae audierunt. P. ea q.* MSS. O. et ed. Med. praeter Voss. sec. *quod* ed. Omn. *didicerunt* MSS. IV, et ed. Med. Id. — *Loci enim cerae* etc. Voss. sec. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *nam loci c.* deest τὸ *enim* Voss. pr. Leid. pr. Id. — *Multos nobis locos.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. *multos nos nobis locos.* Bene. Id. — *Ex ordine hos locos habere.* Voss. tert. *h. l. ex ord. comparare.* Id. — *Quoque loco libebit.* Voss. tert. *quoquo*; deest haec vox Leid. qu. et ed. Omn. *licebit* Leid. tert. Id. — *Vel a media.* Exsulant. a MSS. O. et edd. pp. Id. — *Imagines sequi. Secuti*, ubi haeserat in manuscriptis et impressis omnibus *sequi*, ex Lambini editione, ratione id postulante, edidi-

Gembl. Tosano, Lovaniensi; notum enim *dictatores* fuisse, qui scribis suggererent, quod exciperent; vel ex ioco Caesaris apud Suetonium, negantis, *Sullam scivisse litteras*, quod deposuisset Dictaturam. Gevt. Ed. et multi MSS. *Quod dictatum est scribere.* Sed in Erf. est, *quod dicatur eis scribere.* Hinc puto natum esse, *quod dictatum est.* A vulgato non discedo. Non solum enim quod dictatur, sed et quod dicitur in senatu, concione, familiari sermone, possunt scribere. Graev.

*Ita qui μνημονικὰ didicerunt*) Erfurt. *Item qui μνημονικὰ didicerunt.* Ed. vetustior ex margine Cratandri, et Pith. MS. *Qui immodica didicerunt.* Idem.

*Possunt qui audierunt*) Pith. *Possunt qui didicerunt.*

*Quae audierunt in locis*) Erf. *Quod audierunt in locis.* Id.

*Loci enim cerae aut chartae*) Erf. *Loci cerae aut chartae.* Id.

*Multos locos nobis comparare*) Erf. *Multos nobis locos.* Id.

*Vt in multis locis*) Erf. et Cauch. *Vti multis locis.* Id.

*Oportet ex ordine hos locos habere, ne quando*) Erf. *Oportet ne quando*; margo Cratandri: *Oportet ex ordine hos locos comparare.* Id.

*Vel a superiore*) Erf. *Vel ab superiore.* Id.

*Vel a media parte imagines, ut ea*) Erf. et Cauch. *Vel a parte imagines, sequi, et ea.* Lambin. ed. *Vel a media parte imagines secuti, ea.* Edd. quaedam: *Vel a media parte imagines sequi, ea.* Id.

dia parte imagines sequi, ut ea, quae mandata locis erunt, edere, et proferre possimus.

18. Nam ut, si in ordine stantes notos complures viderimus, nihil nostra intersit, utrum a summo, an ab imo, an ab medio nomina eorum dicere incipiamus: item in locis ex ordine collocatis eveniet, ut in quam-

mus. Vulgata enim lectio, nisi *et* copula antecedat verbum *sequi*, ferri non potest. Br. — *Edere et proferre p.* Sic Voss. sec. ed. Omn. In caeteris et ed. Med. *videre et prof. p.* Voss. tert. *Et videre et prof.* Brne. Ovd. *Videre et proferre.* Ita Gruteri codex, et Lambini. Vulgo *edere et proferre.* Lall. Pal. pr. *dicere*, quo verbo paulo post de eadem re utitur: *dicere possimus id, quod locis mandaverimus.* Sed Pal. quint. et Lambinisni; item Lips. *videre*; quod Gronov. omnibus praefert. Ern.

18. *Vt si in ordine s. n. complures videremus.* Deest *si* Leid. pr. *in* abest Voss. sec. *quam plures* MSS. O. et edd. pp. *videamus* Leid. tert. *videmus.* Ed. Omn. Ovd. — *A summo, an ab imo, an ab medio.* Voss. pr. sec. Leid. pr. *ab s.* Leid. sec. tert. qu. Ed. Med. *vel ab imo*, ab ed. Omn. desunt *an ab medio.* Voss. tert. *aut a m.* Voss. pr. *an medio.* In caeteris *an a medio.* Id. — *Eveniet.* Voss. tert. Leid. sec. *veniet.* Leid.

*Edere et proferre possimus* ) Libri aliquot manuscripti habent, *videre et proferre possimus?* nos tamen secuti sumus vulgatos, qui habent, *edere et proferre possumus.* Lambin. Apparet loco vocis primae fuisse aliquid, librariis minus cognitum; nam vacuum relictum est in Palat. sec. primus vero habet *dicere*; quintus *videre*; an fuit *educere?* Grvt. Haud dubium mihi, quin praeferri debeat *videre* ab Lambinianis libris quoque confirmatum, cuius arcanam significationem vel ignoravere, vel nunc ex memoria eiecerunt; ut notet vel petere at comparatum habere, ut alibi dixit *videre talaria, consilium*, de quo Pater ad Livium XXI, 4. Vel proponere sibi et in oculis habere, ut apud eumdem Livium dixit lib. II, 12, Scaevola: *Vt sentias, quam vile corpus sit iis, qui magnam gloriam vident.* Gron. In Duisb. et nonnullis aliis MSS. est etiam *videre et proferre possimus*; quod probat Iacobus Gronovius, putatque *videre* hic esse petere et comparatum habere. Erf. et Cauch. *Edere* retinent, sed *et proferre* in iis non exstat. Vulgata bene se habet. Graev.

*Nam ut si in ordine stantes notos complures* ) Erfurt. *Nam si in ordine stantes notos quam plures* ) Editio Lambini, ut et Rob. Steph. et Colin. etiam non agnoscunt *in*; sed in illis est, *nam si ordine stantes.* Id.

*Vtrum a summo* ) Erf. *Vtrum ab summo.* Id.

*An ab medio*) Lamb. ed. *An a medio.* Id.

*Ita in locis* ) Erfurt. *Item in locis.* Idem.

*In locis ex ordine collocatis eveniet*) Erf. *In locis ex ordine collocatis veniet.* Id.

*In quamlibet partem quoto quoque loco libebit* ) Sic quidem satis concinne edunt, sed quod non firmatur ab MSS. Nam istud *quoto* in nullo

libet partem quoto quoque loco libebit imaginibus commoniti dicere possimus id, quod locis mandaverimus. Quare placet et ex ordine locos comparare; et locos, quos adsumserimus, egregie commeditari oportebit, ut

tert. *inveniet.* Id. — *Quoto quoque loco libebit.* Voss. pr. sec. *quo loco l.* Leid. sec. tert. *quoquo loco l.* deest *quoto* etiam Leid. qu. Ed. Med. *quoto quoquo loco.* Ed. Omn. *vel quoquo l.* Voss. tert. Id. — *Quare placet.* Lamb. sublato verbo *placet*, uno est contentus infra posito *oportebit*, a quo oratio concludatur. Infra vero, ubi in excusis *commeditari* scriptum invenitur, in Gryph. manuscriptis *commoda notare* legitur: alii *commoditer* habent. Br. — *Quos sumserimus.* Sic MSS. O. *sumsimus* ed. Med. *assumserimus* ed. Omn. et vulgo. Ovd. — *Commeditari oportebit.* Leid. pr. *commoditer notare op.* Hinc ed. Omn. *commoditerque notare op.* Voss. sec. *commeditari et notare op.* ed. Med. *commeditari* exstat scripto. Et postea quidam *quoquo loco.* Sed delicatissimum mihi accidit et pro unice vero amplector, quod in uno offendi, *in quam libebit partem quoque loco libebit.* Cui non dissimile est lib. IV, 5: *Liceret enim eligerent.* Gronov. MSS. *In quamlibet partem quoque loco.* Al. *In quamlibet partem quoque loco libebit.* In Cauch. et Duisb. ut et omnibus iis, quos Iac. Gronovius inspexit, scribitur: *ut in quamlibet partem quoquo loco libebit;* quod aeque probari potest, ac *quoque.* Sed optimi libri Erfurt. et Pithoei *quoto* retinent. Graev.

*Quare placet ex ordine*) Pith. *Quare placeat.* In Lamb. edd. *placet* non legitur; in Pith. autem MS. non habetur *ex ordine.* Id.

*Et locos, quos assumserimus egregie commeditari oportebit*) Magis placebat Guilielmio, quod in suis invenerat Suffridus, *commoditerque notare;* et vero ita quoque erat in Palat. quarto, sexto, Coloniensi, sed sine enclitica. Gavt. Sic quoque sine copula erat in Mediceo: in alio ad marginem *memoriter et commode notare;* ut plane hinc pateat copulativam esse ab ludibrio librariorum. Sed etiam MSS. nostri omnes *quos sumserimus;* et cur non id aeque hic potuit placere, quam capite seq. *intercolumnia sumserit?* Scribe et distingue: *quos sumserimus egregie, commoditer notare; egregie* intelligit, ut et multi sint, et ex ordine collocati. Gronov. Erf. *Locos, quos sumseris, egregie oportebit.* Pith. *Locos, quos assumseris, egregie commeditari oportebit.* Edd. prima, Mediol. Cratand. et aliae: *et locos, quos sumserimus, egregie commoditerque nonotare oportebit.* In MS. Cauchii, et plurimis aliis: *et locos, quos sumserimus, egregie commoditer notare oportebit*, quod et in suis reperit Iac. Gronovius, qui sic distinguendum censet: *et locos, quos sumserimus egregie, commoditer notare oportebit.* Sed quis bonorum, imo etiam deteriorum scriptorum, voce *commoditer* usus est? Cur non *commodum*, aut *commode?* nec melioris notae est, quod in aliis legitur libris, *commeditari*, et quidem *commeditari locos.* Sane locus hic in mendo cubat. Posset *commoditer*, vox nihili, sine damno sententiae abesse, et legi: *locos, quos sumserimus, egregie notari opor-*

perpetuo nobis haerere possint: nam imagines, sicut literae, delentur, ubi nihil illis utimur: loci, tanquam cera, remanere debent. Et, ne forte in numero locorum falli possimus, quintum quemque placet notari: quod genus, si in quinto loco manum auream collocemus, et si in decimo aliquem notum, cui praenomen sit Decimo; deinde facile erit deinceps similes notas quinto quoque loco collocare.

*et nosse op.* V. Comm. Id. — *Sicut literae.* MSS. IV, et ed. Mediol. *sicuti l.* Leid. sec. *si ceteri l.* Leid. qu. *ut l.* Id. — *Vbi nihil illis utimur.* Dele pronomen auctoritate MSS. O. et edd. pp. Id. — *Tanquam cera.* Ed. Med. *t. charte.* Id. — *Quintum quemque.* Addunt *locum* Voss. pr. Leid. qu. edd. pp. Id. — *Et si in decimo.* Delenda est copula cum MSS. O. et edd. pp. *si* etiam abest a Leid. pr. ed. Omn. Id. — *Cui praenomen sit decimo.* Voss. pr. *nomen.* Voss. sec. *proprium nomen.* Ed. Med. *pronomen.* Leid. tert. *decumo.* Id. — *Deinde f. e. deinceps f.*

*tebit;* ut paulo post, *quintum quemque placet notari.* Graev.

*Sicut literae delentur* ) Erf. *Sicuti litterae.* Id.

*Vbi nihil utimur* ) Omnes quinque MSS. ed. prima et Mediol. non agnoscunt *illis. Vbi nihil utimur* est, ubi non utimur imaginibus. Sic statim Erfurt. et Pith. *Quintum quemque placet notari*, ut *locum* ἀπὸ κοινοῦ sit repetendum. Sic Erfurt. inferius: *Conturbabitur similitudine, ut ignoret;* in edd. est *similitudine locorum.* Id.

*Quintum quemque placet notari* ) Edd. *Quintum quemque locum placet notari.* Id.

*Manum auream collocemus* ) Sic omnes quidem habent libri: sed Auratus arbitratur legendum *manum alteram*: a quo dissentio. Idcirco enim manum vult esse *auream* noster auctor, ut sit insignior. Lamb.

*Et si in decimo aliquem notum* ) Erfurt. *Inde cum eo aliquem notum.* Duisb. *Et si in decimo loco aliquem notum.* Graev.

*Cui praenomen sit Decimo* ) Sic legendum, et ita habent libri omnes et vulgati et manuscrip. Falluntur autem, qui *Decio* legi volunt; nam primum *Decius* non est praenomen Romanum; deinde vox *Decimus* apta est ad notandum decimum locum, *Decius* non item. Postremo quid opus est hic quidquam innovare, quum *Decimus* sit praenomen Romanum, et in libris omnibus legatur *Decimo*, non *Decio?* Infra autem non longe admodum, ubi libri omnes, quos quidem viderim, habent, *paullo plus, aut minus tricenum pedum*, Alphonsus Delbenius, Altaecombae Coenobiarcha, Richardi Delbenii Fil. amicus meus, naturali et artificiali memoria multum valens, existimat legendum, *paullo plus, aut minus trinum pedum.* Lambin.

*Deinde facile erit similes notas* ) MSS. nostri tres interponunt vocem *facile erit deinceps similes.* Nec est cur abigatur, quum et diversum quid significet, et in Bruto sic occurrat, c. 3: *Posteaque prosperae res deinceps multae consecutae.* Gronov. Edd.

19. Item commodius est in derelicta, quam in celebri regione locos comparare: propterea quod frequentia, et obambulatio hominum conturbat, et infirmat imaginum notas; solitudo conservat integras simulacrorum figuras. Praeterea dissimiles forma atque natura loci comparandi sunt, ut distincte interlucere possint: nam si quis multa intercolumnia sumserit, conturbabitur similitudine locorum, ut ignoret, quid quoque in loco collocarit. Et magnitudine modica, et mediocres locos ha-

*n. q. quoque loco c.* Male *deinceps* exsulat ab ed. Omn. aliisque; *q. quoquo l.* Voss. tert. Leid. sec. ed. Omn. *loco* abest a m. pr. Leid. pr. Id. Codd. 3 Gron. post *erit* addunt *deinceps:* item cod. Lips. Ern.

19. *Obambulatio.* Leid. qu. ed. Omn. *deambulatio.* Oud. — *Integras.* Leid. pr. *integra vi.* Id. — *Praeterea dissimiles forma.* Leid. tert. *proterea.* Voss. tert. Leid. O. *dissimili f.* Id. — *Vt distincti.* Ita lego ex Gryph. B C auctoritate: *ut distincte* legitur in vulgatis: quam minime tamen lectionem reiicimus. Br. — *Vt ignoret.* Voss. pr. *aut ignorabit.* MSS. reliqui et edd. pp. *Et ignorabit.* Bene. Oud. — *Si quis.* Leid. sec. tert. *si qui.* Id. — *Quid quoque in loco.* Voss. pr. sec. ed. Med.

*Deinde facile erit similes notas quinto quoque loco.* Erf. *Deinde facile erit deinceps similes notas q. quoque loco.* Sic et tres alii libri, quos Iac. Gronovius consuluit, et probavit, nec non ed. Mediol. et Cratandri: *deinceps* est in sequentibus. In vulgatis *deinceps* non conspicitur, quod expunctum fuit, quia non intelligebant vim vocis, quam falso credebant idem notare, quod *deinde.* Sed *deinceps* est ordine. Cic. III de Legibus: *Deinde etiam deinceps posteris prodebatur.* Et II de Divinat. *Tum vero ea quae ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis versuum litteris aliquid connectitur;* ex primis se ordine in singulis versibus sequentibus literis. Idem II ad Fam. 18: *Tres fratres summo loco natos, promtos, non indisertos, te nolo habere iratos, iure praesertim, quos video deinceps tribunos plebi futuros per triennium.* Graev.

*Obambulatio hominum*) Duisb. *Deambulatio hominum.* Id.

*Conservat integras simulacrorum figuras*) Erf. *Conservat integra vi simulacrorum figuras.* Id.

*Praeterea dissimiles forma atque natura*) Palat. sec. quart. sext. *propterea;* quidam etiam *dissimili.* Grvt. Tres MSS. *Propterea dissimiles forma.* Al. *Dissimili forma.* Graev.

*Vt distincte interlucere*) Erf. *Vt distincti interlucere.* Id.

*Nam si quis multa*) Erfurt. *Nam si qui multa.* Id.

*Similitudine locorum, ut ignoret*) Erf. *Similitudine, ut ignoret.* Id.

*Quid in quoque loco*) Erfurt. *Quid in uno quoque loco.* Pith. *Quid in quoto quoque loco.* Edd. nonnullae: *quid in quoquo loco.* Id.

*Et magnitudine modica, et mediocres locos* etc. Fabricianus, *id est mediocres:* adeo ut Guilielmius habeat *et mediocres* pro glossemate: erat in Pal. quinto, *ex magn. modica;* quod excutient, quibus otium est, quo careo. Grvter. Pith. *Ex ma-*

bere oportet: nam et praeter modum ampli, vagas imagines reddunt; et nimis angusti, saepe non videntur posse capere imaginum collocationem. Tum nec nimis illustres, nec vehementer obscuros locos haberi oportet, ne aut obcaecentur tenebris imagines, aut splendore praefulgeant. Intervalla locorum mediocria esse placet, fere paullo plus, aut minus pedum tricenum. Nam ut adspectus, ita cogitatio minus valet, sive nimis procul removeris, sive vehementer prope admoveris id, quod oportet videri. Sed quamquam facile est ei, qui paullo plura exploraverit, quamvis multos, et idoneos locos

*q. in quoque l.* Voss. tert. Leid. sec. qu. Ed. Omn. *quid in quoquo l.* tert. *quid quoquo l.* Leid. pr. *quid in quo l.* Id. — *Et nimis angusti.* Deest copula Voss. pr. Id. — *Imag. collocationem.* Voss. pr. Leid. pr. *i., collocationes.* Id. — *Tenebris imagines.* Voss. tert. *ten. locorum i.* Id. — *Praefulgeant.* Ed. Omn. *perf.* Id. — *Aut minus pedum tricenum.* Voss. pr *aut m. licet p. t.* Voss. tert. Leid. sec. tert. *licet p. t.* qu. *aut p. t.* Ed. Med. *aut paulo minus p. t.* Leid. pr. *tricenorum.* Id. — *Sed quamquam facile.* Leid. tert. *Et q. f.* Id. — *Plura exploraverit.* Voss.

*gnitudine modica, et mediocres locos.* Cauch. *Nam et magnitudine modica, et mediocres locos.* Scribe: *Iam magnitudine modica, et mediocres locos.* *Iam* est connectendi saepe particula, ut alibi notavi. Graev.

*Nec nimis illustres* ) Erf. *Nec nimis illustris.* Id.

*Obscuros locos haberi* ) Erf. *Obscuros locos habere.* Id.

*Ne aut obcaecentur* ) Vitium ex Lambini, tum Gothofredi editione in Gruterianam translatum correxi restituenda media particula, quam habent editiones simul omnes et scripti. Gron. Edd. Lambin. et Grut. *Ne obcaecentur.* Graev.

*Intervalla locorum mediocria esse placet* ) Insignis ille Mediceus *mediocria valent esse*, quod mutandum opinor in *volent*, ut solent eleganter id verbum de aliis rebus usurpare, quam animatis: id quod ignorantes alii mutarunt. Et notes oportet hunc verborum ordinem esse in MSS. Gron. Erfurt. et Cauch. *Intervalla locorum mediocria valent esse.* Sic et Medic. notante Gronovio, qui inde coniicit scribendum *volent esse*, quod inanimatis quoque tribuatur. Graev.

*Aut minus pedum tricenum* ) Palat. secundus *trigenum*; pr. *trecencium*; sextus retinet quidem vulgatum, sed habet inter lineas, *id est trium pedum*; et vero facile inclinaverim in coniecturam Delbenii, malentis *trinum pedum*. Pal. pr. ait esse qui legant *triginta*. Grvt. Duisb. *Aut pedum tricenum.* Pal. sec. *aut minus pedum trigenum.* Pal. *Aut minus pedum tricencium.* Graev.

*Ita cogitatio* ) Erf. *Item cogitatio.* Idem.

*Sive nimis procul removeris* ) Al. edd. *Sive nimis procul amoveris.* Id.

*Sed quamquam facile est ei, qui*

comparare: tamen si quis ad ista satis idoneos invenire se non putabit, ipse sibi constituat quam volet multos, licebit. Cogitatio enim quamvis regionem potest amplecti, et in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari et architectari. Quare licebit, si hac promta copia contenti non erimus, nosmetipsos nobis cogitatione nostra regionem constituere, et idoneorum locorum commodissimam distinctionem comparare. De locis satis dictum est: nunc ad imaginum rationem transeamus.

20. Quoniam ergo rerum similes imagines esse oportet, et ex omnibus verbis notas nobis similitudines eligere debemus, duplices similitudines esse debent; unae rerum, alterae verborum. Rerum similitudines exprimuntur, quum summatim ipsorum negotiorum imagines

O. Leid. pr. a m. sec. item sec. Ed. Med. *p. noverit.* Leid. qu. *p. noverat.* Ed. Omn. *exploravit.* Leid. tert. *p. novit vel explorabit.* Id. — *Tamen si quis.* Voss. tert. *unde si q.* Id. — *Ad ista satis idoneos.* Voss. tert. *ad id id.*; desunt *ad ista* Leid. sec. tert. *ad ea* Leid. qu. *satis* abest a Leid. pr. Voss. sec. tert. ed. Omn. *idoneum* Voss. pr. Id. — *Invenire se non putabit.* Voss. tert. *inv. locos non putavit.* Id. — *Ad suum arbitrium fabricari.* Voss. pr. Leid. O. et ed. Med. *ad s. commodum et arbitrium.* Bene. Leid. qu. *Et fabr.* Voss. tert. *fabricare.* Id.

20. *Et ex omn. verbis notas n. similitudines.* Deest copula Voss. tert. Leid. pr. ed. Omn. Tum *nosmet. notas u. s.* optime praebent Voss. pr. Leid. sec. tert. qu. cum edd. pp. *n. n. imagines* Voss. tert. *n. n. similes* ed. Med. Oud. — *Duplices similitudines.* MSS. O. et edd. pp. *d. igitur sim.* Id. — *Vnae r. alterae v.* Voss. pr. Leid. pr. *una r. altera*

*paullo plura exploraverit, quamvis multos*) Erf. *Sed quanquam facile est, et quid paullo plura, quamvis multos.* Duisb. *Sed quanquam facile est ei, qui paullo plura noverat, et quamvis multos.* Id.

*Tamen si quis ad ista satis idoneos*) Duisb. *Tamen si quis ad ea satis idoneos.* Erf. *Tamen si quis ab his idoneos.* Id.

*Regionem constituere*) Erf. *regione constituere.* Id.

*Quoniam ergo rerum*) Pith. *Quoniam igitur rerum.* Id.

*Et ex omnibus verbis*) In Pith. *Et* non legitur. Id.

*Notas nobis similitudines*) Erf. *Non nobis similitudines.* Id.

*Duplices similitudines*) Erf. *Duplices ergo similitudines.* Pith. *Duplices igitur similitudines.* Id.

*Vnae rerum, alterae verborum*) Erf. *Vna rerum, altera verborum.* Id.

*Negotiorum imagines comparamus*) Duisb. *negotiorum imagines compareremus.* Id.

comparamus. Verborum similitudines constituuntur, quum uniuscuiusque nominis, et vocabuli memoria imagine notatur. Rei totius memoriam saepe una nota, et imagine simplici comprehendemus, hoc modo: Vt, si accusator dixerit, ab reo hominem veneno necatum; et haereditatis causa factum arguerit, et eius rei multos dixerit testes et conscios esse: si hoc primum, ut ad defendendum nobis expeditum sit, meminisse volemus; in primo loco rei totius imaginem conformabimus; aegrotum in lecto cubantem faciemus ipsum illum, de quo agetur, si formam eius detinebimus. Si eum non agnoverimus, aliquem aegrotum non de minimo loco sume-

*v.* Id. — *Comparamus.* Leid. qu. *comparemus.* Id. — *Nominis et vocabuli.* Leid. pr. a m. pr. *hominis.* Sed a m. sec. additur glossa *rei corporeae*, atque ita quoque in Leid. sec. paullo ante *comparantur, et constituuntur* in Leid. qu. Id. — *Memoria im. notatur.* Voss. tert. *memoriam im. notamus.* Id. — *Comprehendemus.* MSS. O. *comprehendimus* cum ed. Omn. Id. — *Hominem ven. necatum.* Voss. pr. *hom. aliquem v. n.* Id. — *Testes et conscios.* Deest copula Voss. tert. Id. — *Conformabimus.* Voss. sec. tert. ed. Omn. *confirm.* Id. — *De quo agetur.* Addit Voss. pr. *veneno necatum.* Id. — *Formam eius.* Leid. qu. *f. illam.* Id. — *Non agnoverimus.* Voss. tert. *n. cognoverimus.* Id. — *Non de mini-*

*Verborum similitudines constituuntur*) Duisb. *Verborum similitudines comparantur et constituuntur.* Id.

*Vniuscuiusque nominis et vocabuli*) Erf. et Pith. *Vniuscuiusque hominis, et vocabuli*, quod non puto negligendum; quum *nominis* et *vocabuli* hic eadem sit vis et notio. Id.

*Imagine simplici comprehendemus*) Erf. *Comprehendimus.* Id.

*Si hoc primum*) Erf. *Si enim primum.* Id.

*Ad defendendum sit expeditum*) Erfurt. *ad defendendum nobis expeditum.* Id.

*Imaginem conformabimus, aegrotum*) Erfurt. et ed. prim. *Imaginem confirmabimus aegrotum.* Lamb. ed. *Imaginem confirmabimus et aegrotum.* Id.

*Ipsum illum de quo agetur*) Erf. *Ipsum illud de quo agetur.* Lamb. ed. *Illum ipsum, de quo agetur.* Id.

*Si formam eius detinebimus*) Duisb. *Si formam illam detinebimus.* Lamb. ed. *Si formam eius tenebimus*, quod sane probarem, si ullus MS. annueret. *Si formam illam detinebimus*; forte *si formam illam retinebimus.* Graev.

*Si eum non agnoverimus*) Palat. quartus et sextus excludunt *agnoverimus*; probem, si et tolleretur una *eum.* Guilielmius maluisset *cognoverimus.* Grvt. Duo Pall. *Si eum non, aliquem.* Erfurtensis etiam non agnoscit *agnoverimus.* Sed *cognoverimus*, quod malebat Guilielm. exstat in margine Cratandri, et recepit Lambinus, contra veterum librorum fidem. Graev.

*Aliquem aegrotum non de minimo*

mus, ut cito in mentem venire possit, et reum ad lectum eius adstituemus, dextrâ poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenentem. Hoc modo et testium et haereditatis et veneno necati memoriam habere poterimus. Item deinceps caetera crimina ex ordine in locis ponemus: et, quotiescunque rem meminisse volemus, si formarum dispositione, et imaginum diligenti notatione utemur, facile ea, quae volemus, memoria consequemur.

21. Quum verborum similitudines imaginibus exprimere volemus, plus negotii suscipiemus, et magis ingenium nostrum exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit. *Iam domuitionem reges Atridae parant.* In

*mo loco.* Abest *loco* a Leid. sec. Negativam particulam agnoscunt MSS. O. et edd. pp. Id. — *In mentem venire.* Voss. tert. in *virtutem v.* Id. — *Ad l. ei. adstituemus.* Voss. tert. *ad l. e. constituemus.* Ed. Omn. *statuemus* Id. — *Tabulas.* Leid. tert. *tabellas.* Id. — *Medico t. ar. tenentem.* Leid. qu. *medicum.* Ed. Med. *digito medico* e glossa; *tenente* Voss. sec. tert. Id. — *Veneno necati.* Participium deest Voss. tert. Id.

21. *Iam domuitionem.* MSS. O. cum edd. pp. i. *domi ultionem* et in seqq. sed hic Leid. qu. i. *domi vel domum ultionem*; et mox *iam domi vel domum reges* desunt Voss. tert. Oud. Lib. I de Divinat. c. 13 reperitur eadem vox, ubi Gronovius dedit *domum itionem.* Vide illum ad locum indicatum. Verb. Omnes Palat. aliique, item Lips. *domi ultionem.*

*loco sumemus*) Pall. iidem non agnoscunt negativam. Grut. Nec Mediceus eam agnoscit, ut videatur scripsisse: *aegrotum de non imo loco.* Gron. Erfurt. et Cauch. *Ad aliquem aegrotum de minimo aliquo sumemus.* Sed in Cauchiano adscriptum erat inter versus super *aliquo*, *loco;* in Palatinis Gruteri *de minimo loco.* Nec exstat negativa in Mediceo et Erfurtensi; unde Iac. Gronov. coniiciebat auctorem horum librorum scripsisse, *aegrotum de non imo loco.* Graev.

*Ad lectum eius adstituemus*) Erf. *Ad lectum eius adstituamus.* Id.

*Medico testiculos*) Qui hanc lectionem sequuntur et probant, *medico* interpretantur, digito eo, qui proximus est minimo; sed libri duo manuscript. habent, *medicum testiculos arietinos tenentem;* ego tamen vulgatam lectionem sequor et probo. Lamb. Erf. *Medicos testiculos.* Duisb. *Medicum testiculos arietinos tenentem.* Pith. *Medio digito testiculos arietinos tenente;* vide Politiani Miscell. cap. 6, qui *medico* subaudit *digito*, et illo significari ait proximum a minimo. Graev.

*Id nos hoc modo*) Erf. *Idque nos hoc modo.* Id.

*Iam domitionem reges Atridae parant*) Versus est senarius, trimeter,

loco constituere oportet manus ad coelum tollentem Domitium, quum a regibus Marciis loris caedatur. Hoc erit, *Iam domuitionem reges*. In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam, Agamemno-

Ern. — *Ad coelum tollentem.* Leid. tert. *ad c. tendentem.* Nec male. Ovd. — *A regibus Marciis.* Sic per c. discrtè Leid. pr. tert. qu. *Marcus* ed. Omn. Id. — *Subornare Iphigeniam, Agamemnonem et Menelaum.* MSS. O. et ed. Omn. *subornari.* Tum *vagantem Ephigeniam* Voss. pr. Leid. sec. qu. Ed. Med. *et Effigeniam vagantem* Ed. Omn. *Ephigeniem* Leid. sec. Voss. sec. *ut ducatur ad Iphig.* Leid. pr. *ut Iphig. in Agam.* suprascr. *vagantem.* Voss. tert. *Ephig. ulciscentes commissum in se Ag.* dein *ad Ag.* Leid. tert. *Agam. et Menel.* desunt Voss. pr. Leid. sec. qu.

nescio cuius poëtae; neque vero dubium est, quin sit ita legendus; nam quod in nonnullis manuscriptis et vulgatis legitur, *domi ultionem*, ea depravata scriptura est. Vtitur autem hac voce Pacuvius teste Nonio: *Nam solus Danais hic domitionem dedit;* et Lucilius, *domitionis cupidi*, id est, *domumitionem*, et *domumitionis.* Apud Nonium tamen scriptum est *domutionem*, et *domutionis*, videlicet pro *domitionem*, et *domitionis.* Lambin. *Iam domuitionem reges Atridae parant* est a Victoriana; nam prius impressi, *domi ultionem*, quod servant Pall. omnes; etiam Bruil. et Fabr. nec non ii quos excussit Petreius; eique scripturae patrocinatur Guilielmius, ac putat favere imaginem, quam subiicit, in qua facies vapulantis. Grvt. MSS. et edd. *Iam domi ultionem*, Gruter. Car. Steph. ed. in lib. I de Divin. legit *domum itionem*, quod verius est; vide Vossium de Constructione, cap. 8. Graev. Vid. Turneb. II Adv. 30, et Schott. IV Nod. Cic. cap. 10. Bvrm.

*Quum a Regibus Marciis*) Sic revocavi scripturam priorum editionum, relicto Lambino, Gothofredo, et Grutero; quoniam videtur certe intelligere Martios Reges, quos sic etiam appellat Iulius apud Suetonium cap. 6. Martios autem reges aut Martia lora quae intellexerunt? Gronov. Quamvis MSS. et editiones, quas ego inspexi, omnes scribant *Martiis*, praeterquam Manutii, rectius tamen *Marciis* legi ex Sueton. Caes. cap. 6, probavit Iac. Gronovius. Edit. prima proxime accedit ad veram scripturam, in qua est: *quum a Regibus Marcus loris caedatur.* Graev.

*Iam domuitionem*) Duisb. *Iam domi itionem*, vel *domum.* Lambin. ed. *Iam domitionem*, et sic paullo ante ubi itidem MSS. *domi ultionem.* Id.

*In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam*) Quidam libri habent, *subornare vagantem Iphigeniam ad Agamemnonem, et Menel.* Ex qua scriptura coniicere possit aliquis legendum, *subornare vadentem Iphigeniam*, etc. Lamb. Erf. *In alterum locum Aesopum.* Graev.

*Subornare Iphigeniam, Agamemnonem et Menelaum*) Quot excussi Palatinos, totidem inveni lectiones variantes; meliores tamen inclinabant in *subornari ut ad Iphigeniam in Agamemnonem et Menelaum.* Grvt. Vera notat Gruterus: et utinam tamen posuisset praecipuas! Nam ut fatear etiam videri hanc in codice Mediceo

nem, et Menelaum. Hoc erit, *Atridae parant.* Hoc modo omnia verba erunt expressa. Sed haec imaginum conformatio tum valet, si naturalem memoriam exsuscitaverimus hac notatione, ut, versu posito, ipsi nobiscum primum transeamus bis, aut ter eum versum; deinde cum imaginibus verba exprimamus. Hoc modo naturae suppeditabit doctrina: nam utraque altera separata minus erit firma; ita tamen ut multo plus in doctrina atque arte praesidii sit. Quod docere non gravaremur, ni metueremus, ne quum ab instituto nostro

In ed. Omn. *Agamemnona et Men.* ID. — *Imag. conformatio.* Voss. tert. Leid. tert. qu. ed. Omn. i. *confirmatio.* ID. — *Hac notatione.* Voss. pr. tert. *h. annotatione.* ID. — *Vtraque altera separata.* Leid. pr. tert. *cum ex utraque al. sep. est.* Ed. Med. *ab altera.* Leid. qu. *superata.* ID. — *Ne metueremus.* Leid. qu. *nisi cum met.* ID. — *Ab instituto nostro.*

*subornari ut ad Iphigeniam*, sic tamen in alio esse video *ut vel vagantem ephigeniam*, omissis duobus regum nominibus, quae sequuntur: in alio plenissime: *ut ad Iphigeniam, ad vagantem Agamemnonem et Menelaum.* Haec omnino orta sunt ex occasu verae lectionis; cuius vestigia satis, ut puto, liquida sequens erno, *ut ad Iphigeniam, Calchantem, Agamemnonem, et Menelaum.* Sed et sic aliquid restat. GRON. Duisb. *Subornare vagantem Iphigeniam.* Edd. vett. *Subornari ut apud Iphigeniam, Agamemnonem.* Cauch. *Subornari vagantem Iphigeniam ad Agamemnonem.* Pall. et Medic. *Subornari ut ad Iphigeniam in Agamemnonem.* Al. MS. *Subornari ut vel vagantem ephigeniam*, omissis vocibus *Agamemnonem* et *Menelaum.* Pith. *Subornari ad vagantem Iphigeniam.* GRAEV.

*Hoc erit, Atridae parant*) Quia Atridae quum ad bellum Troianum proficisci pararent, Aulide Iphigeniam ad placandam Dianam immolarunt. Aesopus autem, et Cimber, tragoedi fuerunt, qui Iphigeniam tragoediam egerunt. LAMB.

*Exsuscitaverimus hac notatione*) Cauch. *Exsuscitaverimus hac annotatione.* GRAEV.

*Ipsi nobiscum primum transeamus*) Liber unus manuscr. habet, *primum transigamus*, etc. caeteri lectionem vulgatam confirmant; ego hunc locum mendo vacare non puto. LAMB.

*Naturae suppeditabitur doctrina*) Liber unus manuscr. habet, *suppeditabit*, cum quo Roberti Steph. editio congruit. LAMB. *Naturae suppeditabit doctrina.* Duisb. Pith. et al. MSS. vulgati: *Naturae suppeditabitur doctrina.* GRAEV.

*Nam utraque altera separata minus erit firma*) Pall. meliores: *Nam cum ex utraque altera est parata, magis erit firma.* Tos. Gembl. Br. *Nam cum ex utraque ab altera est parata, minus erit infirma.* GRVTER. Lamb. ed. *Vtraque ab altera separata minus erit firma.* GRAEV.

*Ni metueremus, ne, cum*) Duisb. *Nisi cum metueremus, ut, cum.* ID.

recessissemus, minus commode servaretur haec dilucida brevitas praeceptionis. Nunc, quoniam solet accidere, ut imagines partim firmae et ad monendum idoneae sint, partim imbecilles et infirmae, quae vix memoriam possint excitare, qua de causa utrumque fiat, considerandum est; ut cognita causa, quas vitemus, et quas sequamur imagines, scire possimus.

22. Docet igitur nos ipsa natura, quid oporteat fieri: nam si quas res in vita videmus parvas, usitatas, quotidianas, eas meminisse non solemus; propterea quod nulla nisi nova, aut admirabili re commovetur animus: at si quid videmus, aut audimus egregie turpe, aut honestum, inusitatum, magnum, incredibile, ridiculum,

Praepositione caret Leid. sec. Id. — *Vt imagines partim firmae, et acres.* Sic legit Lamb. *firmae, at haeres*, habent duo Gryph. B C, ut suspicer mancam esse vocem ex integra *haerentes:* participium autem solitum usurpari significatione nominis adiuncti nemo non novit. Cic. II de oratore quum de hac ipsa memoria ageret quae arte comparatur: *Imaginibus*, inquit, *est utendum agentibus, acribus, insignitis:* et lib. de clar. Orat. *Acrem enim oratorem, incensum, et agentem, et canorum concursus hominum forique strepitus desiderat.* In iisdem, quod in impressis *imbecilles* legitur, *imbecillae* exstat. Br. — *Ad monendum idoneae.* Voss. tert. Leid. qu. *ad movendum.* Ovd. — *Quae vix memoriam.* Leid. qu. *quae nec m.* Id.

22. *Egregie turpe aut honestum.* Addunt Voss. pr. Leid. sec. qu. *in homines.* Ovd. — *Inusitatum.* Leid. sec. qu. *tum inauditum*; tert. *inus. aut inauditum.* Ed. Med. *inus. non auditum.* Omn. caret τῷ *inusitatum.* Id. — *Ridiculum.* Leid. sec. tert. qu. ed. Med. et m. sec. Voss. pr. *periculosum.* Voss. sec. *ridiculosum.* Optime Voss. tert. *ridiculum, periculosum.* Id. Pal. quint. addit: *periculosum.* Sic et Lips. alii Codd. ut Pal. pr. Fabric. habent id quoque, sed abest *ridiculum.* Ean. — *Videmus aut audimus.* Leid. sec. *v. a. audivimus.* Ovd. In ed. Rob-

*Ad monendum idoneae*) Duisb. *Ad movendum idoneae.* Lamb. ed. *Partim, acres, firmae, et ad admonendum idoneae.* Idem.

*Partim imbecilles, et infirmae, quae vix memoriam*) Lamb. ed. *Partim imbecilles et infirmae, et quae vix memoriam.* Duisb. *Partim imbecilles et infirmae, quae nec memoriam.* Idem.

*Aut honestum, inusitatum, magnum.* Duisb. *Aut honestum, inhonestum, inauditum, magnum.* Pith. *Aut honestum, inauditum, magnum.* Idem.

*Incredibile, ridiculum, id diu etc.* Pal. quintus subiicit *periculosum*; sed primus id positum habet in vicem *ridiculum*; neque aliter Fabr. et MSS. Suffridi; veriusque putabat Guilielm. nam *periculi* sane tenacissima est memoria, et de *ridiculo* infra agit; ita

id diu meminisse consuevimus. Itemque quas res ante ora videmus, aut audimus, obliviscimur plerumque; quae acciderunt in pueritia, meminimus optime saepe. Nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quod usitatae res facile e memoria elabuntur, insignes et novae manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt: at eclipses solis mirantur, quia raro accidunt, et solis eclipses magis mirantur, quam lunae, quoniam hae crebriores

Stephani fere legitur hic locus, ut Vrsinus repererat in MSS. Nempe illa exhibuit: *at quod recens audivimus, obliviscimur pl.* Recte forsan, si servetur *aut*, ubi ille *at* dedit. Verb. — *Quae acciderunt in p.* Leid. qu. *et ea q.* Ed. Med. *q. acciderint.* Ovd. — *E memoria elabuntur.* Praepositio abest Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. *a mem.* Ed. Med. *dilabuntur* Voss. tert. *labuntur* Ed. Omn. Id. — *Novae manent diutius.* Voss. pr. sec. Leid. sec. tert. *n. diutius in animo manent* cum edd. pp. recte. Leid. qu. *in res d. in animo m.* Ovd. *Et novae manent in animo diutius.* Ita Leonic. et Lamb. duae voces *in animo*, in Gryphii manuscr. et in Ald. et Manut. editione desiderantur. Br. — *Solis exortus.* Voss. tert. ed. Med. *ut s. e.* Leid. qu. *ortus.* Ovd. — *Propterea quod.* Voss. tert. *quia*, Voss. pr. sec. Leid. pr. *propt. quia.* Id. — *Quoniam hac cr.* Voss. tert. *eo quod h. cr.* Leid. sec. *propterea quoniam h. cr.* Leid. pr. tert. *pro-*

nt simul innunt se de ea antea non meminisse. Grvt. Pal. *Incredibile, ridiculum, periculosum, id diu.* Al. Pal. *Incredibile, ridiculum, periculosum, id diu.* Pith. *Incredibile, ridiculum, periculosum.* Sed in praecedentibus idem codex et Duisb. *Aut honestum, inauditum, magnum;* nisi quod hic pro *inusitatum* scribat, *inhonestum, inauditum, magnum.* Pithoei codex non est repudiandus. Graev.

*Itemque quas res ante ora videmus aut audimus.*) Videtur melior lectio, quae reperitur in manuscripto, *aut quod recens audivimus;* pro *aut audimus.* F. Vrs. Pith. *itaque quas res ante ora videmus aut audimus, obliviscimur.* Caroli Stephani, Cratandri, Hervag. *At quod recens audivimus, obliviscimur,* Sed prima et Mediol. edd. tuentur vulgatam. Graev.

*Quae acciderunt in pueritia*) Duisb. *Et ea quae acciderunt in pueritia.* Id.

*Nec hoc alia de causa*) Duisb. *Nec alia de causa.* Id.

*Insignes et novae manent diutius*) Duisb. *Insignes et novae res manent.* Al. *Insignes et novae manent diutius in animo.* Cratand. Rob. Steph. et al. edd. *Novae diutius in animo manent.* Hinc Lambinus notat in margine: Fortasse *in animo* ex adnotatione natum est, et subintelligendum *in memoria* ἀπὸ κοινοῦ. Id.

*Eclipsis solis*) Grut. et al. edd. *Eclipseis solis.* Edd. vett. Cratand. et al. *Ecclipsis solis.* Id.

*Et solis eclipses*) Pith. sine copula *solis eclipseim.* Id.

sunt. Docet ergo se natura, vulgari et usitata re non exsuscitari; novitate vero et insigni quodam negotio commoveri. Imitetur igitur ars naturam, et quod ea desiderat, inveniat: quod ostendit, sequatur. Nihil est enim, quod aut natura extremum invenerit, aut doctrina primum: sed rerum principia ab ingenio profecta sunt, et exitus disciplina comparantur. Imagines igitur nos in eo genere constituere oportebit, quod genus manere in memoria diutissime potest: id accidet, si quam maxime notas similitudines constituemus: si non mutas, nec vagas, sed aliquid notum agentes imagines ponemus: si egregiam pulcritudinem, aut unicam turpitudinem eis adtribuemus: si aliqua re exornabimus, ut si coronis, aut veste purpurea, quo nobis notatior sit si-

*pteren quod h. cr.* Voss. pr. sec. *propterea quia h. cr.* Id. — *Docet e. se natura.* Al. *n. se.* Abest pronomen ab ed. Omn. Id. — *Vulgari et u. r. n. exsuscitari.* Leid. qu. *vulgata.* Voss. pr. *exeitari.* Id. — *Novitate vero.* Sic Voss. sec. ed. Omn. A reliquis MSS. abest particula; bene. *Sed nov.* ed. Med. Id. — *Inveniat; quod ostendit, s.* Voss. tert. Leid. tert. ed. Omn. *inveniet, si quod n. s.* ed. Med. *quae ost.* ut et *quae desid.* cum Leid. sec. Id. — *Sed rerum principia.* MSS. O. edd. pr. *qua r.* nisi quod in Voss. tert. sit *quin si r.* Id. — *Nos in eo genere.* Voss. pr. *nosmet in eo g.* Bene. Id. — *Manere in m. d. potest.* Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *haberi in m. d. p.* Voss. tert. *poterit.* Ed. Omn. *in m. d. possit remanere.* Id. — *Id accidet.* Voss. pr. Leid. pr. *haec res a.* Voss. sec. *haec res firmissime acc.* Leid. qu. *id accidit.* Id. — *Notas similitudines.* Sic Leid. pr. ed. Omn. In caeteris *notas s.* Id. — *Si non mutas.* MSS. O. et ed. Omn. *si non multas.* Oud. *Si non multas, nec vagas* in duobus Gryph. B C habetur: quibus convenit cum Leonic. editione. Br. — *Sed aliquid notum agentes.* Abest *notum* a MSS. O. et edd. pp. *ol. significantes* Leid. qu. Voss. sec. mox *ponamus* Leid. tert. Oud. — *Aliqua re exornabimus.* Voss. pr. sec. Leid. pr. ed. Omn. *ali-*

*Vulgari et usitata re*) Duisb. *Vulgata et usitata re.* Id.

*Novitate vero et insigni*) Lamb. ed. *Novitate et insigni.* Id.

*Quod genus manere in memoria diutissime potest*) Duisb. *Quod genus in memoria diutissime haberi potest*; non male. Id.

*Si non mutas, nec vagas*) Duisb. et Rob. Steph. ed. nec non margo Cratandri, *si non multas, nec vagas.* Idem.

*Sed aliquid notum agentes imagines*) Duisb. *Sed aliquid notum significantes.* Lamb. ed. *Sed aliquid agentes imagines.* Id.

*Si aliqua re exornabimus*) Pith. *Si aliquas res exornabimus.* Graev. *Si aliquam rem exornabimus.* Id.

*Quo nobis notatior sit*) Ita Br. et

militudo: aut si qua re deformabimus, ut si cruentam, aut coeno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma: aut si ridiculas res aliquas imaginibus adtribuemus: nam ea res quoque faciet, ut facilius meminisse possimus. Nam, quas res veras facile meminimus, easdem fictas et diligenter notatas meminisse non est difficile. Sed illud facere oportebit, ut identidem primos quosque locos imaginum renovandarum causa celeriter animo percurramus.

23. Scio, plerosque Graecos, qui de memoria scripserunt, fecisse, ut multorum verborum imagines conscriberent, uti, qui eas ediscere vellent, paratas haberent, ne quid in quaerendo operae consumerent. Quorum

*quas ex.* Vass. tert. *aliquas res ex.* cum m. sec. Voss. prim. *aliquam rem ex.* Leid. sec. tert. qu. ed. Med. puta legendum esse *aliqua* pra *aliquo modo*, *aliqua ex parte.* Adi Comm. ad Sil. Ital. lib. XIII, 221, et Is. Vass. ad P. Melam lib. III, c. 9: *eius arae notae sunt aliqua.* Id. — *Caranis aut veste p.* Ed. Oam. *corona.* Leid. sec. tert. *et v. p.* Id. — *Quo nobis notatior s.* Vass. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *notior.* Id. — *Si qua re deformabimus.* Voss. pr. *si quam turpem rem d.* sec. *si qua re d. turpem.* MSS. reliqui et ed. Med. *si quam rem d. turpem.* Ed. Omn. *si aliquam rem d.* Forte, *si qua rem d. turpem.* Id. — *Aut coeno oblitam.* Media vox deest Leid. qu. Id. — *Rub. del. inducemus.* MSS. O. et edd. pp. *r. d. inducamus.* Id. — *Vt identidem.* Deest *ut* Voss. tert. Id. — *Animo percurramus.* Vass. tert. *an. pervagemur.* Voss. sec. ed. Omn. *an pervagemus.* V. Graev. Vulgatum videtur e Glossa natum. *Vagare* optimis quibusque in usu fuit. V. Heins. ad Ovid. Met. VIII, 13, Burm. ad Servium in lib. III Aen. 76. Ovd. *Pervagemur* tum duo Gryphian. exempl. tum Leanic. editio habet. Br.

23. *Vti, qui eas ediscere v.* Voss. sec. tert. *ut hi, qui.* In plerisque *ut.* Abest *eas* a Vass. pr. Leid. sec. tert. ed. Med. *discere* MSS. IV, *udiscere* Voss. tert. Ovd. — *In quaerendo.* Vass. tert. Leid. sec. qu. ed. Omn. *inquirenda.* Vass. sec. *in dicendo.* Id. — *Consumerent operae.* Leid. pr. *consumerentur ape.* Vass. sec. ed. Omn. *aperis*; deest ea vox Leid. qu. Id. — *Quarum rationem.* Voss. pr. Leid. pr. *q. ratianes.* Id. — *In v.* tres e Pall. vulgata *notiar*, Pal. sec. *notabilior* praefert. Grvter. Duisb. Pith. Cauch. et edd. multae, *qua nobis notior sit.* Graev.

*Si qua re deformabimus*) Pith. Duisb. Graev. *Si quam rem deformabimus.* Id.

*Delibutam inducemus*) Duisb. et edd. multae *delibutum inducamus.* Id.

*Anima percurramus*) Pith. Cauch. *Celeriter pervagemur.* Graev. et margo Cratandri, nec non ed. prima et Mediol. *Anima pervagemus.* Id.

*Vti qui eas ediscere*) Duisb. *Vt qui eas ediscere.*

*Ne quid in quaerendo opere consumerenta*) Duisb. *Ne quid in quaerendo consumerent.* Edd. nonnullae: *ne quid*

rationem aliquot de causis improbamus: primum, quod in verborum innumerabilium multitudine ridiculum sit mille verborum imagines comparare. Quantulum enim poterunt haec valere, quum ex infinita verborum copia, modo aliud, modo aliud nos verbum meminisse oportebit? Deinde cur volumus ab industria quemquam removere, ut ne quid ipse quaerat, quum illi omnia parata quaesitaque tradamus? Praeterea similitudine alia alius magis commovetur. Nam ut saepe formam si quam similem cuipiam dixerimus esse, non omnes habemus adsensores, quod alii videtur aliud: ita fit in imaginibus, ut, quae nobis diligenter notae sint, eae parum videantur insignes aliis. Quare sibi quemque suo commodo convenit imagines comparare. Postremo praeceptoris est docere, quemadmodum quaeri quidque conveniat, et unum aliquod, aut alterum, non omnia, quae eius generis erunt, exempli causa subiicere, quo res possit esse dilucidior: ut quum de prooemiis quaerendis disputamus, rationem damus quaerendi, non mille prooe-

*innumerabilium multitudine.* Abest praepositio a Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *innumerabili* Voss. pr. Leid. iidem. Ed. Med. *multitudinem* Voss. tert. Id. — *Mille verbòrum.* Desunt Voss. pr. Leid. sec. tert. qu. edd. pp. Contra *m. verborum et rerum* Voss. tert. Id. — *Imagines comparare.* Leid. qu. *im. comprobare.* Id. — *Poterunt haec valere.* Deest *haec* a Leid. sec. Id. — *Quum nos illi omnia.* Sic MSS. O. et edd. pp. vulgo deest *nos.* Id. — *Parata quaesitaque.* Leid. pr. *p. atque quaesita.* Id. — *Si quam similem.* Deest *si* Leid. pr. tert. Voss. tert. Id. — *Adsensores.* Voss. pr. Leid. qu. *adsentatores.* Id. — *Vnum aliquod aut alterum.* Voss. tert. *unum quodque aut al.* Leid. sec. tert. edd. pp. *u. aliquid a. a.* Id. — *Vt quum de prooemiis q.* Voss. pr. *quod genus cum d.* etc. sec. *ut de pr.* Leid. pr. *quod d. p.* Id.

*inquirendo consumerent operae.* Id.

*Verborum innumerabilium multitudine*) Duisb. *Verborum innumerabili multitudine.* Id.

*Imagines comparare*) Duisb. *Imagines comprobare.* Id.

*Poterunt haec valere*) Fortasse legendum est, *hae valere :* ut subintelligatur *imagines.* Lamb.

*Quum illi omnia parata*) Pith. *Quum nos illi omnia parata.* Graev.

*Parata quaositaque*) Al. *Parata atque quaesita.* In Pith. non est *quaesitaque.* Id.

*Non omnes habemus assensores*) Duisb. *Non omnes habemus assentatores.* Al. *non omnes habeamur assensores.* Id.

miorum genera conscribimus: ita arbitramur de imaginibus fieri convenire.

24. Nunc, ne forte verborum memoriam, aut nimis difficilem, aut parum utilem arbitreris, et ipsarum memoria rerum contentus sis, quod et utiliores sint, et plus habeant facilitatis; admonendus es, quare verborum memoriam non improbemus. Nam putamus oportere, eos, qui velint res faciliores sine labore et molestia facile meminisse, in rebus difficilioribus esse ante exercitatos. Nec nos hanc verborum memoriam inducimus, ut versus meminisse possimus, sed ut hac exercitatione, illa rerum memoria, quae pertinet ad utilitatem, confirmetur; ut ab hac difficili consuetudine sine labore ad illam facilitatem transire possimus. Sed cum in omni disciplina infirma est artis praeceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum vero in μνημονικοῖς minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. Quam plurimos locos ut habeas, et quam maxime ad praecepta accommodatos, curare debebis. In imaginibus collocandis exerceri quo-

24. *Arbitreris.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *arbitrere.* Bene *arbitremur* Leid. pr. Ovd. — *Vt versus meminisse.* Voss. tert. *ut versus tantum m.* Id. — *In μνημονικοῖς* MSS. O. et edd. pp. *in memoriis.* Id. — *In imaginibus coll.* Deest praepos. Leid. pr. sec. qu. Id. — *Exerceri quotidie conveniet.* Deest *quotidie* Voss. tert. *convenit* MSS.

*Ita arbitramur*) Pith. *Idem arbitramur.* Id.

*Memoria rerum contentus*) Lamb. ed. *Rerum memoria contentus.* Id.

*Quod et utiliores sint*) Duisb. *Quod utiliores sint.* Id.

*Et plus habeant facilitatis*) Quidam liber MS. habet, *et plus habeant facultates:* et infra, ubi legitur *ad illam facilitatem*, idem ille liber habet, *ad illam facultatem.* Lamb. Duisb. et alii, quos Lamb. vidit, *plus habeant facultatis.* Graev.

*Verborum memoriam*) Duisb. *Verborum imagines.* Id.

*Ad illam facilitatem transire*) Multi MSS. *Ad illam facultatem transire.* Id.

*In μνημονικοῖς*) MSS. tres *In memoriis.* Gron. Pith. Duisb. et tres MSS. quos Iac. Gronovius consuluit, *in memoriis.* Graev.

*Quam plurimos locos ut habeas*) Lamb. ed. *Quamplurimos igitur locos ut habeas.* Id.

*Exerceri quotidie conveniet*) Duisb. *Exerceri quotidie convenit.* Id.

tidie conveniet. Non enim sicut a caeteris studiis abducimur nonnunquam occupatione, ita ab hac re nos potest causa deducere aliqua. Nunquam est enim, quin aliquid memoriae tradere velimus, et tum maxime, quum aliquo maiore negotio detinemur. Quare quum sit utile, facile meminisse, non te fallit, quod tantopere utile sit, quanto labore sit adpetendum: quod poteris existimare, utilitate cognita. Pluribus verbis ad eam te hortari mea non est sententia, ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffisi, aut minus, quam res postulat, dixisse videamur. De quinta parte rhetoricae deinceps dicemus: tu primas quasque partes in animo frequenta, et, quod maxime necesse est, exercitatione confirma.

O. cum edd. pp. praeter Voss. sec. Id. — *Aliquid memoriae trad.* Voss. tert. *aliud m. tr.* Id. — *Ad eam te hortari, mea non est sententia.* Voss. sec. Leid. tert. ed. Omn. *ad eam rem.* Voss. O. Leid. pr. ed. Omn. *adhortari:* deest *mea* MSS. O. et edd. pp. soprascr. pro glossa in Leid. sec. quare deleatur rursus. Id. — *Ne aut tu nostro, aut nos tuo diffisi.* Voss. pr. tert. Leidd. O. ed. Med. *ne aut tuo studio diffisi.* Ed. Omn. *ne aut studio difficili.* Vus. sec. *ne aut nos tuo studio d.* Bene. Id. — *Aut minus.* Voss. sec. *ne aut m.* Id. — *Exercitatione confirma.* Voss. sec. ed. Med. *usu et exerc. conf.* Id.

*Sicut a caeteris studiis*) Pith. *Sicut in caeteris studiis.* Id.

*Quum aliquo maiore negotio detinemur*) Pith. *Quum aliquo maiore negotio detineamur.* Id.

*Non te fallit*) Lamb. ed. *Non te fallat.* Id.

*Ad eam te hortari non est sententia*) *Mea* reposui ex Pithoei codice notae optimae, quod in oliis desideratur. Idem.

*Ne aut tu nostro, aut nos tu tuo studio diffisi*) Hand aliter Pall. aot quos cousuluit Suffridus: posterius cusi *diffidere*, minus recte; pendent euim isthaec ab subsequenti *videamur.* Gavt. Duisb. Cratand. Rob. Steph. Ascens. edd. *Ne aut tuo studio diffisi.* Meus MS. et ed. prima, *ne aut studio difficili aut minus.* In margine tamen mei MS. adscriptum erat *diffisi.* Al. *ne aut tu nostro, aut nos tuo studio diffidere.* Sane ista verba *aut tu nostro, aut* rectius absunt a libris melioribus. (Erfurtensis hic nos destituit, quio pagina est excisa) Cur enim Herennius stodio auctoris diffidat, si ploribos haec explicaret? Sed Herennii studio diffidere visus fuisset auctor horum Rhetoricorum, si nimis diu bis exponendis immoraretur. Graev.

*In animo frequenta*) Lamb. ed. *In animo frequentato.* Id.

*Exercitatione confirma*) Lambin. ed. *Exercitatione confirmato.* Id.

# RHETORICORVM

## AD

# C. HERENNIVM

## LIBER QVARTVS.

### *ARGVMENTVM*

*In hoc libro quoniam de elocutione acturus, et suis quasque definitiones, non aliunde petitis illustraturus exemplis erat, eam autem rem abhorrere intelligebat a caeterorum consuetudine, qui in hoc genere elaborarant, ac propterea fore, ut in eorum aliorumque reprehensionem incurreret; praefationis loco, quo consilio, quibusque rationibus ductus a reliquorum more recesserit, ostendit; multumque eo disputat, ut rectius se his facere vincat, qui ex orationibus potius, et poëtis optimis quibusque exempla sumenda putent a* cap. 1–7. *Deinde de ipsa elocutione ita disserit, ut primo agat de tribus dicendi generibus s. figuris, gravi, mediocri, et attenuata,* cap. 8–11; *deinde, quas res debeat habere commoda et perfecta elocutio, ostendat. Harum tres facit partes, primam elegantiam, quae lenitatem et explanationem s. perspicuitatem desiderat; alteram compositionem omnes orationis partes aequabiliter perpolientem; tertiam dignitatem, quae in verborum et sententiarum exornationem cernatur,* cap. 12 *usque ad finem.* I. A. Ernestvs.

Quoniam in hoc libro, C. Herenni, de elocutione conscripsimus, et quibus in rebus opus fuit exemplis uti,

1. *Herenni.* Sic MSS. O. et edd. pp. non *C. Herenni.* Ovd. —

*In hoc libro, C. Herennii*) Mihi non contigit nancisci ullum codicem, in quo exstaret praenomen; in omnibus tantum est *Herenni.* Etiam Medicea membrana hic *faciundum*, ut et in fine capitis XXIV. Sic contra video edi solere *aperiundum* I, 5, ubi omnes scripti *aperiendum.* IV, 47, in uno *amicitia gerunda.* Gron.

*Quibus in rebus opus fuit exemplis*

nostris exemplis usi sumus; et id fecimus praeter consuetudinem Graecorum, qui de hac re scripserunt; necessario faciendum est, ut paucis rationem nostri consilii demus. Atque hoc nos necessitudine facere, non studio, satis erit signi, quod in superioribus libris nihil neque ante rem, neque praeter rem locuti sumus. Nunc, si pauca, quae res postulat, dixerimus, tibi id, quod reliquum est artis, ita, ut instituimus, persolvemus. Sed facilius nostram rationem intelliges, si prius, quid illi dicant, cognoveris. Compluribus de causis putant oportere, quum ipsi praeceperint, quo pacto oporteat ornare elocutionem, uniuscuiusque generis ab oratore, aut poëta probato sumtum ponere exemplum. Et primum se id modestia commotos facere dicunt, propterea quod videatur esse ostentatio
x quaedam, non satis habere praecipere de artificio, sed

*Vsi sumus.* Voss. pr: *usi fuimus.* Idem. — *De hac re scr.* Leid. qu. *de hac arte sc.* Id. — *Necessario faciendum est.* Ed. Med. *n. ergo f. e.* Voss. pr. tert. *faciendum*, recte. Idem. — *Nihil neque ante rem neque praeter rem.* Deest primum *neque* in Voss. tert. *n. post rem* Voss. sec. tert. In ed. Med. *neque post.* Id. — *Nunc si pauca.* Leid. qu. *nos si p.* Idem. — *Vt instituimus.* MSS. IV, et ed. Omn. *uti inst.* Idem. — *Ab oratore aut poëta.* Voss. pr. Leid. qu. ed. Omn. *aut a p.* ter. *et poëta.* Leid. pr. *a poëta.* Id. — *Praecipere de artificio.* Verbum exsulat a Leid. qu. Id. — *Sed ipsos etiam.* MSS. V, *sed etiam ips.*

*uti, nostris exemplis usi sumus*) Lamb. ed. *Quibus in rebus opus fuit exemplis, nostris usi sumus.* Pith. *Quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus.* Id.

*Qui de hac re scripserunt*) Duisb. *Qui de hac arte scripserunt.* In ipso libri initio Pith. et Medic. cum aliis MSS. non agnoscit praenomen *C.* Sed scribitur *in hoc libro, Herenni.* Id. Ita etiam in MS. Traiect. Burm.

*Necessario faciendum est*) Medic. *Necessario faciundum est.* Gron.

*Nunc si pauca*) Duisb. *Non, si pauca.* Id.

*Compluribus de causis oportere*) Medic. *Disputant.* Vtique et sic claudit: *Magis nos auctoritate sua commovent, quam veritate disputationis;* ubi mirifice codex Mediceus habet: *Haec illi quum dicunt magis nova auctoritate disputationis, illud veremur, ne tui satis sit.* Gron. Medic. *Compluribus de causis disputant oportere;* bene. Graev.

*Non satis habere praecipere de artificio*) Duisb. *Non satis habere artificio.* Id.

*Sed ipsos etiam videri*) Duisb. *Sed*

ipsos etiam videri velle artificiose gignere exempla: hoc est, inquiunt, ostentare se, non ostendere artem. Quare pudor in primis est ad eam rem impedimento, ne nos solos probare, nos amare, alios contemnere et deridere videamur. Etenim quum possimus ab Ennio sumtum, aut a Graccho ponere exemplum, videtur esse arrogantia, illa relinquere, et ad sua devenire. Praeterea exempla testimoniorum locum obtinent. Id enim, quod admonuerit, et leviter fecerit praeceptio, exem-

Voss. tert. *sed etiam se ipsos.* Leid. qu. *sed iam ips.* Ed. Med. caret τῷ *etiam.* Id. — *Ad eam rem.* Voss. tert. *ad ea.* Idem. — *Ab Ennio sumtum.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. edd. pp. *ab E. sumere*: deest *sumtum* Leid. tert. Id. — *Videtur esse arrogantia.* Leid. tert. *videatur*; deest *esse* Leid. qu. *arrogantiam* Voss. pr. *arrogantiae* Voss. tert. Leid. sec. tert. qu. In. Lips. *arrogantiae.* Ern. — *Id enim quod admonuerit, et leniter praeceperit ars, et ratio exemplo* etc. Ita legit Lamb. Idem, ubi alii *domestico pugnet, domesticis testibus* habet: in Leoniceni editione *domesticis testimoniis pugnet* modo legitur; sequentia verba, *Et sui ipsius testimonio abutatur*, absunt, et sane, ut dicam quod sentio libere, videntur redundantia; et rei explicandae causa ad-

*ipsos inm videri.* Lamb. ed. *sed etiam ipsos videri velle.* Id.

*Ne nos solos probare*) Cauch. *Ne ut nos solos.* Id.

*Quum possimus ab Ennio sumtum, aut a Graccho ponere exemplum*) Scripti omnes *sumere.* Neque enim τοῖς *ponere a Graccho* debet necessario opponi *sumtum.* Ipse ait cap. 3, dicens: *ponimus hoc exemplum a Crasso.* Gron. Duisb. *Quum possimus ab Ennio, aut a Graccho ponere exemplum*: non male. Sic etiam inferius loquitur cap. 3: *Ponimus hoc exemplum a Crasso*, ut lac. Gronovius quoque notavit, qui in suis MSS. invenerit: *quum possimus ab Ennio sumere, aut a Graccho ponere exemplum.* Al. MS. *ab Ennio sumere, aut a Graccho.* Graev. Sic supra, ubi legitur, *aut poëta probato sumtum ponere exemplum*: in MS. Traiect. deest *sumtum.* Byam.

*Videtur esse arrogantia*) Quidam liber MS. habet, *videtur esse arrogantiae*: legendum fortasse est, *videtur esse arrogantis*; quamquam nihil mihi mutandum videtur. Sic enim supra non longe locutus est ibi: *propterea quod videatur esse ostentatio.* Lamb. Tres MSS. Pith. Cauch. Duisburg. et editio Cratandri itidem, *videtur esse arrogantiae*: nisi quod in Duisb. etiam non compareat *esse.* In Pith., est quoque *videtur esse arrogantiae*: sed edd. prima, Mediol. Stephanorum, aliaeque cum vulgatis legunt *arrogantia*: utram sequamur, digitum non verterim. Graev.

*Id enim quod admonuerit*) Pith. et margo Cratand. *Etenim quod admonuerit.* Id.

*Et leviter fecerit praeceptio, exemplo*) Lamb. ed. *Et leviter praeceperit ars et ratio, exemplo.* Id.

plo, sicut testimonio, comprobatur. Non igitur ridiculus sit, si quis in lite, aut in iudicio, domesticis testimoniis pugnet, et sui ipsius abutatur exemplo? Vt enim testimonium, sic exemplum, rei confirmandae causa sumitur. Non ergo oportet hoc, nisi a probatissimo sumi, ne, quod aliud confirmare debeat, egeat ipsum confirmationis. Etenim necesse est aut se omnibus anteponant, et sua maxime probent; aut negent optima esse exempla, quae a probatissimis oratoribus, aut poëtis sumta sunt. Si se omnibus anteponant, intolerabili arrogantia sunt: si quos sibi praeponant, et eo-

iecta temere locum obtinuisse. Br. — *Sicut testimonio comprobatur.* Voss. tert. *sicuti.* Leid. tert. *comprobetur.* Ovd. — *Domesticis testimoniis pugnet.* Voss. sec. *domestico pugnet.* Leid. pr. *domestico* caeteris omissis. Id. Lips. *domestico pugnet sui ipsius testimonio et abutatur.* Ern. — *Et sui ipsius abutatur exemplo.* Exsulant haec a Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. edd. pp. In Leid. pr. *et sui testimonio abutatur.* Voss. sec. Leid. qu. *et s. i. testimonio ab.* Quomodo vel legendum, vel cuncta haec delenda sunt. Ovd. — *Egeat ipsum confirmationis.* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. qu. edd. pp. *egeat id ipsum c.* Voss. tert. *id egeat ipsum.* Bene. Tum Leidd. sec. qu. edd. pp. *confirmatione.* Id. — *Aut poëtis sumta sunt.* Voss. pr. sec. ed. Omn. *aut a p.* deest *sumta* ed. Med. *sint* Voss. sec. tert. Leid. pr. sec. edd. pp. Id. — *Intolerabili*

*Non igitur ridiculus sit*, etc. Sic habent omnes fere libri et vulgati, et MSS. quod idcirco adnotavi, quod quidam temere reposuerunt: *Nonne igitur*: quasi vero *non*, sequente nota interrogationis, non idem valeat, quod *nonne*. Lamb. Duo MSS. Pith. et Duisb. *Non igitur ridiculum sit.* Graev.

*Aut in iudicio domesticis testimoniis pugnet, et sui ipsius abutatur exemplo*) Secutus sum auctoritatem Pal. primi, quibus suffragantur et alii, nisi quod ii, *testimonio abutatur.* Victorii editio invexit, *iudicio domestico pugnet, et sui ipsius testimonio abutatur;* at velim doceri, quid sit illud *iudicium domesticum.* Grvt. Vict. et al. edd. *In iudicio domestico pugnet; et sui.* Pith. MS. *In iudicio testimonio pugnet domestico.* Rob. Steph. ed. *In iudicio domesticis pugnet testimoniis.* Lamb. ed. *Aut in iudicio domesticis testibus pugnet.* Optime Palatini, quibus suffragatur Duisb. quos cum Grutero sequor. Graev.

*Sui ipsius abutatur testimonio*) Grut. ed. *Sui ipsius abutatur exemplo.* Duisb. Pith. et edd. pleraeque: *sui ipsius abutatur testimonio.* Cratand. ed. *sui testimonio abutatur;* quod male Gruterus interpolavit, quum non tantum optimi codices et editiones repugnent, sed et sequentia innuant scribendum *testimonio*; quum dicit, quod in iudicio testimonium sit, hoc exemplum esse in praeceptione. Id.

*Egeat ipsum confirmationis*) Pith. *Egeat id ipsum confirmationis.* Id.

*Intolerabili arrogantia sunt*) Duisburg. *Intolerabili arrogantia sint.* Id.

rum exempla suis exemplis non putent praestare, non possunt dicere, quare sibi illos anteponant.

2. Quid igitur ipsa auctoritas antiquorum? nam cum res probabiliores, tum hominum studia ad imitandum alacriora reddit: imo erigit omnium cupiditates, et acuit industriam, quum spes iniecta est, posse imitando, Gracchi, aut Crassi consequi facultatem. Postremo hoc ipsum est summum artificium, res varias et dispares in tot poëmatibus, et orationibus sparsas, et vage disiectas, ita diligenter eligere, ut unumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere possis. Hoc si industria solum fieri posset, tamen essemus laudandi, quum talem laborem non fugissemus: nunc vero sine summo artificio non potest fieri. Quis est enim, qui non, quum summe teneat artem, possit

*arrogantia sunt.* Voss. tert. *intolerabilis arr. est.* Leid. qu. *sint.* Id. — *Non puteut praestare.* Voss. tert. Leid. pr. *putaut.* Id.
2. *Quid igitur ipsa auct.* Deest *igitur* Leid. pr. *ipsa* abest a Leid. qu. Ovd. — *Quum res probabiliores.* Voss. sec. *quo.* Leid. sec. *tum;* qu. *probabiles.* Idem. — *In tot poëmatibus.* Ed. Med. *in t. poëmatis.* Id. — *Subiicere possis.* Leid. sec. *subiacere*, tert. *possimus.* Idem. — *Nunc vero sine summo art. n. potest f.* Apage istud *vero* auctoritate MSS. O. et edd. pp. *posse* Voss. tert. *id fieri* Voss. sec. Idem. — *Qui non, quum summe teneat artem.* Voss. pr. tert. Leid. pr. Edd.

*Non putent praestare*) Pith. *Non putant praestare.* Id.

*Quod igitur ipsa auctoritas antiquorum*) Duisb. *Quid igitur auctoritas antiquorum?* Id.

*Nam quum res probabiliores*) Pith. *Non tum res probabiliores.* Duisb. *Nam tum res probabiles.* Id.

*Hoc ipsum est summum artificium*) Al. *Hoc ipsum summum est artificium.* Idem.

*In tot poëmatibus*) Lamb. ed. *In tot poëmatis.* Id.

*Nunc vero sine summo*) Sic fecerunt citeriores, quum olim ederetur *vere.* Sed in nullo MS. alterutrum reperire potui. Gron. Edd. velt. *nunc vere sine summo.* Erfurt. et quidam alii MSS. *nunc sine summo.* Graev. Deest etiam *vero* in MS. Traiect. Burmann.

*Qui est enim, qui nisi* etc. Sic edendum curavi, partim meo iudicio adductus, partim aliorum quorumdam auctoritatem secutus, quod scriptura vulgata ferri non posset, neque me veteres codices adiuvarent. Sed, ut dicam quod sentio, hunc locum transpositione vocum depravatum esse puto. Nam si ita scribatur: *Quis est enim, qui cum non summe teneat*, etc. sententia sit aperta, et expedita: mo-

ea, quae iubeat ars, de tanta, et tam diffusa scriptura notare, et separare? Caeteri, quum legunt orationes bonas aut poëmata, probant oratores, et poëtas, neque intelligunt, qua re commoti probent: quod scire non possunt, ubi sit, nec quid sit, nec quo modo factum sit id, quod eos maxime delectet. At is, qui et haec omnia intelligit, et idonea maxime eligit, et omnia in arte maxime scribenda redigit in singulas rationes praeceptionis, necesse est eius rei summus artifex sit. Hoc igitur ipsum maximum artificium est, in arte sua posse et alienis exemplis uti. Haec illi quum dicunt, magis nos auctoritate sua commovent, quam veritate

Med. *qui nisi cum s.* Voss. sec. *qui cum non.* Leid. sec. qu. *qui nisi summe cum.* Leid. tert. *qui non summe cum.* Ed. Omn. *qui cum non s.* dein *teneret* Voss. pr. Leid. sec. tert. qu. Omnino sententia postulat lectionem *nisi.* Id. — *Nec quid sit, nec quo m.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. qu. *aut quid sit, aut quo m.* Ed. Med. caret τοῖς *aut quid sit,* sed habet *aut quo m.* Id. — *Maxime delectet.* MSS. II *delectat.* Idem. — *Et omnia in arte maxime scribenda redigit* etc. Ita scriptum exstat in impressis, nos ex Gryphii exemplari manuscr. ita edidimus: *et omnia in arte maxima, scribendo redigit,* quae planissima lectio est: neque nos tamen, si quis vulgatam malit, pugnare volumus. Brvt. — *In arte sua posse.* Voss. O. et Leid. tres *in parte s.* Abest *posse* a Voss. tert. Ovd. — *Veritate disputationis.* Voss. pr. tert. Leid. pr. a

lestum sit tantum hoc κακέμφατον, *cum non,* quod Cicero vitare monet in Perf. Oratore. Lamb. Nonnullae edd. *Quis est enim, qui non, quum summe teneat artem.* Erf. *Quis est enim qui non, tenet quum summe artem;* prima, Mediol. Ascens. et Cratand. edd. firmant Lambini coniecturam, et eam postulat sententia; aut legendum, ut edidit Lambinus: *Quis est enim, qui, nisi summe teneat artem.* Duisburgensis sane: *quis est enim, qui, nisi cum summe teneat artem.* Quod et ipsum aptius est huic loco. Nam vulgata ferri non potest, quum contrariam huic loco sententiam prodat. Graev.

*Probant oratores et poëtas*) Erf. *Probant oratores bonos et poëtas:* non male. Id.

*Quod scire non possunt*) Lambin. ed. *Quod scire non possint.* Id.

*Nec quid sit, nec quomodo*) Duisb. *Aut quid sit, aut quomodo.* Id.

*In arte maxime scribenda*) Erfurt. *Maxime in arte scribenda;* Cauch. *In arte maxime scribenda.* Id.

*Eius rei summus artifex sit*) Pith. *Eius rei summus sit.* Id.

*In arte sua posse*) Erfurt. et Duisb. *In parte sua posse.* Id.

*Quam veritate disputationis*) Erf. et Cratand. margo: *Quam ratione disputationis.* Id

disputationis. Illud enim veremur, ne cui satis sit ad contrariam rationem probandam, quod ab ea parte steterint ii, qui et inventores huius artificii fuerunt, et vetustate iam satis omnibus probati sunt. Quod si, illorum auctoritate remota, res omnes volent cum re comparare, intelligent, non omnia esse concedenda antiquitati.

3. Primum igitur, quod ab eis de modestia dicitur, videamus, ne nimium pueriliter proferatur. Nam si tacere, et nihil scribere modestia est, cur quidquam scribunt, aut loquuntur? Sin aliquid suum scribunt,

m. pr. *ratione disp.* Idem. — *Illud enim veremur.* Exsulat *enim* a Voss. pr. Id. — *Ab ea parte steterint ii.* MSS. O. et edd. pp. carent *parte.* Bene; deest *ii* Leid. qu. Id. — *Fuerunt* etc. *et prob. sunt.* Voss. pr. Leid. pr. *fuerint et p. sint.* Leid. sec. tert. ed. Omn. *fuerunt et p. sint.* Leid. qu. *fuerint et pr. sunt.* Id. — *Valent comparare.* Voss. sec. Leid. sec. *volunt*, tert. *vellent.* Leid. pr. *comprobare.* Id. — *Concedenda esse aut.* Leid. qu. *comparanda e. a.* Id.

3. *Primum igitur quod ab eis de m. d.* Leid. O. *primum igitur*; (qu. *ergo*); *ab eis quod de m. d.* cum ed. Med. Bene; *de* abest Voss. sec. Ovd. *De modestia dicitur.* Vt scriptum exstat in Gryph. utroque exemplari, et Leoniceni editione, excudi curavimus; in caeteris *de* abest. Bavtvs. — *Nim. pueriliter proferatur.* Voss. pr. *n. et pueriliter* pr. suprascripto *inutiliter* a m. s. *n. pueriliter et inutiliter* Voss. pr. *n. inutiliter et pueriliter*, Leid. sec. tert. qu. et edd. pp. Voss. sec. *inutiliter pueriliterque.* Ovd. — *Tacere et nihil scribere.* Leid. sec. caret copula-

*Quod ab ea parte steterint*) Additum illud *parte* e Pall. plerisque item Suffridi scriptis et Fabriciano. Gvvt. *Quod ab ea parte steterint.* Pall. Erf. Cratand. margo, et edd. Grut. Aliae, *quod ab ea steterint.* Retinet hanc voculam etiam Duisb. Graev. et MS. Traiect. a m. s. Bvrm.

*Inventores huius artificii fuerunt*) Erf. et Cauch. *Inventores huius artificii fuerint.* Graev.

*Satis omnibus probati sunt*) Erfurt. et Cauch. *Satis omnibus probati sint.* Idem.

*Res omnes volent cum re comparare*) Malim sic legi: *Rationes volent cum rationibus comparare.* Lamb.

*Esse concedenda antiquitati*) Duisb. *Esse comparanda antiquitati.* Graev.

*Quod ab eis de modestia dicitur*) Sic Erf. Cratand. et Grut. edd. Al. edd. *Quod ab eis modestia dicitur.* Id.

*Nimium pueriliter proferatur*) Vulgati addiderant *Inutiliter et*, quod reieci, fide quatuor Pall. et Bruil. Grvt. Plerique MSS. et edd. *Nimium inutiliter et pueriliter proferatur*: Grut. *Nimium pueriliter proferatur* sic et Cauchianus. Graev.

*Et nihil scribere*) Erf. *Et nil scribere.* Pith. *Aut nihil scribere.* Idem.

cur, quo secius omnia sua scribant, impediuntur modestia? Quasi si quis ad Olympiacum venerit cursum, et steterit, ut mittatur, impudentesque illos dicat esse, qui currere coeperint, ipse intra carceres stet, et narret aliis, quomodo Ladas, aut Boius cum Sicyoniis cur-

In caeteris MSS. et ed. Med. *t. aut n. scr.* recte. Id. — *Quo secius omnia sua scrib. impediuntur m.* In nullo meorum, nec edd. pp. est *sua.* Leid. tert. *omnia* etiam ignorat. Leid. pr. tert. *impediantur.* Idem. — *Si quis ad O. venerit c.* Voss. tert. *quis ad O. cum v. c.* Id. — *Vt mittatur.* Voss. pr. *ut omittatur* supr. *imitator*, quod et suprascr. in Leid. pr. *ut amittatur* Voss. tert. *ut omittatur* Leid. sec. quart. *ut imitetur* Leid. tert. *ut emittatur* ed. Med. *ut imitatur* ed. Omn. cum Voss. sec. a m. pr. pro *immittatur* scil. Non male. Nihil tamen temere mutes. Id. — *Impudentesque.* Copula deest ed. Med. et MSS. O. excepto Leid. qu. in quo *et impudentes.* Mox *esse* non agnoscit ed. Med. Id. — *Currere coeperint.* Voss. tert. edd. pp. *c. coeperunt.* Id. — *Intra carceres.* MSS. O. et edd. pp. *intra carcerem*, nisi quod in Leid. sec. sit *intra in carcerem*, et Leid. qu. simpliciter *in carcere.* Cur numerum istum mutarunt seqq. Editores? Id. — *Ladas aut Boius cum Sicyoniis.* Ed. Med. Voss. pr. cum Leid. pr. a m. s. *Ledas.* Leid.

*Cur, quo secius omnia sua scribant*) Recepi vocem *sua* ex Pithoei codice, quod requirit sententia. Al. edd. et MSS. *omnia scribant.* Id.

*Si quis ad Olympiacum venerit cursum*) Erfurt. *Si quis Olympiacum venerit cursum.* Edd. vett. *Si quis ad Olympiac quum venerit cursum.* Lamb. ed. *si qui ad Olympiacum venerit cursum.* Id.

*Et steterit ut mittatur*) Erf. et Pith. *Et steterit ut omittatur.* Duisb. *Et steterit et ut omittatur.* Id.

*Impudentesque illos dicat esse*) Lamb. ed. *Impudentes illos dicat esse.* R. Steph. ed. *Impudenter dicat illos esse.* Pith. *Impudentesque dicat illos esse.* Id.

*Ipse intra carceres stet*) Al. *Ipse intra carcerem stet.* Id.

*Quomodo Ladas, aut Boliscus Sicyonii*) Sic restituit hunc locum Adr. Turnebus lib. XX Advers. cap. 25, quamquam putat *Boiscus* legi posse. Ego *Boiscus* malo. Xenophon sane *Boiscum* quemdam pugilem commemorat lib. V Ἀναβάσ. Lamb. Opinor scribendum *Boëus*, de quo Pausanias meminit in Laconicis; ab eoque conditam Boëam urbem fuisse in extremo Boëiatici sinus cornu scribit. F. Vrsin. Videatur super huius loci emendatione Turnebus lib. XX Advers. cap. 25. Grvt. Quum nullus non ex scriptis codicibus habeat *cum*, ea vox primo non debuit mutari. Licet *Boiscus* sit vere nomen proprium apud veteres, unde Boiscus Thessalus pugil Xenoph. V Exp. Cyri pag. 369. Nostri autem MSS. habent vel *Bois cum*, vel *Boys cum*, vel denique *Boyis cum sisoniis*, ut omnino vera manus fuerit, *Boius cum Sicyoniis*, quod interpretatur Pater lib. IV Observ. cap. 25, ubi praeter Boëos illic notatos adscripsit Βοῖος nomen (Salmas. Sol. 65). Et mirum profecto non cogitasse viros doctissimos hoc loco de his calceis, quum et ipse Balduinus hanc eorum appellationem satis illu-

sitarint. Sic isti, quum in artis curriculum descenderunt, illos, qui in eo, quod est artificii, elaborent, aiunt facere immodeste; ipsi aliquem antiquum oratorem, aut poëtam laudant, aut scripturam, sic ut in stadium artis rhetoricae prodire non audeant. Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne qua in re laudem modestiae venentur, in ea ipsa re sint impudentes. Quid enim tibi vis? aliquis inquiet, artem tuam scribis: gignis nobis novas praeceptiones: eas ipse con-

qu. *Lydas*; dein *Boys* vel *Boiis* MSS. O. cum ed. Med. item *cum Sinoniis*, *cum Sisoniis*, *cum Sissoniis*, et similiter corrupte. Suprasc. in Voss. *Sicionius.* Ovd. *Ladas, aut Bolistus Sicyonii*, Lamb. ex Adriani Turnebi coniectura. Br. Lamb. mavult *Boiscus*, et citat ad sententiam suam confirmandam locum e Cyri Αναβάσ. quam Gronov. etiam indicat. Verbvrg. — *In a. curriculum descenderunt.* Ed. Omn. *in a. periculum descenderint.* Ovdend. — *In eo, quod est artificii, elaborent.* Leid. tert. *in eo quidem artificio.* Voss. tert. Leid. qu. *elaborant.* Id. — *In stadium Rhet. artis.* MSS. plerique *in studium* cum ed. Omn. Male; *non audent* mox Leid. qu. Id. — *Venentur.* Voss. tert. *invenerunt.* Leid. qu. *venerentur.* Id. — *In ea ipsa re s. imprudentes.* Leid. tert. *et in ipsa re.* Voss. tert. ed. Med. *imprudentes.* Id. — *Artem t. scribis.* Addit *nobis* Leid. qu. Id. — *Gignis nobis novas pr.* Abest

stret in libello de eis scripto, eorumque mentio satis frequens alibi occurrat. Gron. Erf. *Laudas aut Boïs cum Sidoniis cursitarint.* Pith. *Laudas aut Boïs cum Sisoniis cursitarint.* Al. *Ladas aut Bois in Sinoniis cursitaverint.* Grut. ed. *Ladas aut Boiuscus Sicyonius cursitarint.* Lamb. ed. *Ladas aut Boïscus Sicyonii cursitarint.* Alii *Ladas aut Bolisicus Sicyonius cursitarit.* Haec omnia reiicit merito Ioann. Frid. Gronovius IV Observ. 25, probatque: *Quomodo Ladas aut Boius cum Sicyoniis cursitarit*, hoc est, calceamentis Sicyoniis, quorum etiam I de Orat. meminit: *Si mihi calceos Sicyonios adtulisses, non uterer, quamvis essent habiles, et apti ad pedem, quia non essent viriles.* Lucret. *Pulcra in pedibus Sicyonia rident.* Phrasis qualis pro Valerio Flacco: *Ambulat cum lorice*; qualis in II Antoniana: *Cum Gallicis et lacerna cucurristi.* Boius, Boëus, Βοῖος Graeca esse nomina ibidem docet, ubi vide plura. Graev.

*In artis curriculum descenderunt*) Erf. *In artis curriculum descenderint.* Id.

*Qui in eo, quod est artificii, elaborant*) Sic Duisb. Al. *Qui in eo, quod est artificii, elaborent.* Id.

*Sic ut in stadium artis rhetoricae*) Sic reposui, quum in libris omnibus, praeterquam in lib. editionis Colin. et Car. Steph. et in uno MS. legatur *in studium*, plane mendose. Lamb. Erf. *in studium artis rhetoricae.* Graev.

*Laudem modestiae venentur*) Erf. *Laudem modestiae verentur.* Duisb. *Laudem modestiae venerentur.* Id.

*Aliquis inquiet*) Erf. *Aliquis inquit.* Id.

*Artem tuam scribis, gignis*) Duisb. *Artem tuam scribis nobis, gignis.* Id.

*Gignis nobis novas*) Erf. *Gignis novas nobis.* Id.

firmare non potes, ab aliis exempla sumis; vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem. Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores, et poëtae, et suum quisque de libris sustulerit, nihil istis, quod suum velint, relinquetur. At exempla, quoniam testimoniorum similia sunt, item convenit, ut testimonia, ab hominibus probatissimis sumi. Primum omnium exempla ponuntur hic non confirmandi, neque testificandi causa, sed demonstrandi. Non enim quum dicimus esse exornationem, quae, verbi causa, constet ex similiter desinentibus verbis, et ponimus hoc exemplum a Crasso, *qui-*

*nobis* a Voss. tert. et mox *ipse.* Id. — *Nam si eorum volumina prehenderint.* Voss. pr. *nam si a contrariis eor.* etc. Leid. pr. a m. pr. et Voss. sec. *n. si tua volumina.* MSS. O. ed. Omn. *prenderint.* Ed. Med. *comprehenderint.* Idem. — *Quisque de libris sustulerit.* MSS. V, cum ed. Med. *de libris suis tulerit.* Voss. sec. *d. l. tuis tulerit* cum ed. Omn. Leid. qu. *quisquis d. l. tuis tulerit.* Bene, si in seqq. legas e Leid. qu. *nihil istis* (*tibi* Leid. qu.) *quod tuum esse velis, relinquetur.* V. Graev. *Velint* abest ab ed. Omn. Id. — *Item convenit.* Voss. pr. *item ita c.* Leid. qu. ed. Med. *ita conv.* Ed. Omn. *te conv.* Id. — *Ponuntur hic non confirmandi, neque.* Ed. Omnib. *ponentur.* Leid. qu. *nec c. nec.* Id. — *Quibus possumus et d.* MSS. O. et edd. pp. *quod*

*Ab aliis exempla sumis*) Pith. *Ab aliis exemplis sumis.* Idem.

*Volumina prehenderint*) Pith. *Volumina apprehenderint.* Id.

*Et suum quisque de libris sustulerit*) Haec scriptura est profecta in Gruterianas et omnes illam sequentes editiones, ex emendatione et coniectura Turnebi, quum omnes editi ante Gruterum, quos quidem vidi, vidi autem plurimos, et plerique MSS. *et suum quisque de libris suis tulerit*; corrupte quidem, unde Turnebo emendandi fuit occasio data, *suis tulerit* mutandi in *sustulerit*: sed invitis libris omnibus non erat recipiendum in contextum. Veram auctoris manum nobis servarunt Cauch. et Duisb. membranae: *Et suum quisque de libris tulerit*; *ferre* pro auferre. Virg. *Omnia fert aetas, animum quoque.* Id.

*Nihil istis, quod suum velint, relinquetur*) *Istis*, nimirum libris. Non inepte tamen Duisb. *Nihil tibi, quod tuum esse velis, relinquetur.* Si plures libri consensissent, non repugnarem. Idem.

*Item convenit*) Duisb. *Ita convenit.* Idem.

*Primum omnium exempla*) Erf. *Primum omnia exempla.* Id.

*Non confirmandi, neque testificandi*) Duisb. *Nec* (Erf. *neque*) *confirmandi, nec testificandi.* Id.

*Esse exornationem*) Erf. *Exornationem esse.* Id.

*bus possumus*, *et debemus*, non testimonium collocamus, sed exemplum. Hoc igitur interest inter exemplum, et testimonium: exemplo demonstratur id, quod dicimus, cuiusmodi sit: testimonio, esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. Praeterea oportet testimonium cum re convenire: aliter enim rem non potest confirmare. At id, quod illi faciunt, cum re non convenit. Quid ita? quia pollicentur artem se scribere, et exempla proferunt ab iis plerumque, qui artem nescierunt. Tum quis est, qui possit id, quod de arte scripserit, comprobare, nisi aliquid scribat ex arte? Contraque faciunt, quam polliceri videntur: nam quum scribere artem instituunt, videntur dicere se excogitasse, quod alios docerent: quum vero scribunt, ostendunt nobis, quid alii excogitarint.

*p. et d.* Ovd. Huius loci restituti laus Lambino debetur. Antea enim *quod possumus*, ut ad vocem *testimonium* referretur, legebatur: et quidem nulla cum ratione. Crassi enim sunt verba ex eius oratione, exempli causa ad genus illud orationis demonstrandum sumta. Brvtvs. — *Non testimonium c.* Deest *non* Voss, tert. Leid. sec. tert. qu. ed. Omnib. Ovd. — *Quid ita.* Voss. pr. Leid. pr. *Cur ita.* Voss. sec. *quid igitur.* Id. — *Aliquid scribat ex arte.* Voss. tert. *a. s. de arte.* Id. — *Quod alios docerent.* Leid. tert. *ut aliquos d.* Voss. O. et ed. Omn. *q. a. doceant.* Leid. pr. *q. a. docent.* Id. — *Alii excogitarint.* Leid. tert. ed. Omn. *a. excogitaverint.* Id.

*Quibus possumus, et debemus*) Haec sunt ex oratione Crassi, quam habuit ad Quirites, quum ageret causam senatus. Sic autem hunc locum restitui ex lib. I de Orat. ad Q. Fratrem, ubi plura ad hunc locum pertinentia referuntur, ex quibus haec tantum adscribam: *Nolite sinere nos cuiquam servire, nisi vobis universis, quibus et possumus et debemus.* Lamb. Vulg. *omnes quod possumus et debemus.* Pithoean. *quod possumus et debemus.* Graev.

*Non testimonium collocamus*) Negativam addidi suasu Pal. quarti ac quinti, nec aliter Bruil. Grvt. Ab edd. et plerisque MSS. abest *n.* Grut. ed. *Non testimonium collocamus, sed exemplum.* Graev.

*Exemplo demonstratur*) Erf. *Quod exemplo demonstratur.* Id.

*Praeterea oportet testimonium cum re convenire*) Erf. *Convenit testimonium cum re convenire;* non male. Id.

*Aliter enim rem non potest*) Erf. *Aliter enim non potest rem.* Id.

*Confirmare, at id*) Erf. *Confirmare, quid ita? ut id.* Id.

*Non convenit. Quid ita? quia*) Erf. *non convenit; quia.* Id.

*Scribere et exempla*) Erf. et Pith. *scribere, exempla.* Id.

*Aliquid scribat ex arte*) Pith. *aliquid scribat de arte.* Id.

4. At hoc ipsum difficile est, inquiunt, eligere de multis. Quid dicitis difficile? utrum laboriosum, an artificiosum? Si laboriosum, non statim praeclarum: sunt enim multa laboriosa, quae si faciatis, non continuo gloriemini: nisi forte etiam, si vestra manu fabulas, aut orationes totas transcripsissetis, gloriosum putaretis. Sin autem istud artificium egregium dicitis; videte, ne insueti rerum maiorum videamini, si vos parva res, sicuti magna, delectat. Nam isto modo eligere rudis quidem nemo potest, sed sine summo artificio multi. Quisquis enim audierit de arte paullo plus,

4. *Nisi forte etiam si.* Deest *forte* Voss. pr. Leidd. O. In Voss. tert. *nisi etiam si forte.* Leid. qu. *nisi etsi.* Oud. — *Sin a. istud artificium egr. dicitis.* Leid. pr. *s. a. i. artificiosum et egr.* MSS. caeteri et edd. pp. *s. a. i. artificiosum egregium.* Quae unice vera est lectio. Id. — *Insueti rerum maiorum videamini.* Leid. pr. a m. pr. *insinuetis cum maiores.* Voss. tert. *insinuati r. m.* ed. Med. *vos ins. r. m.* deest verbum Leid. qu. Id. — *Quisquis enim audierit.* Sic solus dat Voss.

*At hoc ipsum difficile est*) Erf. non agnoscit *at.* Al. *at hoc ipsum est difficile.* Id.

*Si laboriosum*) Ab Erf. abest *si.* Id.

*Nisi forte etiam, si vestra manu*) Duisb. *nisi etiam etsi vestra manu.* Lamb. et al. edd. *nisi forte si vestra manu.* Al. edd. *nisi etiam si vestra manu.* Idem.

*Orationes totas transcripsissetis*) Duisb. *orationes totas transcripsetis.* Idem.

*Gloriosum putaretis*) Erf. *gloriosum id putaretis.* Idem.

*Sin autem istud artificium egregium dicitis*) Scripti nostri omnes *artificiosum*, ut omnino decet esse, sive construas *sin autem istud artificiosum dicitis egregium*, sive *sin autem istud difficile dicitis artificiosum egregium*, quod doctius est quam ferre potuerunt, plane ut alii semidocti haeserunt ad illa *pessimum publicum*, *optimum publicum*, de quo alias. Gron. Edd. et multi MSS. *Sin autem istud artificium egregium dicis.* Cratand. margo: *sin autem istud artificiosum et egregium dicitis.* Erf. et Cauch. nec non illi MSS. quos Iac. Gronovius excussit, *sin autem istud artificiosum*, idque merito probat. Graev.

*Videte ne insueti rerum maiorum videamini*) Erf. et Cratand. margo: *videte ne* (Erf. *neve*) *vos insinuetis vos minores; quam maiores videamini.* Id.

*Sicuti magna delectat*) Erf. *sicut magna delectarit.* Id.

*Nam isto modo eligere*) Duisburg. *Nam eligere.* Id.

*Rudis quidem nemo potest*) Erfurt. *rudis quidem nemo poterit.* Id.

*Quisquis enim audierit de arte*) Erf. et Pith. *Quisquis enim audivit de arte.* Id.

in elocutione praesertim, omnia videre poterit, quae ex arte dicuntur, facere nemo poterit, nisi eruditus; ita ut, si de tragoediis Ennii velis sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos, quia plane rudis id facere nemo poterit, quum feceris, te literatissimum putes, ineptus sis; propterea quod id facile faciat quivis mediocriter literatus: item si, quum ex orationibus, aut poëmatis elegeris exempla, quae certis signis artificii notata sunt, quia rudis id nemo facere possit, artifi-

sec. In caeteris MSS. et edd. pp. *q. e. audivit.* Id. — *Quae ex arte dicuntur.* MSS. O. et edd. pp. *q. e. a, dicentur.* Id. — *Ita ut* etc. Ed. Med. *ita tu.* Id. — *Quia plane rudis.* Leid. pr. Voss. tert. ed. Med. *si quia p. r.* Voss. pr. *non si* suprascr. *nonne si.* Voss. sec. Leid. sec. qu. *num si, quia p. r.* Verissime: ut iam vidit Graevius. Desunt haec Leid. tert. nisi quod tamen agnoscat *num.* Id. — *Quum feceris.* Voss. tert. *cum id faceres.* Idem. — *Si quum ex orat. aut poëmatis.* Deest *cum* Voss. tert. Leid. qu. *poëmatibus* MSS. O. bene; *aut ex poëmatibus*

*Quae ex arte dicuntur*) Erf. et Duisb. *quae ex arte dicentur.* Id.

*Ita ut si de tragoediis Ennii velis*) Erf. et Cauch. *Ita ut si de tragoediis velis.* Lamb. ed. *Itaque ut, si de tragoediis Ennii velis.* Al. ed. *ut, si de tragoediis Ennii velis.* Id.

*Aut de Pacuvianis periodos*) Erf. *aut de Pacuvianis periodis.* Id.

*Quia plane rudis id facere nemo poterit*) His olim praemittebatur vocula *sed*, quam deleverunt posteriores; recte, si eam non invenerunt in scriptis; verum ideo negligere non debuerant aliud, quod in omnibus vetustis codicibus legi opinor, quum certe in nostris sit, ut in Mediceo, *nam si quia;* in alio erasa antiqua, *nam si*, quod et in tertio. Habebis perfectissimam pericopem, legendo *Ita ut si de tragoediis Ennii velis sententias eligere, aut de Pacuvianis periodos, tum si, quia plane rudis id facere nemo poterit, quum feceris, te literatissimum putes, ineptus sis.* Est idem sermonis processus et interiectio vocularum istarum eadem Virgilianae I Aen. *At veluti magno in populo cum saepe coorta est Seditio, saevitque animis ignobile vulgus, Iamque faces, et saxa volant, furor arma ministrat. Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem Aspexere, silent.* Gron. Edd. ante Grut. *sed quia plane rudis id facere.* Pith. *at non quia plane rudis id facere.* Medic. *Nam si quia plane rudis id facere.* Al. *Nam si plane rudis id facere.* Sed optime Erfurt. *Num si quia plane rudis id facere nemo poterit.* Graev.

*Quivis mediocriter literatus*) Erf. *quis mediocriter litteratus* Id.

*Item si, quum ex orationibus*) Erf. *item cum ex orationibus.* Duisb. *item si ex orationibus.* Id.

*Aut poëmatibus*) Cauch. et edd. quaedam *aut poëmatis.* Id.

*Certis signis artificii notata sunt*) Pith. *certis signis artificii nota sunt.* Idem.

ciosissime te fecisse putes, erres; propterea quod isto signo videmus te nonnihil huius rei scire; aliis signis, multa scire intelligimus. Quod si artificiosum est intelligere quae sunt ex arte scripta, multo est artificiosius, ipsum scribere ex arte. Qui enim scribit artificiose, ab aliis commode scripta facile intelligere poterit: qui eliget facile, non continuo ipse commode scribit. Et, si est maxime artificiosum; alio tempore utantur ea facultate, non tum, quum parere ipsi, et gignere, et proferre debent. Postremo, in eo vim artificii consumant, ut ipsi ab aliis potius eligendi, quam

Ed Omnib. Id. — *Erres*. Voss. sec. tert. edd. pp. *erras*. Minus bene; respondet superioribus *ineptus sis*. Idem. — *Non nihil huius rei scire*. Desunt male *huius rei* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. *eius r.* ed. Omn. Id. — *Intelligimus*. Sic ed. Med. in MSS. O. et ed. Omn. *intelligemus*. Id. — *Quae sunt ex arte scripta*. Voss. pr. sec. Leid. tres *sint*, bene. Id. — *Qui enim scribit artif.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. edd. pp. *qui enim ipse scr.* In Voss. pr. Leidd. tribus *scribat*, cum ed. Med. Id. — *Qui eliget facile*. Voss. tert. *quod autem el. f.* dein *scribet* Leid. tert. Id. — *In eo vim artificii consumant*. Leid. qu. *id ipso iura art. confirmant*. Id. — *Vt ipsi ab aliis* etc. Deest *ut* Voss. tert. Leid.

*Te fecisse putes, erras* ) Lamb. et Grut. edd. *te fecisse putes, erres*, contra MSS. fidem. Id.

*Te nonnihil huius rei scire* ) Sic reposui ex Erf. Cauch. et Pith. Vulg. *te non nihil eius scire*. Id.

*Aliis signis te scire multa* ) Legendum, libris omnibus repugnantibus, *te nescire multa*. Lamb. *Aliis signis multa scire intelligemus*. Istud malui cum Pall. pr. quarto, quam vulgatum *te scire multa intelligimus*. Libri heic valde sunt mendosi; nulli tamen accedebant illi Lambiniano: *aliis signis multa nescire intelligimus*. Grvt. Al. Edd. *aliis signis te scire multa*. Pith. *Aliis signis scire intelligimus*. Lamb. ed. *Aliis signis te nescire multa intelligimus*. Graev.

*Quae sunt ex arte scripta* ) Erfurt. Cauch. et Pith. *Quae sint ex arte scripta*. Id.

*Qui enim scribit artificiose* ) Lamb. ed. *qui enim ipse scribet artificiose*. Cratand. *qui enim ipse scribit artificiose*. Id.

*Qui eliget facile* ) Pith. *qui vero eliget facile*. Id.

*Commode scribit*) Lamb. ed. *commode scribet*. Id.

*Et proferre debent*) Pith. *Et facere debent*. Id.

*Postremo, in eo vim artificii consumant* ) Duisb. *postremo id ipso iura artificii confirmant*. Id.

*Vt ipsi ab aliis* ) Duisb. *Et ipsi ab aliis*. Omnes isti versus *Commode scripta facile intelligere*, usque *ut ipsi ab aliis potius*, in Erfurtensi desiderantur, quia luscosus scriba ab his

aliorum boni electores existimentur. Contra ea, quae ab iis dicuntur, qui dicunt alienis se exemplis uti oportere, satis est dictum. Nunc, quae separatim dici possunt, consideremus.

5. Dicimus ergo, eos omnes, ideo quod alienis utantur, peccare, tum etiam magis delinquere, quod a multis exempla sumant: sed de eo, quod postea diximus, ante videamus. Si concederem, aliena oportere adsumere exempla, vincerem unius oportere; primum,

tert. ed. Omn. *et ipsi* Leid. qu. *ipsi ut* ed. Med. Idem. — *Quae ab iis dicuntur.* Voss. tert. *ab aliis.* Id. – *Dicunt alienis se ex. uti op.* Leid. sec. caret τῷ *dicunt.* Abest *se* a Leidd. pr. sec. tert. Voss. tert. (in quo suprascr. *non*) et ed. Med. Id. — *Quae separ. d. possunt.* Voss. pr. Leid. pr. Ed. Omn. *q. s. d. possint.* al. *sep. quae.* Id.

5. *Dicimus ergo eos omnes ideo quod.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert: edd. pp. *d. igitur eos tum* (vel *cum*) *ideo quod*; sec. *d. igitur omnes eos tum eo quod* Leid. qu. *d. ergo eos qui.* Mihi placet plerorumque MSS. et edd. pp. lectio. Oud. Gronov. veteres codices habere, idque rectum esse dicit: *eos, cum ideo, quod.* Lips. *eos, tum quod.* Ern. — *Alienis utantur. Exemplis* addit ed. Med. Oud. *Ideo quod alienis utantur.* Ita in impressis legitur: in uno Gryph. multo planius: *quum in eo, quod alienis utantur*, quae eadem lectio in Leonic. libro habetur. Brut. — *Magis delinquere.* Eadem *multo magis.* Voss. tert. *peccare.* Id. — *Sed d. e. q. p. diximus, ante v.* Leid. pr. qu. *et.* Ed. Omn. *sed et.* Leid. qu. *dixerimus*; deest *ante* Voss. tert. In MSS. V, *antea.* Id. — *Assumere exempla.* Voss. tert. *sumere e.* Id. — *Vincerem unius oporte.* Voss. tert. Leid. tert. ed. Med. *convincerem u. o.* Idem. — *Primum quod contra hoc u. s. eorum ratio.* Deest *quod* verbis *ab aliis*, neglectis quae interveniebant, transilit ad inferiora, ubi itidem *ab aliis* habetur. Id.

*Boni electores*) Duisb. *boni doctores.* Erf. *boni electores existimantur.* Vulgg. *boni electores existimentur.* Id.

*Nunc quae separatim*) Legendum, ut habent duo libri manuscripti, *nunc separatim, quae* etc. Lamb.

*Dicimus ergo eos omnes*) Sic nullus veterum codicum, qui habent *D. e. eos cum ideo, quod alienis utantur, peccare, tum etiam magis*; quod est rectissimum. Gron. Erf. *Dicimus igitur eos, cum ideo, quod alienis utantur.* Pith. *Dicimus ergo eos, tum ideo quod alienis utantur.* Edd. vulgatae *Dicimus ergo, eos omnes ideo quod alienis utantur.* Brevius Duisb. *dicimus ergo qui alienis utuntur.* Adprobanda scriptura Erfurtensis, quam et in aliis libris invenerunt viri docti, et probarunt, quamvis valde mihi blandiatur Duisburgensis codicis brevitas. Graev.

*Sed de eo, quod postea diximus*) Erf. et Duisb. *Et de eo, quod postea diximus.* Id.

*Vincerem unius oportere*) Erf. *vincerem unius illos oportere.* Pith. *convincerem unius oportere.* Id. Mendum hic latere videtur; quippe τὸ *vincerem* sensum reddit ineptum. Sensus planus fit, si *dicerem* reponatur. Moran.

*Primum quod contra hoc*) Lamb. ed. *primum contra hoc.* Graev.

quod contra hoc nulla staret eorum ratio: liceret enim eligerent, et probarent quemlibet, qui sibi in omnes res suppeditaret exempla, vel poëtam, vel oratorem, cuius auctoritate niterentur. Deinde interest magni eius, qui discere vult, utrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse. Si enim putabit posse omnia penes unum consistere, ipse quoque ad omnium nitetur facultatem: sin id desperabit, in paucis se exercebit, ipsis enim contentus erit. Nec mirum, quum ipse praeceptor artis omnia penes unum reperire non potuerit. Adlatis igitur exemplis a Catone, a Gracchis, a Laelio, a Scipione, Galba, Porcina, Crasso, Antonio, caeterisque; item sum-

Voss. tert. *haec* Voss. pr. deest ed. Omn. *illorum* MSS. plerique et ed. Med. Id. — *Liceret enim eligerent.* Leid. pr. qu. *licet en. el.* Id. — *Vtrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium.* Vass. tert. nan male, *utrum amnia ab una, an omnia a nemine, an aliud ab alia.* Leid. qu. *utrum amnia omnia, an amnia a nemine, an aliud ab alio.* Ed. Omn. *utrum omnia ab una an am. neminem* etc. Ed. Med. *vel aliud alium.* Id. — *Si enim putabit.* Leid. qu. *putaverit.* Id. — *Sin id disperabit.* MSS. O. et edd. pp. *si.* Leid. qu. *desperat.* Ed. Med. *desperaverit.* MSS. V, et ed. Omn. *si id desperarit*, bene. Id. — *Rep. nan potuerit.* Voss. tert. edd. pp. *r. n. poterit.* Id. — *A Catone.* Voss. tert.

*Staret eorum ratio*) Erf. *staret illorum ratio.* Id.

*Liceret enim eligerent*) Ita Edd. vulg. Longe cammodins et suavius Erfurt. Duisb. Cauch. et Cratand. aliaeqne velt. edd. *licet enim eligerent.* Id.

*Vtrum unum omnia, an omnia neminem, sed aliud alium putet consequi posse*) Pall. aliquat et Petreii nastri, item Bruil. praeferunt *Vtrum ab uno omnia, an omnia a nemine, an alind ab alio;* quod an de veritate concertet cnm vulgato, perpendat aliosior me. Grvt. Erf. et al. MSS. *Vtrum ab uno omnia; an omnia a nemine, an aliud ab alia putet consequi passe.* Lamb. ed. *Vtrum unum aliquem omnia* etc. Graev.

*Si enim putabit*) Duisb. *si enim putaverit.* Id.

*Penes unum consistere*) Erf. *Passe omnia per unum consistere.* Id.

*Sin id desperabit*) Al. *si id desperabit.* Al. *sin id desperarit.* Duisb. *sin id desperat.* Id.

*Ipsis enim contentus erit*) Edd. nonnullae ex coniectura Lambini *ipsis etiam contentus erit.* Lamb. ed. *his enim contentus erit.* Id.

*Omnia penes unum*) Pith. *omnes penes unum.* Id.

*Reperire non potuerit*) Al. *reperire non poterit.* Id.

*A Gracchis*) Pith. *a Graccho.* Id.

tis aliis a poëtis, et historiarum scriptoribus, necesse erit, eum, qui discet, ab omnibus putare omnia, ab uno pauca vix potuisse sumi. Quare si unius alicuius esse similem satis habebit, omnia, quae omnes habuerint, solum habere se posse diffidet: ergo inutile est ei, qui discere vult, non putare unum posse omnia. Igitur nemo in hanc incidet opinionem, si ab uno exempla sumsissent: nunc hoc signi est, ipsos artis scriptores non putasse unum potuisse in omnibus elocutionis partibus enitere, quoniam neque sua protulerunt, neque unius alicuius, aut denique duorum, sed ab omnibus oratoribus, et poëtis exempla sumserunt.

*a Platone.* Idem. — *Item sumtis aliis.* Leid. sec. *item sumtisque a.* Ed. Med. *itemque.* Id. — *Et historiarum script.* Voss. pr. *et ab h. sc.* Ed. Med. *historiae.* Id. — *Si unius a. esse similem.* Voss. pr. *un. al. esse se sim.* a Voss. sec. abest *si.* In tert. et Leid. pr. *se un. al. esse sim.* sec. ed. Med. *unius se alic. sim. esse*; tert. *un. al. se esse sim. qu. un. al. sim. se esse.* Placet mihi Voss. primi lectio. Id. — *Non putare, unum posse omnia.* Leid. qu. *putare, neminem omnia posse.* Id. — *In hanc incidet op.* Voss. tert. *indicet.* Leid. tert. *incideret.* Benc. In MSS. caeteris et Edd. pp. *incideret.* Oud. *Incideret* edidimus, cum Lambino assensi, tum auctoritatem manuscrip. secuti: *incidet* legitur in excusis libris. Leonic. tamen *incideret* habet. Br. — *Hoc signi est.*

*Aliis a poëtis et historiarum scriptoribus* ) Erf. *Aliis a poëtis aliis historiarum scriptoribus;* lege *Aliis a poëtis, aliis ab historiarum scriptoribus.* Id.

*Ab omnibus putare omnia* ) Erfurt. *putare ab omnibus omnia.* Id.

*Quare si unius alicuius esse similem.* Erf. *Quare unius alicuius esse similem.* Duisb. *quare se unius alicuius esse similem;* unde non inepte Lambinus edidit *quare si se unius alicuius esse similem;* quamvis et Duisburgensis non sit spernendus. Id.

*Solum habere se posse* ) Erf. *se solum habere potuisse.* Id.

*Non putare unum omnia posse* ) Sic quidam Pall. alii *putare a nemine omnia posse.* Gembl. et Br. *putare neminem omnia posse;* quod forte melius recepto. Grut. Erf. et al. *putare a nemine omnia posse.* Duisb. et alii MSS. *putare neminem posse omnia.* Edd. *Putare non unum omnia posse.* Graev.

*In hanc incidet opinionem* ) MSS. tres *incideret*, quod et notum Lambino et prioribus. Gron. Erfurtensis, et tres alii a Iacobo Gronovio consulti, nec non editio Cratandri, Rob. Stephani, Lambini, aliaeque *In hanc incideret opinionem*, rectius quam vulgatae *in hanc incidet opinionem.* Graev.

*Si ab uno exempla sumsisset* ) Pith. *si ab uno exempla sumserit.* Cauch. *si ab uno exempla sumsissent.* Id.

Deinde, si quis velit artem demonstrare, nihil prodesse ad discendum, non male utatur hoc adiumento, quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit. Quod igitur iuvat eorum rationem, qui omnino improbent artem, id, non ridiculum est, ipsum scriptorem artis suo indicio comprobare? Ergo ab uno sumenda fuisse docuimus exempla, si semper aliunde sumerentur.

6. Nunc omnino aliunde sic intelligemus sumenda non fuisse. Primum omnium, quod ab artis scriptore adfertur exemplum, de eius artificio debet esse, non ut si quis purpuram, aut aliud quidpiam vendens, dicat: Sume a me; sed huius exemplum aliunde rogabo,

MSS. IV *hoc signum e.* Id. — *Deinde si quis v.* Leid. tert. qu. *denique s. q. v.* Optime. Tum *utetur* Voss. pr. tert. Id. — *Vnus omnes artis p.* Leid. qu. *unius o. a. p.* Id. — *Consequi nemo potuerit.* Leid. tert. qu. Edd. pp. *c. n. poterit.* Id. — *Quod ig. iuvat.* Voss. tert. Leid. qu. *quid ig. i.* Idem. — *Improbent artem.* Leid. tert. Ed. Med. *improbant*, qu. *probent.* Id.

6. *Sic intelligemus.* Deest *sic* Voss. tert. Leid. qu. *intelligamus* Voss. tert. al. et Ed. Med. *intelligimus.* Ovdend. — *De eius artificio.* Voss. sec. *de eiusdem a.* Voss. pr. tert. Leidd. pr. a m. s. item sec. tert. Ed. Med. *eius artificii.* Id. — *Non ut si quis.* Deest *non* Voss. tert. Leid. qu. Ed. Med. Id. — *Sume a me.* Voss. pr. Leid. pr. *sume hoc a me.* Id. — *Si merces ipsi qui v.* Voss. sec. *aut si.* Voss. pr. Leid. sec. tert. qu. ed. Med. *mercem.* Bene; *illi* Leid. sec. Idem. — *Exem-*

*Deinde si quis velit artem demonstrare*) Lamb. ed. *Deinde si quis velit demonstrare, artem.* Cratandri margo *denique si quis velit artem;* quod si est ex MSS. valde probo. *Denique* enim est, ut alibi notavi, et paucis, aut uno verbo dicam, pro quo Cicero dicit alibi *ad summum*, *noli quaerere, quid quaeris?* Graev.

*Nihil prodesse ad discendum*) Cauch. *nihil prodesse ad dicendum.* Id.

*Non male utatur hoc argumento*) Pith. *non magis utatur hoc argumento.* Id.

*Quod unus omnes artes*) Duisb. *quod unius omnes artis.* Id.

*Quod igitur iuvat*) Duisb. *quid igitur iuvat.* Id.

*Iuvat eorum rationem*) Al. *iuvat horum rationem.* Id.

*Qui omnino improbent artem*) Mediceus *prohibent.* Gron. Duisb. *qui omnino probent artem.* Graev.

*Sic intelligemus sumenda non fuisse*) Cauch. *sumenda non fuisse sic intelligemus.* Id.

*De eius artificio debet esse*) Erf. *eius artificio debet esse.* Id.

*Non ut si quis purpuram*) *Non* abest a Duisb. Id.

tibique ostendam. Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent aliud mercis; ut si acervos se dicant tritici habere, et eorum exemplum pugno non habeant, quod ostendant: si Triptolemus, quum hominibus semen largiretur, ipse ab aliis id hominibus mutuaretur: aut si Prometheus, quum mortalibus ignem dividere vellet, ipse a vicinis cum testa ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculus videretur? Isti

*plum quaeritent aliud m.* Voss. pr. *exempla quaeritant m.* deest quoque *aliud* Leid. sec. tert. qu. Edd. pp. et subducta est vox illa in Leid. pr. delenda est omnino; *quaeritant* etiam in MSS. O. et Edd. pp. Id. *Vt si acervos.* Ista *ut si non* leguntur in Voss. pr. tert. et Leid. ullo; *aut si* Voss. sec. et Edd. pp. Id. — *Se dicant habere.* Sic Leid. tert. et Ed. Omn. In caeteris *dicunt.* Id. — *Et e. exemplum p. n. habeant.* Leid. pr. Voss. sec. tert. *sed.* Leid. tert. *exempla.* MSS. O. et Edd. pp. *habent.* Id. — *Cum hominibus.* Vt in vetustis exemplaribus scriptum extat, *hominibus* edi iussimus: *omnibus* retinent vulgati. Br. — *Id hominibus mutuaretur.* Leid. sec. *idem h. semen m.* Deest *id* Leid. tert. in quo *mutuaret*, uti in Leid. qu. *h. id ipse m.* Ed. Omn. Oud. — *Non rid. videretur.* Leid. tert. Ed. Omn. *num r. v.* Ed. Med.

*Tibique ostendam* ) Rectius Erfurt. *tibi quod ostendam*, et sic C. Stephani, Cratand. et Lambini edd. Id.

*Si merces ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent aliud mercis* ) Duisb. *Si merces ipsi qui vendicant.* Erf. *Sic mercem ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritant mercis*, et sic fere Lambini editio *Si mercem ipsi qui venditant, aliunde exemplum quaeritent eius mercis.* Delendum sane videtur *aliud.* Nullum enim ante aliud habuerunt exemplum, quo ab hoc distingueretur, quod quaerebant. Idem.

*Vt si acervos se dicant tritici habere* ) Erf. *Acervos te se dicunt tritici habere.* Pith. *ut si acervos se dicunt tritici habere.* Edd. nonnullae et margo Cratand. *aut si acervos se dicant tritici habere.* Id.

*Et eorum exemplum pugno non habeant* ) Erf. *eorum exemplum pugno non habent.* Pith. *Sed eorum exemplum pugno non habent.* Id.

*Cum hominibus semen*) Edd. quaedam *cum omnibus semen.* Id.

*Ipse ab aliis id mutuaretur* ) Vocem *hominibus*, quae interiecta erat inter illas duas *alius id*, Aurato auctore sustuli. Lamb. Edd. *Ab aliis hominibus id mutuaretur.* Lamb. ed. *ab aliis id mutuaretur.* Pith. *Ipse ab aliis hominibus id mutuaret.* Graev.

*Cum testa ambulans*) Cod. Cauch. *cum testo ambulans;* unde Cauchius coniicit forte legendum *cum testu ambulans.* At *testo* non damnandum. Nam veteres dixerunt *testum*, *testa*, et *testu*, quod Charisius indeclinabile censet esse, ut *genu.* Vide viri et amici, quum in vivis esset, summi Nicolai Heinsii notas ad lib. II Fast. Ovidii vs. 645. Id.

*Non ridiculus videretur* ) Erf. *Ridiculum videretur.* Duisb. *ridiculus videretur*, sine non. Id.

magistri, omnium dicendi praeceptores, non videntur sibi ridicule facere, quum id, quod aliis pollicentur, ab aliis quaerunt. Si, qui se fontes maximos, penitus absconditos, aperuisse dicat, et hoc, sitiens quam maxime, loquatur, neque habeat, qui sitim sedet, non rideatur? Isti quum non modo dominos se fontium, sed se ipsos fontes esse dicant, et omnium rigare debeant ingenia, non putant fore ridiculum, si, quum id polliceantur aliis, arescant ipsi siccitate. Chares a Lysippo statuas facere non isto modo didicit, ut Lysippus

*nonne r. v.* Leid. qu. caret τῷ *non.* Idem. — *Si qui se fontes.* Voss. sec. tert. Leid. pr. qu. Edd. pp. *si quis se f.* Idem. — *Absconditos.* Ed. Med. *absconsos.* Idem. — *Et hoc, sitiens quam maxime, l.* Leid. tert. *et hic s.* Ed. Med. *et sit hic.* Voss. pr. Omn. *Et haec sit.* Deest pronomen Leid. qu. Tum in Leid. pr. *tum maxime.* Leid. qu. *quum maxime.* Optime. Idem. — *Qui sitim sedet.* Voss. tert. *quo s. s.* Leid. qu. Ed. Omn. *Sedat.* Idem. — *Non rideatur.* Leid. tert. *num. r.* Voss. tert. *non irrideatur.* Idem. — *Quum id polliceantur aliis.* Dele vocem *aliis* auctoribus MSS. O. et Edd. pp. *pollicentur* Ed. Omn. Idem. —

*Si, qui se fontes maximos* etc. Vel sic legendum, ut edendum curavi: *Si, qui se fonteis maximos, penitus absconditos, aperuisse dicat, is haec sitiens* etc. vel sic: *Si quis se fonteis max. penit. absc. ap. dicat, et haec sitiens* etc. Lamb. Pith. *Si qui fontes maximos.* Graev.

*Et hoc sitiens quam maxime loquatur*) Edd. et MSS. *Sitiens quam maxime loquatur.* Pith. *Et his sitiens quam maxime loquatur.* Verius Erfurtensis *Et hoc sitiens cum maxime loquatur;* id est hoc loquatur illo ipso tempore, quo sitiebat. Non intellexerunt vim particularum *cum maxime*, quae notant tunc, hoc ipso tempore. Senec. Epist. 120: *Hoc quod futurum dico, quum maxime sit, et pars eius iam magna facta est.* Sed hoc primus et multis olim docuit politissimus civis meus Iustus Zinzerlingius in Promulside Critica cap. 22, quem vide. Graev.

*Neque habeat, qui sitim sedet*) Est a Pall. plerisque et Guilielmianis; supra quoque reposui *non ridiculus*, iisdem libris auctoribus. Grvt. Edd. et MSS. *neque habeat, quo sitim sedet.* Graev.

*Non rideatur*) Al. *non irrideatur.* Idem.

*Isti quum non modo se dominos*) Pith. *isti enim cum non modo.* Id.

*Quum id polliceantur aliis*) Al. *Cum id pollicentur aliis.* In Pith. non legitur *aliis.* Id.

*Chares a Lysippo*) Erf. *Chares ab Lysippo.* Id.

*Vt Lysippus caput ostenderet Myronis, brachia Praxitelis, pectus Polycleti*) Credo editoribus, in vulgatissimis exemplaribus ad hunc modum fere legi, sed ea tanti non erant, ut prae illis contemnerentur meliora. Primo enim in omnibus nostris tribus exhibetur *Praxitelae*, quod procul dubio erit in pluribus, et placuisse

caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium: sed omnia coram magistrum facientem videbat, caeterorum opera vel sua sponte considerare poterat.

7. Isti credunt, eos, qui haec velint discere; alia ratione doceri posse commodius. Praeterea ne possunt quidem ea, quae sumuntur ab aliis exempla, tam esse accommodata ad artem, quam propria; propterea

*Caput est. Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Edd. pp. *Milonis.* Leid. pr. *Milonii*: qu. *Mironii.* Voss. sec. *Myronis* ut vulgo. *Praxiteles* Voss. pr. Leid. pr. Ed. Omn. Tum *Polydecti* Leid. sec. *Polycletum* Voss. sec. *Polycleti* vulgo. Sed in Leid. pr. *Polycletii crura.*, in Voss. pr. *Polyclecius ventrem vel crura.* An scripsit auctor *p. Polycleti, Myos ventrem et crura?* Fuit enim *Mys* signorum artifex quoque. V. ad Plin. lib. XXXII, cap. 12. Artificis certe nomen latere hic videtur. Adi Graev. Idem. — *Coram magistrum facientem.* Male Voss. tert. *c. magistro faciente.* Idem.

7. *Ne possunt quidem.* MSS. plerique et Edd. pp. *nec p. f.* Ovd. — *Quam propria.* Sic dant soli Voss. sec. tert. A caeteris MSS. et edd. pp.

vetustioribus docent *Socratae*, et *Hippocratae*, quos animadvertit in notis ad Gellium nuper editis Pater. Sed eximie praestans ille Mediceus: *Caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium.* Ipsa varietate hoc magnificum et grave. Sic *Aristotelia* in Epistolis ad Atticum, et Familiares. Sic *Carneadium* in libro III de Oratore. *Hesiodium* Bruto c. 4. Gron. Varie MSS. in Erfurt. *Vt Lysippus caput ostenderet Myronius, brachia Praxiteles, pectus Polycletius ventrem ac crura, sed omnia.* Mediceus: *Vt Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium, sed omnia.* Pith. *Vt Lysippus caput ostenderet Milonis, brachia Praxitelae, pectus Polycleti, ventrem et crura, sed omnia.* Al. MS. teste Pithoeo: *Vt Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxiteles, pectus pollide cuius ventrem et crura.* Ego ex Cauchii codice sic refinxi: *Vt Lysippus caput ostenderet Myronium, brachia Praxitelae, pectus Polycletium,* (nisi quod in eo legatur *Praxitele*, pro *Praxitelae*, quod tamen servat Pithoei codex, ne longe abit Erfurtensis, in quo corrupte *Praxiteles*) et sic quoque refingendum censuit Iac. Gronovius ex Mediceo. Nam veteres dixisse *Praxitelae*, *Alcibiadae*, *Parmenidae* Pater eius docuit ad Gell. lib. I, cap. 9. At in Erfurt. et Pith. adduntur post *Polycletium* haec verba *ventrem ac crura*, ut alius artificis nomen excidisse videatur, forte *ventrem ac crura Phidiae.* Graev.

*Sua sponte considerare*) Cauch. *Sola sponte considerare*; puto legendum *soli sponte considerare.* Id.

*Qui haec velint discere*) Pith. *Qui volunt haec scire.* Id.

*Alia ratione doceri posse*) Erf. *Alia ratione docere se posse.* Id.

*Ne possunt quidem ea*) Al. *nec possunt quidem ea.* Id.

quod in dicendo leviter unusquisque locus plerumque tangitur, ne ars adpareat. In praecipiendo expresse conscripta ponere oportet exempla, ut in artis formam convenire possint: et post in dicendo, ne possit ars eminere et ab omnibus videri, facultate oratoris occultatur. Ergo etiam ut magis ars cognoscatur, suis exemplis melius est uti. Postremo haec quoque res nos duxit ad hanc rationem, quod nomina rerum Graeca, quae convertimus, ea remota sunt a consuetudine; quae enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata. Ergo haec asperiora primo videantur necesse est, idque fiet rei, non nostra, difficultate. Reliquum scripturae consumetur in exemplis: haec aliena si posuissemus, factum esset, ut, quod commodius esset in hoc libro, id nostrum non esset; quod asperius, et inusitatum, id

exsulant hae voces. Id. — *Nos duxit ad hanc r.* Leid. qu. *n. induxit ad h. r.* Ed. Omn. *n. ducit.* Id. — *Quae convertimus.* Deest *quae* Leid. pr. tert. Voss. tert. In Leid. sec. *cum convert.* Ed. Med. *quae vertimus.* In Leid. pr. quoque *vertimus.* Id. — *Earum rerum nomina.* Media vox deest Voss. tert. et Ed. Omn. Id. — *Primo videantur.* Abest *primo* a Leid. qu. *primum* Ed. Med. Id. — *Idque fiet.* Voss. pr. a m. pr. *id quod f.* Voss. tert. *fit.* Id. — *Aliena si posuissemus.* Voss. pr. *a. si subposuissemus.* Id. — *Asperius et inusitatum.* Voss. tert. Leid. sec.

*Vt in artis formam* ) Erf. et Pith. *Vti in artis formam.* Id.

*Ne possit ars eminere* ) Duisb. *ne possit eminere.* Id.

*Postremo haec quoque res nos duxit*) Erf. *Postremo et haec quoque res duxit nos.* Pith. et Duisb. *Postremo haec quoque res nos induxit.* Id.

*Nomina rerum Graeca quae convertimus* ) In veteribus libris aut non est vocula *quae*, aut abolita est prima verbi sequentis syllaba, ut alterutra haberi debeat insititia. Scribendum vero *Graeca quum vertimus.* Gron. Erf. et al. MSS. *Nomina rerum Graeca convertimus.* In Pith. scribitur *nomina rerum Graeca quae vertimus*; quam varietatem in aliis quoque libris reperiri auctor est Iac. Gronovius: unde coniicit auctorem scripsisse *nomina rerum Graeca cum vertimus.* Graev.

*Ea remota sunt a consuetudine* ) Becichemii codices scripti adiiciunt *Latina*; quod tamen in nullo nostrorum. Grvt. MS. *Remota sunt a consuetudine Romana.* Graev.

*Posuissemus, factum esset, ut quod commodius esset in hoc libro* ) Margo Cratandri: *Posuissemus, exemplorum rationem, ut quod commodi esset in hoc libro.* Id:

*Quod asperius et inusitatum* ) Erf.

proprie nobis adtribueretur. Ergo hanc qu commoditatem fugimus. His de causis, quum a ventionem Graecorum probassemus, exemplorum ra tionem secuti non sumus.

Nunc tempus postulat, ut ad elocutionis praecepta transeamus. Bipertita erit igitur nobis elocutionis praeceptio. Primum dicemus, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse. Deinde ostendemus, quas res semper habere debeat.

8. Sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras adpellamus, in quibus omnis oratio non vitiosa consu-

tert. ed. Med. *a. et inusitatius.* Id. — *Art. inv. Graec. probassemus.* Voss. pr. *improbavissemus.* Id. — *Oratoria elocutio debeat.* Voss. tert. *oratoris.* Leid. tert. *locutio.* Leid. qu. *debet.* Id. — *Habere debeat.* Ed. Omn. *habeat.* Leid. qu. *h. debebit.* Id.

8. *Sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras appellamus.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Med. *Figurae orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt.* Sed a Voss. tert. abest *figuras*, ut a Voss. sec. secundo loco *genera*, male. Oud. *Sunt igitur tria genera, quae genera.* Sic legitur in tribus manuscriptis. Br. *Figurae orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt.* Ita nostri et Gronovii Codices, pro vulgato *sunt igitur tria genera, quae nos figuras ap-*

et Lamb. ed. *Quod asperius et inusitatius.* Id.

*Graecorum probassemus*) Erf. *Probassemus Graecorum.* Id.

*Quibus in generibus semper omnis oratoria*) Erf. *Quibus in generibus eorum semper omnis oratoria.* Duisb. *Quibus in generibus eorum generum semper omnis oratoria.* Id.

*Elocutio debeat esse*) Erf. *Elocutio adhibeatur.* Duisb. ut coniecit legendum esse Lambinus in margine *elocutio debet esse.* Id.

*Sunt igitur tria genera, quae nos figuras*) Non debuit hic taceri ab illis, qui sic primo ediderunt, hanc lectionem ab ipsis fuisse compositam, quum in MSS. libris sit gemina; vel *Figurae orationis sunt tres, quas figuras alii genera nominaverunt;* vel *Figurae orationis sunt tres,* (quibus rubrica praemissis subnectitur) *sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras appellamus.* Unde si aliud nihil, in hoc temere eos peccasse intelligas, quod genus loquendi placitissimum auctori corruperunt, et repetitionem illam *figurae quas figuras*, vel *genera quae genera*, velut odiosam vitantes non dubitarint abigere vocem, quam prorsus fuisse ortam ab calamo Ciceronis, vel Cornificii probant illa *Earum rerum aliquid, quarum rerum causa* lib. II, 30; *Quarto libro, quem tibi librum* III, 1; *In eo genere, quod genus* III, 22 et talia infinita. Ita mox cap. 9: *Non denique ullum rem, quae res pertinet*, vel *pertineat*, ut alii; ubi rursum obviavit Gruterus, sed temere. Gron. Edd.

mitur; unam gravem, alteram mediocrem, tertiam extenuatam vocamus. Gravis est, quae constat ex verborum gravium levi et ornata constructione. Mediocris est, quae constat ex humiliore, neque tamen ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. Adtenuata est, quae demissa est usque ad usitatissimam puri sermonis consuetudinem. In gravi figura consumetur oratio, si quae cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri, sive propria, sive translata, sive extranea,

*pellamus.* Lall. MSS. addunt *genera*: etiam Lips. Ern. — *Tertiam extenuatam vocamus.* Voss. pr. Leid. qu. ed. Med. *t. attenuatam v.* ut mox. Leid. tert. caret verbo *voc.* Ovd. — *Gravis est.* Voss. tert. *gr. igitur est.* Id. — *Levi et ornata const.* Voss. O. Leid. sec. tert. edd. pp. *magna et orn.* Leid. pr. qu. Voss. sec. a m. sec. *leni et o.* In Leid. sec. *et adornata.* Id. — *Ex humiliore.* Voss. pr. Leid. sec. tert. ed. Med. *ex humili.* Id. — *Sive translata sive extranea.* Voss. sec. tert. Leid. pr. qu. ed. Omn. carent vocibus *sive translata.* Voss. pr. Leid. sec. tert. Ed. Med. carent vocibus *sive extranea.* Bene, ni fallor. Id. *Sive extranea* non sunt in Cod. Lips. et quidni recte? quandoquidem translata eadem sunt quoque extranea. In eodem hoc libro *nomen suum et*

*Sunt igitur tria genera, quae nos figuras appellamus.* MSS. quidam, quod et Pithoeus adnotavit, *Sunt tres, quas figuras alii nominaverunt genera.* Cauch. *Sunt igitur tria genera, nos figuras appellamus.* Reposui ex Erfurt. et Pith. *Sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras;* quod et in suis reperit Iacobus Gronovius, et aliis huius scriptoris exemplis confirmat. Graev.

*Tertiam extenuatam* ) Duisb. *Tertiam attenuatam.* Id.

*Levi et ornata* ) Ita Pal. quart. sext. Bruil. nam tert. *leni;* vulgo *magna et ornata.* Grvt. MSS. et edd. *Magna et ornata constructione.* Graev.

*Ex humiliore, neque tamen ex infima* ) Pith. *Ex humiliori, neque ex infima.* Id.

*Verborum dignitate* ) Aut Guilielmius, aut sane Wouverius, contra libros scribendum censebat *indignitate.* Grvt.

*Quae demissa est* ) Erf. *Quae dimissa est.* Graev.

*In gravi figura consumetur oratio* ) Ita plerique e nostris, item Guilielmiani, nisi quod Bruileriensis *consummabitur;* vulgata *In gravi consumetur oratio figura,* admodum turbate. Grvt. Vulgg. *In gravi consumetur oratio figura.* MS. *in gravi figura consummabitur oratio.* Id ipsum, quod Gruterus sequitur, olim expressit Lambinus. Graev.

*Si quae cuiusque rei poterunt ornatissima verba reperiri* ) Cauch. *Si quae cuiusque rei poterunt ornatissime verba repereris.* Id.

*Sive propria, sive translata, sive extranea ad unamquamque rem* ) Erf. *Sive propria, sive extranea ad unamquamque rem.* Pith. *Sive propria, sive translata ea ad unamquamque rem.* Id.

ad unamquamque rem accommodabuntur: et, si graves sententiae, quae in amplificatione, et commiseratione tractantur, eligentur: et, si exornationes sententiarum, aut verborum, quae gravitatem habebunt, de quibus post dicemus, adhibebuntur. In hoc genere figurae erit hoc exemplum: «Nam quis est vestrum, iudices, qui satis idoneam possit in eum poenam excogitare, qui prodere hostibus patriam cogitarit? quod maleficium cum hoc scelere comparari, quod huic maleficio dignum supplicium potest inveniri? In iis, qui violassent ingenuum, matremfamilias constuprassent, pulsassent aliquem, aut postremo necassent, ma-

*extraneum* opponuntur c. 31. Ern. — *Ad unamquamque rem accommodabuntur.* Voss. pr. Leid. sec. tert. ed. Med. *ea unamquamque in rem a.* Benc. V. Gronov. Voss. etiam sec. et ed. Omn. *un. in rem*, sine *ad.* Leid. qu. *ea ad un. in rem.* Voss. tert. *ad un. rem ea acc.* Oud. — *Tractantur, eligentur.* Voss. sec. tert. Leid. pr. sec. *tr. eliguntur.* Id. — *Poenam excogitare.* Voss. pr. tert. Leid. tert. qu. *poenam cogitare.* Id. — *Pr. h. patriam cogitarit.* Ed. Med. *excogitarit.* Al. *cogitaverit, cogitavit.* Id. — *Violassent ingenuum.* Sic Leid. pr. a m. sec. In caeteris MSS. et edd. pp. *ingenuam.* Id. Cod. Lips. *ingenuam*, et paullo post *aliquam.* Ern. — *M. constuprassent.* Voss. sec. *m. stuprassent.* Leid. sec. *ctis stup.* In aliis *cum' stup.* Oud. — *Pulsassent aliquem.*

*Ad unamquamque rem accommodabuntur*) Ex scriptis unus *in unamquamque rem.* Mediceus cum altero *unamquamque in rem.* An id mutari debuit? utique dixit I, 7: *In plures causas accommodari;* quod etiam habes I Invent. 18; II, 16: *Vt in omnes eadem fere possint accommodari.* II Invent. 14: *Aut in omnes eiusdem generis aut in plerasque causas accommodata.* Et ibidem cap. 51: *Quae in iudiciale causarum genus accommodantur.* Gron. MS. *In unam quamque rem accommodabuntur.* Medic. *Vnam quamque in rem accommodabuntur.* Graev.

*In amplificatione et quae commiseratione tractantur*) Ridiculos sane simios! Nam quum in Gruteriana voces illae, ut suspicor, typorum vitio lapsantes ad hunc modum aberravissent, id ut de industria factum et velut seriem ab ipso auctore datam sequuntur editio nupera Leidensis, Londinensis, et Basileensis, quum ab antiquitus editis, etiam ab Lambino, non discrepent scripti libri, exhibentes, sicut ego nunc collocavi, nempe: *quae in amplificatione et commis. tractantur.* Gron.

*Prodere hostibus cogitarit*) Pith. *Prodere hostibus excogitarit.* Graev.

*Quod maleficium cum hoc scelere comparari*) Erfurt. *Quod malefactum cum hoc scelere computari.* Id.

*Violassent ingenuum*) Sic Cauch. Duisb. et Lamb. ac Grut. edd. sed aliae edd. et MSS. plerique: *qui violassent ingenuam.* Id.

*Pulsassent aliquem*) MS. *Aliquem*

xima supplicia maiores nostri consumserunt: huic truculentissimo, ac nefario facinori singularem poenam non reliquerunt. Atque in aliis maleficiis ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria pervenit: huius sceleris qui sunt affines, uno consilio universis civibus atrocissimas calamitates machinantur. O feros animos! o crudeles cogitationes! o derelictos homines ab humanitate! quid agere ausi sunt, aut cogitare potuerunt? quo pacto hostes, revulsis maiorum sepulcris, deiectis moenibus, ovantes irruerent in civitatem: quo modo deûm templis spoliatis, optimatibus trucidatis, aliis abreptis in servitutem, matribusfamilias et inge-

Voss. pr. *verberassent al.* quod utpote gravius maxime placet. Voss. sec. tert. Leid. pr. a m. pr. *violassent.* Id. — *Maiores nostri cons.* Deest non male *nostri* Voss. tert. Leid. tert. qu. et Voss. sec. a m. pr. *sumserunt* Ed. Med. Id. — *Huius sceleris q. s. adfines.* Voss. tert. *huic sceleri* etc. Id. — *Vniversis c. atrocissimas cal. m.* Idem *omnibus c.* Leid. tert. *artificiosissimas.* Id. *O feros animos.* Voss. pr. Leid. sec. edd. pp. *O feroces a.* Id. — *Sunt aut cogitare potuerunt.* Leid. tert. *aut quid c.* Leid. pr. tert. Voss. sec. ed. Omn. *possunt.* Sed in Leid. qu. *sint* et *possint.* Id. — *Deum t. spoliatis.* Voss. tert. *Deorum t. exspoliatis.* Id. — *Abreptis in servitutem.* Sic Leid. tert. qu. vulgo *arr. pulsassent.* Erf. *Violassent aliquem.* Idem.

*Maiores nostri consumpserunt*) Erf. *Maiores consumserunt.* Id.

*Atque in aliis maleficiis*) Erfurtens. *Atqui in aliis maleficiis.* Idem.

*Derelictos homines ab humanitate*) Al. *Derelictos ab humanitate animos.* Idem.

*Qui agere ausi sunt, aut cogit* etc. Sic hunc locum restitui. Lambin. *Qui agere ausi sunt cogitare potuerunt.* Hoc quoque cavendum, ne serpat. Nam quum sic nescio unde contigisset in Gruteriana, Londinenses retenta lectione deleverunt distinctionem post τὸ *potuerunt.* Scias licet, lector, in omnibus ante editis, atque adeo etiam scriptis exstare: *Quid agere ausi sunt aut cogitare potuerunt?* Id revocavi. Et est longe efficacius; nam in mox sequentibus subintelligi debet *nempe*, estque gravis exaggeratio per enumerationem. Gron. Pith. *Aut cogitare possunt? quo pacto.* Al. *Aut cogitare possint? quo pacto.* Lambin. et Grut. edd. *Aut cogitare potuerunt, quo pacto.* Graev.

*Irruerent in civitatem*) Erf. *Irruant in civitatem.* Idem.

*Deum templis spoliatis*) Al. *Deum spoliatis templis.* Idem.

*Aliis abreptis in servitutem*) Plerique MSS. et edd. *Aliis in servitutem arreptis.* Optime Erf. et Cauch. MSS. et Lamb. editio, *aliis abreptis*, etc. Sic enim Latini loquuntur, *abripi in servitutem*, non *arripi in servitutem.* Idem.

*Virginibus, matribusfamilias, in-*

nuis sub hostilem libidinem subiectis, urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata: qui se non putant, id, quod voluerint, ad exitum perduxisse, nisi sanctissimae patriae miserandum scelerati viderint cinerem. Nequeo verbis consequi, iudices, indignitatem rei: sed negligentius id fero, quia vos mei non indigetis. Vester enim vos animus amantissimus reipublicae facile edocet, ut eum, qui fortunas omnium voluerit prodere, praecipitem proturbetis ex ea civitate, quam ipse

Id. — *Scelerati.* Leid. sec. *sceleri.* Id. — *Quia vos mei non egetis.* Ita praebent MSS. O. et edd. pp. non *indigetis*, ut vulgo. Id. — *Vos animus amantissimus reip.* Voss. sec. Leid. tert. *amantissimos.* Id. — *Praecipitem proturbatis.* Sic Voss. O. et Leid. pr. sec. al. *perturb.* Ovd. *Proturbetis* unus Gryph. habet, caeteri et impressi, et manuscripti *perturbetis*, praeter unum Lamb. qui *deturbetis* magis usitatam vocem latinis scriptoribus, habet. *Proturbare* usus est Liv. lib. V: *Iamque et alii congregati telis missilibusque et saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa, acies in praeceps deferri*, et quae sequuntur. Br. — *Quam iste* etc. *voluit.* Hoc etiam reposui ex MSS. O. et edd. pp. Vulgo *q. ipse voluerit.* Ovd.

*genuis*) Sic restitui. Nam in vulg. non est *virginibus.* Auratus praeterea legendum putabat, *ingenuis pueris.* Ego subintelligi puto vocem *pueris*; et ita supra locutus est, *qui violassent ingenuum*, etc. Lambinvs. Praeposuit Lambinus *virginibus*, superflue, nam latet ea vox sub illo *ingenuis*: quo intelliguntur et pueri simul, et puellae. Grvt.

*Sub hostilem libidinem subiectis*) Cratand. margo: *sub hostilem libidinem subactis.* Graev.

*Incendio conflagrata*) Al. *Incendio conflagrata?* Falluntur qui hanc lectionem impugnant. Sic enim Cicero alibi *fana deflagrata*, *imperium deflagratum* dixit, ut observavit etiam C. Langius in notis ad Paradoxum IV. Idem.

*Vos mei non indigetis*) MSS. tamen nostri omnes *non egetis.* Gronovivs. Erf. et Pith. aeque ut Gronoviani: *Vos mei non egetis.* Id.

*Vester enim vos animus amantissimus reipublicae*) Pith. *Vester enim animus vos amantissimo.* Idem.

*Facile edocet*) Erfurt. *Facile docet.* Idem.

*Praecipitem deturbetis*) In hoc loco restituendo Aurati auctoritatem secutus sum, quum in libris omnibus legatur *perturbetis*, plane inepte, ac mendose. Si quis tamen contendet legendum *proturbetis*, non repugnabo. Lambin. Edd. *Praecipitem perturbetis.* Lamb. ed. ex Aurati coniectura, *Praecipitem deturbetis.* Quum clare scribatur in Erfurt. et Cauch. *praecipitem proturbetis*, et id postulet sententia, ut vidit Lambinus, malui hos codices sequi, quam Aurati coniecturam. Graev. Vid. Gifan. Obs. in L. L. in *perturbare.* Bvrm.

*Quam ipse spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere*) Cauch. *Quam iste hostium spurcissimorum* etc. Erf. et edd. prim. Mediol.

spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere. »

9. In mediocri figura versabitur oratio, si haec, ut ante dixi, aliquantulum demiserimus, neque tamen ad infimum descenderimus, sic: « Quibuscum bellum gerimus, iudices, videtis, cum sociis, qui pro nobis pugnare, et imperium nostrum nobiscum simul virtute et industria conservare soliti sunt. Hi cum se, et opes suas, et copiam necessariorum norunt; tum vero nihilominus propter propinquitatem, et omnium rerum societatem, quid in omnibus rebus populus Romanus posset, scire et aestimare poterant. Hi, quum deliberassent nobiscum bellum gerere, quaeso, quae res

9. *Copiam necessariorum norunt.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. *c. necessario.* Tum Leid. pr. qu. Voss. sec. edd. pp. *norint.* Oud. — *Omnibus in rebus.* Sic Voss. tert. deest *in* Leid. qu. al. *in o. r.* Id. — *Scire et existimare poterant.* Ita exhibent MSS. O. et edd. pp. vulgo *aestima-*

Cratand. *Quam iste hostium spurcissimorum dominatu nefario voluit obruere.* Legitur etiam *iste* in plerisque edd. Graev.

*Si haec, ut ante aliquantulum demiserimus*) Hic quoque tres eaedem istae succenturiant errori Gruterianae editionis, in qua sic legitur; quibus tamen hic venia tanto impetrabilior, quod ipse Gruterus caece hic sequutus sit Lambinum, quem caute reliquerat iam Gothofredus. Sed cuperem monstrari mihi, ubi ante aliquantulum demiserit. Itaque reduxi neglectum verbum ex editis et scriptis simul omnibus, *dixi*, et sententiam absolutam reddidi. Gron. Edd. Lamb. et Grut. errore typographorum omiserant *dixi*. Graev.

*Quibuscum bellum gerimus iudices*) Lamb. ed. *Quibus cum bellum geramus iudices.* Margo Cratandr. *Quibus cum bellum gerimus, iudicetis.* Id.

*Copiam necessariorum*) Erfurt. et Cauch. *Copiam necessario.* Id.

*Quid in omnibus rebus*) Al. *Quod in omnibus rebus.* Id.

*Populus Romanus posset*) Erf. *Populus Romanus possent;* respiciens sensum: mox Duisburgensis *qua fiducia freti.* Graev.

*Scire et aestimare poterant*) Immo *existimare*, quod testor esse in tribus scriptis, hoc est, iudicare et comprehendere, vulgari more confundendi haec duo verba. Vide Paterna ad Livium, et notavit iam quoque Lambinus. Mox etiam MSS. *instructiores et apparatiores.* Gronov. Tres MSS. Gronov. et ed. Lamb. *Scire et existimare.* Sed mei omnes *aestimare.* Graev.

*Quum deliberassent nobiscum*) Erf. *Quum deliberavissent nobiscum.* Id.

*Quae res erat*) Duisburg. *Quae res orat.* Id.

erat, qua freti bellum suscipere conarentur, quum multo maximam sociorum partem in officio manere intelligerent? quum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam praesto esse viderent? non denique ullam rem, quae pertineat ad bellum administrandum? Si cum finitimis de finibus bellum gererent; si totum certamen in uno proelio positum putarent: tamen omnibus rebus instructiores, ac paratiores venirent; nedum illud imperium orbis terrae, cui imperio omnes gentes, reges, nationes, partim vi, partim voluntate consenserunt, quum aut armis, aut liberalitate a populo Romano superati essent, ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quaeret aliquis: Quid Fregellani, non sua sponte co-

*re*. Id. — *Qua freti*. Leid. qu. *qua fiducia freti*. Id. — *Praesto esse viderent*. Deest *esse* Ed. Med. *viderint* Leid. qu. *videretur* Voss. tert. Id. — *Ullam rem quae pertineat*. Leid. tert. *ullam, quae res pertinet*; qu. *ul. r. quae res pertinet*. Id. — *Cum fin. de finibus*. Voss. tert. *c. f. de nostris f.* Id. — *Ac paratiores*. MSS. O. et edd. pp. *et apparatiores*. Vere. Id. — *P. voluntate consenserunt*. Voss. tert. *concesserunt*. Ed. Med. *consenserint*. Id. — *Aut armis aut liberalitate* etc. *essent*. Deest *aut* Leid. tert. *libertate* Voss. tert. Leid. qu. *essent* exsulat a Voss. tert. Id. — *Fregellani*. Voss. pr. sec. Leid. sec. *Fragelliani*. In reliquis

*Qua freti bellum*) Erf. *Qua facti bellum suscipere*. Duisb. *Qua fiducia freti bellum*. Id.

*Maximam sociorum partem*) Erf. *Mnximam partem sociorum*. Id.

*Praesto esse viderent*) Duisburg. *Praesto esse viderint*. Id.

*Quae pertineat ad bellum*) Duisb. *Quae pertinet ad bellum*. Id. Vid. Gronov. supra ad b. lib. c. 8. Burm.

*Tamen omnibus rebus*) Duisb. *Cum omnibus rebus*. Graev.

*Instructiores ac paratiores*) Erfurt. et alii MSS., ut et edit. prim. et Mediol. at margo Cratand. *Instructiores et apparatiores*. Pith. *Instructiores atque apparatiores*. Sic *apparatissimi ludi* apud Suet. *apparatae epulae* apud Iustin. Sed et vulgata, quam retinent multi MSS., ferri potest. Quid enim frequentius Tullio, quam *paratus a pecunia, equitatu, commeatu?* Id.

*Nedum illud imperium*) Erf. *Nedum illi imperium*. Id.

*Partim voluntate consenserunt*) Sic habent omnes libri manuscr. et item vulgg. quos quidem viderim; sed ego putabam legendum *concesserunt*. Lamb. Lambiniana *concesserunt*, quod et in Suffridi nostri libris, et melius videtur. Gruter. Pith. Lamb. et Cratand. edd. *Partim concesserunt*. Al. MS. *Partim voluntate subiecerunt*. Graev.

*Armis nut liberalitate*) Duisb. *Armis aut libertate*. Id.

*Quid? Fregellani non sua sponte conati sunt?*) Grut. et Cratand. edd.

nati sunt? Eo quidem minus isti facile conarentur, quo illi, quemadmodum descissent, videbant. Nam rerum imperiti, qui uniuscuiusque rei de rebus ante gestis exempla petere non possunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem; at ii, qui sciunt, quid aliis acciderit, facile ex aliorum eventu suis rationibus possunt providere. Nulla igitur re inducti, nulla spe freti arma sustulerunt? Quis hoc credat, tantam amentiam quemquam tenuisse, ut imperium populi Romani tentare auderet nullis copiis fretus? Ergo aliquid fuisse necesse est. Quid aliud, nisi id, quod dico, potest esse? »

10. In attenuato figurae genere, quod ad infimum,

MSS. *Fregelliani* vel *Fregeliani*; mox *num* Leid. tert. Id. — *Quemadmodum descissent.* Leid. pr. *q. desissent*; qu. *q. decidissent.* Voss. tert. *q. fecissent.* Id. — *Ex aliorum eventu.* Voss. sec. tert. *ex al. eventibus.* Leid. pr. qu. Ed. Omn. *ex al. eventis.* Ed. Med. *ex eorum ev.* Paulo ante *deducerentur in fr.* Ed. Omn. Id. — *Nulla igitur re ind.* Leid. tert. *proinde n. re ind.* Id. — *Quis hoc credat.* Voss. pr. cum Edd. pp. *q. h. crederet*; in caeteris MSS. *credet*; abest *hoc* a Leid. tert. Id. — *Aliquid f. necesse est.* Voss. pr. Leid. sec. tert. Ed. Med. *al. f. necessarium est.* Id.

10. *In adtenuato figurae g.* Leid. pr. *in attenuatae f. g.* Quod praefero cum Graevio. Id. — *Quod ad infimum.* Voss. pr. Leid. sec. Ed. Med. *Et*

*Quid Fregellani, non sua sponte conati sunt?* Pith. *Quid? Fregelliani non ne sponte sua conati sunt?* Duisb. *Fregellani non sua sponte conati.* Id.

*Eo quidem minus isti facile conarentur*) Erf. *Eo quidem isti minus facile conarentur.* Cauch. *Isti minus isti qui unica facile conarentur.* Id.

*Quo illi quemadmodum descissent, videbant*) Erf. *Quod illi quemadmodum descissent videbant.* Pith. *Quod illi quemadmodum destitissent videbant.* Cauch. *Quod illi quemadmodum descissent videbantur.* Id.

*Facillime deducuntur in fraudem*) Al. *Facile deducuntur in fraudem.* Id.

*Ex aliorum eventis*) Erf. *Ex aliorum eventu.* Pith. *Ex aliorum eventibus.* Id. Vid. Lang. ad Cic. de Amic. cap. 4. Burm.

*Quis hoc credat*) Erfurt. *Quis hoc credet.* Graev.

*Imperium populi Romani tentare*) Erf. *Imperium P. R. tentare.* Id.

*Aliquid fuisse necesse est*) MSS. tres *necessarium.* Gron. Pith. et tres al. MSS.: *Aliquid fuisse necessarium est.* Graev.

*Nisi id quod dico*) Lamb. ed. *Nisi hoc quod dico.* Id.

*In attenuato figurae genere*) Erf. *In attenuatae figurae genere.* Melius sic, ut paulo ante *mediocris figura*, et c. 8: *gravis, mediocris, extenuata figura.* Vulgati *in attenuato figurae genere.* Id.

*Genere, quod ad infimum*) Erfurt. *Genere, id quod ad infimum.* Pith.

et quotidianum sermonem demissum est, hoc erit exemplum. Nam, ut forte hic in balneas venit, coepit, postquam perfusus est, defricari. Deinde, ubi visum est, ut in alveum descenderet, ecce ibi iste de transverso, Heus, inquit, adolescens, pueri tui modo me pulsaverunt; satisfacias oportet. Hic, qui id aetatis ab ignoto praeter consuetudinem adpellatus esset, erubuit. Iste clarius eadem et alia dicere coepit. Hic vix tandem inquit: Sine me considerare. Tum vero iste coepit clamare voce ista,

*quod* etc. In caeteris *id quod*; nisi quod in Voss. tert. sit *i.* pro *id est*, ut puto. Id. — *P. perfusus est, defricari.* Ed. Omn. *p. perfusus confricari* Voss. sec. *p. perfusus est oleo, d.* e Glossemate. Voss. tert. *defricare.* Id. — *Vbi visum est, ut in alveum d.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Ed. Med. *ubi visum est ire.* Vere, ut opinor. Tum *quod in alv. d.* Voss. sec. Oud. — *Modo me pulsaverunt.* Voss. tert. Leid. qu. Edd. pp. *m. m. pulsarunt.* Id. — *Iste clarius.* Voss. tert. Ed. Med. *ille cl.* Id. — *Hic vix tandem inquit.* MSS. O. et Ed. Med. *tamen.* Id. — *Iste coepit clamare.* Voss. tert. *te c.* Abest verbum *coepit* a Voss. pr. Leid. pr. sec. qu. Verissime. V. Graev. Id. — *Voce ista quae vel facile.* Ed. Med. *v. magna*

*Genere, id est, quod ad infimum.* Id.

*Sermonem demissum est*) Erfurt. *Sermonem dimissum est.* Id.

*Postquam perfusus est, defricari*) Pith. *Postquam ceromate perfusus est, defricari.* Veteres quotidie balneo usos esse et unctionibus tum ante, tum post balneum, omnibus, qui non hospites sunt in literis priscis, notum est, ut et quam variis fusi sint oleis et unguentis; vide Mercurialem de arte Gymnastica lib. I, c. 8, et in primis Marsilium Cagnatum de sanitate tuenda lib. II, cap. 32. Ceroma erat unguentum ex oleo, pulvere et cera, quo utebantur nudi luctatores. Sed num etiam in balneis usi sint ceromate, mihi nondum constat. Forte *ceroma*, si vera est istius libri scriptura, hic accipitur pro ceroto. Cerota erant liquida et spissa; erant autem medicamenta, ex olea et variis rebus facta, quorum meminit Plinius, Celsus, Columella, et alii. Celsus lib. VIII, 3: *Cervixque molliri debet liquido cerato ex irino facto*; sic alibi meminit *cerati ex rosa.* Graev.

*Modo me pulsarunt*) Sic Erfurt. Cauch. et Lamb. ed. Al. *Modo me pulsaverunt.* Id.

*Hic vix tandem inquit*) Erf. et al. MSS. *Hic vix tamen inquit.* Id.

*Iste coepit clamare voce ista, quae vel facile cuivis*) Sic duo codices scripti e nostris, quum Mediceus, *quae facile cuivis.* Omnes interim *vix tamen.* Gronov. Duisb. *Iste clamare voce ista, quae vel facile cuiusvis.* Pith. et Mediceus, teste Gronovio: *Iste coepit clamare voce ista, quae vel perfacile cuivis*; venustius Erfurtensis: *Iste clamare voce, quae vel facile*

quae vel facile cuivis rubores elicere posset: Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi videtur, sed pone scenam, et in eiusmodi

*ista quae vel perfacile*; pro *vel facile* in Voss. sec. tert. Leid. tert. qu. Ed. O. *perfacile*. Id. — *Rubores elicere posset. Ruborem* Ed. Med. *eiicere*, vel *eicere* MSS. O. sed Ed. Omn. *iniicere*. Leid. tert. *potest*, Ovd. *Rubores elicere*. Ita Lambin. emendat ex Ranconeti coniectura: vulg. et manuscr. *eiicere* habent, quibus non discedo. Br. — *Acer, ut ne ad solarium quidem idoneus. Aterve ad s.* Leid. qu. *ad solarium* habet cum Ed. Omn. solus Voss. tert. a m. pr. et Ed. Med. *solarium* sine praepositione; in caeteris MSS. ab m. pr. *ad salutandum*; *idoneus* legitur in nullo Cod. et Edd. pp. praeter Leid. pr. in quo *idoneus es*. V. Graevium, cui accedo. Ovd. *Ad solarium. Ad salutandum* unus Gryph. lib. B, et paullo post *pone scenam*, ubi *penes* alii habent, et melius quidem, ni fallor. Br. — *Sed pone scenam*. Leid. pr. sec. *penes cenam*; in caeteris MSS. et Edd. pp. *penes scenam*. Abest *sed* a Leid. qu. Ovd. — *Et in cuivis*. In narrationibus saepius utuntur hac ellipsi, *clamare*, pro *clamare coepit*, *clamavit*, quod nec pueri ignorant. Dein repetitio *iste*, *ista*, perquam ingrata est. Graev.

*Rubores elicere possent*) Sic restitutus est hic locus a Ranconeto, coniectura ducto, quum in omnibus libris legatur *eiicere*. Lambin. *Rubores elicere*, est a coniectura Ranconeti, quum perstaret in manuscr. omnibus *eiicere*; neque devertunt Pall. Suffridi tamen prae se ferunt *iniicere*; quod placuit Guilielmio. Grvt. MSS. et edd. *rubores eiicere posset*. Ed. prim. et Mediol. *Rubores iniicere posset*. Erf. *Rubores eiicere potest*. Graev.

*Ita petulans es, atque acer, ut ne ad solarium quidem idoneus, ut mihi*) Id est, ut ne ad illam quidem partem fori, (in qua fortasse minima iudicia exercebantur) idoneus sis, etc. Vult hunc adolescentem nullo modo ad forum esse idoneum, vel ad nullum genus fori aptum esse, sed ad scenam tantum, et veriorem esse histrionem, quam oratorem. Sic hunc locum explicandum, et declarandum existimabant N. Gruchius. Lamb. *Vt ne ad solarium quidem* etc. *sed pone scenam et huiusmodi*. Haec est scriptura meliorum Pall. nisi quod quartus adhuc habeat *exercitate*, ubi vulgo *exercitatus sis*; sed et illud *pone* invenit item in suis Petreius noster. Eratque in Br. *penes*: recepta lectio, *penes scenam*; locum istum explicamus in Suspicionum libellis. Grvt. Ad solarium fuisse iudicia exercita nemo dixit, scripsitve. Duisb. *Ita petulans es aterve ad salutandum quidem, ut mihi*. Ed. prima et Mediol. *Ita petulans es acerve, ut ne ad solarium quidem, ut mihi*. Erf. et Cauch. *Ita petulans es atque acer, ut ne ad salutarium quidem, ut mihi videtur, sed penes scenam*. In Cauchiano voci *salutarium* superscriptum erat *salutandum*, et post *retro* super *pone scenam*. Duisb. *Ita petulans es aterve ad salutandum quidem paenes scenam*. Antonius Cauchius, vir aetatis suae doctissimus et politissimus, scripturae libri sui, in quo est *salutarium*, adscripserat: forte *ad saltatorium*, h. e. *ludum*. Sed quid ludo cum voce rei est? Brachia praecipue et pedes desiderat ludus, non vocem. Mihi videtur auctor horum librorum scripsisse: *Vt ne ad salutatorium quidem, ut*

locis exercitatus sis. Conturbatus est adolescens; nec mirum, cui etiam nunc paedagogi lites ad auriculas versarentur, imperito eiusmodi conviciorum. Vbi enim iste vidisset scurram exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, ut omnia sine famae detrimento facere posset? Igitur genera figurarum ex ipsis exemplis intelligi poterunt. Erit enim

*eiusmodi locis.* Exsulat praepositio a Voss. tert. Id. — *Ad auriculas.* Leid. tert. *ad aures.* Id. — *Imperito huiusmodi convic.* Sic MSS. Omn. et Ed. Med. non *eiusmodi*, quod praecessit; *imperitus* Leid. pr. Id. — *Quod de existim. perderet.* Voss. tert. *proderet*; mox *ex istis exemplis* Leid. qu. Id. — *Erit enim et atten. v. constructio.* Voss. pr. tert. Leid.

*mihi videtur*, *sed pone scenam*, *et in eiusmodi locis exercitatus sis*; quorum haec est sententia: Vt ne ad salutatorium quidem officium sis exercitatus, sed pone scenam et in eiusmodi locis. *Salutatorium* sc. officium seu munus gerere, est partes nomenclatoris sustinere. Nomenclatoribus utebantur potentiores ad salutandos obvios sibi in publico cives. Sic *salutatorium cubile*, est locus, in quo salutatores conveniebant, qui mane praesto erant ad salutandum patronum; apud Plin. XV, 11: *Omnia* (cydonia) *iam et virorum salutatoriis cubilibus inclusa sunt.* Sed exercitatus es pone scenam, hoc est, talis, qualis illorum est, qui post scenam, qui actoribus, si quando ipsis haereret aqua, verba et sententias suggerebant, quos *monitores* appellabant. Festus: *Monitores dicuntur*, *et qui in scena monent histriones*, *et libri commentarii.* Horum vero vox non fuit sonora et acuta, sed fusca et tenuis, ut tantum ab histrionibus, non spectatoribus audiri posset. Itaque dicit, illum ne ad salutatorium recte sustinendum, quod tamen et ipsum non clamosum desiderabat hominem; sed tantum ad monitoris personam agendam post scenam. Pro *ad solarium* scribitur sane non modo in Duisburg. et Cauchiano, sed in hoc etiam ab aliena manu super illud adiicitur positum *ad salutandum*, in quod mutarunt τὸ *salutarium*, corrupte scriptum pro *salutatorium*; sed ea vox tamen, *salutandum*, antiquae scripturae clarum prae se fert vestigium, et viam pandit ad huius loci sententiam. *Idoneus* in nullo quoque meorum MSS. reperitur, praeterquam Pithoeano; nec in vetustioribus editionibus, Omniboni 1478, et Mediolanensi 1498. Graev. Vide Victor. Lib. XXI Var. Lect. cap. 13. Burm.

*Exercitatus sis*) Al. *Exercitus sis.* Pal. *exercite.* Graev.

*Conturbatus est adolescens*) Pith. *Ad haec turbatus est adolescens.* Cauch. *Ad haec conturbatus est adolescens.* Idem.

*Imperito eiusmodi convitiorum*) Erf. *Imperito huiusmodi conviciorum.* Idem.

*Quod de existimatione perderet*) Legendum fortasse est, *deperderet*. Lamb.

*Ex ipsis exemplis intelligi*) Duisb. *Ex istis exemplis intelligi.* Lamb. ed. *Ex his exemplis intelligi.* Graev.

*Erit enim et attenuata*) Pith. *Erat*

et attenuata verborum constructio quaedam, et item alia in gravitate, alia posita in mediocritate. Est autem cavendum, ne, dum haec genera consectamur, in finitima et propinqua vitia veniamus. Nam gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea, quae fugienda est, quae recte videbitur adpellari, si sufflata nominabitur. Nam ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe; ita gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget, et inflata est, quum aut novis, aut priscis verbis, aut duriter aliunde translatis, aut gravioribus, quam res postulat, aliquid dicitur, hoc modo: « Nam qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicii dederit, si praeceps in Neptunias depulsus erit lacunas. Poenitet igitur istum, qui montes

pr. sec. *Erat* cum Edd. pp. *et* deest MSS. IV et Ed. Omn. • *constitutio* Voss. tert. Id. — *Alia in gravitate, alia posita in mediocritate.* Voss. tert. Leid. sec. Ed. Mediol. *al. posita in mediocr. Tertia quae plena erat gravitatis.* Haud inepte sane. Id. — *Dum h. gen. consectamur.* MSS. O. et edd. pp. *consectemur.* Id. — *Si sufflata nom.* MSS. O. et Edd. pp. *si suffulta nom.* Hoc est *Suffarcinata*, ut apud Terent. In Voss. tert. additur interpretatio *grossa.* Ovd. *Suffulta* legitur in duobus Gryph. B C, et Leonic. exemplari. Br. — *Nam ut corporis.* Sic Voss. tert. Leid. tert. cum edd. pp. in reliquis MSS. *nam ita ut c.* Ovd. — *Ita gravis oratio.* Voss. pr. *ea gr. o.* punctis subductis. Leid. pr. *item gr. o.* Id. — *Depulsus erit.* Ita MSS. VI, cum edd. pp. ut bene restituit Graevius; *depultus* Leid. sec. cum varia lectione Voss. pr. Ovd. *Erit lacunas.* Cod.

*enim et attenuata.* Erf. *Erit et attenuata.* Id.

*Dum haec genera consectamur*) Duisb. Lamb. et aliae edd. quaedam: *Dum haec genera consectemur.* Id.

*Nam gravi figurae, quae laudanda est, propinqua est ea*) Erf. *Nam gravis figura, quae laudanda est, propinqua est ei.* Pith. *Nam gravi figurae, quae laudanda est, propinqua ea.* Id.

*Quae fugienda est, quae recte*) Erf. *Quae fugienda, quae recte.* Id.

*Si sufflata nominabitur*) MSS. nostri tres *suffulta.* Gron. Pith. (et tres MSS. quos Iac. Gronovius inspexit) *si suffulta nominabitur:* cum interpretatione magistri, qui voci *suffulta* adscripserat, *id est pannosa.* Id.

*Nam ut corporis bonam*) Erf. *Nam ita ut corporis bonam.* Id.

*Qui perduellionibus venditat patriam*) Pith. *Qui perduellionibus vendit patriam.* Lamb. ed. *Qui perduellibus vendit patriam.* Id.

*In Neptunias depulsus*) Multi MSS. et edd. *In Neptunias depultus. Depultus* aiunt ἀρχαϊκῶς dici pro *depulsus.* Sed nullum huius archaismi exemplum apud ullum reperitur antiquum scriptorem et Grammaticum, qui id procul dubio notassent. Itaque

belli fabricatus est, campos sustulit pacis.» In hoc genus plerique quum declinant, et ab eo, quo profecti sunt, aberraverunt, et specie gravitatis falluntur, nec prospicere possunt orationis tumorem.

11. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si pervenire eo non poterunt; errantes perveniunt ad confine genus eius generis, quod appellamus fluctuans,

Lips. *fuerit lacrimas.* Ern. — *Campus sustulit p.* Voss. pr. *et c. s. p.* Ovd. — *Plerique cum declinant.* Voss. pr. *plerumque.* Leid. pr. *declinarent.* Voss. pr. Leid. sec. qu. Ed. Omn. *declinavissent.* Voss. sec. Leid. tert. ed. Med. ac vulgo *declinassent.* Voss. tert. *derivassent.* Id. — *Et ab eo, qu. profecti sunt, aberraverunt.* Deest copula Leid. sec. *sunt* abest Leid. qu. *aberrant* Leid. tert. non male. Id. — *Et specie gr. falluntur.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. carent copula. Et recte, ut opinor. Id. — *Prospicere possunt.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. Ed. Med. *perspicere p.* Id. 11. *Si perv. eo non poterunt.* Voss. tert. Ed. Omn. *s. p. e. n. potuerunt.* Leid. tert. *poterint*; sed bene Voss. pr. Leid. pr. sec. Ed. Med. *potuerint.* Ovd. — *Ad confine genus eius generis.* Abest *genus* a Voss. pr. tert. Leid. Omn. et edd. pp. *ad confiniam* Leid. pr. sed Leid. qu. et ed. Omn. *ad confinium eius g.* recte. V. Graev. Id. — *Fluctuans et dissolutum, eo quod sine nervis et articulis fluctuat.* Voss. pr. tert. Leid. Omn. *dissolutum, quod est sine verbis et art. ut hoc modo appellem*

malo cum Erfurt. Cauch. editione prima, et nonnullis recentioribus legere *depulsus.* Non enim in hac voce, sed in istis *Neptunias lacunas* id vitium, quod reprehendit, et vitandum censet, latet. Est enim hoc nimis poëticum, aut potius comicum, pro mari. Id.

*In hoc genus plerique quum declinant*) Hic quoque Erfurtensi adstipulor, in quo melius *declinans*, quam quod in vulgatis est *declinassent*, ut ex sequentibus patet verbis. Id.

*Quo profecti sunt aberraverunt*) Duisb. *Quo profecti aberraverunt.* Erf. et Cauch. *Quo profecti sunt aberrarunt.* Id.

*Nec prospicere possunt*) Duisb. *Nec perspicere possunt.* Id.

*Pervenire eo non poterunt*) Al. *pervenire eo non potuerunt.* Id.

*Ad confine genus eius generis*) Palat. pr. et tert. non habent illud genus, exstatque in Bruil. *ad confineum eius generis*: quod pronum est mutare cum Guilielmio in *confinium.* Grvt. Vt coniecit Guilielmius, ita scriptum inveni in Erfurtensi, *ad confinium eius generis, quod appellatur dissolutum*, et sic Duisburg. nisi quod in eo legatur *appellamus.* Est etiam in Cauchiano *confinium*, sed ibi additur *genus*, suppositis tamen punctis, quae innuunt hoc verbum esse delendum. His optimis codicibus sine haesitatione subscribendum puto, quum vulgatum *ad confine eius generis* valde sit insipidum MSS. et edd. *ad confine genus eius generis.* Lamb. ed. *Ad confine eius generis genus.* Graev.

*Quod appellamus fluctuans et dissolutum*) Palat. quint. et Fabr. respuunt *fluctuans* etc. caeteri vero Pall. excludunt *et dissolutum*, retento illo *fluctuans*, et malim sane primum. Grvt. Fluctuat et in nostris libris scriptura.

et dissolutum; eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc, nec potest confirmate, neque viriliter sese expedire. Id est huiusmodi: « Socii nostri quum belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam atque etiam, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent, et non haberent hic adiutores multos, et malos homines et audaces. Solent enim diu cogitare omnes, qui magna negotia volunt agere.» Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit enim totus, neque quidquam compre-

(Leid. sec. *appelles*; qu. *appellatur*. Voss. tert. a m. pr. *appellamus*; a sec. *appellemus*) *fluctuans eo quod fluctuat*; sec. *dissolutum quod est verbis* (suprascr. *sine nervis*) *et art. ut hoc modo appellarem fluctuans eo, quod fluctuat*. Ed. Med. *dissolutum, quod est sine nervis et art. ut hoc modo appellemus fluctues eo quod fluctit*. Ed. Omn. *dissolutum quod est sine nervis et art. ut hoc modo appellem fluctuans eo, quod fluctuat*. Quam lectionem unice probo. Id. — *Nec potest confirmate*, Sic Voss. tert. In reliquis MSS. et edd. pp. *n. p. confirmare*. Id. — *Id est huiusmodi*. Ita Leid. qu. cum edd. pp. in caeteris MSS. *i. e. eiusmodi*. Id. — *Hic adiutores multos et malos homines*. Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. et edd. pp. *hinc*. Copulam non agnoscunt MSS. aut edd. pp. praeter solum Leid. qu. In ed. Omn. *multos homines, malos*. Non male. Id. — *Attentum auditorem*. Voss. tert. *intentum a*. Id. — *Diffluit en.*

Tres ignorant *fluctuans et*. Erf. *quod appellatur dissolutum, eo*. Pith. et al. MSS.: *Quod appellamus dissolutum, eo*. Al. MSS. *Quod appellamus fluctuans, eo*. Sed in sequentibus verbis aliter etiam in iis scribitur. Nam pro vulgatis, *eo quod sine nervis et articulis fluctuat huc et illuc*, Erf. *quod est sine verbis et articulis ut hoc modo appellem fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc*. Nec longe abit Pith. *Quod sine verbis et articulis est, ut hoc modo appellemus fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc*, ut et Duisb. *quod est sine verbis et articulis, ut hoc modo appellatur fluctuans, eo quod fluctuat huc illuc*. Videtur Pithoei codicis scriptura caeteris esse praeferenda, nisi quod *nervis* non sit interpolandum. Graev.

*Nec potest confirmate, neque viriliter*) Scripsi ita cum Pal. quarto et Bruil. ac Fabr. vulgata; *nec potest confirmare nec viriliter*; nam Lamb. quidem reposuit, *nec potest sese confirmare, nec*; verum praeter libros nostros. Grvt. Edd. et MSS. *Nec potest confirmare nec: viriliter se expedire*. Erf. *Nec potest confirmare, neque viriliter se expedire*. Pith. *Nec potest confirmare nec verosimiliter se expedire*. Lamb. ed. *Nec potest sese confirmare, nec viriliter expedire*. Graev.

*Si quidem sua sponte*) Pith. *Si quid sua sponte*. Id.

*Et non haberent hic adiutores*) Duisb. *Et non haberent hinc adiutores*. Id.

*Multos et malos homines*) Erf. et Pith. *Multos malos homines*. Id.

*Diffluit enim totus*) Pith. *Defluit enim totus*. Id.

hendens perfectis verbis amplectitur. Qui non possunt in illa facetissima verborum attenuatione commode versari, veniunt ad aridum et exsangue genus orationis, quod non alienum est exile nominari, cuiusmodi est hoc: « Nam istic ille in balneas accessit; ad hunc postea dicit: hic tuus servus me pulsavit. Postea dicit hic illi: considerabo. Post ille convicium fecit, et magis magisque praesentibus multis clamavit. » Frivolus hic quidem iam, et illiberalis est sermo. Non enim adeptus est id, quod habet attenuata figura, puris verbis et electis compositam orationem. Omne genus orationis, et grave, et mediocre, et attenuatum, dignitate

*totus*. Leid. sec. *defluit en. t.* Id. — *Istic ille in balneas accessit.* Deest *ille* Voss. sec. Leid. pr. tert. qu. Al. dant *ille istic*, vel *istic in b. ille.* In MSS. O. et edd. pp. est *in balneas*; nisi quod Leid. pr. Voss. sec. habeant *in balneis*. Oud. *Nam istic ille ad balneas accessit. Nam ille istic in balineis accessit ad hunc, postea dixit.* Ita legitur in tribus Gryph. libris manuscr. non male. Br. Legendum videtur: *In balineis accessit ad hunc: postea dicit* etc. Verb. — *Post ille convicium fecit.* Ed. Med. *postea*. In nullo nec MS. nec ed. est *hinc*; quod bene delevit Graevius. Oud. — *Dignitate afficiunt exorn.* Voss. sec. tert. Leid. pr. tert. qu. *dignitatem*; in quo *gravem et mediocrem et adtenuatam*. In

*Attenuatione commode versari*) Pithoean. *Attenuatione versari.* Id.

*Nam istic ille*) Pith. *Nam ille istic.* Lamb. ed. *nam ille ad balneas.* Steph. ed. *Nam istic ad balneas.* Cauchian. *Nam istic in balneis.* Id.

*Ad balneas accessit*) MSS. omnes *In balneas.* Et utique dicit etiam Cicero, *accedere in Macedoniam*, *in provinciam*, *in fundum*, *in oppidum*, *in funus*, *in senatum.* Miror id Lambino non visum, qui hic alia notat in margine. Gron. Erf. Pith. et alii MSS. quos lac. Gronovius vidit, et probavit, *in balneas accessit*: vulgati *ad balneas accessit.* In Erfurtensi tamen est *in balneis accessit*, et in Cauch. *in balineis accessit.* Graev.

*Ad hunc postea dixit*) Erf. *Ad hunc postea dicit.* Id.

*Postea dixit hic illi*) Erf. *Postea dicit hic illi.* Id.

*Post ille huic convicium facit*) Delevi *huic*, quod nec in Erfurt. nec in Pith. nec in Cauch. nec in omnibus editionibus ante Lambinianam, quas vidi, legitur. Sane intrusum est ab iis, qui hic non intellexerunt, quid sit *convitium facere*, nimirum valde clamare ac vociferari. Plaut. in Bacchid. IV, 8, 33: *Vis tibi ducentos nummos iam promittier, ut nec clamorem hic facias, nec convitium.* Sed quis nunc huius vocis vim nescit? in Pithoeano, *postea ille convicium facit*: in Erf. *post ille convicium facit.* Id.

*Non enim adeptus est id, quod habet*) Cauch. *Non enim est id habet.* Idem.

*Et grave, et mediocre, et attenua-*

adficiunt exornationes, de quibus post loquemur: quae si rarae disponentur, distinctam, sicuti coloribus; si crebrae collocabuntur, oblitam reddunt orationem. Sed figuram in dicendo commutari oportet, ut gravem mediocris, mediocrem excipiat attenuata. Deinde identidem commutentur, ut facile satietas varietate vitetur.

12. Quoniam, quibus in generibus elocutio versari debeat, dictum est, videamus nunc, quas res debeat habere elocutio commoda et perfecta. Quae maxime admodum oratori accommodata est, tres res in se debet habere, elegantiam, compositionem, dignitatem.

Leid. pr. etiam *gravem et mediocrem et adtenuatam.* Id. — *Si rarae disponentur.* Leid. sec. *raro*; pr. *disponantur.* Id. — *Si crebrae colloc.* Voss. tert. Leid. sec. *crebro.* Id. — *Oblitam redd. orat.* MSS. VI, et edd. pp. *obliquam r. o.* Voss. sec. *oblicam r. o.* Id. — *Varietate vitetur.* Deest prima vox Leid. qu. Id.

12. *Maxime admodum oratori accom. e.* Sic Leid. qu. Deest *admodum* Leid. tert. ut edidit Lambinus; *m. ad modum oratoris* Voss. pr. Leid. pr. Ed. Med. *m. ad commodum oratoris* Voss. sec. tert. Leid. sec. Ed. Omn. Offendit librarios coniunctio vocum *maxime admodum.* Sed synonymis aliquando non abstinuerunt etiam brevissimi scriptores. Oud. Lips. *ad commodum oratoris.* Sed *ad* est a secunda manu: unde satis com-

*tum dignitate afficiunt*) Margo Cratand. *Et gravem et mediocrem, et attentam dignitatem efficiunt.* In Erf. et Cauch. est, *dignitate efficiunt:* sed alii stant a vulgatis. Id.

*Si rarae disponentur*) Ed. nonnullae, *si rara disponentur.* Id.

*Oblitam reddunt orationem*) Tres libri MSS. habent *obliquam*, mendose, opinor. Lamb. Al. *oblitam reddent orationem.* Erf. Pith. *obliquam reddunt orationem.* Sed *oblita oratio* est fuco illita, seu fucata. Proprie Plautus in Mostell. I, 3, 100: *Quid cerussa opus est? Ph. Nam qui malas oblinam.* Graev.

*Mediocrem excipiat attenuata*) Al. *Mediocrem recipiat attenuata.* Id.

*Satietas varietate vitetur*) Duisb. *Satietas vitetur.* Id.

*Quae maxime oratori accommodata est*) Quum animadvertissem, nonnullos libros vulgatos habere; *Quae maxime admodum oratoris accomm.* alios: *Quae maxime ad commodum oratoris accommodata:* ego sic restitui: *Quae maxime oratori accommodata est:* persuasum habens, illud *ad commodum*, natum esse ex ea voce, quae sequitur, *accommodata*, idque errore, seu culpa librarii, qui unam vocem bis scripserit. Lambin. Ed. Lamb. *Quae maxime oratori accommodata est.* Al. *Quae maxime ad commodum oratoris.* Graev.

Elegantia est, quae facit, ut unumquidque pure et aperte dici videatur: haec distribuitur in Latinitatem, et explanationem. Latinitas est, quae sermonem purum conservat, ab omni vitio remotum. Vitia in sermone, quo minus is Latinus sit, duo possunt esse, Soloecismus, et Barbarismus. Soloecismus est, quum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur. Barbarismus est, quum verbum aliquod vitiose effertur. Haec qua ratione vitare possimus, in arte Grammatica dilucide discemus. Explanatio est, quae reddit apertam et dilucidam orationem. Ea comparatur duabus rebus, usitatis verbis, et propriis. Vsi-

moda lectio erui posse videtur. Ern. — *Vt unum quodque pure et aperte.* Sic scripsi auctoritate MSS. et edd. pp. pro *unum quidque.* Addit *verbum* ed. Omn. *pure et perfecte* Leid. sec. Ovd. — *Quo minus is Latinus s.* Voss. tert. *q. m. sermo illatinus s.* Id. — *Barbarismus.* Locus est lib. XIII, c. 6, ubi tamen Gellius solum dicit, se non invenire, qui pure atque integre ante Divi Augusti aetatem locuti eam vocem adhibuerint. Verb. — *Cum verbis pluribus cons.* etc. MSS. VI, et ed. Med. *cum in verb. pl.* Verissime, sive ubi plura verba sunt posita. Leid. qu. *cum v.* etc. *accommodabitur.* Ovd. — *Vitiose effertur.* Voss. tert. et Ed. Omn. *Vitiose profertur.* Id. — *Dilucide discemus.* Voss. pr. sec. Leid. pr. tert. qu. et ed. Omn. *d. dicemus*; quod est reponendum. Id. — *Ea*

*Vt unumquidque pure et aperte*) Erf. *Vt unusquisque pure.* Id.

*Vitia in sermone, quo minus*) Erf. *Vitia, quo minus.* Id.

*Quum verbis pluribus consequens verbum superiori non accommodatur*) Duisb. *Verbum superiori non accommodabitur.* Cauch. *Quum verbis pluribus consequens verbum superius non accommodatur*, et superscriptum *superiori:* unde coniicit Ant. Cauchius, *cum verbis pluribus consequens verbum superioribus non accommodatur*: non male, sed excidit tum loco suo: scripsit enim, si haec coniectura, *quum verbis pluribus superioribus consequens verbum non accommodatur.* Si MSS. annuerent, delerem *superiori.* Sed quia illi refragantur, si haec intelligenda sunt, quum verbis pluribus scilicet positis, aut inter verba plura consequens verbum superiori non respondet. Graev.

*Dilucide discemus*) Pall. tres *dicemus:* exemplaria examinata Suffrido nostro, item Fabr. et Br. *dicimus;* recte putabat emendari Guilielmius *discimus.* Grvt. *Dilucide docere et dicere* recte Latini utuntur. Sed quid sit *dilucide discere*, ignorant; pro quo *bene*, *recte discere* usurpant. Itaque probo, quod in Erfurt. et Cauchiano ego, et in aliis Gruterus reperit, *dilucide dicemus.* Graev.

*Comparatur duabus rebus*) Margo Cratandri: *Comparatur duobus modis.* Idem.

tata sunt ea, quae versantur in sermone et consuetudine quotidiana. Propria, quae eius rei verba sunt, aut esse possunt, qua de loquemur. Compositio est verborum constructio, quae facit omnes partes orationis aequabiliter perpolitas. Ea conservabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones, quae vastam atque hiantem orationem reddunt, et hoc est: Baccae aeneae amoenissimae impendebant; et si vitabimus eiusdem literae nimiam adsiduitatem: cui vitio versus hic erit exemplo: nam hic nihil prohibet in vitiis, alienis exemplis uti: « O Tite, tute, Tati, tibi tanta ty-

*comp. duabus rebus.* Voss. tert. *ea c. duobus modis.* Id. — *Qua de loquemur.* Voss. tert. Leid. sec. tert. *de qua loquemur, vel loquimur.* Id. — *Compositio est verborum constructio.* Vltimae voces *verb. constr.* exsulant a Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Med. Contra seqq. *quae facit omn. part.* oration. desunt Leid. pr. qu. Voss. sec. Ed. Omn. Alterum abundat. Id. — *Aequabiliter perpolitas.* Leid. qu. *non nisi aeq. perpolita.* Leid. tert. *aequaliter perpolita.* Voss. sec. item et ed. Omn. *perpolita.* Id. — *Vt hoc est:* Voss. pr. Ed. Omn. *ut haec est.* Id. — *Baccae aeneae a. impendebant.* Voss. pr. Leid. sec. *bacæ.* Leid. qu. *bacae* cum Ed. Omn. *Bacchae* Ed. Med. *aereas* Voss. sec. *impediebant* Voss. pr. Ovd. Baccae eoae, ut uniones intelligantur, legit Io. Auratus, vir doctissimus, referente Lambino. *Bacchae aeneae*, habent eodem modo tres Gryph. libri, *Vaccae aeneae* Leon. editio. Nos *Bacchae aeneae* edidimus. Hae enim, ut canephorae, cupidines, sileni, pristes, tritones, in scyphis et poculis caelabantur: quae eadem inter aedium ornamenta e marmore, antiquo opere atque artificio solita adhiberi nemo non novit. Br. — *O Tite tute Tati.* Deest *Tati* Leid. qu. Voss. sec. Ovd. Ennii

*In sermone et consuetudine*) Erf. *In sermone, consuetudine.* Id.

*Qua de loquimur*) Al. *De qua loquimur.* Id.

*Constructio, quae facit omnes partes orationis aequaliter perpolitas*) Erf. *Constructio aequaliter perpolita.* Duisb. *Constructio non nisi aequabiliter perpolita.* Edd. quaedam: *Constructio, quae facit omnes partes orationis aequaliter perpolitas.* Sed vetustiores omnes, quas ego vidi, ante Victorianam *constructio aequabiliter perpolita.* Et sic MSS. meus quoque, in margine tamen vulgatiorem recentium scripturam ostentat. Id.

*Vt hoc est*) Erf. *Vt haec est.* Id.

*Baccae Eoae, amoenissimae*) Sic restituit Io. Auratus: per *baccas Eoas* autem, uniones significantur orientales. Lamb. Erf. et Cauch. *Bachae aereae amoenissimae.* Lamb. ed. *baccae Eoae amoenissimae.* Graev.

*Nam hic nihil*) Duisb. *Nam hoc nihil.* Idem.

*Alienis exemplis uti*) Duisb. *Alienis uti.* Idem. Vid. Merul. ad Enn. pag. 235. Burm.

*O Tite, tute, Tati*) Erf. *O Tite, Tati, tute.* Duisburgens. *O Tite, tute tibi.* Graev.

ranne tulisti. » Et hic eiusdem poëtae : « Quidquam quisquam cuiquam quod conveniet, neget. » Et si eiusdem verbi adsiduitatem nimiam fugiemus: ea est huiusmodi: Nam cuius rationis ratio non exstet, ei rationi ratio non est fidem habere. Et, si non utemur continenter similiter cadentibus verbis, hoc modo: « Flentes, plorantes, lacrymantes, obtestantes ». Et, si verborum transiectionem vitabimus, nisi quae erit concinna, qua de re posterius loquemur, quo in vitio est Lucilius adsiduus, ut hoc est in priore libro: « Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli ». Item fugere oportet longam verborum continuationem, quae et auditoris aures, et oratoris spiritum laedit. His vitiis in compositione vitatis, reliquum operis consumendum est in dignitate.

hunc versum esse ex Isidoro et Prisciano iam diu viderunt viri docti. Columna inter fragmenta e libris incertis retulit p. 139 edit. ult. Merula autem posuit in lib. I Annal. Verb. — *Quidquam quisquam cuiquam quod.* Cum Ed. Omn. Voss. pr. Leid. sec. qu. *q. q. quemque quisque*; sec. *q. q. quemquam quemque*, tert. *quisquam quisque quemque quisq.* Leid. pr. *q. q. quamquam quisque*; tert. *q. q. quemquam quis.* Ed. Med. *q. q. quemquam.* Ovd. — *Conveniat, neget.* Leid. sec. tert. ed. Med. *conveniet.* Leid. qu. *negetis.* Id. — *Ea est huiusmodi.* Voss. sec. *huiusmodi.* Leid. sec. tert. qu. *eiusmodi.* Ed. Med. *quae est eiusmodi.* Voss. tert. *Ea est eiusm.* Id. — *Fidem habere.* Voss. tert. *f. adhibere.* Id. — *Lucilius assiduus.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. Ed. Med. *Cecilius.* Voss. sec. Ed. Omn. *Celius*: deest nomen una cum verbis *in vitio est* a Leid. qu. Id. — *Has res ad te scriptas.* Ed. Med. *Has ad te scriptas tibi*: post *Aeli* additur in Leid. qu. *pro has res ad te misimus Lucili.* Id. — *Reliquam operis.* Voss. pr. Leid. pr. sec. Ed. Med. *r. operationis.* Leid. tert. *r. opere.* Id.

*Et hic eiusdem poëtae*) Pith. et Duisb. *Et hoc eiusdem poëtae.* Id.

*Quidquam quisquam cuiquam quod conveniat*) Erf. et Pith. *Quidquam quisquam quemquam quisque conveniet.* Duisb. *Quicquam quisquam quisque conveniat.* Id.

*Fugiemus: ea est huiusmodi*) Erf. *Fugiemus huiusmodi.* Id.

*Non est fidem habere*) Pith. *Non est fidem adhibere.* Id.

*Flentes, plorantes*) Versus est hexameter spondaicus. Lamb.

*Verborum transiectionem*) Pith. *Verborum traiectionem.* Graev.

*Lucilius assiduus*) Erfurt. et Pith. *Caelius assiduus.* Id.

*In priore libro*) Pith. *In primo libro.* Id.

*Has res, ad te scriptas Luci misimus Aeli*) Addit Duisb. *Pro has res ad te misimus Lucili*: scribe, *Luci Aeli.* Id.

13. Dignitas est, quae reddit ornatam orationem varietate distinguens. Haec in verborum et sententiarum exornationem dividitur. Verborum exornatio est, quae ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est, quae non in verbis, sed in ipsis rebus quamdam habet dignitatem. Repetitio est, quum continenter ab uno atque eodem verbo in rebus similibus et diversis principia sumuntur, hoc modo: Vobis istud adtribuendum est, vobis gratia habenda, vobis res ista erit honori. Item: Scipio Numantiam sustulit, Scipio Carthaginem delevit, Scipio pacem peperit, Scipio civitatem servavit. Item: Tu in forum prodire, tu lucem conspicere, tu in horum conspectum venire conaris? Audes verbum facere? audes quidquam ab istis petere? audes supplicium deprecari? Quid est, quod possis defendere? quid est, quod audeas postulare? quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusiurandum contemsisti? non amicos pro-

13. *Varietate distinguens.* Voss. pr. Leid. sec. *et var. distinguit.* Ovd. — *Haec in verborum et in sentent. exornationem.* Sic lege cum Voss. pr. tert. Leid. pr. sec tert. Ed. Med. in qua etiam *exornationes.* Leid. qu. Ed. Omn. *exornatione.* Vulgo secundo loco deest *in.* Id. — *Quamdam habet dignitatem.* Desunt Leid. sec. sed pro iis exaratur *Liber V.* Id. — *V. gratia habenda.* MSS. O. et Ed. Med. *v. gratia est h.* Id. — *Res ista erit h.* Voss. tert. *ista res est h.* Id. — *Quid est quod audeas postulare.* Desunt Leid. tert. qu. Ovd. *Poscere* legitur in Gryph. exempl. B. Br. — *Non iusiurandum contemsisti.* Ita diserte exaratum inveni in

*Haec in verborum et sententiarum*) Vulg. *Haec et in verborum et sententiarum.* Id.

*Insignita continetur perpolitione*) Lamb. ed. *Insignita perpolitione continetur.* Erfurt. *Insignitate continetur perpolitione.* Id.

*Quae non in verbis, sed in ipsis rebus*) Erf. *Quae non verbis, sed in ipsius rebus.* Id.

*In rebus similibus et diversis*) Forte: *In rebus dissimilibus et diversis.* Lamb.

*Vobis gratia est habenda*) Sic Erf. Duisburg. Cauch. et Lamb. ed. sed vulgg. *Vobis gratia habenda.* Graev.

*Audes quidquam ab istis petere*) Pith. *Audes quidquam petere.* Id.

*Quid est quod audeas postulare*) Non sunt in Duisb. Id.

*Quod tibi putes concedi*) Erf. *Quod tibi concedi putes.* Id.

*Non iusiurandum reliquisti?*) Sic Vulgg. Dicant qui Latine sciunt, quid sit *iusiurandum relinquere?* sine mora recepi scripturam codicis Erfurt.

didisti? non parenti manus intulisti? non denique in omni dedecore volutatus es? Haec exornatio, quum multum venustatis habet, tum gravitatis et acrimoniae plurimum. Quare videtur esse adhibenda et ad ornandam, et ad augendam orationem. Conversio est, per quam non, ut ante, primum repetimus verbum, sed ad postremum continenter revertimur, hoc modo: Poenos populus Romanus iustitia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item: Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est. Item: C. Laelius homo novus erat, ingeniosus erat, doctus

Voss. tert. Leid. sec. et Ed. Med. in caeteris *reliquisti* V. Graev. Leid. sec. et in seqq. Leid. tert. *num* etc. Ovd. *Iusiurandum reliquisti. Contemsisti*, quam agnoscit lectionem Lamb. legitur in uno Gryph. A; caeteri, ut vulgati, habent *reliquisti*. Br. — *Volutatus es.* MSS. III *Voluptatus es.* Ovd. — *Et ad augendam orat.* Voss. tert. *et exaug. o.* Leid. tert. Ed. Med. *et ad exaggerandam.* Sed caeteri MSS. V et Ed. Omn. praebent *et ad exaugendam or.* Verissime. Ovd. *Exaugendam* habent tria manuscr. exemplaria, a quibus stat cum Leon. tum postrema Lamb. editio. Br. — *Non ut ante. Diximus* addit Voss. tert. Ovd. — *Libertas sublata est.* Desunt Leid. tert. Ed. Omn. Id. — *Fides sublata e. amicitia sublata est.* Desunt Voss. sec. Leid. tert. Ed. Omn. Id. — *Respub. sublata est.* Desunt Voss. pr. Leid. pr. sec. Ed. Med. Id. — *C. Laelius.* Leid. pr. Voss. sec. *Cornelius.* Leid. tert. *Corbellius*: qu. *Caius Lelius Cornelius.* In MSS. O. et edd. pp. est *novus.* Id. — *Ingeniosus*

tensis, et mei, quam receperant iam olim Ascensius et Cratander, *non iusiurandum contemsisti?* hoc est peierasti. Id.

*Ad ornandam et ad augendam*) Ita Gruterus, quum ante *ad exornandam et ad augendam.* Et iuste quidem praepositionem ab eo verbo removit; sed quod penitus sustulit, vix dixerim, an laudari debeat, quum nullum viderim antiquum codicem, in quo non esset *ad ornandam et ad exaugendam*, ut notat quoque Lambinus; quam compositionem etsi ignoret Nizolius, quid tamen in ea est vel Cicerone indignum? Vtique etiam cap. 24: *ut exaugeatur indignitas rei*, MSS. duo. Gron. Lamb. ed. *ad exornandam et exaugendam.* Ed. Grut. et al. *ad ornandam et ad augendam.* Sed Erf. Cauch. et ed. Cratand. *ad ornandam et ad exaugendam*: quod et in suis Iac. Gronovius reperit, et probavit exemplo cap. 24 huius libri, *ut exaugeatur indignitas rei*: testatus se ita legisse in duobus MSS., ut ego legi in Erfurt. Duisb. Cauch. edd. prima, Cratandr. et Ascens. Graev.

*Homo novus erat*) Sic omnes MSS. et edd. ante Lambinianam, qui primus ex ingenio refinxit *homo navus erat*, quem sequitur Gruterus, et quem ipse sequerer quoque, si accederet suffragium veteris codicis spectatae fidei. Longe accommodatior est ad hunc locum, quam vox *novus*. Sed

erat, bonis viris et studiosis amicus erat: ergo in civitate primus erat. Item: Nam quum istos, ut absolvant te, rogas, ut peierent, rogas: ut existimationem negligant, rogas: ut leges populi Romani tuae libidini largiantur, rogas.

14. Complexio est, quae utramque complectitur exornationem, et hanc, et quam ante exposuimus, ut et repetatur idem primum verbum saepius, et crebro ad idem postremum revertamur, hoc modo: Qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Karthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Karthagi-

*erat*. Desunt Voss. pr. In Leid. sec. haec et seqq. usque ad *Ergo in* non comparent. Id. — *Nam quum istos*. Desunt *nam cum* ed. Omn. *cum istos* non exstant in Voss. tert. *N. cum custos* Leid. sec. Id. *Vt peierent*. Leid. sec. qu. *ut perinrent*. Id.

14. *Et hanc et quam*. Voss. pr. *et hanc et illam, quam*. Ovd. — *Vt et repetatur*. Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. edd. pp. *et ut r.* deest *et* Leid. pr. Voss. sec. *ut cum r.* Leid. qu. Id. — *Idem primum verbum saepius*. *Primum* deest Voss. sec. tert. Leid. sec. tert. qu. edd. pp. *superius* Ed. Med. Id. — *Ad idem postremum revertamur*. Leid. tert. *ad idem verbum postremo*. Caeterum solus Leid. sec. dat *revertamur*, reliqui MSS. et edd. pp. *revertatur*: ut subintelligatur *verbum*. Id. — *Foedera s. ruperunt*. Voss. pr. Leid. sec. Ed. Med. *f. s. reliquerunt*. Id. — *Crudele bellum in Italia gesserunt*. Abest *crudele* a Voss. sec. *in Italia* non comparent in Voss. pr. sec. Leid. tert. qu. Immo cuncta *qui*

verum tamen est, primum hunc Laelium ex sua familia pervenisse ad magistratus curules. Pater eius quaestor tantum fuerat, qui non habebat ius imaginem prodendi: dicebantur autem *homines novi*, qui primi ex sua gente extollebantur ad has dignitates, quibus licebat imaginem prodere. Duisb. *C. Laelius Cornelius homo novus erat*. Id.

*Bonis viris et studiosis*) Palat. quart. sext. item Br. et Fabr. *studiis*: quam varietatem peperit insolentia verbi: rarius enim *studiosum* pro bono et probo dicitur. Cicero pro Ligario: *Nisi tu eum studiosum et bonum virum iudicares*. Grvter. Duo MSS.: *Bonis viris et studiis amicus erat*. Graev.

*In civitate primus erat*) Pith. *In civitate amicus erat*. Id.

*Vt et repetatur idem verbum primum saepius*) Erf. *Vt repetatum idem verbum saepius*. Pith. *Vt et repetatur idem verbum saepius*. Duisb. *Vt quum repetatur idem verbum saepius*. Id.

*Crudele bellum in Italia gesserunt*) Erf. et Duisb. *Crudele bellum gesserunt*. Pith. *crudele bellum saepe gesserunt*. Id.

nienses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Karthaginienses. Videte ergo, quid conveniat eos impetrare. Item: Quem senatus damnarit, quem populus Romanus damnarit, quem omnium existimatio damnarit, eum vos sententiis vestris absolvetis? Traductio est, quae facit, ut quum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Item: Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petiisset. At erat inimicus: ergo inimicum sic ulcisci voluit, ut ipse sibi reperiretur inimicus? Item: Divitias

*sunt* usque ad *gesserunt?* *Karthag.* non habent Leid. pr. et Ed. Med. Caeterum in MSS. plerisque et edd. pp. est *Carthaginenses.* Ovd. *In Italia.* Duae hae voces in manuscriptis non exstant. Br. — *Qui sibi postulant ign.* Leid. pr. Voss. tert. *q. s. postulent ign.* Ovd. — *Quid conveniat.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. Ed. Med. *quam conveniat.* Recte. Id. — *Quum vos s. v. absolvetis* MSS. III *absolvitis.* Id. — *Vt cum idem verbum.* Voss. pr. Leid. pr. sec. *uti cum i. v.* Id. — *Eum tu hominem appellas.* MSS. O. et Ed. Med. carent τῷ *tu.* Ed. Omn. *Hunc tu h. a.* Id. — *Numquam* etc. *vitam petisset.* Sic cum Ed. Omn. exhibent MSS. O. non *petiisset.* Voss. tert. *nequam*, fortasse pro *nequaquam.*

*Qui sibi postulant ignosci*) Erf. *Qui sibi postulent ignosci.* Id.

*Videte ergo quid conveniat eos impetrare*) Quidam liber MS. habet: *Quam conveniat eos veniam impetrare.* Lamb. Erf. *Videte ergo quam conveniat.* Graev.

*Vt quum idem verbum*) Erfurt. *Vti cum idem verbum.* Id.

*Non modo non offendat animum*) Monuerat iam diu P. Victorius in notis ad Epistolas ad Atticum III, 15, duas priores voces in antiquioribus non esse. Non placuit posteris eum audire, quod excusare illos posse crediderim per alios scriptos codices, in quibus eas reperiebant. Id mihi indicium est non fuisse eis ad manum codices primae notae. Nam Longobardicus ille Mediceus plane omittit has voces, quum duo minore aetate turbent, alio exhibente *ut modo non*, cui primae voci τὸ *non* superscriptum est, alio erasae veteri lectioni inscriptum habente *dum modo non.* Gron. Medic. *non offendat animum:* nostri omnes vulgatam tuentur. Graev.

*In vita iucundius vita, is cum*) Erf. *In vita iocundius vita, is cum.* Id.

*Vitam non potest colere*) Lamb. ed. *Vitam colere non potest.* Id.

*Eum tu hominem*) Erf. et Duisb. *Eum hominem appellas.* Id.

*Divitias sine divitum esse, tu vero virtutem praefer*) Adversativa *vero* abest ab Medic. Et hoc sufficit eam

sine divitum esse: tu vero virtutem praefer divitiis: nam si voles divitias cum virtute comparare, vix satis idoneae tibi videbuntur divitiae, quae virtutis pedissequae sint.

Ex eodem genere exornationis est, quum idem verbum modo ponitur in hac, modo in altera re, hoc modo: Cur eam rem tam studiose curas, quae multas tibi dabit curas? Item: Amari iucundum sit, si curetur, ne quid insit amari. Item: Veniam ad vos, si mihi senatus det veniam. In his quatuor generibus exornationum, quae adhuc propositae sunt, non ino-

Id. — *Tu vero virtutem* etc. Optime Ed. Med. non agnoscit voculam *vero*. V. Gron. Mox *sunt* in MSS. III. Id. — *In altera re*. Voss. tert. *in alteram rem*. Id. — *Amari iucundum sit*. MSS. O. et edd. pp. *Nam amari*. In Leid. qu. *amare*. Voss. tert. Leid. tres et edd. pp. *iuc. est*. Leid. qu. *iuc. fit*. Id. — *Non inopia verborum*. Vltima vox deest Voss.

ab aliis interiectam ad connexionis commoditatem, ut videtur illis. Sed non sic antiquis. Quid enim aliud est: *Bella gerant fortes, tu, Pari, semper ama?* Et poëta alter, quum alias artes iuberet sinere aliarum gentium esse, *Tu regere imperio populos, Romane, memento*. VI Aen. 851: *Tu illo plures mittas oportet*. Scipio ad Hannibalem. *Quidnam tu diceres, si me vicisses*, apud Livium XXXV, 14, in quibus locis illud *vero* videretur quoque futurum valde commodum. Gron. In Erf. superscriptum erat voci *divitias divitiis*, et *divitum*, *divites*. Cauch. *Divitias sine divitis esse*. Graev.

*Tu vero virtutem praefer*) Medic. *Tu virtutem praefer*. Erfurt. *Tu vero praefer virtutem*. Id.

*Si velis divitias*) Cauch. *Si voles divitias*. Id.

*Satis idoneae tibi videbuntur*) Al. *Satis idoneae videbuntur*. Id.

*Multas tibi dabit curas*) Pith. *Multas tibi curas dabit*. Cauch. *Tibi dabit curas*, absque *multas*. Id.

*Amari iucundum sit*) Sic Pal. quart. et sext. alluditque Br. in quo: *Amare iucundum sit*: vulgo erat, *amari iucundum est*: minus efficaciter. Grvt. Et tamen unice ac necessario ad constituendum carmen, quale videtur hoc fuisse; etsi in Mediceo legatur: *Nam amare iucundum est, si curetur, nequid insit amare*. Gron. Tres MSS. *Nam amari iucundum sit*. Vulgg. *amari iucundum est*. Pith. *Non amari iucundum est*. Medic. *Nam amare iucundum est*. Cauch. *Amare iucundum est*. *Sit* adstruit Erf. *nam amari iucundum sit*, et Duisb. quamvis in illo *fit* scribatur pro *sit*. *Nam* etiam retinet Pithoeanus. Graev.

*Si mihi Senatus det veniam*) Margo Cratand. *Si mihi Senatus donet veniam*. Id.

*Quae adhuc propositae sunt*) Pith. *Quae adhuc positae sunt*. Erf. *Quae adhuc proposita sunt*. Id.

*Non inopia verborum fit*) A Pith. abest *fit*. Id.

pia verborum fit, ut ad idem verbum redeatur saepius; sed inest festivitas quaedam, quae facilius auribus diiudicari, quam verbis demonstrari potest.

15. Contentio est, quum ex contrariis verbis aut rebus oratio conficitur, hoc pacto: Habet adsentatio iucunda principia, eadem exitus amarissimos adfert. Item: Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes. Item: In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. In re frigidissima cales, in ferventissima friges. Tacito quum opus est, clamas: ubi loqui convenit, obmutescis. Ades? abesse vis: abes? reverti cupis. In pace bellum quaeritas: in bello pacem desideras. In concione de virtute loqueris, in proelio prae ignavia

tert. Mox *saepius* abest a Leid. qu. Id. — *Inest festivitas.* Ita leg. auctoritate MSS. O. et edd. pp. male adsuerunt *quaedam.* Leid. qu. *facilitas.* Ovd. *Festivitas quaedam. Quaedam* in Gryph. tribus exempl. abest. Ba.

15. *Contentio est quum ex contrariis verbis out rebus.* Leid. sec. *cont. gravis est.* Ed. Med. *quoe*: deest praepositio Voss. tert. Voces *verbis aut* absunt MSS. O. et Ed. Med. *aut rebus* desunt Ed. Omn. Ovd. *Quum ex controriis rebus orotio conficitur*, tres Gryph. libri *cum ex contrariis verbis*, antiqua editio Leonic. Aldi, Victor. Lambinus utramque lectionem complexus unam efficit *cum ex controriis verbis aut rebus.* Neutra certe vox salva lege praeceptionis potest desiderari. Ba. — *Hoc pacto.* Ed. Omn. *hoc modo.* Ovd. — *Amicis inexorabilem.* Voss. pr. Leid. sec. *a. implacabilem. Te* repetunt Voss. tert. Leid. tert. Id. — *In tumultu solus es otiosus.* Leid. tert. caret τῷ *in.* Idem cum primo et quarto non agnoscunt *solus.* Bene. Id. — *In re frigidissima.* Voss. tert. *In re frigida.* Id. — *Tacito quum opus est.* Ed. Omn. *Tacere* c. o. e. Leid. qu. *cito eum non est opus.* Id. — *Vbi loqui convenit.* Leid. pr. tert. Voss. pr. *cum tibi l. c.* Leid. qu. *eum tibi l. obvenit.* Voss. sec.

*Vt ad idem verbum redeatur saepius*) In Duisburg. non legitur *soepius.* Id.

*Inest festivitas quaedam*) In nullo scripto reperi istud *quaedam.* Gron. Erf. et al. MSS.: *Inest festivitas, quae.* Duisb. *Inest facilitas quaedam, quae.* Graev.

*Ex contrariis verbis out rebus*) Erf. et alii MSS., et quidam editi: *Ex contrariis rebus.* Id.

*Inimicis te placobilem, omicis inexorabilem.*) Duo libri manuscr. habent, *omicis implacabilem.* Lamb.

*In tumultu solus es otiosus*) Abest ab Erfurtensi *solus.* Duisb. *In tumultu soles esse otiosus*, non male quidem, sed rotundior est Erfurtensis scriptura, et oppositio venustior, si *solus* deleatur. Graev.

*In ferventissima friges*) Medic. *In ferventissimo frigescis.* Gron.

*Vbi loqui convenit*) Erf. *Cum tibi loqui convenit*, Duisb. *Vbi loqui obvenit.* Al. *Cum loqui convenit.* Graev.

*Prae ignavia*) Al. *Per ignaviam.* Sed *prae ignovia* asserit Erf. Id.

tubae sonitum perferre non potes. Hoc genere si distinguemus orationem, et ornati et graves poterimus esse.

Exclamatio est, quae conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius, per hominis, aut urbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem, hoc modo: Te nunc adloquor, Africane, cuius mortui quoque nomen splendori ac decori est civitati. Tui clarissimi nepotes suo sanguine aluerunt inimicorum crudelitatem. Item: O perfidiosae Fregellae, quam facile scelere vestro contabuistis? ut, cuius nitor urbis Italiam nuper illustravit, eius nunc vix fundamentorum reliquiae maneant. Item: Bonorum insidiatores latrocinio vitam innocentissimi cuiusque petistis: tantamne ex iniquitate iudiciorum vestris calumniis adsumitis facultatem? Hac exclamatione si loco utemur, et raro, et quum rei magnitudo postulare videbitur, ad quam volemus

*Tibi loqui cum c.* Id. — *Africane.* Voss. pr. Leid. pr. sec. qu. *o Africane.* Id. — *Aluerunt inim. crudelitatem.* Voss. pr. Leid. pr. sec. Ed. Omn. *abluerunt in. c.* Voss. sec. *alluerunt.* Id. — *O perfidiosae Freg.* Abest *o* a Leid. tert. qu. Ed. Med. MSS. quidam *Frag.* Mox *remaneant* Voss. sec. Id. — *V. calumniis adsumitis facultatem.* Leid. tert. qu. *v. calumniatoribus.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. Ed. Med. *adsumsistis.* Id. — *Si loco utemur et raro.* Copula deest Voss. sec. tert. Leid. sec. tert.

*Per hominis cuiusdam*) In Erf. non est *per.* Id.

*Rei cuiuspiam compellationem*) Pith. *rei cuiuspiam appellationem.* Id.

*Splendori ac decori est*) Al. *Splendori ac dedecori est.* Id.

*Tui clarissimi nepotes*) Al. *Tui carissimi nepotes.* Id.

*Aluerunt inimicorum*) Sic Erfurt. Cauch. et nonnulli alii MSS. Sed Edd. pleraeque: *Abluerunt inimicorum.* Id.

*O perfidiosae Fregellae*) *O* abest ab Erfurt. et Duisb. Id.

*Reliquiae maneant*) Cauchian. et Lamb. ed. *Reliquiae remaneant.* Id.

*Vitam innocentissimi*) Erf. *Viam innocentissimi.* Id.

*Innocentissimi cuiusque*) Pith. *Cuiusque innocentissimi.* Id.

*Calumniis assumitis facultatem*) Lamb. ed. *Calumniis assumsistis facultatem?* Duisb. *Calumniatoribus assumitis facultatem?* Id.

*Si loco utemur et raro*) Tres MSS. Erf. Pith. Duisb. non agnoscunt copulam *et.* Ea sane non incommode abest. Sententia verborum: *si loco utemur raro*, si suo loco, sive si opportune et commode utemur hac ex-

indignationem animum auditoris adducemus. Interrogatio non omnis gravis est, neque concinna, sed haec, quae, quum enumerata sunt ea, quae obsunt causae adversariorum, confirmat superiorem orationem, hoc pacto: Quum igitur haec omnia faceres, diceres, administrares, utrnm animos sociorum ab republica removebas, et alienabas, an non? Et: Vtrumne aliquem exornari oportuit, qui ista prohiberet, ac fieri non sineret, an non?

qn. *ac rarn* Ed. Med. Id. — *Fnceres, diceres.* Deest *diceres* a Leid. pr. Id. — *Vtrum animos* etc. *an non et.* Exsulant a Leid. pr. a m. pr. item Leid. sec. Id. — *Ab rep. removebas.* Voss. tert. *a rep. movebas.* Id. — *Et aliennbas.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. *et abalienabas.* Bene. Id. — *Vtrumne aliquem exornari.* MSS. Omn. et edd. pp. *utrum.* Bene. Tum *exorari* MSS. III cum edd. pp. *exortari* Leid. pr. qu. Omnia usque ad finem capitis desunt Leid. sec. Ovd. Ita scriptum retinent eodem consensu vulgati omnes: *ex* manuscriptis quidam, ut Gryph. A, *exhortari* habent: alii, in his Gryph. B, *exorari*, quomodo etiam scriptum invenitur in Leon. libro: quomodo edidimus, et omnino videtur legendum. Br. — *Qui istn prohiberet, ac fieri.* MSS. IV *qui ista et proh.* Voss. tert. Leid. tert. *qui istaec proh.* Benc. Voss. pr. sec. *et fieri.* Ovd.

clamatione. Nam *loco*, et *in loco* saepe veteribus accipitur pro loco opportuno, seu opportune. Cic. Ep. ad Q. Fratrem: *Quod et ampla erant, et loco posita.* Horat. *Dulce est desipere in locn.* Nolo congerere exempla plura, quae in promtu sunt et ab aliis collecta. Id.

*Confirmat superiorem*) Pith. *Et confirmat superiorem.* Id.

*Haec omnin diceres, faceres*) Sic Erf. Sed edd. *Haec omnia faceres, diceres.* Id.

*Vtrum animos sociorum a republica removebas et alienabas, an non*) Haec verba nec in Erfurt. nec in Duisb. leguntur, vitio librariorum propter verbum *utrum* bis positum. Id.

*Vtrumne aliquem exornari oportuit*) Sic retinuerunt Lambinus et Gruterus ex quibusdam anterioribus, quum Victorii Stephanica habeat *utrum aliquem*, quam lectionem in tribus MSS. observo. Et sane, cur modo dixit, *utrum animos .. removebas?* Itaque hoc restitui. Sed etiam Mediceus, *ista aut prohiberet.* An scripsit, *a vi prohiberet?* ut, *ab armatorum impetu virginem prohibere*, dixit de Claris Orat. in fine. Gron. Victor. et Grut. edd. *et utrum ne aliquem exornari.* Erf. Pith. Duisb. *Et utrum aliquem exorari.* Cratand. ed. *Et utrum aliquem exhortari.* In omnibus, quas consului, ante Victorii editionem Venetam Antonii Iuntae 1536, est *utrum*, non *utrumne*; quod etiam Iac. Gronovius improbavit; *exornari oportuerit* in Erfurtensi. Graev.

*Qui ista prohiberet*) Medic. *Qni ista aut prohiberet.* Duisb. *Qui ista et prohiberet.* Id.

16. Ratiocinatio est, per quam ipsi a nobis rationem poscimus, quare quidque dicamus, et crebro nosmet a nobis petimus uniuscuiusque propositionis explanationem. Ea est huiusmodi: Maiores nostri si quam unius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio multorum maleficiorum convictam putabant. Quo pacto? quoniam, quam impudicam iudicarant, eam veneficii quoque damnatam existimabant. Quid ita? quia necesse est, eam, quae suum corpus addixerit turpissimae cupiditati, timere permultos. Quos istos? virum, parentes, caeteros, ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat, eos necesse est, ut, quoquo modo possit, veneficio petat. Cur? quia nulla potest honesta ratio retinere eam, quam magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem, natura muliebris inconsideratam. Quid ve-

16. *Quoniam quam.* Deest prima vox Voss. tert. Leid. tert. Oud. — *Veneficii q. damnatam.* Voss. pr. Leid. sec. *veneficam q. d.* Leid. pr. *veneficio q. d.* Idem. — *Timere permultos.* Voss. sec. tert. Leid. tert. *t. multos.* Idem. — *Cur? quia nulla potest.* Voss. pr. Leid. sec. *quare necesse est eam, quam n. p.* Idem. — *Retinere eam.* Deest pronomen Voss. tert. Ed. Med. Idem. — *Intemperantia audacem.* Voss. pr. Leid. pr. a m. pr. item Leid. sec. *intemperantem, a.* Idem. — *Natura m. inconsideratam.* Voss. O. Leid. pr. sec. Ed. Med. *n. m. faciat necesse est incons. mulieris* etiam Voss. pr. Leid. pr. sec. tert. *mulieribus* Ed. Med. Legendum puto totum locum hoc modo. *Cur? quia eam, quam nulla potest honesta ratio retinere, quam magn. p. f. timidum, intemperantia audacem, natura muliebris faciat necesse est incons.*

*Per quam nos ipsi a nobis*) Erfurt. *Per quam ipsi a nobis.* Id.

*Multorum maleficiorum convictam*) Pith. *Multorum maleficiorum convinctam.* Id.

*Impudicam iudicarant*) Al. *Impudicam iudicabant.* Id.

*Veneficii quoque damnatam*) Erf. *Veneficam quoque damnabant.* Id.

*Timere permultos*) Erf. Pith. Cauch. *Timere multos.* Id.

*Virum, parentes, caeteros*) Lamb. ed. *Virum, parentes, fratres, caeteros.* Sed unde hauserit *fratres*, tacet. Erfurtensis venustius *Virum, parentem, post ceteros; post* est postea. Sed a vulgata non recedendum puto. Id.

*Ad quos videt sui*) Erf. *Ad quos videtur sui.* Id.

*Cur? quia nulla potest*) Erf. *Quam nulla potest*, sine *cur.* Id.

*Natura muliebris inconsideratam*) In duobus praestantissimis MSS. quaedam voces leguntur ab aliis neglectae, quae tamen non negligendae fuerunt, quum hanc exornationem

neficii damnatam? quid? putabant impudicam quoque necessario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium causa, quam turpis amor et intemperans libido commovere potuit: quum, cuius animus mulieris esset corruptus, eius corpus castum esse non putaverunt. Quid in viris? idemne hoc observabant? minime. Quid ita? quia viros ad unumquodque maleficium singulae cupiditates impellunt: mulieres ad omnia maleficia cupiditas una ducit. Item: Bene maiores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dedisset, iniquum erat in eorum supplicio consumere, quos eadem fortuna paullo ante in amplissimo statu collocarat. Quid quod exercitum con-

IDEM. — *Veneficii damnatam? quid? p.* Leid. qu. *ven. causa quam damn.* Ed. Med. *si quam ven. damnatam p.* Ed. Omn. *quam ven. damnatam p.* ID. Cod. Lips. *quam veneficii damnabant.* ERN. — *Cuius mulieris animus.* Sic MSS. et Ed. Med. non *cui. an. mul.* OVD. — *Idemne hoc observabant.* Deest *hoc* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Med. IDEM. — *Cupiditas una ducit. Deducit* Gryph. A; caeteri, ut impressi, *ducit.* BR. — *Bene maiores nostri.* Prima vox deest Voss. pr. Vltimo Voss. sec. Leid. sec. tert. Ed. Med. Recte. OVD. — *In ampl.*

reddant acriorem. In Pith. vero sic legitur *Natura mulieris faciat necesse est inconsideratam.* Erf. *Natura muliebris quare eam faciat necesse est inconsideratam;* non temere haec in his libris adiecta sunt. ID.

*Quid veneficii damnatam* ) Erfurt. *Quidquam veneficii damnatam putabant;* forte *Quid nam veneficii damnatam? putabant.* Margo Cratand. *Quam veneficii damnabant, putabant.* ID.

*Quid? putabant* ) Erf. et Pith. non habent *quid.* Duisb. *Quam putabant.* IDEM.

*Nulla facilius ad id maleficium*) Pith. *Nulla facilius ad maleficium.* ID.

*Quum cuius animus mulieris* ) Erf. *Cum cuius mulieris animus.* ID.

*Corpus castum esse* ) Erf. *Corpus castum esse.* ID.

*Non putaverunt* ) Al. *Non putarint.* IDEM.

*Quid in viris? idemne hoc observabant? minime* ) Lamb. ed. *Quid in viris idemne hoc observabant.* ID.

*Maiores nostri* ) Erf. *Nostri maiores.* ID.

*Hoc compararunt* ) Desunt haec in Duisb. ID.

*Facultatem fortuna* ) Erfurt. *Fortuna facultatem.* ID.

*In amplissimo statu collocarat* ) Pithoean. *in amplissimo statu collocaret.* IDEM.

*Quod exercitum contra*) Pith. *Quod exercitus contra.* ID.

tra duxit? desino meminisse. Quid ita? quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare; qui victi sunt, eos homines iudicare, ut possit bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille, si vicisset, num idem fecisset? non profecto tam sapiens fuisset. Quid igitur ei parcis? quia talem stultitiam contemnere, non imitari consuevi.

Haec exornatio ad sermonem vehementer accommodata est, et animum auditoris retinet adtentum, tum venustate sermonis, tum rationum exspectatione.

17. Sententia est oratio sumta de vita, quae aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit, hoc modo: Difficile est primum virtutes revereri, qui

*statu coll.* Deest praepositio Leid. tert. Idem. — *P. humanitas augere.* Leid. tert. *p. hum. adaugere.* Idem. — *At ille si v.* MSS. O. et edd. pp. *Et ille si v.* Idem. — *Num idem fecisset.* MSS. plerique et Ed. Med. *non id f.* Idem. — *Quid igitur ei parcis.* MSS. O. et edd. pp. *Cur i.* etc. Leid. qu. caret pronomine, non male. Idem. — *Retinet attentum.* Voss. pr. Leid. pr. *reddit att.* Ovd. Ita legas, ut et Lamb. emendat, et scriptum exstat in Gryphii manuscriptis; a quibus vetusta Leonic. editio non dissentit. Br. — *Tum venustate serm.* Voss. tert. Leid. sec. qu. Ed. Med. *eum v. s.* Ovd.

17. *Breviter est, hoc pacto.* Sic. MSS. O. et Ed. Med. quod frustra mutarunt in *hoc modo.* Ovd. — *Primum virtutes rev.* Voss. tert. Ed.

*Quia victi sunt*) Nauci non est (monendum tamen, ut caveatur posthac) quod Gruteriana ex aliis, ex ista Londinensis et Basileensis admiserunt, hanc nempe lectionis ineptiam, quum alii habeant *qui victi*, quod est quoque in libris scriptis, et ipsa ratio postulat. Gron.

*At ille si vicisset*) Erf. et Pith. *Et ille si vicisset.* Duisb. *Et non ille si vicisset.* Graev.

*Quid igitur ei parcis*) MSS. omnes nostri: *cur igitur.* Gron. Erf. et al. MSS.: *Cur igitur ei parcis?* Graev.

*Animum auditoris retinet attentum*) Ita plures Pall. et Br. nam Fabr. *continet;* prius eusi *reddit.* Grut. Non tantum hanc lectionem firmat Erfurtensis, et alii MSS.; sed praeterea pro vulgato *tum rationum exspectatione* in illo scribitur *tum ratione exspectationis.* Graev.

*Breviter ostendit hoc modo*) Erf. et Pith. *Breviter ostendit hoc pacto.* Id.

*Difficile est plurimum virtutem etc.* Sic restituit Ranconetus, coniectura ductus, quum in libris omnibus legatur *primum.* Lambin. *Difficile est primum virtutes revereri.* Est hoc a Guilielmianis omnibus, ac Pal. pr. tert. quint. antea eusi *virtutem;* nisi quod Lambinus adhaeserit coniecturae Ranconeti *plurimum virtutem:* non necessario; nam *primum* notat

semper secunda fortuna sit usus. Item: Liber is est existimandus, qui nulli turpitudini servit. Item: Egens aeque est is, qui non satis habet, et is, cui nihil satis potest esse. Item: Optima vivendi ratio est eligenda: eam iucundam consuetudo reddet. Huiusmodi sententiae simplices non sunt improbandae, propterea quod habet brevis expositio, si rationis nullius indiget, magnam delectationem. Sed illud quoque probandum est genus sententiae, quod confirmatur subiectione rationis, hoc modo: Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandae, propterea quod sola virtus in sua potestate est; omnia praeter eam subiecta sunt fortunae dominationi. Item: Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt, hi, simul ac fortuna delapsa est, devolant omnes. Quum enim recessit ea res, quae fuit

Med. *primum eum v. r.* Leid. tert. *virtutem.* Ovd. *Difficile est plurimum.* Sic legit Lamb. Rauconeti coniecturam secutus: *primum* manuscrip. et impressi tuentur: equidem *plurimum* malim. Brvtvs. — *Eam iucundam.* Leid. tert. e. *iucundissimam.* Ovd. — *Subiectione rationis hoc modo.* Voss. O. Leid. pr. Ed. Med. *subi. r. hoc pacto*, ut supra. Id. *Hoc pacto* Gryph. Iria exemplaria: *hoc modo* excusi omnes. Br. — *Subiecta s. fort. dominationi.* MSS. VI, edd. pp. *Subi. s. sub fort. dominatione.* Voss. tert. *sub f. dominationem.* Quod omnino auheic *in primis*, *ante omnia.* Grvt. Lamb. ed. *Plurimum virtutem revereri.* Pith. *Primum virtutes revereri illi.* Al. *Primum virtutem revereri.* Graev.

*Cui nihil satis potest*) Erfurt. *Cui satis nihil potest.* Id.

*Omnia praeter eam*) Liber unus manuscriptus habet *omnia praeterea.* Lamb. Pith. *Omnia enim praeter eam.* MS. *Omnia praeterea.* Id.

*Subiecta sunt fortunae dominationi*) Nihil moror, si sic priores invenerunt in scriptis; eademque constructio est IV, 40. Sed ex Mediceo notatum inveniens *dominatione*, nec quidquam amplius, et ideo consulens alios, video in omnibus duobus *sub fortunae dominatione.* Forsan hoc maluit, qui supra cap. 8 dicere maluit *ingenuis sub hostilem libidinem subiectis.* Adde Nizoliana: IV, 2: *Vnumquodque genus exemplorum sub singulos artis locos subiicere*; de Invent. I, 52: *Vnum sub aspectum subiiciuntur.* Gron. Erf. et duo alii MSS. quos Iac. Gronovius excussit, *subiecta sunt fortunae dominatione.* Sic et Pith. nisi quod *sub* in illo desideretur, et Cauch. *Subiecta sunt sub fortunae dominationem*, quo modo et alibi Ciceronem locutum esse idem probat Gronovius, quem vide. Graev.

*Qui fortunis alicuius inducti amici-*

consuetudinis causa, nihil superest, quare possint in amicitia retineri.

Sunt item sententiae, quae dupliciter efferuntur, sine ratione, et cum ratione: hoc modo sine ratione: Errant, qui in prosperis rebus omnes impetus fortunae se putant fugisse. Sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus adversos reformidant. Cum ratione, hoc pacto: Qui adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur, propterea quod aetas illa non est impedimento bonis studiis: at hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant, ut, quibus virtutibus

ctori huic est restituendum. V. Comment. Ovd. — *In amicitia retineri.* Voss. pr. tert. Leid. O. edd. pp. *in am. teneri.* Verissime. Idem. — *Sine rotione et cum ratione.* Desuut haec Voss. O. Leid. pr. sec. qu. edd. pp. Sed Voss. sec. addita sunt m. recent. in Leid. tert. *aut cum rotione aut sine ratione.* Ovd. *Sunt item sententiae, quae duplices efferuntur, hoc modo sine ratione. Erant* etc.' Maucam orationem, ut quod nemo non videt, ut Lamb. emendat, in uno atque altero Gryphii exempl. expletam invenimus, ut nihil nobis morae fuerit, quin ita locum excudendum curaremus. Ita autem habet: *Sunt item sententiae, quae dupliciter efferuntur, cum rotione, et sine ratione. Sine rotione, hoc modo* Br. — *Se putant fugisse.* Leid. tert. *s. p. effugisse.* Ovd. — *Ignosci putant oportere.* Voss. tert. *i. p. non oport.* Id. — *V. tueri*

*tiam eius secuti sunt*) Erf. *Qui induci amicitiam fortunis alicuius consecuti sunt.* Id.

*Quare possint in amicitia retineri*) Erf. Cauch. et Duisb. *Quare possint in amicitia teneri;* bene. Sic et *tenere* pro *retinere* ex optimo codice restitui Ciceroni in V ad Fam. ep. 12, ubi vide meas notas. Graev.

*Quae dupliciter efferuntur sine ratione, et cum ratione*) Verba isthaec addidi ex auctoritate Pal. pr. ac tertii; reliquis exciderunt, ob repetitionem vocum similium. Grvt. Sic et ante Gruterum Lambini editio scribit. Al. edd. *Quae duplices efferuntur, hoc modo sine ratione.* Graev.

*Errant qui in prosperis*) Pith. *Errant omnes, qui in prosperis.* Id.

*Omnes impetus fortunae se putant fugisse*) Lamb. ed. *Omnes impetus fortunae se putant effugisse.* Id.

*Casus adversos reformidant*) Erf. *Causas adversos reformidant.* Id.

*Aetas illa non est impedimento*) Particulam negativam etsi agnoscant alii, non tamen video esse in optimo Mediceo, et forsan auctor non addidit, quoniam in his videntur illi constituere causam, cur putent oportere ignosci, scilicet, quia aetas illa attendere bonis exercitiis et liberali meditationi nequit, et ipsius aetatis vitium obstat disciplinis, ut sic sine ipsorum adolescentum culpa fiat, quod non discant, et quod peccent. Gaud.

omnem vitam tueri possunt, eas in aetate maturissima velint comparare. Sententias interponi raro convenit, ut rei actores, non vivendi praeceptores esse videamur. Quum ita interponentur, multum adferent ornamenti. Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor, quum ad causam videat accommodari rem certam, ex vita et moribus sumtam.

18. Contrarium, idem fere est, quod contentio. Contrarium est, quod ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile confirmat, hoc pacto: Nam, qui suis rationibus inimicus fuerit semper, eum quomodo alienis rebus amicum fore speres? Item: Nam, quem in

*possint.* Sic MSS. et edd. pp. praeter Voss. tert. et Leid. sec. in quibus male *possunt.* IDEM. — *Rei actores.* MSS. IV *r. auctores.* IDEM. — *Nam necesse est animo eam comp.* Voss. sec. *nam et u. e. ut an.* etc. Voss. tert. ed. Omn. *necesse est enim* etc. Leid. sec. qu. carent τοῦ *nam.* Ed. Med. *necesse enim est eam anima c.* *animo* deest Voss. pr. Leid. sec. qu. Ed. Omn. recte. Ex voculis *enim* et *eam* alii excuderunt *animo.* OUD. *Necesse est enim comprobet eam tacitus auditor.* Ita duo nostri, et Gronovii codices pro vulgato, *nam necesse est animo eam comp. tacit. auditor*, ubi vox *animo* redundat. LALLEM. — *Ex vita et moribus.* Ed. Med. *ex v. et ex m.* OUD.

18. *Contrarium idem fere est, quod contentio.* Haec sex verba absunt a Cod. Lips. ERN. — *Alteram breviter et facile.* Voss. tert. *alterum rem et breviter facile.* OUD. — *Hoc pacto.* Voss. tert. Leid. tert. *h. modo.* IDEM. — *Suis rationibus minuens.* Voss. pr. *S. fautoribus m.* ID. — *Et item.* *Et* in nullo Codice repertum a Gronov. abest et a Lips.

*Vitam tueri possunt*) Erf. *Vitam tueri possint.* GRAEV.

*Praeceptores esse videamur*) Erf. *Praeceptores videamur esse.* IDEM.

*Nam necesse est animo eam comprobet tacitus auditor*) Mirum, si ita invenerint in scriptis codicibus viri docti. Certe ex Mediceo notatum video primam voculam in eo non esse. Praeterea duo MSS. *Necesse est enim probet eam*; qui ordo quoque est in Mediceo, servante tamen compositum: et hanc veram scripturam censeo, maxime quum et *tacitus* et *animo facere* toties in Cicerone occurrant, sed nunquam iuncta. In lege Manilia: *Qui a diis tot et tantas res tacitus auderet optare*, et alterutrum sufficit. Quod ut pateat, ecce egregia verba Livii XXXIV, 31: *Tacitus eventum fortunae meae exspectassem; nunc imperare animo meo nequivi.* GRON. Pith. *Necesse est animo.* Erfurt. *Et necesse est animo.* GRAEV.

*Confirmet hoc pacto*) Pith. *Confirmet hoc modo.* IDEM.

*Et item*) In nullo codice est copulativa. GRON. Cum Erfurtensi delevi copulam *et*, quam et Inc. Gronovius in nullo codice vidit. GRAEV.

amicitia perfidiosum cognoveris, eum quare putes inimicitias cum fide habere posse? Et: Qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum et sui cognoscentem videre in potestate quis speret? Et: Qui in sermonibus et conventu amicorum verum dixerit nunquam, eum sibi in concionibus credis a mendacio temperaturum? Item: Quos ex collibus deiecimus, cum iis in campo metuimus dimicare? Qui, quum plures erant, paucis nobis exaequari non poterant;

utrumque latinum est. Ern. — *Eum quare putes.* Leid. tert. qu. *e. q. putas.* Ovd. — *Inimicitias cum fide habere. Cum fide tenere* unus Gryph. B; in eodem paullo post, uti in aliis *videri, fore* legitur, quomodo Lamb. edidit. Br. — *Et qui privatus.* MSS. O. et ed. Med. *aut q. pr.* Ed. Omn. *et aut q. p.* Ovd. — *Eum commodum et sui cognoscentem.* Leid. pr. *eum quomodo cognoscentem se*: in Leid. qu. etiam *se.* Idem. — *Videre in potestate quis speret.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Med. *fore in p.* Voss. sec. *scire in p.* Leid. pr. qu. *videre poteris in p.* ab Ed. Omn. abest *in.* Dein *qui speres* elegantissime praebent Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Med. desunt Voss. sec. Idem. — *Verum dixerit nunquam.* MSS. O. et edd. pp. *verum non dixerit.* Voss. tert. *unquam*: deest Leid. pr. sec. alii Codd. *numquam* iungunt sequentibus: in Leid. sec. et Ed. Omn. *numquid.* Verissime. Idem. — *In concionibus credis.* Voss. tert. Leid. tert. *credas.* Bene: *putes* Leid. sec. qu. Ed. Med. Idem. — *Paucis nobis exaequari.* Voss.

*Perfidiosum cognoris*) Al. *Perfidiosum esse cognoveris.* Id.

*Quare putes inimicitias cum fide habere posse*) Erf. *quare putas inimicitias cum fide retinere posse.* Id.

*Et: qui privatus*) Erf. et Pith. *Aut qui privatus.* Id.

*Intolerabili superbia fuerit*) Erf. *Intolerabilis superbia fuerit.* Id.

*Et sui cognoscentem videre in potestate quis speret*) In MS. uno *quid speres*; alter *qui speres*; quae videtur integrior lectio, etsi Mediceus hic singularis, *videre poteris in potestate*; quasi illud *poteris* notaret, speres fore, ut unquam posses. Idem mox habet: *verum non dixerit umquam*, quod sane videntur velle et alii, et *credas.* Gron. Erf. et Cauch. *Sui cognoscentem fore in potestate qui speres.* Medic. *Et sui cognoscentem videre poteris in potestate.* Al. MS. *Et sui cognoscentem videre in potestate quid speres.* In Cauchiano his verbis, *fore in potestate*, superscripta erant haec tanquam emendatiora, *se poteris videre.* At *qui speres* est in solo Erfurtensi, quod tamen Iac. etiam Gronovius in quibusdam MSS. legit, et margo Cratandri ostentat. Sed *fore in potestate*, pro *videre in potestate*, in Lambiniana quoque comparet. Graev.

*In sermonibus et conventu*) Vide Gronov. supra ad lib. III, cap. 13. Burm.

*Verum dixerit nunquam*) Medic. *Verum non dixerit unquam.* Pith. *Verum non dixerit*, sine *nunquam*, aut *unquam.* Graev.

*Credis a mendacio temperaturum*) Erf. *A mendacio credis temperaturum.* Pith. *Credis adiumentum.* Id.

hi postquam pauciores sunt, metuimus, ne sint superiores?

Hoc exornationis genus breviter et continuatis verbis perfectum esse debet; et cum commodum est auditu, propter brevem et absolutam conclusionem; tum vero vehementer id, quod opus est oratori, comprobat contraria re, et ex eo, quod dubium non est, expedit illud, quod dubium est, ut aut dilui non possit, aut multo difficillime possit.

19. Membrum orationis adpellatur res breviter absoluta sine totius sententiae demonstratione, quae denuo alio membro orationis excipitur, hoc modo: Et inimico proderas: id est unum, quod adpellatur membrum: deinde hoc excipiatur oportet ab altero: Et amicum laedebas. Ex duobus membris haec exornatio potest constare: sed commodissima et absolutissima est, quae

pr. tert. Leid. sec. Ed. Med. *pares nobis esse.* Quod verius puto. Id. — *Hoc exornationis g.* MSS. O. et edd. pp. *h. orationis g.* Idem. — *Breviter et contin. v.* Voss. tert. et edd. pp. *brevibus etc.* Idem. — *Et cum commodum e. aud.* Voss. tert. *rerum c.* etc. Leid. tert. *tum c.* MSS. reliqui *ut cum comm.* Ed. Med. *quod cum c.* Ed. Omn. et *ut cum comm.* Id. *Comprobat contraria re.* Leid. sec. qu. Voss. sec. *comprobet.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. Ed. Med. *contrarias res.* Id. — *Expedit illud.* Voss. tert. *exp. id.* Id.

19. *Quae denuo alio membro or.* Voss. tert. *quod uno altero m. o.* Leid. qu. *quod d.* Ed. Med. *q. d. uno.* Oudend. — *Ex duobus membris*

*Hoc exornationis*) Erf. et Pith. et margo Cratand. *Hoc orationis genus.* Idem.

*Brevibus et continuatis verbis*) Brevia admodum esse haec verba nullus video, quum tot sint, quot ad sententiae integritatem requiruntur. Sane nullum praefero, quod est in scriptis tribus *breviter.* Gron. *Breviter et continuatis* reposui ex meis quatuor libris, quod et Iac. Gronovius in suis probat; vulgo *brevibus et continuatis.* Graev.

*Perfectum esse debet*) Erf. *Perfectum debet esse.* Id.

*Et cum commodum*) Pith. et Erf. *Et tum commodum.* Id.

*Comprobat contraria re*) Erf. *Comprobat contrarias res.* Pith. *Comprobat contrarias.* Id.

*Expedit illud, quod dubium est*) Pith. *Expedit illud, quod est,* ut *dubium* ἀπὸ κοινοῦ repetatur. Graev.

*Quod appellatur membrum*) Duisb. *Quod appellamus membrum.* Id.

*Ex duobus membris haec exornatio*) Sic posteriores, quum priores haberent editum vel *membris his*, vel *membris solis*, ut Stephanica Victorii. Sed in omnibus tribus scriptis

ex tribus constat, hoc pacto: Et inimico proderas, et amicum laedebas, et tibi ipsi non consulebas. Item: Nec reipublicae consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti. Articulus dicitur, quum singula verba intervallis distinguuntur caesa oratione, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu adversarios perterruisti. Item: Inimicos invidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti. Inter huius generis, et illius superioris vehementiam hoc interest, illud tardius et rarius venit, hoc crebrius et celerius pervenit. Itaque in illo genere, ex remotione brachii, et contortione dexterae gladius ad corpus adferri; in hoc autem crebro et celeri vulnere corpus consauciari videtur.

*suis.* Ita dant MSS. O. et edd. pp. male *suis* dein eiecerunt. IDEM. — *Et amicum laedebas.* Voss. tert. *et am. male l.* IDEM. — *Et tibi ipsi non cons.* Ed. Omn. *quod tibi ip.* etc. *ipsi* deest Leid. pr. tert. qu. IDEM. — *Distinguuntur.* Voss. pr. Leid. qu. Ed. Med. *distinguentur.* ID. — *Iniuriis.* Leid. pr. *coniuria.* Voss. sec. *iniuria.* ID. — *Illius superioris.* Deest prima vox Leid. sec. *istius* Voss. pr. ID. — *Illud tardius.* Sic Leid. tert. qu. Ed. Mediol. in caeteris *quod ill. t.* IDEM. — *Contortione dexterae.* Ita in solo Leid. qu. et Ed. Omnib. *contorsione* Leid. sec. cum Var. Lect. Voss. pr. atque Ed. Mediol. in reliquis est *contentione d.* Quod probo. Ab arcu desumta metaphora. ID. — *Celeri corpus vulnere.* Sic dant MSS. O. et edd. pp. non *vulnere*

invenio *ex duobus membris suis haec.* Quod cur mutetur, non intelligo, quum sit percommodum et elegans, *duobus membris*, quae sunt ei propria et naturalia, quae habere minimum semper solet. Mox Mediceus, *tibi non consulebas*, sine τῷ *ipsi.* GRONOV. Al. *Ex duobus membris solis haec exornatio.* Al. *Ex duobus membris his exornatio.* Erfurtensis, Pith. ac Duisb. aeque ac tres libri, quos Gronovius evolvit, *ex duobus membris suis haec exornatio.* Sic et prima, et Mediol. quod tuetur idem Gronovius, et explicat, *ex duobus membris*, quae sunt ei propria et naturalia, quae habere minimum semper solet. GRAEV.

*Et tibi ipsi non consulebas*) Sic Lamb. ed. procul dubio ex MSS. Erf. et Duisb. *Et tibi non consulebas.* Al. ed. *Tibi ipsi non consulebat.* ID.

*Intervallis distinguuntur*) Duisb. *Intervallis distinguentur.* ID.

*Hoc interest, illud tardius*) Erfurtensis codicis fide delevi *quod.* Sic enim vulgati: *Hoc interest, quod illud tardius.* Sed rotundior est locus hic, si Erfurt. sequamur. Paullo post idem Erfurtensis, *ex contentione brachii*, pro quo legitur in editis *ex contortione brachii.* GRAEV.

*Gladius ad corpus afferri*) Erfurt. *Gladium ad corpus afferri.* Pith. *Gladius ad corpus afferri videbitur.* ID.

*Vulnere corpus consauciari*) Erf. *Corpus vulnere consauciari.* ID.

Continuatio est densa et continens frequentatio verborum cum absolutione sententiarum. Ea utemur commodissimo tripertito; in sententia, in contrario, in conclusione. In sententia, hoc pacto: Ei non multum potest obesse fortuna, qui sibi firmius in virtute, quam in casu, praesidium collocavit. In contrario, hoc modo: Nam si quis spei non multum collocarit in casu, quid est, quod ei magnopere casus obesse possit? In conclusione, hoc pacto: Quod si in eos plurimum fortuna potest, qui suas rationes omnes in casum contulerunt; non sunt omnia committenda fortunae, ne magnam nimis in nos habeat dominationem. In his tribus generibus ad continuationis vim adeo frequentatio est necessaria, ut infirma facultas oratoris videatur, nisi sententiam, et contrarium, et conclusionem frequentibus efferat verbis. Sed et alias quoque nonnunquam non alienum est, tametsi necesse non est, eloqui res aliquas per huiuscemodi continuationes.

20. Compar adpellatur, quod habet in se membra

*corpus.* Id. — *Et continens freq.* Desunt *et continens* a Leid. sec. qu. Voss. sec. ac Leid. pr. a m. pr. Id. — *In casum contulerunt.* MSS. meliores quinque cum Ed. Omn. *in c. intulerunt* vel *intulerint.* Ed. Med. *tulerint.* Id. — *Habeat dominationem.* Ed. Omnib. *h. potestatem.* Id. — *Facultas oratoris.* Voss. tert. Leid. sec. qu. *f. orationis.* Id. — *Freq. efferat verbis.* Sic in solo Voss. tert. in Leid. qu. et Ed. Mediol. *afferat.* In caeteris et Ed. Omnib. *offerat.* Idem. — *Sed et alias.* Exsulat τὸ *sed* a MSS. quinque, a Voss. sec. et Leid. qu. Ed. Med. τὸ *et*: mox MSS. O. et Ed. Med. *huiusmedi.* Id.

*Commodissime tripertio*) Lamb. ed. *Commodissime tripartito.* Id.

*Qui sibi firmius*) Pith. *Qui firmius:* commode *sibi* potest abesse. Id.

*Si quis spei non multum*) Erf. *Si qui spei non multum.* Id.

*Committenda fortunae*) Pith. *In modanda fortunae.* Id.

*Frequentatio est necessaria*) Erfurt. *Frequentatio necessaria est.* Id.

*Vt infirma facultas oratoris videatur*) Erf. et Duisb. *Vt infirma facultas orationis:* quod non damno. Id.

*Frequentibus efferat verbis*) Alii ediderunt *afferat.* Sed Mediceus cum alio *offerat.* Gron. Erf. et Medic. *frequentibus offerat verbis.* Edd. *frequentibus afferat verbis.* Id.

*Sed et alias quoque*) Erf. *Sed alias quoque.* Id.

*Habet in se membra orationis*) a Duisb. abest *orationis.* Id.

orationis, de quibus ante diximus, quae constant ex pari fere numero syllabarum. Hoc non de enumeratione nostra fiet: (nam id quidem puerile est) sed tantum adfert usus et exercitatio facultatis, ut animi quodam sensu par membrum superiori referre possimus, hoc modo: In proelio mortem pater oppetebat, domi filius nuptias comparabat; haec omnia graves casus administrabant. Item: Alii fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparavit.

In hoc genere saepe fieri potest, ut non plane par sit numerus syllabarum, et tamen esse videatur, si una

20. *Quae constant ex p. f. n. s.* Leid. sec. Ed. Med. *quae constat.* Voss. O. Leid. pr. tert. *quae constent* Ovd. — *De enumeratione n.* MSS. O. *denumeratione*, nisi quod in Voss. sec. sit *dinum.* In Ed. Med. *de nostra enum.* Ovd. *Denumeratione*, unico verbo in Gryph. duobus manuscr. habetur. Vt optima ratione innixus, *dinumeratione* videatur Lamb. edidisse. Br. — *Puerile est.* Exsulat verbum a Leid. qu. Ovd. — *Affert usus.* Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. tert. Ed. Mediol. *afferet usus.* Quod male mutarunt. Ovd. Lips. *afferet.* Ernest. — *Mortem pater oppetebat.* Voss. tert. Leid. qu. *parens.* Ovd. — *Administrabant.* Leid. qu. *demonstrabant.* Id. — *Alii fortuna fel. d.* Voss. pr. Leid. sec. cum edd. pp. *illi.* Voss. tert. Leid. qu. *aliis.* In Voss. tert. vitiose *fecilitatem.*

*Quae constant ex pari*) Erfurt. et nonnullae edd. *Quae constent ex pari.* Idem.

*Hoc non dinumeratione nostra*) Sic restituimus, a veteri codice admoniti, in quo est *denumeratione.* Lamb. Erf. *Hoc non de numeratione nostra.* Graev.

*Puerile est, sed tantum*) Duisb. *Puerile, sed tantum.* Id.

*Sed tantum afferre usus*) Erfurt. et Cauch. *Tantum afferet usus:* bene. Idem.

*Mortem pater oppetebat*) Erf. et al. MSS. *Mortem parens oppetebat.* Idem.

*Haec omnia graves casus*) Erfurt. *Haec omnia gravis casus.* Lamb. ed. *Haec omnia gravis casus administrabat.* Id.

*Alii fortuna felicitatem*) Haud aliter Pal. sec. quart. quint. sextus, et Bruil. hactenus impressi: *Illi fortuna.* Grvt. *Alii fortuna felicitatem dedit.* Erfurt. et alii MSS. vulgo: *Illi fortuna felicitatem.* Pith. *Illi fortuna facilitatem dedit*: quod non temere damnandum. Nam *facilitas* pro felicitate nonnunquam accipitur, ut *facilitas imperii* apud Tacit. in Agric. Saepe quoque ab interpolatoribus et sciolis vox *facilitas* in *felicitas* non bene fuit immutata: vide quae I. Fr. Gronovius notavit ad Liv. lib. XXIII, cap. 31. Graev.

*Par sit numerus syllabarum*) Erf. *Par numerus sit syllabarum.* Id.

*Si una aut etiam altera syllaba est alterum brevius*) Non litem moveo huic scriptioni. Erfurtensis tamen,

aut etiam altera syllaba est alterum brevius: aut si, quum in altero plures sunt, in altero longior, aut longiores, plenior, aut pleniores syllabae erunt: ut longitudo, aut plenitudo harum multitudinem alterius adsequatur, et exaequet. Similiter cadens exornatio dicitur, quum in eadem constructione verborum duo, aut plura sunt verba, quae similiter iisdem casibus efferuntur, hoc modo: Hominem laudas egentem virtutis, abundantem felicitatis. Item: Cuius omnis in pecunia spes est, eius a sapientia est animus remotus. Diligentia comparat divitias, negligentia corrumpit animum; et tamen quum ita vivit, neminem prae se ducit hominem. Similiter desinens est, quum, tametsi casus non insunt in verbis, tamen similes exitus sunt, hoc pacto: Turpiter audes facere, nequiter studes dicere. Vivis invidiose, delinquis studiose, loqueris odiose.

Vide Graev. mox pro *huic* est *hic* in Leid. tert. Id. — *Est alterum brevius.* Voss. tert. *alterum membrum brevius sit.* Ed. Omnib. *e. alt. altero brev.* Optime dant Leid. pr. tert. *e. alterutrum brevius*, ut coniecerat Graevius. Id. — *Exornatio dicitur.* MSS. O. et Ed. Med. *ex. appellatur.* Cur hoc mutarunt? Id. — *Efferuntur.* Voss. pr. tert. *effer.* Leid. pr. sec. *efferuntur.* Id. — *Cuius omnis in pec. spes est.* Voss. sec. tert. Leid. sec. qu. Ed. Med. *huic*, ed. Omn. *huius.* Id. — *Eius a. sap. est animus rem.* Vox *eius* abest a MSS. O. nisi quod in Leid. tert. ponatur post *animus*, neque agnoscunt edd. pp. Verbum *est* deest item Voss. tert. in aliis loco variat. Adi Graev. Idem. — *Insunt in verbis.* Leid. pr. Voss. tert. *n. sunt.* Voss. pr. sec. Leid. sec. tert. Ed. Med.

cuius varietas semper est observanda: *Si una aut etiam altera syllaba est alterutrum brevis.* Existimo veram manum esse: *Si una aut etiam altera syllaba est alterutrum brevius. Alterutrum* nimirum membrum. Graev.

*Exornatio dicitur*) Erfurt. et Pith. *Exornatio appellatur.* Id.

*Iisdem casibus efferuntur*) Erf. *Iisdem casibus efferantur.* Pith. *Iisdem casibus afferuntur.* Id.

*Cuius omnis in pecunia spes est, eius a sapientia est animus remotus*) Tres MSS. Erf. Duisb. Cauch. *Huic omnis in pecunia spes est, a sapientia est animus remotus.* Sic et quartus Pith. nisi quod retineat *eius.* Lamb. ed. *Cuius omnis in pecunia est, eius a sapientia animus est remotus:* sed pro *cuius* itidem habet *huic.* Credo τὸ *est* semel abundare, et auctorem scripsisse: *Huic omnis in pecunia spes est, a sapientia animus remotus.* Graev.

Item: Audacter territas, humiliter placas. Haec duo genera, quorum alterum in exitus, alterum in casus similitudine versatur, inter se vehementer conveniunt: et ea re, qui his bene utuntur, plerumque simul ea collocant in iisdem partibus orationis. Id hoc pacto facere oportet: Perditissima ratio est amorem petere, pudorem fugere, diligere formam, negligere famam. Hic et ea verba, quae casus habent, ad casus similes; et illa, quae non habent, ad similes exitus veniunt.

21. Adnominatio est, quum ad idem verbum, et idem nomen acceditur commutatione unius literae aut litera-

*n. insunt verbis.* Id. — *Audacter territas.* Leid. tert. qu. *audaciter.* Voss. tert. *dampnas.* Id. — *In exitus, alt. in casus sim versatur.* MSS. V, Ed. Med. *in exitu.* Leid. tert. *casuum s. versantur.* Id. — *Qui his bene utuntur.* Voss. pr. *his qui b. u.* recte. Id. — *Hoc pacto.* MSS. O. et Ed. Med. *h. modo.* Idem.

21. *Ad idem verbum et idem nomen.* In nullo MS. neque Ed. pr. inveni secundo loco *idem.* Voss. sec. *aut n.* Ovd. *Annominatio est, quum ad idem verbum, et nomen acced. commut. vel addit.* Hic verba quaedam addidimus, quae non insunt in vulgatis, ex duobus Gryph. exempl. et Leoniceni. Id autem eo fecimus libentius, quo eam lectionem animadvertimus Lambino probari. Brvt. — *Commutatione unius literae aut literarum, syllabae aut syllabarum.* Voss. pr. *cum additione vocum vel unius literae aut literarum vel syllabarum*: sec. *eum mutatione vel aditione* (suprascr. *demptione*) *unius literae aut literarum*: tert. *comutatione vocum aut literarum.* In tert. et qu. cum Ed. Omnib. *commutatione vel additione unius literae aut literarum*: absunt quoque *syllabae aut syllabarum* a Leid. pr. In sec. *commutatione vocum unius literae aut syllabarum.* In Ed. Med. simplicissime legas *commutatione*, caeteris omissis. Fors. scripsit auctor *commutatione vel additione un.*

*Audacter territas*) Erf. *Audaciter territas.* Id.

*Alterum in exitus, alterum in casus*) Erf. *Alterum in exitu, alterum in casus.* Id.

*Ea re, qui his bene utuntur*) Erf. *Et ea re, quibus bene utuntur.* Pith. *Qui his bene utitur.* Id.

*In iisdem partibus orationis*) Idem *In eiusdem partibus orationis.* Id.

*In hoc pacto*) MSS. quidam: *Id hoc modo.* Id.

*Hic et ea verba*) Duisb. *Hic dein ea verba.* Id.

*Annominatio est*) Duisb. et Cauch. *Adnominatio est.* Id.

*Et idem nomen*) Duisb. *Et nomen.* Id. Vid. Gronov. ad lib. II, cap. 6. Bvrm.

*Commutatione unius literae aut literarum*) Erf. *Commutatione vel adiectione unius litterae aut litterarum.* Duisb. et Lamb. ed. *Commutatione vel additione unius litterae, aut litterarum.* Edd. tamen prima et Mediol. vulgatae accedunt: alii aliter; sed *additione* aut *adiectione*, non debuit omitti, quod et in Pithoei MS. et

rum, syllabae aut syllabarum; aut ad res dissimiles similia verba accommodantur. Ea multis et variis rationibus conficitur. Attenuatione aut complexione eiusdem literae, sic: Hic, qui se magnifice iactat, atque ostentat, veniit a te ante, quam Romam venit. Ex contrario: Hic, quos homines alea vicit, eos ferro sta-

*lit. aut literarum.* Certe *syllabae* etc. sunt spuria. Ovd. — *Adtenuntione out compl. Aut adten. uut c.* Voss. pr. tert. Leid. pr. *nut tenuat.* Leid. sec. *adtenuationibus* Voss. sec. Ovd. In Lips. MS. est: *Attenuatione eiusdem literae sic.* Ern. — *Iactat atque ostentat.* Voss. tert. *ostentat et iactat.* Ed. Omnib. caret τοῖς *atque ostentat.* Ovd. — *Venit a te, antequam R. venit.* MSS. IV *ad te*: Recte desunt illa Leid. qu. iu quo *R. veni*, tert. *R. ivit.* Id. — *Ex contrario.* MSS. V, et Ed. Med. et *ex c.* desunt Leid. tert. Id. — *Alea vicit.* Sic Voss. pr. tert.

Ascens. ac Cratand. edd. legitur, qui tamen addunt *vocum*, scribentes: *aut commutatione vocum, vel additione unius litterae:* quod nec ipsum spernendum. Graev.

*Syllabae aut syllabarum*) Haec verba nec in Erfurt. nec Duisb. leguntur. Cratandr. ed. *Aut syllabae aut syllabarum.* Id.

*Attenuatione aut complexione*) Pith. *Aut attenuatione aut complexione.* Id.

*Veniit a te ante quam Romam venit*) Erf. *Venit te ante quam Romum venit.* Duisb. *Venit ante quam Romam venit:* quae dubio procul genuina est scriptura, nisi quod pro *venit ante*, recte alii *veniit ante*: quam etiam Lambinus complexus est: *a te* natum est ex *ante*: hinc et non comparet in Duisb. in Erfurtensi autem *a* non legitur. *Veniit ante*, venditus est, *ante quam Romam venit.* Praecedentia verba, *hic qui se magnifice iactat, atque ostentat*, sic leguntur in margine Cratandri: *Hic qui se magnificat, iactat, ostentat:* si ex MSS. hausta sunt, ut credibile est, quia nulli librario posteriorum temporum haec commutatio potuisset occurrere, praeferrem vulgato. Nam *magnifico* est optimis scriptoribus idem, quod magni facio, magni aestimo. Terent. Hecyr. *Quem ego intellexi illam haud minus, quum se ipsum magnificare.* Plin. XVII, 9: *M. Varro principatum dat turdorum fimo, ex aviariis, quod etiam pabulo boum, suumque magnificat;* hoc est, laudat etiam propterea, quod ad pascendos boves et sues sit utilis. Hinc *magnificus* est saepe magniloquus, qui se thrasonice ipse effert dictis factisque. Plauto Bacchid. IV, 9, *Miles magnificus: Postea cum magnifico milite, urbes verbis qui inermus capit.* Et apud eumdem *magnifica verba*, quae Ovidio dicuntur non raro *magna verba*, hoc est, arrogantia, et ostentationis plena, quum quis se iactat insolenter. Huius vocis *magnificare* notio quum librariis ignoraretur, mutata ea vox fuit in notius et tritius *magnifice iactat.* Vereor ne *iactat* et *ostentat*, quod margo Cratandri prae se fert, sint interpretationes τοῦ *magnificat*, quae in contextum irrepserunt. Graev.

*Hic, quos homines alea vincit, eos ferro statim vinciit*) Sic legitur in exemplis Manutianis: neque video, quomodo aliter legi possit, si modo

tim vincit. Productione eiusdem literae, hoc modo: Hunc avium dulcedo ducit ad avium. Brevitate eiusdem literae. Hoc modo: Hic tametsi videtur esse honoris cupidus, tamen non tantum curiam diligit, quantum Curiam. Addendis literis, hoc pacto: Hic sibi posset temperare, nisi amori mallet obtemperare. Demendis literis, sic: Si lenones, tanquam leones vitasset, vitae se tradidisset. Transferendis literis, sic: Videte, iudices, utrum homini navo, an vano credere malitis. Item: Nolo esse laudator, ne videar adulator. Commutandis, hoc modo: Deligere oportet, quem ve-

cum Leidd. tribus et edd. pp. Id. — *Prod. ei. lit. hoc modo.* Voss. sec. *pr. ei. l. sic.* Id. — *Hunc avium* etc. usque ad *hic tam* exsulant a MSS. IV vel V. *ducit ad dampnum* inepte Leid. sec. Id. — *Esse honoris cupidus.* Abest verbum a Leid. sec. Bene. Id. — *Quantum Curiam.* Addunt e glossa *meretricem* Voss. pr. Leid. pr. In Ed. Med. *non tam curam, quam curiam diligit.* Idem. — *Demendis literis.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. *dem. nunc lit.* Id. — *Tanquam leones vitasset.* MSS. plerique cum Ed. Med. *vitasset t. l.* in ed. Omn. *quemadmodum l. v.* Id. — *Item, nolo esse laudator, ne videar adulator.* Prima vocula deest Voss. pr. Omnia haec exsulant a caeteris MSS. et edd. pp.

facere volumus, ut exempla praeceptionibus respondeant: neque tamen *vinciit* potest a verbo *vincio* usitate, quod sciam, flecti, sed *vinxit* potius: nisi dicamus a verbo *vincio* etiam praeteritum *vincivi* esse usitatum, ut a *sancio*, *sancivi* et *sanxi*. Lamb. Sequor Pall. et Bruil. ac Fabr. in quibus: *Quos homines alea vicit*; nam vulgati *vincit*. Grvt. Manut. et Lamb. edd. *Quos homines alea vincit, eos ferro statim vincit.* Vulgg. *Hic quos homines alea vincit, eos ferre statim vincit.* Gruterianis adstipulantur Pith. Duisb. Cauch. Graev.

*Avium dulcedo ducit ad avium*) Erf. *Avium dulcedo ducit ad damnum.* Idem.

*Brevitate eiusdem literae hoc modo*) Erf. *Brevitate eiusdem litterae sic.* Haec verba cum praecedentibus *avium dulcedo ad avium*, in Duisburgensi non leguntur. Id.

*Hic tametsi videtur honoris esse cupidus*) Pith. *Hic tamen etsi videtur honoris esse cupidus.* In Erfurt. *esse* non exstat. Id.

*Non tantum curiam diligit, quantum Curiam*) Pith. *Non tam curiam diligit, quam Curiam meretricem.* Vltima vox haeret etiam in Erfurt. sed tamen a magistro fuit adiecta. Graev.

*Demendis literis, sic*) Pith. *Demendis nunc litteris sic.* Id.

*Tanquam leones vitasset*) Erf. *Vitasset tamquam leones.* Id.

*Vtrum homini navo an vano credere*) Erf. *Vtrum homini ignavo credere.* Pith. *Vtrum homini nano, an vano credere.* Idem.

*Item, nolo esse laudator ne videar adulator*) Haec neque sunt in Erfurtensi, nec in Duisb. Id.

lis diligere. Hae sunt adnominationes, quae in literarum brevi commutatione, aut productione, aut translatione, aut aliquo huiusmodi genere versantur.

22. Sunt autem aliae, quae non habent tam propinquam in verbis similitudinem, et tamen dissimiles non sunt; quibus de generibus unum est huiusmodi: Quid veniam, qui sim, quare veniam, quem insimulem, cui prosim, quem postulem, brevi cognoscetis. Nam hic est in quibusdam verbis quaedam similitudo non tam ad-

Id. — *In literarum br. commut.* Sic MSS. O. et edd. pp. Ovd. *Quae in literarum commut. brevit. productione.* Aliter legitur in tribus Gryph. manuscr. et Leonicen. *quae in literarum brevi commut. productione*; quam lectionem agnoscit Lamb. infra autem lege *transiectione*, praeter Leonic. qui a vulgatis non dissentit, iisdem pariter eamdem lectionem approbantibus: *translatione* excusi habent. Br. *Commut. brevitate.* Ita Victorius. Vulgati mendose, *brevi commutatione.* Lall. — *Aut translatione.* Rescribe *aut transiectione* e MSS. O. et Ed. Med. *traiectione* Leid. qu. dein *huiuscemodi* Voss. tert. Ovd.

22. *Propinquam in verbis similitudinem.* Praepositione carent Voss. pr. sec. *cum verbis* Leid. qu. *verbi* Leid. tert. cum Ed. Omn. Ovd. —

*Deligere oportet, quam velis diligere*) Liber MS. longe optimus habet: *Dilegere oportet* etc. nam a verbo *dilego* fit *dilectus*: ex quo *dilectus militum.* Lamb. Si vim et originem vocis spectes, *deligere*, et *diligere* idem notant. Hinc *diligenter scribere* Cic. est uti verborum dilectu, et *diligenter dare* eidem est cum dilectu, non promiscue cuivis. Hinc et *dilectus*, et *delectus* militum. Graev.

*Quem velis diligere*) Pith. *A quo velis diligere.* Al. *Quae velis diligere.* Idem.

*Brevi commutatione aut productione*) Revocavi scripturam editionum antiquatarum Pall. confirmatam libris, item Br. et Fabr. nam Victorius maluerat, *commutatione, brevitate, aut productione.* Grvt. Grut. Lamb. et aliae: *Quae in litteratura, commutatione, brevitate, aut productione.* In Pith. non est *in brevi commutatione aut productione* firmatur Erfurtensis, et aliorum librorum auctoritate. Sed et praecedentia verba *in litteratura* recepta sunt primum a Lambino, nulla mentione facta ullius libri aut causae mutationis. In omnibus editionibus ante Lambinianam et Gruterianam, et tribus MSS. quos vidi, est, *quae in literarum brevi commutatione aut productione:* verissime; quod non erat interpolandum. In Erfurt. pro *translatione* est *traiectione*, non male. Graev.

*Propinquam in verbis*) Erf. *Propinquam verbis.* Pith. ed. prim. et Mediol. *propinquam verbis.* Duisb. *propinquam cum verbis.* Id.

*Quid veniam*) Pith. *Quo veniam.* Idem.

*Quum postulem*) Erf. et Pith. *Quae postulem.* Graev.

fectanda, quam illae superiores, sed tamen adhibenda nonnunquam. Alterum genus huiusmodi: Demus operam, Quirites, ne omnino Patres Conscripti circumscripti putentur. Haec adnominatio accedit magis ad similitudinem, quam superior; sed minus, quam illae superiores: propterea quod non solum additae, sed uno tempore demtae quoque literae sunt.

Tertium genus est, quod versatur in casuum commutatione, aut unius, aut plurium nominum. Vnius nominis, hoc modo: Alexander Macedo summo labore animum ad virtutem a pueritia confirmavit. Alexandri virtutes per orbem terrae cum laude et gloria sunt. Alexandrum omnes, ut maxime metuerunt, item plurimum dilexerunt. Alexandro si vita longior data esset,

*Ad virtutem ap. confirmavit.* Sic MSS. O. nisi quod in uno alteroque sit *virtutes.* Cum Graevio malim *conformavit.* Idem. — *Cum laude et gloria sunt.* Voss. pr. tert. Leidd. omnes, edd. pp. *et gl. vulgatae sunt.* Voss. sec. *sunt pervulgatae.* Non male. Id. — *Alexandrum o. ut m. metuerunt, item.* In nullo meorum, nec ed. veteri est *ut.* Deleatur. Tunc enim non *item*, sed *ita* sequi deberet. Abest et ea vox a Leid. tert. Caeterum recte sequens exemplum *Alexandro* etc. praeponi-

*Circumscripti putentur*) Pith. *Circumscripti videantur.* Id.

*Quam illa superior*) Erf. et Lamb. ed. *Quam superior.* Id.

*Tertium genus est, quod*) Erf. *Tertium genus, quod.* Id.

*Ad virtutes a pueritia confirmavit*) Legendum fortasse est *conformavit:* immo sic esse legendum contendo. Lamb. Erfurt. et Pith. *Ad virtutem a pueritia confirmavit*: verissime Lambinus: *ad virtutem a pueritia conformavit*, et sic Duisburgensis, ex quo etiam et Erfurtensi ac Pithoeano rescripsi *virtutem*. *Conformare animum ad virtutem* Latinis recte dicitur, pro animum erudire ad virtutem, munire sapientiae praeceptis ad virtutem exercendam. Cic. I de Off. 3: *Quod positum est in praeceptis, quibus in omnes partes usus vitae conformari potest:* sic et ibi recte Lambinus, quum in vulgatis sit *confirmari.* Graev.

*Cum laude et gloria sunt*) Libuit sequi auctoritatem Pal. quarti ac sexti, confirmatam fide Gemblacensis libri, et Bruilerensis: vulgata habebat amplius, *gloria vulgatae sunt;* quae vox in quatuor illis nulla est. Grut. Edd. et MSS.: *Cum laude et gloria sunt vulgatae.* Gruteri codices firmat Erfurtensis, sed caeteri tres adprobant vulgatam scripturam. Graev.

*Alexandrum omnes, ut maxime*) Particulam *ut*, quae desiderabatur, reposui. Lamb. Edd. praeter Lambinianam et Cratandri: *Alexandrum omnes ut maxime metuerunt, item.* Erf. *Alexandrum omnes maxime me-*

Oceanum manus Macedonum transvolasset. Varie hic unum nomen in commutatione casuum volutatum est. Plura nomina, casibus commutatis, hoc modo faciunt adnominationem: Ti. Gracchum rempublicam administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari. C. Graccho occisio oblata est, quae virum reipublicae

tur in MSS. aliquot et Ed. Mediol. Casuum enim ordinem secutus videtur auctor. Oud. Nos vocem *item* sustulimus, quae elegantius abest in manuscriptis, quam adest in vulgatis. Lambin. post verbum *omnes*, *ut* apponit; ut sit, cui vox *item* respondeat; omnino melius, quam in impressis; dein *Sulpicium* lege, non *Sulpicio*, ut in omnibus vulgatis legitur. Locum recte ita emendavit Lambinus. Br. — *Oceanum manus Macedonum transvolasset.* Interpolatus maxime per librarios virosque eruditos hic est locus. Plerique et antiquiores MSS. dant, *Oceanum Macedonum transvolasset*, vel *trans Oceanum M. transv.* vel *transvolasset Oc. Macedonum* aut *Macedonicum*, ut habet Leid. pr. sed Voss. tert. addit *fama.* Leid. qu. *manus.* Ed. Omnib. *nomen.* Ed. Mediol. *terras atque Oceanum fama M.* quia scilicet in nonnullis est *trans Oc. M. transvolasset.* Mihi simpliciter videtur ab auctore scriptum fuisse, *Oceanum Macedo transvolasset.* Oud. — *Hic unum nomen.* Leid. qu. Ed. Omnib. *hoc. u. n.* Id. — *Facient adnominationem.* Ita praebent MSS. O. et edd. pp. vulgo *faciunt.* Id. — *Occisio*

*tuerunt*, *idem.* Lambini emendationem confirmant Erfurtens. Duisb. et Cratandri editio. Graev.

*Oceanum manus Macedonum transvolasset*) Et hoc nostrum est facinus; ad quod induxit Palatinorum senio: quorum pr. quart. sextus tantum repraesentabant: *Oceanum Macedonum transvolasse*; quintus vero: *Oceanum fama Macedonum trans.* sec. vero ac tert. servabant illud *manus*, vere; legatur modo Suasoria I Senecae patris; retro cusi habebant: *Oceanum Macedonum gloria transvolasset*: inficete prorsus, et falso, utique si verum dixit prius, *gloria ac laude implesse orbem Alexandri virtutes.* Grvt. Erfurtens. *Trans Oceanum Macedonum transvolasset.* Duisb. *Hoc Oceanum manus Macedonum transvolasset.* Edd. *Oceanum Macedonum gloria transvolasset.* Graev.

*Varie hic unum nomen*) Duisburg. *Varie hoc unum nomen.* Id.

*Hoc modo faciunt*) Duisburg. *Hoc modo facient.* Id.

*Indigna prohibuit nex diutius in ea commorari*) Erf. *Prohibuit M. Galliciolus indignam et diutius in eo commorari.* Margo Cratandri: *Prohibuit Maliciolus indigne nex diutius in ea commorari.* Id.

*C. Graccho similiter occisio oblata est*, *quae virum reipub. amantissimum* etc. Ita quidem nonnulli e Pall. sed plerique tamen oggerunt: *occiso*, *oblata est reipubl. quae virtutis amantissimum.* Aldus nepos expressit: *occasio oblata est*, *quae virum* etc. nec omnino displicet. Grvt. Al. *C. Graccho occiso ablata est resp. quae virtutis amantissimum.* Aldi Manutii Nepotis, *occasio*; ed. *C. Graccho similiter oblata est*, *quae virum reip. amantissimum.* Erfurtensis fide delevi *similiter*, in caeteris consentit Palatinis, ut et editiones antiquiores. Graev.

*Quae virum reip. amantissimum*

amantissimum subito de sinu civitatis eripuit. Saturninum fide captum malorum, perfidiae scelus vita privavit. Tuus, o Druse, sanguis domesticos parietes, et vultum parentis adspersit. Sulpicium, cui paullo ante omnia concedebant, eum brevi spatio non modo vivere, sed etiam sepeliri prohibuerunt.

Haec tria genera proxima exornationum, quorum unum in similiter cadentibus, alterum in similiter desinentibus verbis, tertium in adnominationibus positum est, perraro sumenda sunt, quum in veritate dicemus;

*oblata est, quae.* Voss. pr. a m. sec. *occasio*: in caeteris *occiso*, et in Leid. tert. qu. Ed. Med. *similiter occiso*: dein *ablate est resp. qui* in Voss. sec. Leid. pr. tert. et mox *virtutis amant*: pro *reip.* in Ed. Med. *populi Ro.* IDEM. — *De sinu civitatis.* MSS. IV *dominatum* vel *dominatu c.* prave. ID. — *Fide captum malorum.* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Omn. *f. c. maiorum natu.* ID. — *Perfidiae scelus v. pr.* Voss. O. Leid. sec. edd. pp. *perfidia per scelus.* Leid. tert. qu. *perfidia scelus.* ID. — *Domesticos parietes.* Leid. sec. *d. parares*: an *penates*? ID. — *Sulpicium.* MSS. O. et ed. Omnib. *Sulpicio*; dein Voss. sec. *cedebant.* Voss. tert. *sepelire.* OVD. MSS. tres Gronov. et *subito de sinu civitatis eripuit*) Pith. *Quae virtutis reip. amantissimum subito dominatu sinu civitatis eripuit.* ID.

*Maiorum perfidia*) Secutus sum libros duos manuscrip. et nonnullos vulgatos; nam alii vulgati partim habent *malorum perfidia*: partim, *maiorum natu perfidia*; et ita unus etiam antiquus. LAMB. *Fide captum malorum, perfidiae scelus vita* etc. placuit Guilielmio ex Bruil. et sic quoque reponi in Pal. quarto et sexto; nam caeteri subscribebant vulgato, *fide captum, malorum perfidia per scelus vita* etc. GRVT. Lamb. *Fide captum maiorum perfidia per scelus.* Cratand. ed. *Saturnium fide captum maiorum natu perfidia per scelus.* GRAEV.

*Et vultum parentis*) Cratandr. ed. *Et multum parentis.* ID.

*Sulpicium, cui paullo ante omnia concedebant, eum brevi spatio*) Sic edunt, et sic solere Latinos agnosco, et alibi alios, qui adhuc ignorantur, sic loquutos monstrabo. Sed nunc MSS. tres omnes concordes legunt *Sulpicio cui.* Sic fluctuat formula Varronis ab Gellio XII servata: *M. Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei unam ovem multam dico;* ut habet illic bona pars veterum librorum. Sunt tamen qui praeferunt *Terentius.* GRONOV. MSS. *Sulpicio, cui paullo ante.* Erfurt. *Supplicio, qui paullo ante.* GRAEV.

*Eum brevi spatio*) Erf. *Cum brevi spatio.* ID.

*Sepeliri prohibuerunt*) Erf. *Sepelire prohibuerunt.* ID.

*Quum in veritate dicemus*) Erf. *Cum in veritate dicimus.* ID.

propterea quod non haec videntur reperiri posse sine elaboratione et consumtione operae.

23. Eiusmodi autem studia ad delectationem, quam ad veritatem videntur accommodatiora. Quare fides et gravitas et severitas oratoria minuitur his exornationibus frequenter collocatis: et non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in eiusmodi ora-

Lips. *Sulpicio cui.* Ern. — *Sine elaboratione.* Leid. qu. *labore.* Oud. — *Et consumptione operae.* Voss. pr. Leid. tert. *et suspicione op.* Voss. tert. *op. assumtione.* Leid. sec. tert. *et sumtione op.* Ed. Med. *operis assumtione.* Id.

23. *Accommodatiora.* Leid. tert. *magis accommodari.* Oud. — *Freq. collocatis.* Leid. tert. qu. *fr. collatis.* Non male. Id. — *Offenditur*

*Propterea quod non haec videntur reperiri*) Pith. *Quod haec non videntur reperiri.* Id

*Sine elaboratione*) Duisb. *Sine labore.* Id.

*Et consumtione operae*) Pith. *Et assumtione operae.* Erfurt. *Et operae sumtione.* Id.

*Studia ad delectationem, quam ad veritatem videntur accommodatiora*) Pith. *Studia exornationum magis ad delectationem, quam ad veritatem videntur accommodatiora.* Erfurt. *Studia exornationem magis ad delectationem, quam ad veritatem accommodata.* Graev.

*Minuitur his exornationibus*) Pith. *Minuitur exornationibus.* Id.

*Non modo tollitur auctoritas dicendi, sed offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor*) Quum sic praeferant omnes, quas novi aut vidi, editiones, et sententia sit perfecta, plane non haererem, nisi comperirem vocem postremam ab nullo nostrorum MSS. confirmari. Id fieri non potuit, si non etiam ab aliis vetustis codicibus abesset, quod ab ullo indicatum non memini. Sed quid, si nos dicamus adiectam esse ab illis, qui constare sententiam non putarunt, nisi ea inserta vel adnexa? plane ut in uno MS. superscriptum video: *supple, animus auditoris.* Nam *offenditur* refero ad eam quae praecessit *auctoritas dicendi*, tum quae ante appellavit *fides et gravitas et severitas oratoria.* Quam expositionem ab ipso auctore mihi porrectam offero ex cap. 31: *Si commode quis eo utatur et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem.* Cur enim et hic non interposuerunt *auditorem?* sed offenditur et ipsa oratio, et in hac auctoritas dicendi. Gron. Erfurt. *Non modo tolletur auctoritas dicendi.* Duisb. *Non modo tollitur auctoritas dicendi.* Graev.

*Offenditur quoque in eiusmodi oratione auditor*) Erfurt. et al. MSS.: *Offenditur quoque in eiusmodi oratione;* Duisb. *offenditur quoque eiusmodi oratione;* non enim agnoscunt vocem *auditor*, quam lectionem in suis etiam libris reperit Gronovius, et probavit. A Duisb. abest etiam *in.* Pithoei, et Cauchii tuentur vulgatam. Graev.

tione auditor; propterea quod est in his lepos et festivitas, non dignitas, neque pulcritudo. Quare, quae sunt ampla et pulcra, diu placere possunt: quae lepida et concinna, cito satietate adficiunt aurium sensum fastidiosissimum. Quo modo igitur, si crebro his generibus utemur, puerili videbimur elocutione delectari: ita si raro has interseremus exornationes, et in causa tota varie dispergemus, commode luminibus distinctis illustrabimus orationem.

Subiectio est, quum interrogamus adversarios, aut quaerimus ipsi, quid ab illis, aut quid contra nos dici possit: deinde subiicimus id, quod dici oportet, aut quod non oportet, aut nobis adiumento futurum sit, aut obfuturum illis e contrario, hoc modo: Quaero igitur, unde iste tam pecuniosus sit factus. Amplum patrimonium relictum est? at patris bona venierunt. Hereditas

etc. *auditor*. Apage vocem ultimam, quae in nullo MS. comparet. Ovd. *In eiusmodi oratione auditor.* *Auditor* abest a manuscriptis tribus: quam vocem si quis malit expungere, non pugnabo: nos vulgatam lectionem retinuimus. Br. — *Ampla atque pulcra.* Sic MSS. VI, et Ed. Mediol. vulgo *et p.* et mox *interseremus has exorn.* MSS. et edd. pp. Ovdend. — *Aut quod non oportet.* Omnibus libris MSS. et ed. Med. deest *quod*; dein MSS. IV et ed. Omn. *non potest.* Leid. tert. *quod oporteat d. aut non oporteat.* Idem. — *Obfuturum illis.* Pronomine carent MSS. V et ed. Omnib. Id. — *Hereditas al. obvenit.* Leidd. tres

*Ampla et pulcra*) Tres MSS. *Ampla atque pulcra.* Id.

*Lepida et concinna*) Duisb. *Lepida atque concinna.* Id.

*Cito satietate afficiunt*) Recte Bruierianus liber, *Cita satietate.* Grvt. Vnus MS. *cita satietate.* Graev.

*Raro has interseremus*) Erf. *Raro interseremus has.* Id.

*Quod dici oportet aut quod non oportet*) Secundum *quod* in nullo mihi occurrit codice. Gronov. Edd. primae: *Quod dici oportet, aut quod dici non potest.* Vulgatae recentiores: *Quod dici oportet, aut quod dici non oportet.* Erf. Duisb. Cauch. et codices Gronoviani: *Quod dici oportet aut non oportet.* Sic et edit. Hervag. nisi quod *potest* in contextu legit, pro *oportet*, quod exstat in margine, ut et in prima editione: in qua tamen est *quod.* Graev.

*Aut obfuturum illis e contrario*) Erf. *Aut obfuturum idem contrario.* Pith. *aut offuturum adversario.* Duisb. *aut offuturum e contrario.* Lamb. ed. *aut illis offuturum e contrario.* Id.

*Tam pecuniosus sit factus*) Hervag. et al. edd. antiquiores: *Tam perniciosus sit factus.* Id.

*Hereditas aliqua obvenit*) Erfurt. et

aliqua obvenit? non potest dici, sed etiam a necessariis omnibus exheredatus est. Praemium aliquod ex lite aut iudicio cepit? non modo id non fecit, sed etiam insuper ipse grandi sponsione victus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis; aut isti domi nascitur aurum, aut, unde licitum non est, pecunias accepit.

24. Item: Saepe, iudices, animadverti, multos aliqua ex honesta re, quam ne inimici quidem criminari possint, sibi praesidium petere: quorum nihil potest adver-

*venit.* Verissime. Sed et in Leid pr. *alin*, in Voss. sec. *aliqua venit*, suprascripto *obliqua*. Id. — *Sponsione victus.* Sic in solo Leid. qu. reliqui MSS. et edd. dant *vinctus*. Item *non est licitum*. Id. — *Pecunias accepit.* Leid. pr. tert. Voss. tert. *pec. cepit*. In ed. Omn. simpliciter *capit* scil. *aurum*. Id.

24. *Ne inimici quidem.* Leid. qu. non habet τὸ *quidem*. Oud. — *Ad*

Duisb. veram huius loci lectionem servarunt, in quibus est, *hereditas aliqua venit.* Sic enim Cicero loquitur, pro quo vulgus dicit hodie *obvenit.* Cic. pro Caecina 26: *Maior hereditas venit unicuique vestrum in iisdem bonis a iure et legibus.* Id. pro Flacco 34: *Quid? ingenuis mulieribus hereditates lege non veniunt.* Ibid. *Maximas autem tibi hereditates venisse.* Inferius in hoc libró cap. 29: *Aut hereditate tibi venisse.* Et: *Hereditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit.* Graev.

*Non potest dici*) Sic hunc locum olim edendum curavi: *Non modo hoc non potest dici, sed etiam* etc. qui mihi antea mutilatus et laceratus videbatur, quum existimassem, omissas esse a librario has tres voces *modo hoc non*. Nunc autem vulgatam et receptam lectionem, cum qua congruit antiqua, tueor, ac retineo. Sic enim solebant loqui interdum veteres. *Sed etiam* autem in tali genere pro *quin etiam* ponitur. Lamb. Pith. codicem si sequamur, difficultas, quae movetur, minuetur. In illo sic scribitur: *Hereditas aliqua obvenit? potest dici, sed a necessariis omnibus exheredatus est.* Pro *potest dici*, aliter dicitur *Audio.* Possunt, qui illum tuentur, hoc forte praetextu uti. Sed non est credibile, quia a necessariis omnibus est exheredatus: unde ergo illa luculenta venit haereditas? Graev.

*Grandi sponsione victus est*) Sic legendum arbitror, et ita habent plerique libri vulgati, et manuscr. Nonnulli *vinctus est*: quam lectionem reieci probata altera: nam et in Oratione pro Caecina ita locutus est, *sponsione vincere.* Lamb. Edd. quaedam: *grandi sponsione vinctus est*; cui in veteri codice Pithoei adscribitur *obligatus est.* Graev.

*Vnde licitum non est*) Erf. et Pith. *Vnde non est licitum.* Id.

*Quam ne inimici quidem criminari*) Duisb. *Quam ne inimici criminari.* Id.

sarius facere. Nam utrum ad patris virtutem confugiet? at eum vos iurati capite damnastis. An ad suam revertetur antiquam vitam, alicubi honeste tractatam? Nam hic quidem ante oculos vestros quomodo vixerit, scitis omnes. An cognatos suos enumerabit, quibus vos conveniat commoveri? at hi quidem nulli sunt. Amicos proferet? at nemo est, qui sibi non putet turpe, istius amicum nominari. Item: Credo, inimicum, quem no-

*patris virtutem.* MSS. O. et Ed. Omn. *ad p. eius.* Leid. qu. *virtutes.* Id. — *Capite damnastis.* Auctior est Vuss. pr. *legibus cap. d.* nec male. Id. — *Nam hic quidem.* Vuss. pr. *Non. Nam hic q.* Leid. sec. *non equidem.* Ovd. Hic quoque pro *at* cum tribus Grunov. Lips. habet *Nam*; ac ita etiam veteres edd. quaedam. Ern. — *Non turpe putet.* Sic MSS. et Ed. Med. vulgo *non p. turpe.* Ovd. — *Quem nocentem pu-*

*Nam utrum ad patris eius virtutem confugiet*) Erf. *Nam utrum ad patris eius vestigium confugisset?* Pith. et Duisb. *nam utrum ad patris eius virtutes confugiet.* Id.

*Eum vos iurati*) Al. *Eum iurati vos.* Id.

*An ad suam revertetur antiquam vitam alibi honeste tractatam.*) Sic restitui, quum reperissem scriptum in lib. MSS. partim *alicui*, partim *aliui*. *Aliui* enim a librariu scriptum esse pro *alibi* facile intelliget, qui versatus est in lectiune membranarum antiquarum. Lamb. MS. *An ad suam revertetur antiquam vitam alicui honeste tractatam.* Lamb. ed. *An ad suam revertetur antiquam vitam alibi honeste tractatam.* Pith. MS. *An ad suam revertetur antiquam vitam alicubi honeste tractatam.* Erf. *An ad suam revertetur quam vitam aut ubi honeste tractatam?* Ex huius optimi codicis vestigiis legendum videtur: *An ad suam revertetur vitam? quam? aut ubi honeste tractatam?* Quam tu vitam dicis, inquit adversarius, aut ubi usquam gentium honeste is vitam egit? Est qui velit pro *tractatam*, legere *traductam*; cave audias. Lucret. lib. V: *Multaque per coelum Solis volventia lustra Volgivago vitam tractabant more ferarum.* Hoc est agebant, traducebant. Graev.

*At hic quidem ante oculos vestros*) Cur haec lectio placuerit posterioribus prae illa, quam habebant editiones aliae, *nam hic quidem*, vix decernu. Certe quum illud *nam* exstare deprehendam in tribus meis MSS. et vis voculae sit aptissima, ego hoc praetulerim merito. Gron. Lambin. et Grut. edd. *At hic quidem. Nam hic quidem* rescripsi optimorum codicum et meorum et Gronovii, ac omnium editionum antiquiorum ante Lambinianam fide. Graev.

*Quidem nulli*) Pith. *Nam hic quidem nulli.* Id.

*Qui sibi non putet turpe*) Erf. *Qui sibi non turpe putet.* Id.

*Inimicum, quem nocentem putabas*) Erfurt. *Inimicum, nocentem putabas.* Pith. *Inimicum, in quem nocentem putabas.* Duisb. *Inimicum in nocentem putabas.* Id.

centem putabas, in iudicium adduxisti? non! indemnatum necasti. Leges, quae id facere prohibent, veritus es? at ne scriptas quidem iudicasti. Quum ipse te veteris amicitiae commonefaceret, commotus es? at nihilo minus, sed etiam studiosius occidisti. Quid? quum tibi pueri ad pedes volutarentur, misericordia motus es? at eorum patrem crudelissime sepultura quoque prohibuisti.

Multum inest acrimoniae et gravitatis in hac exornatione, propterea quod, quum quaesitum est, quid oporteat, subiicitur, id non esse factum. Quare facillime fit, ut augeatur indignitas negotii. Ex eodem genere, ut ad nostram quoque personam referamus subie-

*tabas.* Sic in solo Leid. sec. In caeteris *innocentem.* Hinc Ed. Omn. *amicum quem innoc.* a MSS. III abest τὸ *quem.* Id. — *Non indemnatum nec.* MSS. V et edd. pp. *non. Nam ind. nec.* Leid. pr. *non: nam eum ind. n.* sec. *non. Eum enim ind. nec.* Idem. — *Leges, quae* etc. Leid. qu. *num leges, quae* etc. Idem. — *At eorum patrem.* Voss. pr. *Non, at e. p.* Contra deest *at* Leid. pr. Idem. — *Quum quaesitum est.* Leid. sec. *cum inquisitum est.* Id. — *Vt augeatur.* MSS. O. et edd. pp. *ut exaugeatur.* Verissime. Adi Graev. Id. — *Subiectionem, sic. Nam quid.* Voss. pr. tert. *subi. fit sic. N. q.* Leid. sec. tert. *subi. sic fit N. q.* Leid. pr. *subi. facimus sic. N. q.* Voss. sec. cum Ed. Omnib. *c*

*Nam indemnatum necasti*) Pith. *Indemnatum vocasti.* Lamb. ed. *Eum indemnatum necasti.* Sicut ante reposui *nam* perperam immutatum, sic hic auctoritate codicis Erfurtensis *nam* deleo: commode enim potest abesse, et illa particula deleta rotundior erit oratio. Graev.

*Leges, quae id facere prohibent, veritus es?*) Duisb. *Num leges, quae id facere prohibent, veritus es.* In Erf. non habetur *es.* Id.

*At ne scriptas quidem*) Pith. *At ne scripturas quidem.* Id.

*Commonefaceret, commotus es*) Pith. *Commemorem faceret motus es?* Lamb. ed. *commonefaceret, misericordia commotus es?* Id.

*Quid oporteat*) Erf. *Quod oportea* Idem.

*Vt exaugeatur indignitas negotii*) Haec est scriptura Erfurtensis, Pith. et Duisburgensis. Vulgatae, *ut augeatur indignitas negotii.* Iam *exaugere* pro *augere* non semel ante usus est horum Rhetoricorum parens. Graev. Vid. Gron. supra ad cap. 13. Burm.

*Vt ad nostram quoque personam referamus subiectionem, sic*) Liber unus manuscr. habet, *fit sic.* Lamb. Hoc etiam inveni non modo in Pith. et Cauch. sed in antiquioribus Victoriana editionibus, in quibus tamen *sic fit.* Sed in prima et Mediolan. *sic faciamus.* Edd. Ascens. Hervag. *subiectionem, sic fit: Nam.* Edd. prim.

ctionem, sic: Nam quid me facere conveniret, quum a tanta Gallorum multitudine circumsederer? an dimicarem? at cum parva manu quum prodiremus, locum quoque inimicissimum habebamus. Sederem in castris? at neque subsidium, quod exspectarem, habebamus, neque erat, quo vitam produceremus. Castra relinquerem? at obsidebamur. Vitam militum negligerem? at ea videbar eos accepisse conditione, ut, quoad possem,

*subi. sic facimus. N. q.* ed. Med. *subi. sic faoiemus. N. q.* Id. — *Me facere convenit.* Sic MSS. O. et edd. pp. excepto Voss. sec. In quo vulgatum *conveniret.* Id. — *Quum prodiremus.* Sic Leid. qu. et ed. Med. In caeteris *tum.* Sed. addit Voss. pr. *castra relinquerem?* Id. — *Inimicissimum hab.* Leid qu. *munitissimum tunc h.* Id. — *Qui vitam produceremus.* Ita dant MSS. VI et edd. pp. Omnino rectius pro *quo.* Tum *producerem* in MSS. IV et Ed. Omn. Idem. — *Castra relinquerem.* Voss. pr. sec. Leid. pr. *an c. r.* Id. — *At eos vid. ea acc. cond. ut eos, quoad p.* etc. Sic vidi in MSS. O. et edd. pp. Vulgo *ea vid. eos*

*subiectionem, sic faciamus: Nam.* Victor et vulgg. *subiectionem, sic: Nam.* Graev.

*Quid me facere convenit*) Sic Erf. et Lamb. ed. Al. *Quid me facere conveniret.* Idem.

*A tanta Gallorum multitudine*) Erf. *A tanta multitudine Gallo.* Id.

*Circumsederer*) Lamb. ed. *Circumsiderer.* Id.

*An dimicarem*) Lamb. ed. *Dimicarem.* Erf. *ac dimicarem.* Id.

*At cum parva manu, tum*) Legendum fortasse est: *At cum parva manu cum prodiremus*, etc. Lamb. Edd. *At cum parva manu tum prodiremus*: ut legendum censuit Lambinus, legitur in Duisburgensi. Sed Pith. *At cum parva manu tum prodirem.* Erfurt. et Cauch. *At cum parva manu tam prodiremus*: forte: *At cum tam parva manu tum prodiremus.* Graev.

*Locum quoque inimicissimum*) Liber unus manuscr. habet: *Locum quoque immunitissimum*; et supra ubi est *conveniret*, libri manuscripti habent *convênit.* Lambin. Pith. *locum quoque inimicissimum habeamus.* Duisburgens. *locum quoque munimicissimum tunc habebamus.* Al. *locum quoque immunitissimum habebamus*; ut Lamb. in margine notavit: idem legendum forte *iniquissimum.* Graev.

*Neque erat quo vitam produceremus*) In uno inveni *qui*, quod et doctius opinor, quam ut ab sciolo potuerit existere, et vulgatum est mera eius interpretatio. Ad Attic. XI, 11: *ut sit, qui utamur.* Gron. MS.: *Nec erat quo vitam producerem.* Pith. *Nec erat, quo vitam militum producerem.* MS. unus Gronov. *Nec erat, qui vitam produceremus.* Graev.

*Ea videbar eos accepisse conditione, ut quoad possem*) MSS. omnes repetunt pronomen, *ut eos quoad possem.* Gronov. Venustius Erfurtensis, et Lambini editio: *At eos videbar ea accepisse conditione, ut quoad possem*; sed *eos* repetunt etiam Erfurtensis, Pithoeanus, meus, et Gronovii MSS. quod non putavi omittendum. Graev.

incolumes patriae et parentibus conservarem. Hostium conditionem repudiarem? at salus antiquior est militum, quam impedimentorum. Huiusmodi consequuntur identidem subiectiones, ut ex omnibus ostendi videatur, nihil potius, quam, quod factum sit, faciendum fuisse.

25. Gradatio est, in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quam ad superius conscensum est, hoc modo: Nam quae reliqua spes manet libertatis, si illis, et quod libet, licet; et quod licet, possunt; et quod possunt, audent; et quod audent, faciunt; et quod faciunt, vobis molestum non est? Item: Non sensi hoc, et non suasi; neque suasi, et non ipse statim facere coepi; neque facere coepi, et non perfeci; neque perfeci, et non probavi. Item: Africano industria virtu-

*a. c. ut, quoad p.* etc. Id. — *Patriae et parentibus cons.* Leid. qu. *patriae et conserv.* Hinc in Duisb. omissum quoque *et.* Id. — *Huiusmodi conseq.* MSS. V cum ed. Omnib. *Eiusm. c.* Ed. Med. *et eiusm. c.* Id. — *Factum sit, faciendum fuisse.* Voss. pr. Leid. sec. Ed. Med. *f. est.* Tum *faciendum f.* Voss. pr. Ed. Omn. *f. fore* Voss. tert. Id.
25. *Conscensum est.* Sic Leid. pr. qu. In caeteris MSS. *adscensum.* In Voss. tert. Leid. tert. Ed. Med. *est.* Oud. — *Non ipse statim fac. c.*

*Incolumes patriae et parentibus conservarem*) Duisb. *Incolumes patriae conservarem:* non male. Id.

*Huiusmodi consequuntur*) Erfurt. et Lamb. ed. *Eiusmodi consequuntur.* Id.

*Ex omnibus ostendi videatur*) Erf. *Ex omnibus ostendi videantur.* Id.

*Faciendum fuisse*) Vide Gronov. supr. ad cap. 1. Burm.

*Ad superius conscensum est*) Erfurt. *Ad superiores conscensum est.* Pith. *Superius conscensum est* sine *ad.* Lambin. ed. *Ad superius adscensum est.* Graev.

*Nam quae reliqua spes manet libertatis*) Lamb. ed. *Nam quae spes reliqua libertatis manet.* Id.

*Vobis molestum non est*) Pith. *Nobis molestum non est.* Id.

*Neque sensi hoc, et non suasi* etc. Videntur haec ex Demosthenis Oratione pro Ctesiphonte expressa: Οὐ γὰρ εἶρηκα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἔγραψα, οὐδ' ἔγραψα μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐπρεσβευσάμην etc. id est: *Non enim dixi quidem, sed non decrevi: neque decrevi quidem, sed non obii legationem* etc. Lamb. Erf. *non sensi hos et non.* Lamb. ed. *neque sensi hoc et non.* Graev.

*Non suasi: Neque suasi et non ipse statim facere coepi, neque facere coepi*) Pith. *Non suasi et facere coepi, et perfeci.* Id.

*Industria virtutem*) Erf. *Virtutem industria.* Id.

tem, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit. Item: Imperium Graeciae fuit apud Athenienses, Atheniensium potiti sunt Spartiatae, Spartiatas superavere Thebani, Thebanos Macedones vicerunt, qui ad imperium Graeciae brevi tempore adiunxerunt Asiam bello subactam.

Habet in se quemdam leporem superioris cuiusque crebra repetitio verbi, quae propria est huius exornationis. Definitio est, quae rei alicuius proprias amplectitur potestates breviter et absolute, hoc modo: Maiestas reipublicae est, in qua continetur dignitas et amplitudo civitatis. Item: Iniuriae sunt, quae aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violant. Item: Non est ista diligentia, sed avaritia; ideo quod diligentia est adcurata conservatio suorum: avaritia, iniuriosa adpetitio alienorum. Item: Non est ista fortitudo, sed temeritas; propterea quod fortitudo est contemtio laboris et periculi cum ratione utilitatis, et compensatione commodorum: temeritas est cum inconsiderata laborum perpessione gladiatoria periculorum susceptio. Haec ideo commoda pu-

Exsulat *statim* a Voss. tert. Leid. sec. tert. Ed. Omn. ID. — *Penes Athenienses.* Sic lego auctoritate Voss. O. et Leidd. pr. sec. atque edd. pp. vulgo *apud At.* ID. — *Atheniensium potiti sunt.* Voss. pr. Leid. sec. *Atheniensibus p. s.* Addunt *imperio* Voss. tert. Leid. qo. et Leid. pr. a m. sec. male. ID. — *Vitam c. violant.* Leid. qo. *vita c. violatur.* ID. — *Et compensatione comm.* Voss. pr. *et cum contemplatione c.* ID. — *Laborum perpessione.* Sic in solo Leid. tert. In caeteris et edd.

*Imperium Graeciae fuit apud Athenienses*) Mediceus cum alio *fuit penes Athen.* quod et notum Lambino ex aliis. GRON. Erf. et nonnulli alii MSS. *Imperium Graeciae fuit penes Athenienses.* GRAEV.

*Habet in se quemdam leporem superioris cuiusque*) Erfurt. *Habet is in se quemdam leporem superiorem cuiusque.* ID.

*Vitam cuiuspiam violant*) Duisb. *Vita cuiuspiam violatur.* ID.

*Inconsiderata laborum perpessione*) Quidam libri habent *dolorum perpessione;* sed parum refert: nam etiam apud Graecos πόνος utrumque significat, *dolorem* et *laborem.* LAMBIN. Adstipulatur his Lambini libris etiam Duisburgensis. GRAEV.

tatur exornatio, quod omnem rei cuiuspiam vim et potestatem ita dilucide proponit, et breviter explicat, ut neque pluribus verbis oportuisse dici videatur, neque lucidius potuisse dici putetur.

26. Transitio vocatur, quae quum ostendit breviter, quid dictum sit, proponit item brevi, quid sequatur, hoc modo: In patriam cuiusmodi fuerit, habetis: nunc in parentes qualis exstiterit, considerate. Item: Mea in istum beneficia cognoscitis: nunc, quomodo iste mihi gratiam retulerit, accipite. Proficit haec aliquantum exornatio ad duas res: nam et quid dixerit commonet, et ad reliquum comparat auditorem.

Correctio est, quae tollit id, quod dictum est, et pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit, hoc pacto: Quod si iste suos hospites rogasset, immo innuisset

pp. *dolorum p.* Bene: praecessit *contentio laboris.* Id. — *Lucidius potuisse dici.* Leid. tert. qu. *brevius*: item *posse* Leid. tert. Id.
26. *Proponit item brevi.* Leid. qu. *prop. ratione br.* edd. pp *breviter.* Oud. — *Quid sequatur.* Sic Leid. sec. et Ed. Med. In reliquis *q. consequatur.* Id. — *Hoc modo. In patriam.* MSS. *hoc pacto. Modo*: nisi quod in Leid. sec. sit *hoc modo. Modo*, et in Voss. tert. *hoc modo pacto.* Placet mihi *hoc pacto. Modo in* etc. Ei voci opponitur *nunc.* dein *in patrem* Leid. pr. tert. qu. Id. — *In parentes.* Voss. sec. *in patres.* Leid. pr. qu. *parens.* Id. — *Aliquantum.* Deest Leid. tert. In Voss. sec. tert. Leid. qu. edd. pp. *aliquantulum.* Id. — *Innuisset.*

*Haec ideo commoda*) Al. *Haec ergo commoda.* Id.

*Lucidius potuisse*) Erf. *Brevius potuisse.* Id.

*Breviter quid dictum*) Al. *Breviter quod dictum.* Id.

*Proponit idem brevi*) Pith. *Proponit idem breviter.* Id.

*Quid sequatur*) Al. *Quod sequatur.* Duisb. *Quid consequatur.* Id.

*In patriam cuiusmodi* etc. Si libros nostros MSS. sequimur, vox addenda est una, altera transponenda. Pall. enim omnes et Bruil. *hoc pacto: Modo in patriam* etc. Grvt. Cum Palatinis consentiunt Erfurtensis, et Pithoei. Cur praestantissimos libros negligamus, quamvis vulgatam possimus tueri? Graev.

*Nunc in parentes qualis exstiterit*) Erf. *Nunc parens qualis exstiterit.* Id.

*Nunc quomodo iste*) Lambin. ed. *Nunc quam iste.* Id.

*Proficit haec aliquantum*) Pith. *Proficit haec aliquantulum.* Id.

*Reponit hoc pacto*) Pith. *Reponit hoc modo.* Id.

*Immo innuisset modo*) Fatue editi a Lambino *si invenisset*: stultius adhuc nescio quis Caepola emendat, *si invenisset modum*: nostrum haeret in plerisque impressis, firmantque Pall.

modo, hoc facile perfici posset. Item: Nam postquam isti vicerunt, atque adeo victi sunt, eam quomodò victoriam adpellem, quae victoribus plus calamitatis, quam boni dederit? O virtutis comes invidia, quae bonos insequeris plerumque, atque adeo insectaris! Commovetur hoc genere animus auditoris. Res enim communi verbo elata, tantummodo dicta videtur: ast ea post ipsius oratoris correctionem magis idonea fit pronuntiatione. Non igitur satius esset, dicet aliquis, ab initio, praesertim quum scribas, ad optimum et electissimum verbum devenire? Est, quum non est satius, si com-

Leid. qu. *annuisset.* Voss. pr. *inn. hoc.* Id. — *Facile hoc perf.* Is MSS. ordo; non *hoc fac.* Idem. — *Atque adeo victi sunt.* Leid. tert. qu. *immo adeo v. s.* Id. — *Bonus insequeris.* Voss. pr. Leid. sec. qu. *b. sequeris.* Id. — *Atque adeo insectaris.* MSS. III, Ed. Med. *imo adeo i.* Voss. tert. *atque imo ins.* deest *adeo* Voss. pr. Id. — *Ast ea.* Voss. tert. Leid. sec. non habent *ast.* In Voss. pr. *at.* In ed. Med. *at ea res.* Id. — *Pronunciatione.* Voss. sec. Leid. tert. qu. *pronunciatio.* Idem. — *Electissimum verbum.* Voss. tert. Leid. sec. qu. *lectiss. v.* Ed. Med.

nisi quod nonnulli, *imo annuisset modo*: nihilo peius. Grvt. Mediceus cum alio *annuisset.* Gron. Lamb. ed. *Immo innuisset modo. Annuisset* non legit tantum Gronovius in Mediceo, sed ipse quoque inveni in Erfurt. et Cauchiano. Nec longe abit Pith. in quo est, *immo admonuisset modo.* Graev.

*Hoc facile perfici posset*) Verbum *perfici* abest a nonnullis libris manuscr. Lamb. Duisb. *facile perfici possit*: mallem *potuisset.* Lambinus notat in nonnullis non legi *perfici*: at in Cauchiano non habetur *Hoc facile.* Graev.

*Nam postquam isti vicerunt, atque adeo victi sunt, eam quomodo*) Lamb. ed. *Postquam isti, vicerunt atque adeo victi sunt. Nam quomodo victoriam.* Idem.

*Eam quomodo*) Vid. Perizon. ad Valer. Max. III, 3 ext. 4. Burm.

*Plerumque atque adeo insectaris*) Erfurt. *Plerumque, atque insectaris.* Pith. *Plerumque, imo adeo insectaris*; et sic margo Cratandri. Graev.

*Ast ea post ipsius* etc. Reposui illud *ast* volente Palat. sec. ac sexto, item Gembl. et Liliensi; nam Pal. tert. ac quint. *at ea.* Lambinus non contentus nihil addere auctori, detraxit ei adhuc voculam *ea.* Grvter. Sed *at* tuentur Pithoei, et alii codd. et iis proxime accedens Erfurtensis, in quo est *es.* Sed Lamb. ed. plane delet *at ea.* In multis editionibus vetustioribus nec *ast*, nec *at* reperitur. Graev.

*Idonea fit pronuntiatione*) Duisb. et Erf. *Idonea fit pronunciatio.* Id.

*Non igitur satius esset, dicit aliquis*) Erf. *Non igitur satius esse dicet aliquis.* Id.

*Electissimum verbum*) Duisb. et Lambin. ed. *lectissimum verbum.* Id.

*Est quum non est satius*) Duisb. *Est tum est satius.* Id.

mutatio verbi id erit demonstratura, eiusmodi rem esse, ut, quum eam communi verbo adpellaris, levius dixisse videaris: quum ad electius verbum accedas, insigniorem rem facias: quod si continuo venisses ad id verbum; nec rei, nec verbi gratia animadversa esset.

27. Occultatio est, quum dicimus, nos praeterire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tunc maxime dicimus, hoc modo: Nam de pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantiae addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto relinquo. Et illud praetereo, quod te tribuni rei militaris infrequentem tradiderunt. Deinde quod iniuriarum satisfecisti L. La-

*ad lect. v.* Voss. pr. *elegantissimum v.* Id. — *Quum ad electius verbum accedas.* Leid. pr. a m. pr. *cum adfectantis verbum accedat*: suprascr. *ad*; hinc in Leid. qu. *cum ad adfectantis v. accedat.* Leid. tert. *ad adfectatius v. accedat.* Voss. sec. *ad elegantius v.* Id.

27. *Consulto.* Voss. tert. *ex consulto.* Oud. — *Te tribuni rei militaris infreq. tradiderunt.* Leid. pr. a m. pr. *et rei m. te infreq. tradidisti*, cui consentit Ed. Omnib. omisso *et*. Leid. tert. *Te tribuno rei familiaris infreq. tradidisti*: pro *te* in Voss. sec. *et*. Oud. *Quod rei militaris te infrequentem tradidisti.* Nos hic verbum unum reposuimus ex duobus Gryph. libris manuscriptis: quo planissima lectio redditur: *Quod tribunis militaris te infr. reddid.* Ita autem se legisse in manu-

*Id erit demonstratura*) Erf. *Id erit demonstratur.* Id.

*Quum ad electius verbum accedas*) Notabile est, quod in Mediceo legatur *cum affectantius verbum accedas.* Gron. Erf. *Cum affectis verbum accedat.* Cauch. *Cum affectantis verbum accedat.* Duisb. *Cum ad electius verbum accedas.* Mediceus, notante Gronovio, *cum affectantius verbum accedas.* Cauchius coniiciebat *cum affectatius verbum accedat.* Sed affectata verba hodie norunt Itali, sed non veteres Romani. A vulgata non recedo. Graev.

*Insigniorem rem facias*) Erf. *Insigniores res facias.* Id.

*Nec verbi gratia animadversa esset*) Erf. *Nec verbi gratia nostri adversa esset.* Id.

*Et illud praetereo, quod te rei militari infrequentem tradidisti*) Liber MS. unus habet: *Quod te tribuni infrequentem rei militaris tradiderunt*; quae fortasse recta scriptura est. Lamb. Emendatio huius loci nata e Pal. pr. alluduntque fere caeteri: sed totidem literis ita quoque concepta est isthaec lectio in Br. In Gembl. Lil. item Fabr. et Persini in hunc diem legimus: *Quod rei militaris te infrequentem reddidisti.* Gryt. Erfurt. *Et illud praeterea, quod et rei militaris infrequentem tradiderunt.* Pith. *Illud praetereo, quod a re militari te infrequentem tradidisti.* Edd. *Et illud praetereo, quod rei militaris te infrequentem reddisti*; al. *Et illud praetereo, quod te rei militari infrequentem tradidisti.* Graev.

beoni, nihil ad hanc rem pertinere puto. Horum nihil dico: revertor ad illud, de quo iudicium est. Item: Non dico te ab sociis pecunias accepisse: non sum in eo occupatus, quod civitates, regna, domos omnium depeculatus es: furta, rapinas tuas omnes omitto. Haec utilis est exornatio, si aut rem, quam non pertineat aliis ostendere, occulte admonuisse prodest, aut si longum est, aut ignobile, aut planum non potest fieri, aut facile potest reprehendi; ut utilius sit occulte fecisse suspicionem, quam huiusmodi intendisse orationem, quae redarguatur. Disiunctio est, quum eorum, de quibus

scripto Lamb. testatur. Brvtvs. — *Ad hanc rem pertinere.* Sic cum edd. pp. dant MSS. O. excepto Leid. tert. cui deest *hanc*. Ovd. — *Revertor ad ill. de quo i. e.* Voss. pr. *revertar ad ill. unde i. e.* A Leid. qu. abest *quo*. Ed. Med. *sed rev.* Ed. Omnib. *iudicatum*. Id. — *Pecunias accepisse.* Leid. tert. *pecuniam*. Voss. sec. *cepisse*. Ovd. Sic in impressis fere omnibus legitur: *cepisse* habent duo Gryph. manuscripti. Br. — *Domos omnium depeculatus es.* Voss. pr. Leid. pr. *domus* o. Ed. Med. *depopulatus*, e Glossa. Ovd. — *Rapinas omnes tuas om.* Hic ordo in MSS. O. et edd. pp. nisi quod *omnes* non compareat in Voss. pr. Id. — *Quam non pertineat aliis ostendere.* Lamb. *quam non attineat*, multo magis ex usu et ratione Latini sermonis. Brvtvs. — *Aut planum non potest fieri.* Ita corrigendum, MSS. O. et edd. pp. aucturibus; prave inseruerunt alterum *aut*. Ovd. — *Huiusmodi int. or.* MSS. IV et Ed. Med. *eiusm.* Id. — *Disiunctio est.* MSS. IV Ed. Med. *disiunctum*. Id. — *De quibus dicimus.* Voss. tert. *de q. agimus*. Id. —

*Nihil ad hanc rem pertinere*) Ex Erfurt. Pith. et meo codice adieci *hanc*. Al. *Nihil ad rem pertinere*. Id.

*Ab sociis pecunias accepisse*) Erf. et Cauch. *Ab sociis pecunias cepisse*. Pith. *A sociis pecunias accepisse*. Id.

*Haec utilis est exornatio*) Pith. *Haec ideo utilis est exornatio*. Id.

*Si aut rem, quam non pertineat aliis ostendere, occulte*) Erfurt. *Si aut ad rem, quam non pertinet alii ostendere, quod occulte*. Id.

*Aut si longum est, aut ignobile*) Pith. *Aut longum est, aut ignobile*. Erf. *Aut longum est, aut nobile*. Id.

*Aut planum, aut non potest fieri*) Secundam coniunctionem non invenio ullibi in MSS. quae satis bene hinc potest abesse. Gron. Non est *aut* in Erf. Pith. Cauch. et MSS. quos Gronovius evolvit. Graev.

*Vt utilius sit*) Ab Erfurt. abest *ut*. Idem.

*Occulte fecisse suspicionem*) Reclamantibus libris omnibus, *iecisse suspicionem* legendum puto; quamquam *facere suspicionem* usurpavit in Oratione pro Flacco, nisi etiam locus ille mendosus est. Lamb.

*Huiusmodi intendisse orationem*) Erf. *Eiusmodi intendisse orationem*. Lamb. ed. *huiusmodi intendisse accusationem*. Margo Cratandri: *huiusmodi intendisse actionem*. Graev.

*Disiunctio est*) Erfurtens. et Duisb. *Disiunctum est*. Id.

dicimus, aut utrumque, aut unumquodque certo concluditur verbo, sic: Populus Romanus Numantiam delevit, Karthaginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas evertit. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatae sunt; nihil Karthaginiensibus scientia rei militaris adiumento fuit; nihil Corinthiis erudita calliditas praesidii tulit; nihil Fregellanis morum et sermonis societas opitulata est. Item: Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. Hic utrumque, et in superiore exemplo unamquamque rem certo verbo concludi videmus.

Coniunctio est, quum interpositione verbi et superiores orationis partes comprehenduntur, et inferiores, hoc modo: Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. Adiunctio est, quum verbum, quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum, aut postremum collocamus. Primum, hoc pacto: Deflorescit formae dignitas aut morbo, aut vetustate. Postremum sic: Aut morbo, aut vetustate formae dignitas deflorescit. Ad festivitatem disiunctio est adposita; quare rarius utemur ea, ne satietatem pariat; ad brevitatem coniunctio; quare saepius adhibenda est.

*Corinthum disiecit.* Voss. pr. Leid. sec. *C. deiecit.* Id. — *Et in super. exemplo.* Deest copula MSS. IV. Id. — *Interpositione verbi. Per interpositionem* unus Gryph. liber. Br. — *Sed aut primum.* Voss. pr. *sed hoc a. p.* Ovd. — *Postremum sic.* MSS. V *postremo sic.* Id. — *Ad brevitatem coniunctio.* Voss. pr. tert. Ed. Omn. *Brevitatem parit c.* Leid. sec. *at brevitatem pariat coni.* Leid. pr. tert. Voss. sec. Ed. Med. *ad br. coni. est adposita.* Frustra. Id.

*Corinthiis erudita calliditas*) Erf. *Corinthiis calliditas.* Id.

*Nihil Fregellanis*) Erf. *Nihil Fragellanis.* Id.

*Vtrumque et in superiore*) Erf. et Duisb. *Vtrumque in superiore.* Id.

· *Rarius utemur ea, ne*) Erf. *Rarius utemur, ne.* Id.

*Ad brevitatem coniunctio*) Repete ἀπὸ κοινοῦ, *est apposita*; mendosi autem sunt hoc loco vetusti aliquot Codices, in quibus scriptum est, ut in vulgatis, *brevitatem parit coniunctio.* Mendum autem natum est ex eo, quod quum ab aliquo librario ita scriptum esset, *ne satietatem pariat, at*

28. Hae tres exornationes de simplici genere manant. Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut miserationis, eiusdem unius aut plurium verborum iteratio, hoc modo: Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos et intestinos comparat. Item: Commotus non es, quum tibi mater pedes amplexaretur, non es commotus? Item: nunc etiam audes in horum conspectum venire, proditor patriae, proditor, inquam, patriae, venire audes in horum conspectum? Vehementer auditorem commovet eiusdem redintegratio verbi, et vulnus maius efficit in contrario causae, quasi aliquod telum saepius

28. *Aut miserationis.* Antiquiores libri Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. edd. pp. dant *aut commiserationis.* Ovd. — *Tumultus C. Gracchi.* Leid. pr. *C. Gracchus*, tert. *Gracchus Gracchus.* Id. — *Tumultus domesticos brevitatem*: alius librarius postea, quum hunc librum describeret, *at* posterius, sive prudens, putans esse supervacaneum, sive imprudens, duarum syllabarum similitudine in errorem inductus, omisit: postremo semidoctus aliquis, quum videret aliquid deesse, addidit verbum *parit.* Lamb.

*Aut commiserationis*) Haec absunt a duobus codd. MSS.; quare vel delenda putant quidam, vel legendum *aut commorationis;* ego nihil muto. Lamb. Recte Erfurt. et Pith. *aut miserationis.* Vulgo *aut commiserationis.* Ignorarunt scioli, idem esse *miseratio*, quod communius dicitur *commiseratio.* Sic in Oratore Tullius dixit *miseratione iudices permovere.* Mox idem Erfurt. *plurimorum verborum iteratio.* Sed Pith. *plurium verborum iteratio fit.* Graev.

*Tumultus C. Gracchi, tumultus domesticos et intestinos comparat*) Erf. *Tumultus Gracchi, Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparat;* rectius et magis ad hanc figuram apposite repetitur *Gracchi;* sed Pith. pro *Gracchi* scribitur *Gracchus.* Mihi videtur reliquisse horum commentariorum scriptor: *Tumultus Gracchi, Gracchi tumultus domesticos et intestinos comparant.* Iuvenalis: *Quis tulerit Gracchos de seditione querentes?* Vulgata tamen retineri potest, si deleas distinctionem post *Gracchi*, quae est in omnibus editionibus. Vis sane huius exempli non tam in iteratione vocis *tumultus*, quam *Gracchi* posita est. Id.

*Intestinos comparat*) Lambin. ed. *Intestinos comparavit.* Id.

*Quum tibi mater pedes*) Pith. *Cum mater tibi pedes.* Id.

*Non es commotus*) Pith. *Commotus non es.* Id.

*Auditorem commovet*) Pith. *Auditores commovet.* Id.

*Eiusdem redintegratio verbi*) Pith. *Eiusdem integratio verbi.* Id.

*In contrario causae*) Fortasse legendum *in contraria causa.* Lamb. *In contrario* hic accipitur, ut vulgatius *e contrario*, aut *contra*, pro quo pes-

perveniat in eamdem partem corporis. Interpretatio est, quae non iterans idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est, alio verbo, quod idem valeat hoc modo: Rempublicam radicitus evertisti, civitatem funditus deiecisti. Item: Patrem nefarie verberasti, parenti manus scelerate intulisti. Necesse est eius, qui audit, animum commoveri, quum gravitas prioris dicti renovatur interpretatione verborum.

Commutatio est, quum duae sententiae inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, ut a priore posterior, contraria priori, proficiscatur, hoc modo: Esse oportet, ut vivas; non vivere, ut edas. Item: Ea re poëmata non facio, quia, cuiusmodi volo, non possum; cuiusmodi possum, nolo. Item: Quae de illo dicuntur, dici non possunt; quae dici possunt, non dicuntur. Item: Si poëma loquens pictura est; pictura tacitum poëma debet esse. Item: Quia stultus es, ea re taces; non tamen, quia taces, ea re stultus es. Non potest dici, quam commode fiat, quum contrariae sen-

*et intestinos comparat.* Leid. pr. Voss. sec. *et dom. et int.* Leid. tert. *et int. et dom.* Voss. pr. *t. domesticos hostes et int.* In eodem et Leid. tert. *comparavit.* Leid. pr. *compararat.* Id. — *C. funditus deiecisti.* Leid. qu. *c. f. disiecisti.* Id. — *Si poëma loquens p. e.* Ab MSS. O. et Ed. Omn. abest τὸ *si.* Exemplum hoc exsulat ab Leid. qu. Ed. Med. Id. — *Tantum poëma.* Leid. tert. *mutum p.* Id. — *Quia stultus es.* MSS. O. et edd. pp. *si stultus es.* Id. Lips. *si stultus... non tamen si taces* etc. Ern. — *Non tamen quia taces.* Leid. qu. *sapiens tamen et tacens*: desunt *non tamen quia* in Voss. sec. In caeteris rursus et edd. pp. *si taces.* Oud. — *Quia*

sime multi *e contra*, quod nescit Latium. *Vulnus maius efficit causae*, est, magis vulnerat causam, et deteriorem efficit. Graev.

*Quod positum est alio*) Pith. *Quod positum est verbum, alio.* Id.

*Manus scelerate intulisti*) Erf. et Cauch. *Manus scelerate attulisti.* Id.

*Si poëma loquens pictura est, pictura tacitum poëma debet esse*) Pith. *Poëma loquens pictura est, tacitum poëma debet esse.* Erf. *Poëma loquens dictum tacitum poëma.* Idem. V. Victor. lib. XXII Var. Lect. c. 24. Burm.

*Quia stultus es, ea re taces: non tamen, quia taces, ea re stultus es*) Pith. et Cauch. *Si stultus es, ea re taces, non tamen, si taces, ea re stultus es.* Monstrosa est scriptura libri Erfurtensis: *Stultus es, ea re taces: sapiens tamen et tacens ea re stultus es.* Graev.

*Cum contrariae sententiae translatione*) Erf. *Cum contrariae sententiae*

tentiae translatione verba quoque convertantur. Plura subiecimus exempla, ut, quoniam difficile est hoc genus exornationis inventu, quum bene esset intellectum, facilius in dicendo inveniretur.

29. Permissio est, quum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere et concedere alicuius voluntati, sic: Quoniam, omnibus rebus ereptis, superest animus et corpus, haec ipsa, quae mihi de multis sola relicta sunt, vobis et vestrae condono potestati. Vos me vestro, quo pacto vobis videbitur, utamini, atque abutamini licebit impune: in me, quidquid libet,

*commode fiat.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *quam c. f.* Ed. Omn. *qui c. f.* Id. — *Contrariae s. translatione.* Voss. pr. Leid. pr. *in contr.* Leid. tert. *ex contr.* Voss. sec. tert. Leid. tert. qu. *relatione.* Id. — *Plura subiecimus exempla.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *pl. hic s. e.* deest *exempla* Leid. qu. Id.

29. *Quum ostendimus.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. Ed. Omn. *c. ostendemus.* Ovd. — *Superest animus.* Sic Leid. pr. In caeteris et edd. pp. praefiguntur *solum mihi.* Voss. sec. *anima.* Id. — *Vos me vestro.* Sic MSS. V; verissime. V. Gron. et Graev. *vos me vero* Voss. sec. Ed. Med. Id. — *Impune.* Voss. pr. et Leid. pr. a m. sec. *impunite.* Leid. sec.

*relatione.* Lamb. ed. *Cum in contrariae sententiae relatione.* Id.

*Plura subiecimus exempla*) Lamb. ed. *Plura hic subiecimus exempla;* a Duisb. abest *exempla.* Id.

*Hoc genus exornationis inventu*) Pith. *Hoc genus exornationis inventum.* Id.

*Quum ostendimus*) Erf. *Cum ostendemus.* Id.

*Omnibus ereptis, superest* etc. Secutus sum Palat. quart. et sext. quibus secundas faciebat Bruil. additum hactenus, *omnibus ereptis solum mihi superest;* plane superflue. Grvt. Pithoean. *Ereptis solum modo superest.* Vulgg. *Ereptis mihi superest.* Graev.

*Vos me, quo pacto vobis videbitur, utamini*) Mediceus cum altero *vos me vestro, quo.* Id mihi videtur vere antiquum, h. e. qui iam velut per deditionem vester sum factus. Plane ut Campani ad Patres Conscriptos: *Quandoquidem nostra tueri iusta vi non vultis, vestra certe defendetis. Itaque populum . . divina humanaque omnia in vestram populique Romani ditionem dedimus, quidquid deinde patiemur, dedititii vestri passuri,* apud Livium VII, 31. Ovidius VII Metam. 507: *Ne petite auxilium, sed sumite, dixit, Athenae, Nec dubie vires, quas haec habet insula, vestras Ducite.* Gron. Erf. Pith. Duisb. *Vos me vestro, quo pacto vobis videbitur, utamini,* quod et Iacob. Gronovius in duobus vidit MSS. et probavit. Edd. vulgg. *Vos me, quo pacto.* Graev.

*Vobis videbitur*) Al. *Vobis videtur.* Id.

*Abutamini licebit impune*) Palat. quart. sext. Bruil. habent *impunite.* Grvter. Nonnulli MSS. *licebit impunite.* Edd. vetustiores: *Licebit: impune in me;* Margo Cratandri, *licebit, impunite.* Graev.

*Quidquid libet statuite, edicite: obtemperabo*) Vulgg. sic habent, *sta-*

statuite: dicite, atque obtemperabo. Hoc genus tametsi alias quoque nonnunquam tractandum est, tamen ad misericordiam commovendam vehementissime est accommodatum.

Dubitatio est, quum quaerere videtur orator, utrum de duobus potius, aut quid de pluribus potissimum dicat, hoc modo: Obfuit eo tempore plurimum reipublicae consulum sive stultitiam, sive malitiam dicere oportet, sive utrumque. Item: Tu istud ausus es dicere, homo omnium mortalium? quaero, quonam te, digno moribus tuis, adpellem nomine. Expeditio est, quum

Voss. tert. *imponite.* Id. — *Quidquid libet.* Voss. tert. *quis quid quilibet.* Leid. qu. *quod libet.* Ed. Omn. *quid libet.* Id. — *Atque obtemperabo.* Lamb. vocem *atque* non habet. Forte non male legi possit *aeque obtemperabo.* Nam *atque* ferri non potest, quae vulgata lectio est. Br. — *Quaerere videtur orator.* MSS. IV et edd. pp. *videatur.* Ovd. — *Tu istud ausus es.* Voss. pr. Leid. sec. *illud.* Voss. tert. *audes.* Voss. sec. *Tu istud tu ausus es.* Quod placet. Id. — *Quaero, quonam te.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. tert. qu. *q. nam quo te.* Voss. sec. *q. namque quo te.* Sed egregie iam Ed. Mediol. dedit *nam quo te*, omisso verbo *quaero*, quod languidam reddit sententiam. V. Graev. Ovd. *Nam quo te digno.* Ita, teste Grutero, duo Palatini, et nostri eodem alludunt.

*tuite, dicite: atque obtemperabo.* Ego *edicite*, quod reperi in duobus libris MSS. reponendum curavi. Copulationem *atque* in uno codice antiquo non reperi. Licet tamen retinere: olet enim nescio quam Latini sermonis consuetudinem, antiquitatis plenam. Lamb. Erfurt. *quidlibet* (quod etiam est in Cauch. Duisb. *quodlibet*) *statuite, dicite, atque huc parebo.* Lamb. ed. *Quidquid libet, statuite, edicite atque obtemperabo.* Alia eiusdem editio: *Quidquid libet, statuite, edicite, obtemperabo.* Sane τὸ *atque* non est delendum. Veteribus enim Comicis praesertim, saepissime est, statim, confestim, illico, ut multis exemplis viri docti ostenderunt ad Plautum. Virg. I Georg. — *Si brachia forte remisit, Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.* Graev.

*Vehementissime est*) Pith. *Vehementer est.* Id.

*Quum quaerere videtur orator*) Erf. *Quum quaerere videatur orator.* Id.

*Obfuit eo tempore*) Erf. *Offuit eo tempore.* Id.

*Tu istud ausus es dicere*) Pith. *Tu istud audes dicere.* Erf. *Tu ista audes dicere.* Id.

*Quaero, quonam te digno* etc. Pal. quartus: *quaero iam quo te digno* etc. sed magis placet quod inveni in sec. et tertio: *homo omnium mortalium? nam quo te digno* etc. sine voce *quaero.* Grvt. MS. *quaero iam quo te digno;* duo al. MSS. non agnoscunt *quaero;* et rectius poterat abesse sine detrimento sententiae, quin brevior et efficacior sic erit sententia. Duisb.

rationibus compluribus enumeratis, quibus aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit, caeterae tolluntur, una relinquitur, quam nos intendimus, hoc modo: Necesse est, quum constet istum nostrum fundum fuisse, ostendas, te aut vacuum possedisse, aut usu tuum fecisse, aut emisse, aut hereditate tibi venisse. Vacuum, quum ego adessem, possidere non potuisti: tuum usu fecisse etiamnum non potes: emtio nulla profertur: hereditate tibi, me vivo, mea pecunia venire non potuit. Relinquitur ergo, ut me vi de meo fundo deieceris.

Haec exornatio plurimum iuvabit coniecturales argumentationes. Sed non erit, tanquam in plerisque, ut, quum velimus, ea possimus uti: nam facere id non poterimus, nisi nobis ipsa negotii natura dabit facultatem.

30. Dissolutio est, quae coniunctionibus verborum e medio sublatis, partibus separatis effertur, hoc modo: Gere morem parenti, pare cognatis, obsequere ami-

Vulgo *quaero quonam te digno.* Lall. — *Rationibus compluribus.* Voss. pr. r. *quam pluribus.* Leid. tert. *quam plurimis.* Voss. tert. *plurimis.* Oud. — *Tuum usu fecisse etiamnum non potes.* MSS. O. et edd. pp. *Tuum etiam nunc u. f. non p.* Bene. Id. — *De m. f. deieceris.* Voss. pr. *de m. f. eieceris.* Id.

30. *Dissolutio est quae.* Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. *dissolutum est,*

*Quaero nam quo te digno.* Erf. *Quaero nam te digno moribus tuis.* Graev.

*Aliqua res aut fieri, aut non fieri potuerit*) Erf. *Aliqua res fieri potuerit.* Pith. *Aliqua res fieri, aut non fieri potuerit.* Id.

*Istum nostrum fundum*) Pith. *Illum nostrum fundum.* Id.

*Tuum usu fecisse*) Erf. *Tuum fecisse.* Id.

*Etiamnum non potes*) Pithoean. et Lamb. ed. *Etiam nunc non potes.* Id.

*De meo fundo deieceris*) Al. *De meo fundo eieceris.* Id.

*Nam facere id non poterimus*) Erf. *Haec facere non poterimus.* Duisburg. *Nam facere non poterimus.* Id.

*Nisi nobis ipsa negotii natura*) Erfurt. *Nisi negotii natura.* Id.

*Dissolutio est, quae*) Erf. Cauch. Duisb. *Dissolutum est quod.* Sed in Cauch. et Duisb. est tamen *quae*, non *quod.* Sic superius cap. 27, in MSS. *disiunctum est*, pro quo in editis *disiunctio est.* Graev.

*Partibus separatis*) Al. *Separatis partibus.* Id.

cis, obtempera legibus. Item: Descende in integram defensionem; noli quidquam recusare; da servos in quaestionem; stude verum invenire. Hoc genus et acrimoniam habet in se, et vehementissimum est, et ad brevitatem accommodatum. Praecisio est, quum, dictis quibusdam, reliquum, quod coeptum est dici, relinquitur in audientium iudicio, sic: Mihi tecum praecertatio non est, ideo quod populus Romanus me..... nolo dicere, ne cui forte arrogans videar; te autem saepe ignominia dignum putavit. Item: Tu ista nunc audes dicere, qui nuper alienae domui ?..... non ausim dicere, ne, quum te digna dixero, me indignum quidpiam dixisse videar. Hic atrocior tacita suspicio, quam diserta explanatio facta est. Conclusio est, quae brevi argumentatione ex iis, quae ante dicta sunt, aut facta, conficit id, quod necessario consequatur, hoc modo:

*quod.* OVD. — *Obtempera leg.* Additur in Voss. pr. *item. Ferte citi flammas, date tela, impellite remos.* ID. — *Relinquitur in audientium iudicio.* Voss. pr. Ed. Omn. *r. inchoatum.* tert. *r. incouctum.* sec. Leid. qu. Ed. Med. *r. in a. iudicium.* ID. Codd. MSS. Pall. aliquot, Bruil. Fabric. Lips. alii post *relinquitur* addunt *inchoatum.* Sed caeteri ita, ut illa *in audientium iudicio* omittantur; Lips. vero *atque in aud. iud.* ERN. — *Alienae domui.* Leid. sec. qu. Ed. Med. *al. domi.* OVD. — *Indignum quidpiam.* Voss. pr. *ind. cuipiam.* ID. — *Conficit id, quod.* Deest

*Da servos in quaestionum* ) Erf. *De servo in quaestionem.* ID.

*Quum dictis quibusdam reliquum*) Pith. *Cum dictis aliquibus reliquum.* IDEM.

*Relinquitur in audientium iudicio, sic: mihi*) Quidam liber manuscr. habet, *relinquitur inchoatum in audientium*, quae scriptura magnopere mihi placet. LAMBIN. Pall. aliquot, item Tolos. Br. Fabr. *Relinquitur inchoatum, sic mihi tecum*; non probem. GRVT. Erf. *Relinquitur inchoatum iudicium si.* Duisb. et nonnullae edd. *Relinquitur in audientium iudicium sic.* GRAEV.

*Praecertatio non est* ) Erf. *Praecertatione est.* Lamb. ed. *Mihi tecum par certatio non est.* ID.

*Ne cui forte arrogans videar* ) Absunt a Duisb. ID.

*Tu ista nunc audes* ) Lamb. ed. *Tu istud nunc audes.* ID.

*Alienae domui*) Erf. *Alienae domi.* IDEM.

*Quum te digna dixero*) Erf. *Quum te digna dixerim.* Pith. *Quum te dignum dixero.* ID.

*Conficit id, quod necessario*) Erf. Pith. et Duisb. *Conficit quid necessario.* ID.

Quod si Danais datum erat oraculum, non posse capi Troiam sine Philoctetae sagittis, hae autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt: hunc extinguere, id nimirum capi fuit Troiam.

31. Restant etiam decem exornationes verborum, quas idcirco non vage dispersimus, sed a superioribus separavimus, quod omnes in uno genere positae sunt. Nam earum omnium hoc proprium est, ut ab usitata verborum potestate recedatur, atque in aliam rationem cum quadam venustate oratio conferatur. De quibus exornationibus nominatio est prima, quae nos admonet, ut cui rei nomen aut non sit, aut satis idoneum non sit, eam nosmet idoneo verbo nominemus, aut imitationis, aut significationis causa. Imitationis hoc modo: Vt maiores *rudere*, et *vagire*, et *mugire*, et *murmu-*

τὸ *id* Leid. pr. sec. qu. Voss. tert. Ed. Omn. Id. — *Hae autem nihil aliud fecerunt.* Leid. tert. *haec vero nihil fec.* Id. — *Nisi Alex.* Ed. Med. *nisi quod Al.* Id. — *Hunc extinguere.* Voss. tert. *hunc igitur exst.* Ed. Med. *ergo h. exst.* Id.

31. *A Superioribus.* Caret praepositione Leid. qu. Dein *sunt positae* MSS. O. et edd. pp. Ovd. — *Earum omnium.* MSS. III Ed. Omn. *eorum o.* Id. — *Cui rei nomen.* MSS. O. Ed. Med. *cuius rei n.* Id. — *Aut imitationis aut significationis causa.* Voss. pr. *aut imit. causa aut sign.* Voss. sec. *aut imit. causa aut s. c.* Leid. qu. *aut imit. verbo vel causa aut sign.* Id. — *Imitationis. Causa* subdunt Voss. pr. et Ed. Med. Id. — *Rudere et vagire et mugire.* Voss. pr. *rudire et mugire*, sec. *vagire aut mugire*, tert. *rudere, vagire, aut mugire.* Leid. pr. *rudere et mugire*, tert. *nostri rudere, vagire, mugire, m.* qu. *fortassis et*

*Datum erat oraculum*) Al. *Editum erat oraculum.* Id.

*Nihil aliud fecerunt*) Vid. Gron. supra ad lib. I, c. 4. Bvrm.

*Id nimirum capi fuit Troiam*) Malim sic legi: *Id nimirum capere Troiam fuit.* Lamb.

*Sed a superioribus*) Duisb. *Sed superioribus.* Graev.

*In uno genere positae sunt*) Erfurt. *Omnes in uno genere sunt positae.* Id.

*Nam earum omnium*) Erf. *Nam eorum omnium.* Id.

*Quae nos admonet*) Erfurt. *Quae nosmet admonet.* Id.

*Cui rei nomen aut non sit*) MSS. tres *cuius rei.* Gron. Erf. et al. MSS. *Cuius rei nomen.* Graev.

*Satis idoneum non sit*) Pith. *Satis idonee non sit.* Id.

*Aut imitationis, aut significationis causa*) Duisb. *Aut imitationis verbo vel causa, aut significationis.* Id.

*Imitationis, hoc modo*) Lamb. ed. *Imitationis causa hoc modo.* Id.

*Vt maiores rudere, et vagire, et*

*rare*, et *sibilare* adpellaverunt. Significandae rei causa, sic: Postquam iste in rempublicam fecit impetum, fragor civitatis inprimis est auditus. Hoc genere raro utendum est, ne novi verbi adsiduitas odium pariat: sed si commode quis eo utatur, et raro, non modo non offendet novitate, sed exornabit etiam orationem. Pronominatio est, quae sicuti cognomine quodam extraneo demonstrat id, quod suo nomine adpellari non potest: ut, si quis, quum loquatur de Gracchis, At non Africani nepotes, inquiet, istiusmodi fuerunt. Item, si quis de adversario dicat: Videte nunc, inquit, iudices, quemadmodum me Plagiosippus iste tractarit. Hoc

*mugire*. Ed. Omn. *rudere vagire*. Id. — *Si commode quis eo utatur*. Leid. qu. *si e. proferat quis*. Id. — *Exornabit*. Voss. pr. tert. Leid. sec. *exornat*. sec. Leid. qu. *exornet*. Id. — *Pronominatio*. Leid. qu. *pronunciatio*. Id. — *At non Afric. nep*. Sic Voss. pr. ed. Omn. In caeteris *an non* etc. Id. — *De adversario quum dicat*. Sic Voss. O. et Leid. sec. qu. Bene. Vulgo deest *cum*. Id. — *Plagiosippus*. MSS. ple-

*mugire*) Erf. *Vt maiores audere et mugire*. Id.

*Sibilare appellarunt*) Sic Erf. Alii *Sibilare appellaverunt*. Id.

*Inprimis est auditus. Hoc*) Erf. *Inprimis. Hoc*. Id.

*Si commode quis eo utatur, non*) Erf. Pith. *Si commode quis ea utatur et raro, non*. Duisb. *Sic commode proferat quis*. Id.

*Exornabit etiam orationem*) Erf. *Exornat etiam oratione*. Duisb. *Exornet etiam orationem*. Lamb. ed. *Sed etiam exornabit orationem*. Id.

*Pronominatio est*) Erf. *Pronunciatio est*. Id.

*Quod suo nomine adpellari non potest*) Cauch. *Quod suo nomine non potest appellari*. Id.

*At non Africani nepotes*) Erf. *An non Africani nepotes*. Id.

*Si quis de adversario dicat*) MSS. tres eodem modo nunc procedunt, quo ante, *si quis, de adversario quum dicat, videte nunc, inquit*, ut etiam notat Lambinus. Gron. *Si quis de adversario quum dicat*. Erfurtensis, Duisb. tres Gronoviani, et Lambini editio: in vulgatis *cum* omittitur perperam. Nam in praecedentibus eodem modo, quod et Gronovius adnotavit, loquitur. Graev.

*Quemadmodum me Plagiosippus iste tractarit*) Adr. Turnebus legendum putat, *Plagioxiphus*. Ego, *Philoxiphus*. Philippum significari puto. Lamb. *Plagiosippus iste*. Ita maxima pars Pall. quippe unus atque alter *Phlagioxyppus*, quomodo Br. et Petreiani, sed unico *p*. Fabr. *Plagioxiphus*, quod placuisse Turnebo, refert quidem heic Lambinus, sed tacet ipsemet lib. XX Adversarior. cap. 25, ubi alias potius coniecturas suas producit. Gavt. Erf. Cauch. *Plagioxyppus*. Al. *Plagioxiphus*. *Plagiosip-*

pacto non inornate poterimus et in laudando, et in laedendo, aut in corpore, aut animo, aut in extraneis rebus dicere, sicuti cognomen, quod pro certo nomine collocemus.

32. Denominatio est, quae a propinquis et finitimis rebus trahit orationem, qua possit intelligi res, quae non suo vocabulo sit adpellata. Id aut ab inventore conficitur, ut si quis de Tarpeio loquens, eum Capitolinum nominet; aut ab invento, ut si quis pro Libero vinum, pro Cerere frugem adpellet: aut ab instru-

rique *plagioxippus*. supr. in Voss. pr. *flagioxippus*. Id. — *Aut in corpore aut animo*. Primum *aut* abest a MSS. O. et edd. pp. *in* recte etiam deest plerisque libris, *et animo* Leid. qu. *vel in animo* Voss. tert. *aut in anima* Leid. sec. Id. — *Aut in extraneis r.* Rursus *in* deest Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. Ed. Omn. Verissime in Leid. pr. *laedendo corpore aut animo aut extr.* V. Graev. Id. — *Collocemus*. Sic Voss. pr. tert. Leid. sec. edd. pp. cum Graev. vulgo *collocamus*. Id.

32. *Quae ab rebus prop. et finit.* Sic legunt Voss. pr. sec. Leid. pr. sec. tert. qu. Ed. Med. vulgo *a pr. et fin. rebus*. Deest praepositio Voss. tert. Ovd. — *Id aut ab inventore conficitur*. Leid. pr. tert. qu. Ed. Omn. *ista ab inv.* Voss. pr. tert. *id aut ab invento colligitur aut ab inventore conficitur*. sec. *ista aut ab invento aut ab inventore sit*; *ab inventore conficitur*. Leid sec. *id aut ab invento aut ab inventore conficitur*. Id. — *De Tarpeio loquens, quum Capitolinum nom.* Leid. pr. *Tarpeium, loquens de Capitolio*; *nom.* Abest *cum* a Leid. tert. Id. — *Ab instru-*

*pus*, acerbissime dictum diu arbitratus sum in Philippum oratorem, qui pro fure, et plagiario, et impio mordetur acriter: plagium igitur furtumque ei obiici censebam, ut et lib. II de Oratore in iocis. Nunc scribendum censeo *plagosus fuste*, aut *plagosus iste*, quod quidem omnium maxime mihi probatur. Nam de adversario loquitur, a quo vapulavit, qui sensus et e priore emendatione efficitur. Turnebus d. l. Graev. Priscian. in Gramm. pag. 379, *plagioxippus* legit. Burm.

*In laedendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus*) Erf. *In laedendo corpore, aut animo, aut extraneis rebus*. Optime sane. Particulam *in* omisit etiam in editione sua Lambinus, et primum *aut* Duisburgensis: mox ex eodem Erf. et Cauch. rescripsi *collocemus*, quum in editis sit *collocamus*. Id.

*Sicut cognomen*) Edd. vett. *Sicuti pronomen*. Id.

*Quae a propinquis et finitimis rebus*) Erf. *Quae ab propinquis et in finitimis rebus*. Cauch. *Quae ab rebus propinquis et finitimis*. Graev.

*Id aut ab inventore*) Erf. *Ita ut inventorum*. Duisb. *Ita ab inventore*. Id.

*Ab inventore conficitur*) Pith. *ab inventore colligitur*. Cratandr. ed. *Id aut ab invento colligitur, ut ab inventore conficitur*. Id.

*Aut ab invento, ut si quis*) Pith. *Aut ab inventore conficitur, ut si quis*. Erf. *Aut invento, ut si quis*. Id.

*Pro Cerere frugem*) Erf. *Pro Cerere fruges*. Id.

mento dominum, ut si quis Macedonas adpellarit, hoc modo: Non tam cito *sarissae* Graecia potitae sunt: aut idem Gallos significans dicat: Nec tam facile ex Italia *materis* Transalpina depulsa est; aut id, quod fit, ab eo, qui facit; ut, si quis quum bello velit ostendere aliquid quempiam fecisse, dicat: Mars istud te facere necessario coëgit; aut si, quod facit, ab eo, quod fit, ut, quum desidiosam artem dicemus, quia desidiosos facit: et frigus pigrum, quia pigros facit: ab eo, quod continet, id, quod continetur, hoc modo denominabitur: Armis Italia non potest vinci, nec Graecia disciplinis. Nam hic pro Graecis et Italis, quae continent, notata

*mento dominum.* Leid. tert. *instrumentum pro domino*, Leid. qu. *in instr.* Id. — *Macedonas appellarit.* Voss. pr. Leid. sec. qu. *Macedones.* Voss. sec. tert. Leid. qu. *appellet*; dein Voss. pr. *appellarit Sarissas.* Non male. Id. — *Significans dicat.* Verbum abest a MSS. O. et Ed. Med. Id. — *Ex Italia.* Leid. qu. *ab Italia.* Id. — *Materis Transalpina.* Deest prima vox Voss. sec *armatura* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. cum Edd. pp. *acies* Leid. qu. *matrix* Leid. pr. Id. — *Aut si qui facit, ab eo.* Sic MSS. O. vere. Vulgo *quod.* Id. — *Desidiosos facit.* Leid. sec. *desidiam f.* Id. — *Pigros facit.* Sic in solo Voss. tert. Caeteri daut *p. efficit.*

*Si quis Macedonas adpellarit hoc modo*) Pith. *Si quis Macedones appellet hoc modo.* In Erf. est etiam *Macedones*, et in Duisb. *appellet.* Id.

*Non tam cito sarissae Graecia*) Erf. *Non tam cito ratis egregie.* Id.

*Gallos significans dicat, Nec tam*) Erf. Pith. Duisb. *Gallos significans, nec tam.* Id.

*Nec tam facile ex Italia materis Transalpina*) Sic legendum, et ita edidit Paullus Manutius. Est autem *materis* genus teli Gallici. Sisenna: *Gallia materibus, Suevi lanceis configunt.* Lamb. Erf. *Nec tam eius faciles ex Italia materis.* Ed. Cratand. *Nec tam facile ex Italia armatura.* Adnotavit hic P. Pithoeus: *materis*; sic in vet. Sed in margine emendatum erat *Armatum*, sicut et in altero diserte legebatur, sed male: vide Nonium cap. de genere armorum, et Turneb. Advers. IX, 7. Materes erant arma Gallica. Graev. Vid. ad Liv. VII, cap. 24. Burm.

*Mars istud te facere*) Erf. *Mea vis istuc te facere.* Pith. *Mars et istud te facere.* Graev.

*Aut si, quod facit, ab eo*) Erfurt. Duisb. Cauch. *Aut si qui facit, ab eo.* Idem.

*Quum desidiosam artem dicemus quia*) Erf. *Cum desidiosum Martem dicimus, quod.* Id.

*Quia pigros facit*) Erf. et Lamb. ed. *Quia pigros efficit.* Sed in Erfurt. est etiam *quod* pro *quia.* Id.

*Nam hic pro Graecis, et Italis*) Erf. *Nam id pro Graecis, talis.* Pith. *Nam id pro Graecis, et pro Itali. si* Idem.

sunt. Ab eo, quod continetur, id, quod continet, ut, si quis aurum, vel argentum, aut ebur nominet, quum divitias velit nominare. Harum omnium denominationum magis in praecipiendo divisio, quam in quaerendo difficilis inventio est, ideo quod plena consuetudo est non modo poëtarum, et oratorum, sed etiam quotidiani sermonis, huiusmodi denominationum. Circuitio est oratio, rem simplicem adsumtam circumscribens elocutione, hoc pacto: Scipionis providentia Karthaginis opes fregit. Nam hic, nisi ornandi ratio quaedam esset habita, Scipio potuit et Karthago simpliciter adpellari.

Transgressio est, quae verborum perturbat ordinem aut perversione, aut transiectione. Perversione sic: Hoc vobis deos immortales arbitror dedisse pietate pro vestra. Transiectione hoc modo: Instabilis in istum plu-

Concinnius. *Homines* addunt Edd. pp. Id. — *Id quod continet.* Desunt Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. tert. Id. — *Vel argentum.* MSS. V Ed. Med. *aut a.* Id. — *In quaerendo.* Voss. pr. *in inquirendo*; sec. Leid. pr. tert. *inquirendo.* Id. — *Assumtam.* MSS. V *assumta*, vere. Id. — *Hoc pacto.* MSS. IV *hoc modo.* Id. — *Karthaginis opes.* Leid. qu. *Cartaginiensium.* Voss. pr. *opem.* Id. — *Aut perversione.* Sic Ed. Med. deest *aut* MSS. O. et Edd. Omn. vel legitur *transiect. aut perv.* Edit. Omn. *et perv.* Id. — *Pietate pro vestra.* Voss. sec. Leid. tres *virtute p.*

*Id quod continet*) Non leguntur in Duisb. Id.

*Vel argentum*) Erf. *Aut argentum.* Pith. *et argentum.* Id.

*Aut ebur*) Lamb. ed. *Vel ebur.* Id.

*In quaerendo difficilis*) Erfurt. *In quirendo difficilis.* Id.

*Non modo poëtarum et oratorum*) Erf. *Non modo poëtarum memoratorum.* Id.

*Huiusmodi denominationum*) Erf. *Huiusmodi nominationum.* Id.

*Rem simplicem assumtam circumscribens elocutione*) Tres MSS. Erf. Cauch. Duisburg. rectius scribunt *assumta.* Nam res simplex non assumitur, sed elocutio, sive, ut in Erfurt. legitur, oratio, quam rem simplicem circumscribimus, assumitur. In solo autem Erf. est *oratione.* In sequentibus *aut perversione*, recepi ex Pith. *aut*, quod in vulgatis desideratur. Idem.

*Dedisse pietate pro vestra*) Sic Pal. pr. et sec. neque aliter Fabr. aut libri Suffridi: frequens id verbum apud Comicos; vulgo erat *virtute pro vestra.* Grvt. Firmat hanc scripturam Erfurtensis. Graev.

*Plurimum fortuna valet*) Erf. *Plurimum fortuna valuit.* Id.

rimum fortuna valuit. Item: Omnes invidiose eripuit tibi bene vivendi casus facultates. Huiusmodi transiectio, quae rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes, de quibus ante dictum est: in quibus oportet verba, sicut a poëtis, in quemdam extruere numerum, ut perfecte et perpolitissime possint esse absolutae.

33. Superlatio est oratio superans veritatem, alicuius augendi, minuendive causa. Haec sumitur separatim, aut cum comparatione. Separatim sic: Quod si concordiam retinebimus, imperii magnitudinem solis ortu atque occasu metiemur. Cum comparatione, aut a similitudine, aut a praestantia superlatio sumitur. A

*v.* Tum *nostra* et supra *nobis* in Ed. Med. Id. — *Eripuit tibi.* Leid. pr. a m. pr. tert. qu. *eripuisti.* Voss. sec. *eripuisti tibi.* Id. — *Casus.* Deest Leid. tert. qu. *causa* Voss. sec. Leid. pr. Id. — *Ad continuationes.* Voss. pr. *ad c. verborum.* Id. — *Sicut a poëtis in quemdam, exstruere n.* Nullus dubito, quin rescribi debeat e Voss. pr. Leid. sec. Edd. Med. Omn. *sint ad poëticum quemdam exstructa n.* Vide Graev. Id.

33. *Concordiam retinebimus.* Addunt *in civitate* Voss. pr. tert. Leid. seq. qu. Edd. pp. *retinebitis* Ed. Omn. Oud. — *Atque occasu.* Voss. tert. Leid. qu. *et occ.* Id. — *A praestantia.* MSS. O. *a praesentia*, vel

*Item, omnes invidiose*) In Erf. et Pith. non exstat *item*: in Lambini ed. non legitur *invidiose*. Id.

*Eripuit tibi*) Duisb. *Eripuisti tibi.* Idem.

*Bene vivendi casus facultates*) Pith. *Bene vivendi causa facultates.* Erfurt. *Bene vivendi causas facultates.* Id.

*Oportet verba, sicut a poëtis, in quemdam exstruere numerum*) Guilielmius malebat cum Lambino, *sicut ad poëticum*; et vero in Pal. sec. et Fabr. erat: *sint ad poëticum quemdam exstructa numerum*, quod maluerim; si modo quid venit mutandum. Grut. Mei non recedunt ab editis, nisi quod in Erfurt. legatur *sic* pro *sicut*; hoc modo: *Oportet verba sic a poëtis in quemdam exstruere numerum.* Lamb. ed. *Oportet verba sicuti ad poëticum quemdam exstructa numerum.* Verissimam tamen censeo lectionem esse Palatini sec. et Fabriciani. Graev.

*Vt perfecte et perpolitissime*) Lamb. ed. *Vt perfecte et perpolite.* Id.

*Concordiam retinebimus*) Libri publicati adiiciunt *in civitate*: quod exclusi, quod abesset Palat. quart. sexto, item Br. ac Fab. Grut. Recte Gruterus. Eius libris adstipulantur Erf. et Duisb. Graev.

*Solis ortu atque occasu*) Duisb. *Solis ortu et occasu.* Non inepte Pith. *Solis ortu ab occasu.* Id.

*Aut a praestantia superlatio*) Erf. et margo Cratand. *Aut a praesentia superlatio.* Id.

similitudine sic: Corpore niveum candorem, adspectu igneum ardorem adsequebatur. A praestantia hoc modo: Cuius ore sermo melle dulcior profluebat. Eodem genere hoc est: Tantus erat in armis splendor, ut solis fulgor obscurior videretur. Intellectio est, quum res tota parva de parte cognoscitur, aut de toto pars. De parte totum sic intelligitur: Non illae te nuptiales tibiae eius matrimonii commonebant? Nam hic omnis sanctimonia nuptiarum, uno signo tibiarum intelligitur. De toto pars, ut si quis ei, qui vestitum aut ornatum sumtuosum ostentet, dicat: Ostentas mihi divitias, et locupletes copias iactas.

Ab uno plura intelliguntur, hoc modo: Poeno fuit Hispanus auxilio, fuit immanis ille Transalpinus: in Italia quoque idem nonnemo togatus sensit. A pluribus

*a p̄utia.* Et mox quoque. Id. — *Corpore niveum candorem.* Leid. tert. *c. niveo c.* Id. — *Adspectu igneum ardorem.* Desunt Voss. sec. *adspectu* abest Leid. pr. a m. pr. In Leid. tert. simpliciter *nivis.* Id. — *Eodem genere.* Leid sec. Ed. Omn. *Ex eod. gen.* tert. *Eod. in gen.* Id. — *Vestitum aut ornatum.* Voss. tert. Leid. tert. *vestimentum.* Leid. tert. *ornamentum.* Id. *Intelliguntur hoc modo.* Leid. sec. qu. Voss. pr. *hoc modo intelligentur.* In tribus et Ed. Med. *hoc modo* praecedunt. Ed. Omn. caret verbo. Forsan verius. Id. — *Idem non nemo togatus sensit.* MSS.

* *Corpore niveum candorem*) Erfurt. *Corpore niveum ardorem.* Id.

*Cuius ore sermo*) Erfurt. *Cum ore sermo.* Lamb. ed. *Cuius ex ore sermo.* Id.

*Ex eodem genere*) Vulgg. et MSS. *Eodem genere.* Duisb. et Lamb. ed. *Ex eodem genere est.* Id.

*Obscurior videretur*) Erf. et Cauch. *Obscurius videretur.* Id.

*Non illae te nuptiales tibiae*) Quidam putant hic legendum *nuptiales tedae.* Sed quum in tribus codicibus manuscript. Memmianis, et in Nicotiano, et in caeteris reperiam scriptum *tibiae*, nihil censeo mutandum: et tamen *tedae* valde probarem, si quis liber vetus comprobaret. Lamb. Pith. *Non illae nuptiales te tibiae*: in Pithoei libro magister interpretatur *tibiae* cantilenae. Hymenaei et Fescennina carmina canebantur ad tibias. Vid. Casp. Bartholini de tibiis veterum lib. II, cap. 12. Graev.

*Nam hic omnis sanctimonia*) Erf. *Nam his omnis sanctimonia.* Id.

*Ab uno plura intelliguntur, hoc modo*) Erf. *Ab uno plura hoc modo intelliguntur.* Duisb. *Ab uno plura intelligantur hoc modo.* Id.

*Immanis ille Transalpinus*) Pith. *Immanis et ille Transalpinus.* Id.

*Idem non nemo togatus sensit*) Erfurt. *Non nemo sensit idem togatus.* Id.

unum sic intelligitur: Atrox calamitas pectora moerore pulsabat. Itaque anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur. Nam in superioribus plures Hispani, et Galli, et togati, hic unum pectus, et unus pulmo intelligitur, et erit illic deminutus numerus festivitatis, hic adauctus gravitatis gratia. Abusio est, quae verbo simili et propinquo, pro certo et proprio abutitur, hoc modo: Vires hominis breves sunt, aut parva statura, aut longum in homine consilium, aut oratio magna, aut uti pauco sermone. Nam hic facile est intellectu, finitima verba rerum dissimilium, ratione abusionis esse traducta.

34. Translatio est, quum verbum in quamdam rem transfertur ex alia re, quod propter similitudinem recte videtur posse transferri. Ea utimur rei ante oculos

et Edd. pp. *nonnemo sensit.* Leid. sec. *sentit. idem togatus.* Id. — *Sic intelligitur.* Deest verbum Voss. tert. *intelligetur* Leid. qu. Id. — *Itaque anhelans.* Leid. qu. *atque an.* Id. — *Hic unum pectus.* MSS. O. et Edd. pp. *et hic u. p.* F. *at.* Id. — *Et unus p.* Deest *et* Voss. tert. Id. — *Deminutus n.* MSS. O. et Edd. pp. *dim. n.* Id. — *Quae abutetur.* Voss. tert. Leid. qu. *qua abutimur.* Id. — *Pauco sermone.* Leid. qu. *parvo esse.* Id.

34. *Recte videbitur.* Sic MSS. VI et Ed. Med. *videbatur* Voss. tert. *videtur* vulgo. Ovd. — *Ea utimur.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Edd. pp. *Ea igitur sumitur.* In MSS. IV *Ea igitur*, et mox Leid. pr. *fit sic.* Sed

*Vnum sic intelligitur*) Duisburg. *Vnum sic intelligatur.* Id.

*Itaque anhelans ex imis pulmonibus*) Probarem prae his Duisburgensis scripturam, *Atque anhelans ex imis pulmonibus*, si plures libri annuerent. Id.

*Prae cura spiritus ducebatur*) Erf. *Prae cura spiritum ducebat.* Id.

*Hic unum pectus*) Duisb. *Et hic unum pectus.* Id.

*Deminutus numerus*) Sic Erfurt. Vulgg. *Diminutus numerus.* Id.

*Festivitatis, hic adauctus*) Lamb. ed. *Festivitatis causa, hic adauctus.* Idem.

*Quae verbo simili etc. abutitur*) Duisburg. *Qua verbo simili etc. abutimur.* Id.

*Longum in homine consilium*) Erf. *Longum in hominem consilium.* Pith. *Longum consilium.* Id.

*Vti pauco sermone*) Duisburg. *Vti parvo sermone.* Id.

*Recte videtur posse transferri*) Erf. et Duisb. *Recte videbatur posse transferri.* Graev.

*Ea utimur rei*) Pith. *Ea sumitur rei.* Id.

ponendae causa, sic: Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito. Brevitatis causa, sic: Recens adventus exercitus subito civitatem exstinxit. Obscoenitatis vitandae causa, sic: Cuius mater quotidianis nuptiis delectatur. Augendi causa, sic: Nullius moeror et calamitas istius explere inimicitias, et nefariam saturare crudelitatem potuit. Minuendi causa, sic: Magno se praedicat auxilio fuisse, quia paullulum in rebus difficillimis adspiravit. Ornandi causa, sic: Aliquando reipublicae rationes, quae malitia nocentium exaruerant, virtute optimatium reviruere. Translatio-

correctum *sumitur*. Id. — *Hic Italiam.* Deest *hic* Leid. pr. *in Italia* qu. Id. — *Moeror et calamitas.* Voss. tert. Leid. tert. *verbi cal.* Leid. pr. qu. Voss. sec. Ed. Omn. *urbis c.* Ed. Med. *urbis moeror et c.* Fors. *nullius orbi m. et c.* Ovd. *Nullius moeror.* Nos ut Lamb. *Nullus verbis moeror* edidimus: huic lectioni duobus Gryph. exemplaribus et Leoniceni suffragantibus. Br. — *Ornandi causa.* Leid. pr. tert. qu. interponunt *gravandi c. Nam cum canes* etc. quae deinde absunt. Ovd. — *Reip. rationes.* Praemittit Leid. qu. *enim.* Voss. O. Leid. sec. Ed. Med. *r. vires.* Ed. Omn. *populi Ro. vires.* Id. — *Exaruerant.* MSS. O. Ed. Med. *exaruerunt.* Id. — *Reviruere.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Edd. pp. *revi-*

*Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito*) Erfurt. *Hic in Italia tumultus expergefecit errore subito.* Idem.

*Subito civitatem*) MS. *Civitatem subito.* Id.

*Nuptiis delectatur*) Erfurt. *Nuptiis delectetur.* Id.

*Nullius moeror et calamitas*) Erf. *Nullius hunc fors et calamitas.* Cauch. *Nullius iniae, fors et calamitas.* Lambin. ed. *Nullus urbis moeror et calamitas.* Margo Cratand. *Nullius urbis calamitas.* Id.

*Paullulum in rebus difficillimis*) Liber manuscriptus habet *facillimis* pro *difficillimis*; et ita videtur aptius huic loco. F. Vrs.

*Ornandi causa sic*) Erfurt. *Gravandi causa sic.* Id.

*Aliquando reipublicae rationes*) Erfurt. Pith. et margo Cratandri: *Aliquando reipublicae vires.* Id.

*Malitia nocentium exaruerant*) Edd. *Malitia nocentum exaruerunt.* Graev.

*Revirescunt*) Duo libri manuscripti habent *revirescent.* Lamb.

*Exaruerant, virtute optimatium reviruere*) Est a Pal. quart. et sexto, neque recedit Br. quam quod is *reviruerunt.* Grvt. Pith. quoque *exaruerant*, sed et idem *revirescent.* Al. *Virtute optimatum reviruerunt.* Edd. *Virtute optimatum revirescunt.* In Erfurtensi hic est notatu digna traiectio. Hic enim in illo est ordo: *Difficillimis adspiravit; gravandi causa sic. Nam quum canes fingantur officiis luporum, cuinam praesidio pecuaria credemus. Per argumentum tractatur ornandi causa, sic: Aliquando*

nem dicunt pudentem esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrisse.

Permutatio est oratio, aliud verbis, aliud sententia demonstrans. Ea dividitur in tres partes, similitudinem, argumentum, contrarium. Per similitudinem sumitur, quum translationes, una, aut plures, frequenter ponuntur a simplici ratione ductae, sic: Nam quum canes funguntur officiis luporum, cui praesidio pecua credemus? Per argumentum tractatur, quum a persona, aut a loco, aut a re aliqua, similitudo, augendi aut minuendi causa, ducitur: ut si

*rescent.* In caeteris *revirescunt.* Id. — *Vnn aut plures.* Duae voces primae absuut Voss. O. Leid. sec. qu. *aut una aut pl.* Ed. Med. Id. — *A simplici ratione d.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Edd. pp. *a simili.* MSS. O. Ed. Omn. *oratione.* Id. — *Cui praesidio pecua credemus.* Leid. pr. *quorum pr.* tert. *quorum iam*; qu. *quo iam.* Sed Voss. O. et Leid. sec. *cuinam pr.* Verissime, atque sic edd. Med. et Omn. praebent; *pecora* Leid. pr. tert. *per tuta* qu. *penuria* Voss. sec. In caeteris *pecuaria* cum Edd. vett. An *pecua tute* vel *rite?* Id. — *Aut a loco, aut a re.* Bis deest praepositio MSS. VI. *aut re* Ed. Omn. *aut ab re* Med. Id. —

*reipublicae rationes quae malitia etc.* usque, *quum translationes una aut plures frequenter ponuntur a simplici ratione ductae, quum a persona aut loco.* Graev.

*Ne sine delectu*) Erf. *Ne sine delicto.* Id.

*Aliud sententia demonstrans*) Erf. *Aliud sententiis demonstrans.* Id.

*Translationes una aut plures frequenter*) Pith. et Erf. *Translationes frequenter.* Id.

*A simili ratione ductae*) Pith. *A simili oratione ductae.* Erf. *A simplici oratione ductae.* Id.

*Quum canes funguntur officiis*) Edd. *Quum canes fungantur officiis.* MS. *Quum canes fungerentur officiis.* Idem.

*Pecuarin credemus*) Legendum putant quidam *pecua credemus*, seu *pecuda*: quia veteres, inquiunt, teste Nonio, dicebant *pecua* et *pecuda*, et in singulari *pecu*, ut *genu*, seu *pecuum*, unde *pecuarius, a, um*; ut *res pecuaria*; ego nihil muto. Lamb. *Cui praesidio pecua credemus.* Ita aperte Pal. quartus, nisi quod is adhuc *quo praesidio*; sext. habet *peculia*; reliqui *pecuaria*, ut vulgata; scripsi etiam *funguntur*, fide quarti et primi; nam sextus *fungerentur*, Bruil. *fungentur*, non, ut editi prius, *fungantur.* Grvt. MSS. nostri *pecua* quoque tuentur, nam Erfurt. et quidam MSS. alii: *Quo nam praesidio pecua credemus.* Al. *quo praesidio pecua credemus.* Al. *cui nam praesidio pecunria credemus.* Graev.

quis Drusum, Gracchum, nitorem obsoletum dicat. Ex contrario ducitur sic; ut si quis hominem prodigum, et luxuriosum illudens, parcum et diligentem appellet. Et in hoc postremo, quod ex contrario sumitur, et in illo primo, quod a similitudine ducitur, per translationem argumento poterimus uti. Per similitudinem, sic: Quid ait hic rex, atque Agamemnon noster, sive, ut crudelitas est, potius Atreus? Ex contra-

*Nitorem obsoletum.* Sic Leid. pr. a m. pr. Sed corr. *numitorem*, ut est in reliquis, vel *munitoremque* cum Voss. pr. tert. Leid. sec. Ed. Med. Id. — *Illudens.* Deest Leid. qu. *impudentemque* Leid. tert. Id. — *Diligentem adpellet.* MSS. IV et Ed. Med. *d. appellasset.* Id. — *Quid ait hic rex.* Voss. O. *q. agit h. r.* Id. — *Sive ut crudelitas est.* Exsulat *ut*

*Vt, si quis Drusum, Gracchum, Numitorem* etc. Adr. Turnebus lib. XX, cap. 25 Advers. legendum censet: *Vt si quis Drusum, Gracchum, Munitoremque obsoletum dicat.* Ego sic: *ut si quis Drusum, Numitorem obsoletum dicat.* Nam vocem *Gracchum* ex adnotatione natam esse arbitror. Lambin. Repraesentavi quod repereram in Pal. quarto, restabatque item in Bruileriensi; quippe Palat. sext. *mitorem: nitor obsoletus* dicitur, quemadmodum *Est honesta turpitudo pro bona causa mori* apud P. Syrum. Turnebus lib. XX, cap. 25, legendum credidit, *munitoremque obsoletum;* recepta lectio *Numitorem obsoletum.* Grvt. Erfurt. et al. MSS. *Drusum, Gracchum, Numitorem obsoletum.* Al. *Drusum Gracchum Numitoremque obsoletum.* al. *Drusum, Gracchum munitoremque obsoletum.* al. *Drusum, Gracchum minitorem obsoletum. Numitorem* de homine seditioso dictum accipio ex eo, quod Numitor cum suo nepote coortus in Amulium, regno ipsum exturbavit. Ego tamen hic quoque potius veteres libros secutus legendum crediderim: *Vt si quis Drusum, Gracchum, munitoremque obsoletum dicat.* Nam Gracchum constat, ut Plutarchus in eius vita scribit, e viarum munitione plebis Romanae gratiam emeritum fuisse: ita Turnebus: sed cur Gracchus aut Drusus dicatur *nitor obsoletus*, causam nullam video. Nihil etiam huc facit *honesta turpitudo* Publii. Est locus perditissimus, qui sine ope melioris codicis, quam adhuc visus est a doctis, non potest corrigi, et explicari. Pith. in uno MS. invenit: *Munitoremque obsoletum;* in alio *minitorem obsoletum.* Addit utrique MS. adscriptum fuisse sed primo alia manu, *locum foetidum sicut olicetum.* Graev.

*Obsoletum dicat*) In Erf. non est *dicat.* Id.

*Luxuriosum illudens*) Erf. *Luxuriosum imprudens.* Id.

*Parcum et diligentem appellet*) Erf. *Parcum et diligentem appellasset.* Id.

*Et illo primo*) Erf. *Et in illo primo.* Id.

*Quod a similitudine ducitur*) Pith. *Quod ad similitudinem ducitur.* Id.

*Quid ait hic Rex*) Erf. *Quid agit hic Rex.* Id.

*Sive, ut crudelitas est, potius Atreus*) Lamb. ed. *Sive potius, ut crudelitas*

rio, si quem impium, qui patrem verberaverit, Aeneam vocemus: intemperantem et adulterum, Hippolytum nominemus. Haec sunt fere, quae dicenda videbantur de verborum exornationibus. Nunc res ipsa monet, ut deinceps ad sententiarum exornationes transeamus.

35. Distributio est, quum in plures res, aut personas certas negotia quaedam dispertiuntur, hoc modo: Qui vestrum, iudices, nomen senatus diligit, hunc oderit necesse est; petulantissime enim semper iste oppugnavit senatum. Qui equestrem locum splendidissimum cupit esse in civitate, is oportet istum maximas

a Voss. sec. *credulitas* Leid. pr. qu. Voss. sec. Id. — *Vt si quem impium.* Sic MSS. O. et Ed. Med. *sic ut si q.* MSS. II vulgo *ut* deest; *si quempiam* Leid. qu. Id. — *Verberarit.* Ita Voss. pr. Leid. pr. tert. qu. *verberavit* Voss. sec. Ed. Med. vulgo *verberaverit.* Id. — *Sent. exornationes.* MSS. V meliores *s. exornationem.* Id.

35. *In plures res.* Leid. qu. *per pl. r.* Ovd. — *Personas certas neg. quaed.* MSS. O. et Ed. Omn. *pers. negotia quaedam certa*; sed abest *certa* ab Ed. Med. Id. — *Qui vestrum iudices.* Voss. sec. tert. *quicumque.* Voss. pr. sec. *o iudices.* Abest *iud.* a Leid. pr. tert. Id. — *Senatus nomen.* Voss. pr. *senatusque.* Id. — *Iste obpugn. s.* Deest pronomen

*est*, *Atreus.* Cratand. ed. *Sive*, *ut crudelis est*, *potius Atreus.* Id.

*Si quem impium, qui patrem verberaverit*) Erf. et Duisb. *Si quempiam qui patrem verberavit.* Pith. *Aut si quem impium, qui patrem verberaverit.* Cauch. *Aut si quem impium, qui patrem verberavit.* In Duisb. est etiam *verberavit.* Id.

*Intemperantem et adulterum*) Erfurt. *Item intemperantem et adulterum.* Id.

*Hippolytum*) Erfurt. *Yppolitum.* Idem.

*Haec sunt fere*) Pith. *Haec sunt ferme.* Id.

*Ad sententiarum exornationes*) Erf. *Ad sententiarum exornationem.* Id.

*Distributio est, quum in plures res, aut*) Erfurt. *Distributionem, cum per plures aut personas.* Duisb. *Distributio est, cum per plures res aut personas.* Graev.

*Personas certas negotia quaedam dispertiuntur*) Erfurt. et ed. quaedam: *Personas negotia quaedam certa dispertiuntur.* Duisb. et alii libri ac editiones, rectius, quam vulgatae: *Personas certa negotia quaedam dispertiuntur.* Id.

*Iste oppugnavit senatum*) A Duisb. abest *iste.* Id.

*Is oportet istum maximas poenas dedisse velit*) Vox *velit* non est in Pal. quarto aut sexto, mutatque *oportet* in *optet*; neque secus Bruil. forsan melius. Grvt. Erf. *Is oportet ut optet istum maximas poenas dedisse, ne iste*; non male: al. MSS. *Is optet istum maximas poenas dedisse.* Graev.

poenas dedisse velit, ne iste sua turpitudine ordini honestissimo maculae atque dedecori sit. Qui parentes habetis, ostendite istius supplicio, vobis homines impios non placere. Quibus liberi sunt, statuite exemplum, quantae poenae in civitate sint hominibus huiusmodi comparatae. Item: Senatus officium est, consilio civitatem iuvare. Magistratus officium est, opera et diligentia consequi voluntatem senatus. Populi officium est, res optimas, et homines idoneos maxime suis sententiis eligere et probare. Accusatoris officium est, inferre crimina. Defensoris, diluere et propulsare. Testis est, dicere, quae sciat, aut audierit. Quaesitoris est, unumquemque horum in officio suo continere. Quare, L. Cassi, si testem, praeterquam quod sciat,

Leid. qu. Id. — *Dedisse velit.* Leid. tert. qu. carent τῷ *velit.* In qu. *maxime paene.* Id. — *Quibus liberi sunt, statuite.* Leid. pr. tert. qu. *q. libertas constat, vitae*; pro *statuite* in Voss. sec. *ite.* Id. — *Hominibus huiusmodi comp.* Prave Omnibonus mutavit, quod inveni in MSS. O. et Ed. Med. *h. istiusmodi.* Id. — *Opera et dilig. cons.* Leid. tert. Ed. Omn. *opere*; qu. *honore.* Id. — *Suis sententiis eligere.* MSS. O. et Edd. pp. *s. s. diligere*, vel *deligere.* Vere. Id. — *Testis est dicere, quae sciat.* Deest verbum substantivum Voss. sec. tert. Leid. pr. tert. qu. *scierit* in solis Voss. tert. Leid. qu. *sciat* recte iam expressum fuit in Edd. Med. Omn. Id. — *In officio suo continere.* Non agnoscitur τὸ *suo* a Leid. qu. Id. — *L. Cassi.* Leid. qu. *in causis.* Ovd. *Quare,*

*Qui parentes habetis*) Erfurt. *Qui parentis habetis.* Id.

*Impios non placere*) Erf. *Impios non placare.* Id.

*Quibus liberi sunt, statuite exemplum*) Erf. *Quibus liberum constat vitae exemplum.* Id.

*In civitate sint hominibus huiusmodi*) Erfurt. *Sint in civitate hominibus istiusmodi.* In Cauch. quoque MS. et ed. Lambin. est *istiusmodi.* Graev.

*Senatus officium est*) Erf. *Senatus est officium.* Id.

*Magistratus officium est*) Erf. *Magistratus est officium.* Id.

*Opera et diligentia consequi*) Duisburg. *Honore et diligentia consequi.* Id.

*Idoneos maxime*) Lamb. ed. *Maxime idoneos.* Id.

*Sententiis eligere*) Erfurt. Pith. et margo Cratandr. *Sententiis diligere.* Cauch. *Sententiis deligere.* Id.

*Defensoris, diluere*) Duisb. *Defensoris est, diluere.* Id.

*Testis est dicere*) Erf. et Duisb. *Testis dicere.* Id.

*Quae scierit aut audierit*) Immo *sciat*; ut est in omnibus scriptis. Gron. Erf. Pith. et alii MSS. *Quae sciat, aut audierit.* Vulgati: *Quae scierit, aut audierit.* Graev.

*In officio suo continere*) Erf. *In officio continere.* Id.

*Quare, L. Cass., si testem*) Erf-

aut audierit, argumentari, et coniectura prosequi patieris; ius accusatoris cum iure testimonii commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis, reo duplicem defensionem parabis. Est haec exornatio copiosa; comprehendit enim brevi multa, et suum cuique tribuens officium, separatim res dividit plures.

36. Licentia est, quum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos ii diligunt, quum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur, hoc modo: Miramini, Quirites, quod ab om-

*Luci*, *Cassi*. In quibusdam manuscriptis *Qua re L. causis* corrupte legitur; ex quo Lambin. *in causis* efficit: nomine tamen non abiecto, quod mansit in impressis, et manuscriptis aliis. Nam in Leoniceni editione integra lectio tota extat *Quare*, *L. Cassi*, *si in causis* etc. quo modo excudi curavimus. Br. — *Quod sciat aut audierit*. Leid. sec. *scierit*. Ovd. — *Prosequi patieris*. Leid. tert. *consequi*; sec. qu. ed. Omn. *patiaris*. Id. — *Et suum cuique* etc. *separatim*. Deest copula Voss. sec. tert. Leid. tert. qu. *unicuique* Ed. Med. *et separatim* Voss. sec. Leid. pr. tert. qu. Ed. Med. *separat et* Voss. pr. tert. Leid. sec. *et separat et* Ed. Omn. Id.

36. *Quod eos minime offendat*. Duae ultimae voces exsulant a Voss. sec. Leid. pr. tert. qu. in quo est *quo* a m. s. uti dant Leid. pr. tert. Voss. sec. Ovd. — *Quum in aliquo errato vere reprehendi posse vi-*

*Quare caussi si testem*. Pithoeus notaverat. Primum scriptum erat, uti liber excusus habet; deinde emendatum est *lege Cassii;* adnotatum in margine al. legi *Legi ticia*. Alterum exemplar habet: *Quare si me testem*. Idem.

*Reo duplicem*) Erf. *Eo duplicem*. Idem.

*Est haec exornatio*) Pith. *Haec est exornatio*. Id.

*Suum cuique tribuens officium*, *separatim res* etc. Est a Pall. iisdem et Br. quibus accessit et Pal. quintus; hactenus impressi *separat et res* etc. Grvt. Firmant Erf. Pith. Duisb. margo Cratandri. In Erfurtensi est etiam *unicuique*. Graev.

*Separatim res dividit plures*) Edd. *Separat et res dividit*. Duisb. *Et separatim dividit plures*. Lambin. ed. *Separat*, *et in res dividit plures*. Id.

*Quod eos minime offendat*, *aut quos ii diligunt*, *quum in aliquo errato vere reprehendi posse videantur*) Cauch. *Quod eos*, *aut quos ii diligunt aliquod in errato vere reprehendere videantur*. Puncta supposita in vocibus *quod* et *aliquod* notant ultimam literam esse delendam. Erfurtensis consentit vulgatis, nisi quod in his *quum in aliquo errato*, *quum* in illo non reperitur. Non inepte Cauchianus, et Duisb. *Aut quos ii diligunt aliquo in errore vere reprehendere videamur*. Sed in Duisb. adiicitur *cum* in Cauchiano praetermissum. Graev.

nibus vestrae rationes deserantur? quod causam vestram nemo suscipiat? quod se nemo vestri defensorem profiteatur? Id tribuite vestrae culpae; atque desinite mirari. Quid enim est, quare non omnes istam rem fugere ac vitare debeant? Recordamini, quos habueritis defensores; studia eorum vobis ante oculos ponite; deinde exitus omnium considerate; tum vobis veniet in mentem, ut vere dicam, negligentia vestra, sive ignavia potius illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris suffragiis in amplissimum locum pervenisse. Item: Nam quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaveritis, aut istum hominem nefarium ampliaveritis? non apertissimae res erant crimini datae? non omnes hae testibus comprobatae? non contra tenuiter et nugatorie responsum? Hic vos veriti estis, si primo coetu conde-

*deantur.* Abest *quum* a Leid. pr. tert. qu. *aliquo in errato* MSS. IV bene. *iure* Leid. sec. *reprehendere videamur,* Leid. pr. tert. qu. Abest etiam *posse* ab Ed. Med. Unde commode legi posset *quo eos, aut q. ii d., aliquo in errato vere reprehendere videamur.* Nil tamen mutatum velim. Id. — *Id tribuite.* Voss. tert. Leid. qu. *id attribuite* cum Ed. Med. Id. — *Atque desinite mirari.* Deest copula bene Voss. sec. Leid. pr. tert. ed. Omn. *atque istud d. m.* Voss. pr. Leid. sec. Ed. Med. *et istud d. m.* Voss. tert. *atque id d. m.* Leid. qu. *desinite istud m.* Ed. Omn. Id. — *Ante oculos ponite.* Sic est in solo Leid. tert. sed Voss. pr. *praeponite.* In caeteris *proponite.* Ed. Med. *vestros ponite.* Id. — *In sententiis ferundis.* Sic Voss. pr. Leid. pr. sec. Ed. Omn. Id. — *Testi-*

*Desinite mirari*) Al. *Desinite illud mirari.* Id.

*Quid enim est*) Duisb. *Quid id est.* Idem.

*Fugere ac vitare*) Erfurt. *Fugere a civitate.* Id.

*Eorum vobis ante oculos ponite*) Duisb. *Eorum ante oculos proponite.* Sic et quaedam edd. Id.

*Exitus omnium*) Lamb. ed. *Omnium exitus.* Id.

*Vobis veniet in mentem*) Erf. *Vobis veniat in mentem.* Id.

*Inimicos eorum vestris*) Erf. *Inimicos vestris.* Id.

*In amplissimum locum pervenisse*) Pith. *In amplissimum locum devenisse.* Id.

*Testibus comprobatae*) Duisb. *Testibus confirmatae.* Id.

*Si primo coetu*) Id est *si primo conventu*, et *coitu*, quod valet, si prima actione condemnassetis. Atque ita hunc locum declarat Adr. Turneb. lib. XX Advers. cap. 25. Lamb. Bene interpretatur Turnebus lib. XX Ad-

mnassetis, ne crudeles existimaremini? Dum eam vitastis vituperationem, quae longe a vobis erat abfutura, eam invenistis, ut timidi atque ignavi putaremini. Maximas et privatas et publicas calamitates accepistis: quum etiam maiores impendere videantur, sedetis et oscitamini. Luce noctem, nocte lucem exspectatis. Aliquid quotidie acerbi atque incommodi nuntiatur, et eum, cuius opera vobis haec accidunt, remoramini diutius, et alitis; ac reipublicae perniciem retinetis, quoad potestis, in civitate.

*bus comprobatae.* Leid. tert. qu. *t. confirmatae.* Id. — *A vobis erat afutura, eam invenistis.* MSS. V et pp. Edd. *a vobis aberat*; dein *afutura eam invenistis*, desunt Leid. pr. tert. Voss. sec. *afutura* deest Ed. Omn. Sed in Voss. pr. tert. Leid. qu. ed. Med. *afuturam eam inv.* Puto vere coniecisse Graevium *que l. a vobis aberat, afuturam inv.* Id. — *Vt timidi atque ignavi putaremini.* Mire variat Leid. tert. habens *dum eam v., q. l. a. v. aberat, vitup. nonne timidi atque ignavi existimati estis?* Id. — *Luce noctem, noctem luce.* MSS. IV *noctem, non lucem.* Id. — *Vobis haec accidunt, rem.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. Ed. Omn. *nobis*, et in iisdem cum Voss. sec. qu. Ed. Med. *vos rem.* Quod probo. Id. — *Ac reip. perniciem retinetis.* Voss. pr. Leid. sec. tert. qu. *ad reip. pern.* Leid. pr. Voss. sec. *ad r. perniciem, et retinetis.* Voss. tert. Ed. Med. *et ad r. pernitiem retin.* Ed. Omn. *atque reip. pern. ret.* Lege *atque ad r. p. retinetis.* Id.

vers. cap. 25, qui adeatur. Grvt.

*Ne crudeles existimaremini*) Alii cum interrogatione: *Ne crudeles existimaremini?* Graev.

*Eam vetastis vituperationem*) Erf. *Eam vitatis operationem.* Id.

*Quae longe a vobis erat afutura, eam invenistis*) Vulgo *absuturam*, argute Erfurtensis, *quae longe a vobis aberat, afuturam eam invenistis.* Delendum videtur *eam.* Vitastis vituperationem, quae longe a vobis aberat, afuturam, hoc est, in quam nunquam fuissetis incursuri, contraxistis. Id.

*Vt timidi atque ignavi*) Ab Erf. abest *ut timidi.* Pith. *Vt timidi ac ignavi.* Forte scripsit auctor huius libri: *Timidi atque ignavi putamini.* Id.

*Maximas et privatas et publicas calamitates*) Erfurt. *Maximis privatis et publicis calamitatis.* Pith. *Maximas privatas et publicas calamitates.* Id.

*Luce noctem, nocte lucem exspectatis*) Erfurt. *Noctem non lucem exspectatis.* Cauch. *Luci noctem, nocte lucem expectatis.* Id.

*Et eum, cuius opera*) Copula abest ab Erf. Id.

*Vobis haec accidunt*) Erf. *Vobis hae accidunt res.* Id.

*Ac reipublicae perniciem retinetis*) Libri illi nostri tres, *ad reipublicae perniciem*; quod satisfaciebat Guilielmio. Grvt. Sic et Erf. et Duisb. Verissime Lambiniana, *ac ad reip. perniciem retinetis*, nisi quod pro *ac* scribat *atque.* Non nescio vulgatam

37. Eiusmodi licentia si nimium videbitur acrimoniae habere, multis mitigationibus lenietur. Nam continuo aliquid huiusmodi licebit inferre: Hic ego virtutem vestram quaero, sapientiam desidero, veterem consuetudinem requiro; ut quod erit commotum licentia, id laude mitigetur, ut altera res ab iracundia et molestia removeat, altera ab errato deterreat. Haec res, sicut in amicitia, ita in dicendo, si loco fit, maxime facit, ut et illi, qui audiunt, a culpa absint, et nos, qui dicimus, amici eorum, et veritatis esse videamur.

37. *Vt quod erit commotum.* Abest *ut* a Leid. qu. et pr. a m. pr. MSS. V Ed. Med. *erat.* Ovd. — *Id laude mitigetur.* Leid. pr. *mitigabitur.* Sed Voss. sec. tert. Leid. tert. *id comprimatur laude.* Lego *Quod erat commotum l. id comprimatur laude.* Abest *licentia* a Leid. sec. Ovd. *Vt quod erit commot. licentia, id laude mitigetur.* In duobus manuscriptis Gryphii sic legitur *quod erit commotum licentia, id laude constituetur*; quae non mala lectio est. Contrarium enim *constituere* est verbo *commovere*; sumta similitudine ab aqua, quum, sedata tempestate, nescio quo pacto constituta quiescere videtur. Id est Graecis συνιστάναι, ni fallor. Br. — *Iracundia et molestia.* Voss. pr. Leid. pr. sec. *iracundiae mol.* Superius *ita ut alt.* Ed. Med. Ovd. — *Altera ab errato.* Sic solus Leid. tert. Caeteri MSS. cum edd. pp. repetunt *altera res ab er.* Id. — *Illi qui audiunt.* MSS. O. et Edd. pp. *audient.* Id. — *Amici eo-*

posse defendi, sed quia repugnant libri, his malui obsequi. Graev.

*Hic ego virtutem*) Pith. et edd. quaedam: *hic ergo virtutem.* Id.

*Vt quod erit commotum licentia, id laude mitigetur*) Non damno. Sed adeone inops verborum auctor iste fuit, ut ab illo *mitigare* non potuerit discedere? Certe ita habent codices scripti; sed inter eos excellens iste Mediceus quantum abit! *Quod erit commotum licentiae, id comprimitur laude.* Haec non videntur ab tenui homine venisse, sibi optime respondentia, quum *aspera mitigari* infra dicat, et ante ponit *acrimoniam mitigatione leniendam.* Gronov. Mediceus, notante Gronovio: *Vt quod erit commotum licentia, id comprimitur laude.* Scribe, *comprimatur laude.* Aut delendum est *ut* cum Erfurtensi et Duisburg. Pro *erit*, in Pith. et nonnullis edd. *erat*; ut scriptum fuerit olim: *Quod erat commotum licentia, id comprimitur laude.* Graev.

*Mitigetur, ut altera res*) Pith. *Id laude mitigetur, ita ut altera res.* Id.

*Res ab iracundia et molestia*) Lambin. ed. *Res ab iracundiae molestia.* Idem.

*Sicut in amicitia, ita in dicendo*) Erf. *Sicut in amicitiam item in dicendo.* Id.

*Vt et illi qui etc. dicimus, amici eorum et veritatis esse videamur*) Suffridus ait exstare in Erfurtensi *veritatis adsertores esse videamur*; quod et a manu recenti in Pal. sexto; prius enim scriptum in illo: *Vt et illi qui etc. dicimus, tamen tam sententia eo-*

Est autem quoddam genus licentiae in dicendo, quod astutiore ratione comparatur: quum aut ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt obiurgari: aut id, quod scimus facile omnes audituros, dicimus nos timere, quomodo accipiant; sed tamen veritate commoveri, ut nihilo secius dicamus. Horum amborum generum exempla subiiciemus. Prioris, huiusmodi: Nimium, Quirites, animis estis simplicibus et mansuetis, nimium creditis unicuique. Existimatis unumquemque eniti, ut perficiat, quae vobis pollicitus sit: erratis, et frustra falsa spe iam diu detinemini:

*rum et veritatis esse v.* Voss. sec. *tamen et am. e.* etc. Voss. pr. Leid. sec. *a. ipsorum* etc. Voss. tert. *ipsorum et veritatis videamur amici.* Sed Leid. pr. a m. pr. et tert. dant *et nos tamen, q. d. et ipsos reveriti et veritatis assertores e. v.* Leid. qu. *e. n. q. d. tum ipsos reveriti esse vid.* Ed. Med. *e. n. q. d. amici cum ipsorum, tum veritatis e. v.* Lego *e. n. q. d. tamen et amici ipsorum, et veritatis e. v.* Si quis e Leid. pr. *adsertores* inserere velit, per me licet. Id. — *In dicendo.* Voss. pr. Leid. pr. *in dicundo.* Id. — *Astutiore ratione.* Leid. tert. qu. *astuta operatione.* Voss. sec. *ast. licentiae rat.* Ed. Omn. *astuta comparatione.* Id. — *Ipsi se cupiunt.* Deest *ipsi* Leid. qu. *se* Leid. *sese* in Ed. Med. Id. — *Facile omnes audituros, dicimus.* Exsulant a Leid. qu. *dicimus* abest a Leid. tert. Id. *Subiiciemus.* Leid. sec. *subiecimus.* Ed. Med. *subiiciamus.* Id. — *Prioris huiusm.* Leid. qu. *prioris est h.* Id. — *Animis*

*rum qui dicunt, quam de quib. dicitur vera habeatur;* quomodo item exstat in quarto et Bruil. qui ultimus superscriptum habet: *tamen tam ipsos veriti esse videamur, quam* etc. Grvt. Lamb. et Grut. edd. *Vt et illi qui audiunt.* MSS. et edd. *Amici eorum et veritatis esse videamur.* Duisb. *Tum etiam reveriti videamur.* Margo Cratandr. *Et ipsos reverti videamur;* quam varie legatur in MSS. vid. in notis Gruteri. Falsum est in Erfurtensi, quem ipse tractavi, legi *veritatis assertores*, quod in alio libro procul dubio invenit Suffridus. Nam in Erfurtensi sic pulcre legitur: *Vt et illi, qui audient, a culpa absint, et nos, qui dicimus, tam et ipsorum, quam et veritatis amici videamur.* Cui codici lubens subscribo. Graev.

*Astutiore ratione*) Erf. *Astuti operatione.* Id.

*Ipsi se cupiunt*) In Duisb. non est *ipsi.* Id.

*Dicimus nos timere quomodo*) Abest ab Erf. *dicimus.* Id.

*Veritate commoveri*) Erf. *Veritati commoveri.* Id.

*Exempla subiiciemus*) Erf. *Exempla subiicient.* Id.

*Prioris huiusmodi*) Erf. *Prius est huiusmodi.* Duisb. *Prioris est huiusmodi.* Id.

stultitia vestra est, qui, quod erat in vestra potestate, ab aliis petere, quam ipsi sumere maluistis. Posterioris licentiae hoc erit exemplum: Mihi cum isto, iudices, fuit amicitia, sed ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, tamen dicam, vos me priva-

*estis simplicibus.* Leid. sec. *an. estis omissis, simplicibus.* Quod eruditius est, quam ut a librario proficisci potuerit. Adi I. F. Gron. Observ. lib. III, c. 7. Id. — *Stultitia vestra est, qui, quod.* Apage τὸ *est*, quod in nullo meorum comparet Codice, nec Ed. Omn. praeter Leid. tert. in quo *est quia, quod.* In Ed. Omn. etiam *quia.* In Med. *quia id quod.* Sed bene Voss. pr. tert. et Leid. sec. *stultitia vestra id quod.* Malim autem sic, quam cum Graevio *detinemini stultitia vestra, qui vel quid?* Id. — *Tametsi vereor quomodo accepturi sitis.* Hic duo verba adiecimus *tamen dicam*, quae in vulgatis fere omnibus absunt, et leguntur in duobus Gryph. manuscr. et Leonic. editione. Eodem autem modo et Lamb. edidit. Bu. — *Tamen dicam.* Sic MSS. O. et Edd. pp. Id. —

*Stultitia vestra est qui, quod erat in vestra pot.* etc. Ita Pall. aliquot, et Bruil. vulgata enim, *quia quod.* Grut. Erfurtensis: *Stultitia vestra. Quid quod erat in vestra potestate ab aliis petere, quam ipsi sumere maluistis?* Sic longe haec erunt acriora. *Stultitia vestra* pertinet ad praecedentia, ut totus locus sic sit legendus: *Erratis, et frustra falsa spe iam diu detinemini stultitia vestra. Quid? quod erat in potestate vestra ab aliis petere, quam ipsi sumere maluistis?* Accedit ad huius vestigia Pithoei codex, in quo scribitur, *stultitia vestra id, quod erat* etc. *sumere maluistis*; quod nec ipsum est insipidum. Τὸ *est* quod vulgatas obsidet, *stultitia vestra est*, in tribus meis MSS. non exstat: duo sunt reprehensionis capita, unum quod inani spe tam diu sua stultitia passi sint sibi illudi, alterum quod ab aliis petierint, quod ipsi potuerint per se consequi. Itaque merito distinctio codicis optimi Erfurtensis recipitur. Graev.

*Quam ipsi sumere*) Lamb. ed. *Quam vos ipsi sumere.* Id.

*Ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, vos me privastis*) Et cur hinc expelli meruit, quod est in quondam editis et omnibus certe tribus nostris scriptis, *tamen dicam*, notavitque Lambinus? An repetitio τοῦ *tamen* potest efficere, ut non sit perfectissima haec ῥῆσις? *Ista tamen amicitia* (*tametsi vereor quomodo accepturi sitis, tamen dicam*) *vos me privastis.* Illud *dicam* non potest abesse, ut quod solet adiicere auctor. Hoc lib. cap. 3: *Non ausim dicere, sed tamen vereor, ne qua in re laudem modestiae venentur, in ea ipsa re sint impudentes.* Poterat ibi tertium verbum omisisse, ut intelligeretur *suspectos agere*, aut simile. Pro Plancio: *Timide dico, sed tamen dicendum.* Porro illud *tametsi* cum sequente *tamen* non potest ab hoc auctore abigi, ut quod et in Cicerone passim legitur, tum ab nostro adhibetur supra cap. 20 et 21, et denuo mox seq. cap. et 51. Gronov. Grut. et edd. recentiores: *Tametsi vereor, quomodo accepturi sitis, tamen dicam, vos me*; in duobus tamen MSS. Pith. et

stis. Quid ita? quia ut vobis essem probatus, eum, qui vos oppugnabat, inimicum, quam amicum habere malui.

Ergo haec exornatio, cui licentiae nomen est, sicuti demonstravimus, duplici ratione tractabitur; acrimonia, quae si nimium fuerit aspera, mitigabitur laude; et adsimulatione, de qua posterius diximus, quae non indiget mitigationis, propterea quod imitatur licentiam, et sua sponte ad animum auditoris se accommodat.

38. Deminutio est, quum aliquid esse in nobis, aut

*Habere malui.* Leid. sec. *h. volui.* Id. — *Cui licentiae nomen.* Leid. tert. c. *licentia n.* Ovd. — *Mitigabitur laude.* Leid. tert. *mitigabit.* qu. *mitigabit laus.* Id. — *Posterius d.* Ed. Omn. male *superius d.* Id. — *Se accommodat.* Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. *sit adcommodata.* Id.

38. *Deminutio.* Sic Leid. pr. In caeteris et edd. pp. *dim.* Ovd. Ita hoc loco, et *deminuitur* paullo post atque alibi semper legitur in duobus Gryph. exemplaribus vetustioribus: quemadmodum veteres grammatici docent legendum. Br. — *Esse in nobis aut in iis.* Voss. pr. sec. Leid.

Duisb. non habetur *tamen dicam;* sed Erf. et Cauch. *Ista tamen amicitia, tametsi vereor, quomodo accepturi sitis, tamen dicam, vos me privastis;* quod et in Cratandri, aliisque vetustioribus, nec non in Lambiniana reperitur, quod Gronovius etiam observavit, et adstruxit. Haec verba *tamen dicam* primus delevit P. Victorius: pro *vos me privastis* Erf. *Vos privatis.* Est et in nonnullis vetustioribus editionibus *privatis;* nisi quod *me* retineant. Graev.

*Acrimonia, quae*) Erf. *Acrimoniam, quae.* Id.

*Mitigabitur laude et assimilatione*) Erf. *Mitigabit laus et assimilatio.* Al. *mitigabitur laude. Et assimulatio est.* Idem.

*De qua posterius*) Sic legendum, non ut in vulgatis, *superius:* nam posteriore loco de eo licentiae genere praecepit, quod assimulatio, seu assimulatione, et astutia quadam constat: priore loco de ea licentia, quae per acrimoniam tractatur. Lambinvs. Duisb. *quam posterius diximus.* Edd. multae: *de qua superius diximus. Posterius* asserunt etiam tres nostri MSS. Graev.

*Ad animum auditoris se accommodat*) Erfurt. et Cauch. *Ad animum auditoris sit accommodata.* Wechel. ed. *ad animum auditoris se commodat:* al. *se ad animum auditoris accommodat.* Id.

*Deminutio est*) Duisb. et edd. *Diminutio est.* Graev.

*Quum aliquid esse nobis aut in iis*) Nulli humaniori et qui paulum intentiore doctrina hos libros legit, placere potest haec nescio cuius sic mutantis κακοζηλία, quam sequutus tamen est Gruterus, quum anteriores editi haberent *esse in nobis aut in iis;* quod ipsum firmant bene multi codices scripti, firmant ea quae de geminari solita praepositione in hoc auctore ostendi-

in iis, quos defendimus, aut natura, aut fortuna, aut industria dicemus egregium: quod, ne qua significetur arrogans ostentatio, deminuitur et attenuatur oratione, hoc modo: Nam hoc pro meo iure, iudices, dico, me labore et industria curasse, ut disciplinam militarem non in postremis tenerem. Hic si quis dixisset, ut optime tenerem, tametsi vere dixisset, tamen arrogans visus esset; nunc et ad invidiam vitandam, et ad laudem comparandam satis dictum est. Item: Vtrum igitur avaritiae causa, an egestatis accessit ad maleficium? Avaritiae? at largissimus fuit in amicos, quod signum liberalitatis est, quae contraria avaritiae est. Egestatis? at huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuissimum patrimonium reliquit. Hic quoque vitatum est, ne magnum aut maximum diceretur; hoc igitur in nostris, aut eorum, quos defendemus, egregiis commodis proferendis observabimus; nam eiusmodi res et invidiam contrahunt in vita, et odium in

O. Ed. Med. *inesse nobis.* Voss. pr. Leid. sec. Ed. Med. *aut his.* Oud. — *Deminuitur.* MSS. O. et Edd. pp. *dim.* Id. — *Et ad invid. vit. et ad laudem.* Prius *et* deest Leid. qu. Ed. Med. Secundo loco *ad* bene deest MSS. O. et edd. pp. excepto Leid. qu. Id. — *Avaritiae causa, an egestatis.* Sic Voss. tert. In caeteris et edd. pp. male *aut eg.* Id. — *Vitatum est.* Leid. sec. *vitandum e.* Id. — *Quos defendemus.* MSS. V cum Ed. Med. *q. defendimus.* Id. — *Comm. proferendis.* Voss. pr. Leid.

Quid quod praeterea insignis ille Mediceus (ut in marginem coniecit Lambinus) *aliquid inesse in nobis aut in iis*, ut II, 33 et 40. Itaque unum saltem restitui. Gronov. Erf. *qua aliquid n esse in nobis.* Duisb. et Medic. teste Gronovio: *Quum aliquid inesse in nobis.* Et sic Lambini editio. Grut. ed. *quum aliquid esse nobis:* credo librarii negligentia *in* omissum esse. Graev.

*Dicamus egregium*) Lambin. ed. *Egregium dicemus.* Id.

*Deminuitur et attenuatur*) Duisb. *Et deminuitur et attenuatur.* Id.

*Nunc et ad invidiam vitandam et ad laudem comparandam*) Duisb. *Nunc ad invidiam vitandam et laudem comparandam*, rotundius, quam vulgatae. Id.

*Avaritiae causa an egestatis*) Erf. *Avaritia egestatis.* Id.

*Accessit ad maleficium*) Erf. *Accessit ad maleficium.* Id.

*Egestatis? at huic quidem*) Erf. *Egestatis. huic quidem.* Id.

*Hic quoque vitatum est*) Pith. *Hic quoque vitandum est.* Id.

*Quos defendemus*) Duisb. *Quos defendimus.* Id.

oratione, si inconsiderate tractes. Quare quemadmodum ratione in vivendo fugitur invidia, sic in dicendo, consilio vitatur odium.

39. Descriptio nominatur, quae rerum consequentium continet perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem, hoc modo: Quod si istum, iudices, vestris sententiis liberaveritis, statim sicut e cavea leo emissus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis volitabit et vagabitur in foro, acuens dentes multos

pr. c. *proferundis*. Id. — *Ratione in vivendo*. Voss. pr. sec. Leid. sec. ed. Med. *in ratione vivendi*. V. Gron. Ovd. Haec est antiqua lectio, quam servant nostri codices, et tres Gronoviani. Gruterus dedit *ratione vivendi*. Lall. — *In dicendo*. Voss. pr. Leid. pr. *in dicundo*. Ovd.

39. *E cavea leo emissus*. Voss. pr. ed. Med. *ex*; sec. *et*. Leid. tert. *a*. *immissus* Voss. pr. *missus* Voss. tert. Leid. sec. ed. Oinn. Sed in Leid. pr. *semissus*. Voss. sec. *fenissus*. Ovd. *Leo Phoenissus* habent duo Gryph. B C, quod a me hoc loco non eo adnotatum est, quod lectionem vulgatam haud probem; sed quod hanc temere non esse abiiciendam putem. Hoc mihi certe constitutum est, nihil nisi plane ineptum et contemnendum, in quo varient vetera exemplaria a vulgatis, non cum fide repraesentare. Br. — *Acuens dentes multos*. Leid. pr. a m. pr. item tert. qu.

*Quemadmodum ratione vivendi fugitur invidia* ) Istud malui cum Pal. pr. ac sec. quam quod erat in caeteris, *in ratione vivendi*, aut *ratione in vivendo*: vulgata, *ratione in vivendo*. Grut. Non invideo hoc aliis. Sed quod expressum in sola D. Gothofredi ann. 1594: *quemadmodum ratione in vivendo fug.* mihi unica et verissima videtur manus doctissimi huius scriptoris; non tantum ideo, quod sic reperiam in tribus meis codicibus, et quod ratio in vivendo sic recte opponatur consilio in dicendo, sed etiam quod illud *ratione* elegantius est, quam ut corruptum videri queat aut debeat: ut III, 11: *ratione comparatus*; IV, 17: *indiget rationis*; quod alias solet augere et dicere *ratione quadam*. Gron. Erf. *Ratione in vivendo fulcitur invidia*. Grut. et al. edd. *Ratione vivendi fugitur invidia*. Lamb. ed. *in vivendo ratione fugitur*. MSS. *in ratione vivendi*: *ratione in vivendo* asserit Erfurtensis, Cratandri, aliaeque plures editiones, quod merito cum Iac. Gronovio amplector. Graev.

*Sicut e cavea leo emissus* ) Sic scripsi Erfurtensem, Duisburgensem, et Lambinianam editionem secutus: vulgo *leo missus*. Id.

*Acuens dentes multos*) Gembl. Tos. Liliensis, Bruil. *habens dentes multos*, quod forsan melius; neque aliter est in Pal. quarto aut sexto: posset tamen retineri vulgatum, dummodo *multos* reformaretur in *inultos*. Grvt. In multis MSS. est *habens*. Erf. et Pith. itidem *habens* prae se ferunt. Pithoeus quoque coniecit scribendum esse *inultos*. Lambinus plane delevit *multos* in editione sua. Graev. Vid. Toll. ad Longin. pag. 241. Burm.

in cuiusque fortunas, in omnes amicos atque inimicos, notos atque ignotos incursans, aliorum famam depeculans, aliorum caput oppugnans, aliorum domum atque omnem familiam perfringens, rempublicam funditus labefactans. Quare, iudices, eiicite eum de civitate, liberate omnes formidine, vobis denique ipsis consulite; nam si istum impunitum dimiseritis, in vosmet ipsos, mihi credite, feram et truculentam bestiam, iudices, immiseritis. Item: Nam si de hoc, indices, gravem sententiam tuleritis, uno iudicio simul multos iugulaveritis; grandis natu parens, cuius spes senectutis omnis in huius adolescentia posita est, quare velit in vita manere, non habebit: filii parvi, privati patris auxilio, ludibrio et despectui paternis inimicis erunt oppositi: tota domus huius indigna concidet calamitate: at inimici statim sanguinolenta palma, crudelissima victoria potiti, insultabunt in horum miserias, et superbi re simul et verbis invehentur. Item: Nam

*habens*; dein *multas* Leid. pr. a m. pr. *inultos* iam Editio Mediol. expressit. Ovd. Lamb. vocem *multos* tollit, tanquam redundantem: in duobus Gryph. *habens dentes multos* legitur. Br. — *Atque omnem familiam.* Voss. pr. Leid. qu. Ed. Omn. *at omnem f.* Leid. pr. *ac familiam.* Voss. tert. *et o. f.* Leid. sec. *ac familiam omnem.* Verc. Ovd. — *Remp. funditus labefactans.* Desunt duae primae voces Leid. pr. *Remp.* abest Voss. sec. Leid. tert. qu. Sed in duobus ultimis *funditusque.* Id. — *Bestiam, iudices, immis.* Voss. tert. Leid. sec. tert. ed. Med. carent τῷ *iudices*, melius. Id. — *Superbi re simul et verbis inv.* Voss. O. Leid. sec. tert. qu. *superbi simul* etc. ed. Med. *superbi rebus s.* Leid. pr. *invenientur.* Ovd. Ita legitur in libro uno Gryphii et Leoniceni editione. Alius Gryphii in postremo verbo modo variat, et *invenientur* habet: alii ita *et superbia simul, et verbis invehentur.* Secus legit Lamb. ex usitata latini sermonis ratione, *et superbis factis simul et verbis invehen-*

*Aliorum caput oppugnans*) Cauch. a. c. *obpugnans.* Ed. Cratand. *aliorum caput depugnans.* Graev.

*Rempublicam funditus labefactans*) Erf. et Duisb. non agnoscunt *labefactans.* Sed Duisb. legit *funditusque labefactans.* Id.

*Vobis denique ipsis consulite*) Al. *Vobisque ipsis consulite.* Id.

*Cui spes senectutis*) Sic Erf. Vulgg. *Cuius spes senectutis.* Id.

*Sanguinolenta palma, crudelissima*) Erf. *Sanguinolentam palmam, crudelissima.* Id.

*Et superbi re simul et verbis*) Ita libri nostri meliores: vulgata sine

neminem nostrum fugit, Quirites, capta urbe, quae miseriae consequi soleant: arma qui contra tulerunt, statim crudelissime trucidantur: caeteri, qui possunt per aetatem et vires laborem ferre, rapiuntur in servitutem: qui non possunt, vita privantur: uno denique atque eodem tempore domus hostili flagrabit incendio, et quos natura, aut voluntas necessitudine, aut benevolentia coniunxit, distrahuntur; liberi partim e gremiis

*tur.* Vix enim haec solent disiuncta efferri in superbi hominis fastidio, et insolentia augenda. Itaque aut *re et verbis*, aut *factis* et *verbis* videtur legendum. Br. — *Neminem vestrum fugit.* Sic MSS. O. et edd. pp. vulgo male *nostrum.* Ovd. — *Cr. trucidantur.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *cr. trucidabuntur.* Id. — *Per aetatem et vires laborem f.* Leid. pr. *per aet. herilem l. f.* Voss. sec. *per aet. dominorum l. f.* Leid. tert. *per aet. aevi l. f.* Ed. Med. *p. aet. et vires laborem dominorum f.* Videtur excidisse *herilem*; sic *herile imperium*, *praeceptum* etc. *labor herilis* ab hero imponi solitus. Adi comment. Id. — *Necessitudine aut benivolentia.* Leid. sec. *necessitate et b.* in Voss. pr. Leid. pr. quoque *et b.* in Voss. tert. *ac b.* deest copula Ed. Omn. Id. — *E gremiis p.* Leid. tert. *e gremio p.*

copula, *superbia re* etc. Grvt. Vulgg. *Superbia re simul et verbis invehentur.* Erf. et Duisb. *Et superbia simul et verbis invehentur.* Margo Cratand. *Et superbi re simul et verbis invenientur.* Lambin. ed. *Et superbis factis simul et verbis invehentur.* Vnde hanc lectionem hauserit, equidem ignoro: mox ex Erfurtensi et Cauch. recepi, *arma qui contra tulerunt*, quum in editis sit *arma qui contra tulerint.* Sequentia hunc modum desiderant. Graev.

*Per actatem et vires laborem ferre*) Bruil. et Pal. quart. *Per aetatem, heri laborem:* vix admiserim. Grvt. Hi quum sint in collatione Gruteriana non plane infimi, est utique operae pretium adhaerere iis paululum, praesertim quum et Mediceus, *Per aetatem herium laborem*, adeo ut vix dubitare queam, quin et plures apud Gruterum abierint ab vulgato, quod est recentiorum codicum: qui iure suo et more id confecerunt, quum prave spectarent illud vetus, in quo latere opinor, *qui per aetatem servum laborem*, qui scilicet omnino est gravissimus ac minime tolerabilis, ut in tertia Agraria dixit, *praedia libera vel serva*, et *servas urbes* Livius. Gronov. Tres Grut. *per aetatem heri laborem ferre;* Medic. *per aetatem herium laborem ferre:* tres MSS. Erf. Pith. Duisb. tuentur vulgatum, nisi quod in Pith. *per aetatem et vires laborem referre.* Sed Cauch. habet *heri* pro *et vires.* Graev.

*Domus hostili flagrabit incendio*) Erf. *Domus hostilis flagrabat incendio.* Edd. *Domus hostili flagrat incendio.* Ed. Lamb. *Domus hostili flagrant incendio.* Id.

*Necessitudine aut benevolentia coniunxit*) Erfurt. *Necessitudine benevolentia coniunxit.* Pith. *Necessitudine et benevolentia coniunxerit.* Plerique editi etiam habent *coniunxerit:* sed male. Id.

parentum diripiuntur, partim in sinu iugulantur, partim ante pedes constuprantur; nemo, iudices, est, qui possit satis rem consequi verbis, nec referre oratione magnitudinem calamitatis. Hoc genere exornationis vel indignatio, vel misericordia potest commoveri, quum res consequentes comprehensae universae perspicua breviter exprimuntur oratione.

40. Divisio est, quae rem semovens a re, utramque absolvit ratione subiecta, hoc modo: Cur ego nunc tibi quidquam obiiciam? si probus es, non meruisti: sin improbus, non commoveris. Item: Quid nunc ego de

Id. — *In sinu i.* Idem *in sinuo i.* Id. — *Ante pedes.* Leid. sec. *ante patres.* Leid. tert. qu. ed. Omn. *ante aedes.* Med. *n. p. parentum.* Forsan scripsit auctor *ante Lares* vel *Penates.* Id. — *Referre oratione.* Voss. pr. Leid. sec. *efferre o.* Non male *ferre* Leid. tert. Id. — *Semovens a re.* MSS. IV *ab re.* Leid. tert. *removens.* Id.

40. *Sin improbus, non commoveris.* MSS. O. et edd. pp. *si.* Dein *commoveris* in solo Leid. tert. *commovearis* Voss. sec. In caeteris et

*Deripiuntur*) Sic legendum potius, quam, ut est in vulgatis, *diripiuntur:* est enim *deripere*, de aliquo loco rapere: *diripere* autem in diversas partes rapere et discerpere, seu dilacerare. Lamb. Insulse heic Lambinus *deripiuntur:* alterum enim heic proprium est, ut exemplis aliquot palam fecimus ante viginti aliquot annos, in animadversionibus ad Senecam. Gryt. Pith. *rapiuntur in servitutem.* Ed. Lamb. *in servitutem deripiuntur:* vere utique Lambinus, quamvis renuant MSS. aliud longe est *diripi*, aliud *deripi*, quamvis saepe librarii eas voces confuderint ac corruperint, ut multis exemplis docet Vir summus Nicolaus Heinsius ad Ovid. Graev.

*In sinu iugulantur*) Erfurt. *In sinum iugulantur.* Id.

*Partim ante pedes constuprantur*) Iidem videntur velle *ante aedes*, quod esset *in publico*; sed praeferendum vulgatum. Gryt. In Mediceo nullum vestigium vel huius vel illius vocis, et forsan debet universa abesse, quum ferocia et violentia hostilis huc quoque accedant, ut antequam indulgere mortem velit, ludibriis quibuscumque et inter haec stupris quoque prius illudat. Gronov. Erf. Duisb. et nonnulli Gruteriani, *ante aedes constuprantur.* Mediceus, notante Gronovio, *ante constuprantur.* Graev.

*Nemo iudices est*) Erf. *Nemo iudicum est.* Id.

*Hoc genere exornationis*) Erf. *Hoc de genere exornationis.* Id.

*Quae rem semovens a re utramque absolvit*) Erf. *Quae rem semovens ab re utraque absolvito.* Id.

*Cur ego nunc tibi*) Duisb. *Cur igitur nunc tibi.* Graev.

*Sin improbus non commoveris*) Legendum fortasse est, *non commoveberis.* Lamb. Erf. et Duisb. *Si improbus, non commovere.* Pith. *Sin improbus, non commoveres.* Id.

meis propriis meritis praedicem? si meministis, obtundam: sin obliti estis, quum re nihil egerim, quid est, quod verbis proficere possim? Item: Duae res sunt, quae possunt homines ad turpe compendium commovere, inopia atque avaritia. Te avarum in fraterna divisione cognovimus: inopem atque egentem nunc videmus; quî potes igitur ostendere causam maleficii non fuisse? Inter hanc divisionem, et illam, quae de partibus orationis tertia est, de qua in libro primo diximus secundum narrationem, hoc interest: Illa dividit per enumerationem, aut per expositionem, quibus de rebus in tota oratione disputatio futura sit: haec se statim explicat, et brevi duabus aut pluribus partibus subiiciens rationes, exornat orationem. Frequentatio est, quum res in tota causa dispersae coguntur in unum, quo gra-

edd. pp. *commovere.* Non male Lamb. *commovereris.* Oud. — *De meis propriis meritis.* Deest *meis* Leid. tert. qu. Bene; nisi quod malim cum Graevio *de meis promeritis.* Id. — *Sin obliti.* MSS. O. edd. pp. *si o.* Id. — *De partibus orationis.* Voss. O. Leid. sec. *in part.* Ed. Med. *de p. Rhetoricae.* Id. — *Illa dividit.* Voss. pr. Leid. sec. *quod illa d.* Ed. Med. *quia illa d.* Id. — *In tota causa.* Deest praepositio Leid. qu. Sed Leid. tert. *tota in c.* Id. — *Coguntur in unum.* Sic solus Leid. tert.

*De meis promeritis praedicem?*) Edd. *De meis propriis meritis praedicem. Mea propria merita* non probant caste et emendate loquentes. Sapit idiotismum linguarum huius aetatis. Optime hic quoque Erfurtensis: *Quid nunc ego de meis promeritis praedicem:* qua voce Cicero etiam alibi utitur. In Orat. post reditum ad Quirites: *Quare hoc maius est vestrum in nos promeritum, quod non multitudini propinquorum, sed nobismetipsis reddidistis:* sed quum eam vocem ignorarent aut librarii, aut scioli, mutarunt *promeritis* in *propriis meritis.* Id.

*In libro primo diximus secundum narrationem*) Erf. *In libro primo dum narrationem demonstravimus.* Id.

*Hoc interest: Illa dividit*) Lamb. ed. *Hoc interest, quod illa dividit.* Id.

*In tota oratione*) Erf. *In totam orationem.* Id.

*Et brevi duabus*) Al. *Et breviter duabus.* Id.

*Aut pluribus partibus subiiciens*) Duisb. *Aut pluribus subiiciens.* Id.

*Res in tota causa*) Duisb. et Erfurt. *Res tota causa.* Id.

*Coguntur in unum*) Praetuli istud, inventum in Pal. quarto, quinto, Br. publicati, *unum in locum.* Grvt. Multi MSS. et edd. *coguntur unum in locum:* subscribunt Gruterianis Pith. et Erf. Graev.

vior; aut acrior, aut criminosior oratio sit, hoc pacto: A quo tandem abest iste vitio? quid est, iudices, cur velitis eum liberare? Suae pudicitiae proditor est, insidiator alienae; cupidus, intemperans, petulans, superbus, impius in parentes, ingratus in amicos, infestus cognatis, in superiores contumax, in aequos et pares fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omnes intolerabilis.

41. Eiusdem generis est illa frequentatio, quae plurimum coniecturalibus causis opitulatur, quum suspiciones, quae separatim dictae, minutae et infirmae erant, unum in locum coactae rem videntur perspicuam facere, non suspiciosam, hoc pacto: Nolite igitur, nolite, iudices, ea, quae dixi, separatim spectare: sed omnia colligite, et conferte in unum. Si et commodum ad istum ex illius morte veniebat, et vita hominis est turpissima,

caeteri et Edd. pp. addunt *locum*. Leid. sec. cum ed. Omn. bene *c. unum in locum*. Vide ad Caes. lib. II B. G. c. 5: *copias in unum locum coactas*. Cic. lib. XV ad F. Ep. 4: *coactoque in unum locum exercitu*; immo mox: *Suspiciones unum in locum coactae*. C. 4: *his in unum locum collatis*. Id. — *Quid est, i. cur.* MSS. plerique *quid est cur i.* Leid. pr. qu. Voss. sec. ed. Omn. *iudicio*. Leid. sec. *quid est quod i.* Id. — *Infestus cognatis*. Voss. tert. edd. pp. *inf. in cognatos*. Ovd. Quemadmodum edidit Lambin. habent vetera exemplaria manuscripta, a quibus ratio stat, et usus latinae linguae. Ba. — *Illa frequentatio*. Deest ultima vox Leid. sec. Ovd. — *Rem videntur*. Leid. qu. r. *viderentur*. Et mox deest *iudices*. Id. — *In unum*. Addunt rursus *locum* Leid. sec. Voss. tert. cum Ed. Med. Id.

*Quid est, iudices, cur velitis eum liberare*) Erf. *Quid est, cur iudicio velit eum liberare?* Duisb. *Quid est cur iudicio velitis eum liberare*. Id.

*Infestus in cognatos*) Sic tamen in nullo meorum trium reperio; qui omnes *infestus cognatis*, ut in marg. Lambinus. Gronov. Erf. et Duisb. ut et edd. vett. *infestus cognatis*, quod Gronovius etiam in suis vidit: al. *Infestus in cognatos*. Graev.

*In omnes intolerabilis*) Erf. *In omnibus intolerabilis*. Id.

*Quae separatim dictae*) Lamb. ed. *Quae separatim iactae*. Id.

*Rem videntur perspicuum*) Erf. et Duisb. *Rem viderentur perspicuam*. Idem.

*Nolite igitur, nolite, iudices, ea quae dixi*) Duisb. *Nolite igitur, nolite ea quae dixi*. Lamb. ed. *Nolite igitur, iudices, nolite*. Id.

*Conferte in unum*) Pith. *Conferte in unum locum*. Id.

*Ex illius morte*) Erf. *Ex morte illius*. Graev.

animus avarissimus, fortuna familiaris rei attenuatissima, et res ista bono nemini praeter istum fuit: neque alius quisquam aeque commode, neque iste aliis commodioribus rationibus facere potuit: neque praeteritum quidquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficium: neque factum, quod opus non fuerit: et cum locus idoneus maxime quaesitus, tum occasio adgrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimus, spatium conficiendi longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi et perficiendi maleficii spe: et praeterea ante quam occisus homo is est, iste visus est in eo loco, in quo est occisio facta, solus: paullo post in ipso maleficio, vox illius,

41. *Animus avarissimus.* Leid. qu. *a. amarissimus.* Id. — *Fortuna familiaris rei adtenuatissima.* Voss. O. Leid. sec. Ed. Omn. *fortunae familiares adtenuatissimae.* Leid. qu. *fortuna, familia, res attenuatissime.* Ed. Med. *fortunae attenuatissimae.* Vera videtur Gronovii correctio *fortunae familiaris rei.* Leid. pr. *tenuissima.* Ovd. Ita legitur in uno Gryphii manuscript. recentiore, et in Ald. et Victorii editione: alii numero multitudinis *fortunae familiaris rei attenuatissimae* legunt: duo alii Gryphii manuscript. et Leonicen. *fortunae familiares attenuatissimae*, quam lectionem probat Lambinus. Br. — *Ad maleficium; neque factum, quod opus non fuerit.* Desunt Leid. tert. qu. Ovd. — *Et perficiendi maleficii spe.* A Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. exsulant *et perficiendi*; a Leid. sec. et qu. abest *maleficii.* Id. — *In ipso maleficio.* Voss. sec. *in ipso male-*

*Animus avarissimus*) Duisb. *Animus amarissimus.* Id.

*Fortuna familiaris rei attenuatissima*) MSS. omnes *fortunae*, et duo *fortunae familiares attenuatissimae*, ut Lambinus in ora. Sed videtur fuisse *fortunae familiaris rei attenuatissimae:* ut cap. 43, *reipublicae fortunis:* mox Mediceus, *spatium conveniendi largissimum:* tum *partim quaestionibus, partim argumentis.* Gron. Duisb. *fortuna familiares attenuatissime.* MSS. duo et Lamb. ed. *Fortunae familiares attenuatissimae.* Graev.

*Neque factum quod opus non fuerit*) Haec verba non exstant in Erfurt. et Duisb. praeterea in Erfurt. non reperitur quoque quod praecedit haec verba, *ad maleficium.* Id.

*Longissimum sumtum est, non sine maxima occultandi et perficiendi*) Haec verba non sunt in Pithoei codice. Id.

*Occultandi et perficiendi maleficii spe*) Erf. *Occultandi et perficiundi maleficii spe.* Duisb. *occultandi maleficii spe.* Lamb. ed. *perficiendi et occultandi maleficii spe.* Id.

*Visus est in eo loco*) Al. *Visus est in loco.* Id.

*In ipso maleficio*) Necesse habui istud admittere ob consensum omnium Pall. et Br. nam alioqui non absurde impressi, *in ipso loco maleficii*. Gryt. Edd. pleraeque, *in ipso loco*

qui occidebatur, audita est: deinde post occisionem, istum multa nocte domum redisse constat; postera die titubanter et inconstanter de occisione illius locutum: haec partim testimoniis, partim quaestionibus et argumentis omnia comprobantur, et rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est esse verum. Vestrum est, iudices, his in unum locum collatis, certam sumere scientiam, non suspicionem maleficii. Nam unum aliquid, aut alterum potest in istum casu cecidisse suspiciose; ut omnia inter se a primo ad postremum conve-

*ficii loco, in quo.* Leid. tert. *in i. locn mnleficii.* Id. — *Audita est.* Verbum deest Voss. O. Leid. sec. qu. Bene. Id. — *Redisse constat.* Sic MSS. O. non *rediisse.* Id. — *Postera die.* MSS. V meliores *postero d.* Id. — *De occisione illius.* Leid. tert. *d. o. eius*; qu. *d. o. filiis.* Id. — *Est esse verum.* Deest infinitivus Leid. qu. Id. — *Vestrum est iudices, hic.* Voss. tert. *V. quapropter est i.* Leid. q. *V. iud. ex his.* Id. — *His in unum locum collatis.* Leid. sec. *his omnibus* etc. bene; *locum* deest ed. Med. *collocatis* MSS. IV cum ed. Omn. Id. — *Sumere scientium.* Voss. pr. sec. Leid. tert. ed. Omn. *s. sententiam.* Id. — *In istum maleficii.* Gruterianis adstipulantur Erfurt. et Duisb. Graev.

*Auditn est*) In Erfurt. et Duisb. non habetur *est.* Id.

*Postera die*) Erf. Duisb. et Lamb. ed. *postero die*: in verbis praecedentibus Duisb. *redisse* pro vulgato *rediisse.* Id.

*De occisione illius locutum*) Erf. Duisb. *De occisiòne filium locutum.* Cauch. *de occisione filiis locutum.* Id.

*Partim quaestionibus et argumentis omnia comprobantur*) Erf. *Partim quaestionibus argumentatis comprobata.* Id.

*Et rumore populi*) Erfurt. *Et rumorem populi.* Id.

*Necesse est esse verum*) Duisb. *Necesse est verum.* Id.

*Vestrum est, iudices, his in unum locum collatis*) Erfurt. *Vestrum, iudices erit, ex his in unum collntis.* Nec longe abit Duisb. *Vestrum iudices, ex his in unum collntis.* Cauch. *Vestrum est, iudices, ex his in unum collatis.* *Ex* sane non est negligendum. Id.

*Certam sumere scientiam*) Liber unus manuscriptus habet, *sumere sententiam*, non probo. Lamb. Passim omnes edd. *Certam sumere scientiam:* at enim MSS. nostri persistunt in *sumere sententiam.* Gryt. Nonnulli MSS, *certam sumere sententiam: scientiam* probant tres codices optimi Erfurt. Duisb. et Cauch. Graev.

*Nam unum aliquid aut alterum*) Erf. et Lamb. ed. *Nam unum aliquod aut alterum.* Id.

*Potest in istum casu cecidisse*) Erf. et Cauch. *Potest in istum casum cecidisse.* Sed in Cauch. *m* suppositum habet punctum, quod est nota, literam istam esse delendam. Id.

*A primo ad postremum conveniant maleficia*) Duisb. *A primo ad postre-*

niant maleficia, necesse est casu non posse fieri. Vehemens est haec exornatio, et in coniecturali constitutione causae ferme semper necessaria, et in caeteris generibus causarum, et in omni oratione adhibenda nonnunquam.

42. Expolitio est, quum in eodem loco manemus, et aliud atque aliud dicere videmur. Ea dupliciter fit, si aut eamdem plane dicimus rem, aut de eadem re. Eamdem rem dicemus, non eodem modo (nam id obtundere auditorem est, non rem expolire) sed com-

*casu.* MSS. IV, *casum* cum ed. Omn. Id. — *Maleficia, nec e. c. n. posse f.* Voss. tert. *nec e. c. maleficium n. p. f.* Leid. sec. *potest.* Ovd. *Conveniant maleficia.* Tollit Lambinus vocem *maleficia* et ineptam et incommodam huic loco, manuscriptis quidem et vulgatis omnibus reclamantibus, sed adprobante ratione: quam et ipsi potiorem tanto consensu veterum exemplarium habuimus. Br. — *Vehemens haec est.* Sic MSS. excepto Leid. tert. in quo *v. est haec.* Ovd.

42. *Ea dupliciter fit.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *Ea autem d. f.* Ed. Omn. *dupl. autem f.* Ovd. — *Si aut eamd. p. dicimus.* Leid. qu. non agnoscit *si.* MSS. O. edd. pp. *dicemus*, recte. Id. — *Nam id obtundere.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *nam id quidem ob.* Leid. qu. *n. id obtinere alias obt.* Id. — *Sed commutate.* Sic Voss. sec. in caeteris *sed commutare*; unde Omn. addidit *debemus.* Ed. Med. *sed commutatione.* Ovd. *Sed commutare. Sed commutate* legas, ut Lambin. recte ex manuscriptis emendat; e quibus stant nostri, et ratio adeo, quam sequimum conveniant maleficio. Lamb. ed. *A primo ad postremum conveniant, necesse.* Id.

*Casu non posse fieri*) Erf. *Casu non potest fieri.* Id.

*Vehemens est haec exornatio*) Erf. *Vehemens haec est exornatio.* Id.

*Ea autem dupliciter fit*) Cauch. et Lamb. ed. *Ea dupliciter fit.* Graev.

*Si aut eamdem plane*) Duisb. *Si* non agnoscit. Id.

*Eamdem plane dicimus rem*) Erf. *Eamdem plane dicemus rem.* Id.

*Eamdem rem dicemus*) Ab Erfurt. abest *Eamdem rem.* Id.

*Non eodem modo*) Sequitur infra, *sed commutate*, id est, commutata ratione dicendi; idque tripliciter, ut mox subiicit, ibi: *Commutabimus tripliciter* etc. *commutabimus autem*, nempe modum dicendi. Mendose autem legitur in libris vulgatis *sed commutare*, quum libri scripti habeant *sed commutate: commutabimus tripliciter* etc. Lamb.

*Nam id obtundere auditorem*) Erf. *Nam id optinere auditorem.* Vulgati, *nam id quidem obtundere auditorem.* Delevi autem *quidem*, volentibus Pithoeano et Duisburgensi. Graev.

*Sed commutate: commutabimus tripliciter*) Ex libri manuscripti auctoritate legendum est, *sed commutare debemus: commutabimus autem tripliciter* etc. F. Vrsinvs.

*Sed commutate*) Ita quoque prae-

mutate. Commutabimus tripliciter, verbis, pronuntiando, tractando. Verbis commutabimus, quum, re semel dicta, iterum, aut saepius aliis verbis, quae idem valeant, eadem res proferetur, hoc modo: Nullum tantum est periculum, quod sapiens pro salute patriae vitandum arbitretur. Quum agetur incolumitas perpetua civitatis, qui bonis erit rationibus praeditus, profecto nullum vitae discrimen sibi pro fortunis reipublicae fugiendum putabit: et erit in ea sententia semper, ut pro patria

mur. Br. — *Commutabimus tripl.* Voss. pr. Leid. pr. *c. rem tripl.* Leid. sec. Voss. tert. ed. Med. *commutatio fit tripl.* Ovd. — *Cum re semel dicta.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *si cum res semel d. est.* Voss. sec. Leid. tert. ed. Omn. *res.* Id. — *Eadem res proferetur.* Desunt *ead. res* in Leid. tert. *profertur* Voss. sec. Leid. qu. *proferatur* ed. Med. Id. — *Quum agetur.* Vitiose Voss. sec. Leid. tert. edd. pp. *cum augetur.* Leid. pr. in marg. *adaugetur.* Ovd. *Quum augetur incolumitas. Cum agetur* edidimus, hanc lectionem tribus nostris manuscriptis tuentibus, et Lambini editione, *cum augetur* habet Aldi editio, Victorii, Leoniceni omnibus antiquior, sed male, ut ratio docet. Br. — *Erit rationibus praeditus.* Leid. sec. qu. *erat.* Deest *praeditus* a Leid. qu. Ovd. —

ter Lambinianos noster quartus, et sic omnino legendum, non *commutare*, cuivis patet ex nostra distinctione. Grvt. Al. *sed commutare.* Al. *sed commutando.* Graev.

*Commutabimus tripliciter* ) Pith. *Commutabimus rem tripliciter.* Id.

*Quum, re semel dicta, iterum* ) Erf. *Cum res semel dicta, iterum.* Lamb. ed. *Si, cum res semel dicta sit, iterum.* Id.

*Res proferetur* ) Duisb. *Res profertur.* Id.

*Quum agetur incolumitas* ) Sic restitui fretus auctoritate duorum librorum manuscrip. reiecta vulgata lectione, *quum augetur:* quae nata est ex ignoratione Latini sermonis; nam ita loquuntur Latini: *agitur salus reip. agitur vita bonorum omnium: agitur caput*: non *de salute*, *de vita*, *de capite*, quod alibi docui pluribus verbis. Lamb. Ita quoque noster quartus, non *augetur*, quod in vulgatis posterioribus, et plerisque MSS. Grvt. Multi MSS. et edd. *cum augetur incolumitas.* Lambino accedit Erfurtens. Duisb. et Cauch. Graev.

*Qui bonis erit rationibus praeditus, profecto* ) Duisb. *Qui bonis erat rationibus, profecto.* Id.

*Fugiendum putabit* ) Duisb. *Fugiendum putavit.* Id.

*Vt pro patria studiose quamvis* etc. Lectionem vulgatam retinui, praesertim auctoritate aliquot librorum manuscrip. confirmatam: quam non intelligentes quidam indocti, inculcarunt verbum *pugnet*, iudicantes ita legendum, *ut pro patria studiose pugnet:* sed non viderunt adverbium *studiose* pertinere ad verbum *descendat:* nec *quamvis* positum pro *quantumvis:* ut sit, descendat studiose in quantumvis magnam vitae dimicationem. Lamb. Haud aliter om-

studiose quamvis in magnam descendat vitae dimicationem. Pronuntiando commutabimus, si tum in sermone, tum in acrimonia, tum in alio atque alio genere vocis atque gestus, eadem verbis commutando, pronuntiationem quoque vehementius immutabimus. Hoc neque commodissime scribi potest, neque parum est apertum, quare non eget exempli.

Tertium genus est commutationis, quod tractando conficitur, si sententiam traiiciemus aut ad sermocinationem, aut ad exsuscitationem.

43. Sermocinatio est, (de qua planius paullo post suo loco dicemus, nunc breviter ad hanc rem, quod satis sit, attingemus) in qua constituetur alicuius personae oratio accommodata ad dignitatem, hoc modo, ut, quo facilius res cognosci possit, ne ab eadem sententia recedamus: Sapiens, qui omnia reipublicae causa

*Tum in sermone.* Leid. pr. qu. ed. Omn. *cum in s.* Id. — *Pronuntiatione q. v. immutabimus.* Voss. O. Leid. tert. ed. Med. *pronuntiationem.* Probo. Tum *inmutabimus* Voss. sec. *inmutaverimus.* Ed. Omn. *commutaverimus.* Id. — *Neque commodissime scribi.* Leid. tert. Voss. sec. *commode.* Leid. sec. *quoque c. s. non.* Id. — *Aut ad exsusc.* Deest praepositio MSS. IV, *aut excusationem* Ed. Omn. Id.

43. *De qua planius paulo post suo loco.* Leid. tert. qu. *quam* etc. Voss. sec. *quam paulo praedicemus.* Voss. tert. *plenius*; deest *paulo* Leid. sec. *suo loco* caret Leid. qu. Ovd. — *Ad hanc rem quod satis sit.* MSS. V, edd. pp. *quod ad hanc r. satis sit.* Voss. pr. *quod hanc ad rem s. s.* Id. — *Sapiens, qui omnia.* Pronomen non agnoscunt Leid.

nes nostri: ii tamen, quos contulit Suffridus noster, addunt vocem, *studiose laboret, quamvis* etc. non necessario. Grvt. Suffridus *laboret* hausit ex Erfurtensi. Graev.

*Vitae dimicationem*) Erfurt. *Vitae diminutionem.* Id.

*Si tum in sermone*) Erf. et Duisb. *Si cum in sermone.* Id.

*Vehementius immutabimus*) Erf. et Duisb. *Vehementius immutaverimus.* Id.

*Non eget exempli*) Lamb. ed. *Non eget exemplo.* Id.

*Aut ad exsuscitationem*) Erf. et Duisb. *Aut exsuscitationem.* Id.

*Sermocinatio est, de qua*) Erfurt. *Sermocinatione de qua.* Graev.

*Paullo post suo loco dicemus*) Erf. et Duisb. *Paullo post dicemus.* Id.

*Breviter ad hanc rem quod satis sit*) Pith. *Breviter quod ad hanc rem satis sit.* Lambinus in margine, forte, *breviter quoad satis sit.* Id.

*Hoc modo ut quo*) Duisb. *Hoc modo, quo.* Id.

*Sapiens qui omnia* etc. Pal. quartus excludit pronomen *qui*; forsan recte.

suscipienda pericula putabit, saepe ipse secum loquitur: Non mihi soli, sed etiam, atque adeo multo potius, natus sum patriae: vita, quae fato debetur, saluti patriae potissimum solvatur. Aluit haec me: tute atque honeste produxit usque ad hanc aetatem: muniit meas rationes bonis legibus, optimis moribus, honestissimis disciplinis. Quid est, quod a me satis ei persolvi possit, unde haec accepta sunt? Quia haec loquitur secum sapiens, saepe ego in periculis reipublicae nullum ipse periculum fugi. Item mutatur res tractando, si traducitur ad exsuscitationem, quum et nos commoti dicere videamur, et auditoris animum commovemus, sic: Quis est tam tenui cogitatione praeditus, cuius animus tantis angustiis invidiae continetur, qui non hunc hominem studiosissime laudet, sapientissimum iudicet, qui pro salute patriae, pro incolumitate civitatis, pro

qu. et ed. Omnib. Id. — *Honeste produxit.* Ed. Med. *perduxit.* Cave sequaris, et consule comment. ad Suetonii Claud. c. 4 *per gradus producendus.* Id. — *Muniit meas rationes*, MSS. IV, *monuit* vel *munivit.* Voss. pr. *munivit me ad r.* Leid. tert. *monuit me has r.* Leid. sec. Ed. Med. *munivit meas r.* Id. — *Haec accepta sunt.* Leid. tert. *haec accipies.* Id. — *Quia haec loquitur s. s.* Leid. sec. Voss. tert. ed. Med. *quare h. l.* Voss. pr. Leid. pr. *Item h. l.* Leid. qu. *Inde haec loquetur.* Voss. sec. *In haec loquatur.* Desunt Leid. tert. *Haec loquetur s. s.* Oud. *In haec loquitur secum sapiens*, habent duo manusc. exemplaria. *Quare haec loquitur s. s.* in altero legitur. Leoniceni editio ita habet, *Haec loquetur secum sapiens.* Lambino convenit cum Aldi et Victorii Gryt. Erf. et Duisb. *Sapiens omnia reip. causa.* Graev.

*Saepe ipse secum loquitur*) Lamb. ed. *Saepe ipse secum ita loquitur.* Id.

*Sed etiam, atque adeo multis*) Pith. *Sed etiam atque etiam adeo multis.* Idem.

*Produxit usque ad hanc aetatem*) Fortasse legendum *perduxit.* Lamb. Equidem in Pithoei libro est *perduxit.* Graev.

*Muniit meas rationes*) Erfurt. *Monuit meas rationes.* Id.

*Vnde haec accepta sunt?*) Erfurt. *Vnde haec accipies.* Id.

*Quia haec loquitur*) In duobus legitur *quare haec.* Vt appareat hunc locum haesisse in varietate. Sed Mediceus *in haec loquitur.* Gronov. Erfurt. *Quare loquitur secum sapiens.* Pith. *Quare loquitur sapiens.* Duisb. *Inde haec loquetur secum sapiens.* Medic. *In haec loquitur sapiens.* Id.

*Traducitur ad exsuscitationem*) Erfurt. *Traducitur ad suscitationem.* Id.

reipublicae fortunis, quamvis magnum atque atrox periculum studiose suscipiat, et libenter subeat? Equidem hunc hominem magis cupio satis laudare, quam possum: idemque hoc certo scio vobis omnibus usu venire.

Eadem res igitur his tribus in dicendo commutabitur rebus, verbis, pronuntiando, tractando: sed tractando dupliciter, sermocinatione, et exsuscitatione. Sed de eadem re quum dicemus, pluribus utemur commutationibus. Nam quum rem simpliciter pronuntiaverimus, rationem poterimus subiicere: deinde duplicem, vel

editione: *Quia haec loquitur s. s.*: quam lectionem et ipsi retinuimus, non tamen dissimulantes, nobis nullam ex his probari. Br. — *Studiose suscipiat.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. Ed. Med. *Studiosissime susc.* Oud. — *Quam possum.* Voss. sec. *q. possim.* Id. — *Idemque hoc certo scio.* Leid. pr. *Idque h. c. s.* MSS. IV *certe.* Id. — *Plurimus utemur*

*Studiose suscipiat* ) MSS. duo habere video *studiosissime.* Et nescio, an non captet eamdem in hac voce rationem, qua modo praemisit *studiosissime laudet.* Sic certe iterat supra cap. 2: *Qui haec omnia intelligit, et idonea maxime eligit,* et *omnia in arte maxime scribenda redigit* etc. Lib. I Orat. 34: *Vt aut versibus propositis quam maxime gravibus aut oratione* etc. *verbis aliis quam maxime possem lectis pronunciarem.* Infra cap. 45: *Hac uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium.* Gronov. Pith. et quidam alii MSS. *studiosissime suscipiat.* Graev.

*Et libenter subeat* ) Non leguntur in Erfurt. Id.

*Quam possim* ) Erfurt. et Lamb. ed. *Quam possum.* Id.

*His tribus in dicendo commutabitur modis* ) Haec lectio quum nescio unde in Gruterianam invasisset, secutae sunt eam et prima huius urbis, tum Londinensis, tum Basileensis editiones; et haud dubie processura foret, nisi tempus iuberet nunc intercedere, et restituere vocem *rebus* in fine, quam agnoscunt non editi modo omnes, sed etiam tres scripti nostri: sed et ipsa sic eleganter usurpari solet. Gronov. MSS. et edd. *commutabitur rebus:* excepta Gruteriana, quae *commutabitur modis.* Graev.

*Pluribus utemur* ) Duisb. et Pith. *Plurimis utemur.* Id.

*Deinde duplicem, vel sine rationibus, vel cum rationibus pronunciare sententiam* ) Meliores libri, ut Erfurt. et alii, ut Canchius notavit, rectius scribunt *dupliciter*, ut in praecedentibus *simpliciter*, et non agnoscunt *sententiam:* sic enim in illis legitur: *deinde dupliciter vel sine rationibus, vel cum rationibus pronunciare:* sc. rem poterimus. Sic optime respondent haec iis, quae praecedunt: *Cum rem simpliciter pronunciaverimus.* Plane vox *sententiam* aliena est ab hoc loco. Id.

sine rationibus, vel cum rationibus pronuntiare sententiam: deinde adferre contrarium; de quibus omnibus diximus in verborum exornationibus: deinde simile et exemplum, de quo suo loco plura dicemus.

44. Deinde conclusionem, de qua in secundo libro, quae opus fuerunt, diximus, demonstrantes, argumentationem quemadmodum concludere oporteat. In hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est. Ergo huiusmodi vehementer ornata poterit esse expolitio, quae constabit ex frequentibus verborum exornationibus et sententiarum. Hoc modo igitur septem partibus tractabitur; sed ab eiusdem

o. Leid. pr. sec. qu. Voss. sec. *plurimis* u. c. Id. — *Pronuntiare sententiam.* Vltima vox non comparet in ullo MS. *nec* ed. Med. Bene, si legas *dupliciter*. Adi Graev. Id. — *Simile et exemplum.* Copula deest Voss. pr. sec. Id.

44. *Argumentationem quemad. concl.* MSS. V, Ed. Med. *argumentationes q. c.* Ovd. — *In hoc libro.* Leid. sec. *et hoc in libro.* Voss. sec. pr. Ed. Med. *et in hoc l.* Id. — *Exornatio verbi.* Leid. qu. *ex verborum.* Id. — *Conclusioni nomen.* Leid. sec. *conclusio.* Voss. sec. *nom. conclusionis.* Id. — *Hoc modo igitur.* In Leid. qu. non sunt *hoc modo.* Id. — *Sed ab ei s. n. recedamus ex.* Leid. pr. tert. qu. *et ab*

*Vel sine rationibus*) Absunt ab Erfurt. Id.

*Vel cum rationibus*) Erf. *Vel cum rationibus, vel cum actionibus.* Id.

*Pronuntiore sententiam, deinde*) Erf. et Pith. Cauch. *Pronunciore. Deinde.* Id.

*Demonstrantes orgumentationem quemadmodum*) Erf. *Demonstrantes argumentatione quemodmodum.* Id.

*In hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornotio verbi, cui conclusioni nomen est*) Haec omnia Lambini editio omisit, Duisb. *Exornatio verborum.* Erf. *exornatio verbis*, scilicet quae fit verbis. Id.

*Ergo huiusmodi*) Inter haec verba, et ea, quae antecedunt, interiecta fuerant haec, quae reperiuntur in libris omnibus et vulgatis, et manuscriptis: *In hoc libro docuimus, cuiusmodi esset exornatio verbi, cui conclusioni nomen est:* ea ego funditus delevi, ut supervacanea, et temere vel a librariis, vel ab indoctis hominibus inculcata. Lamb.

*Poterit esse expolitio*) Erf. *Poterit esse politio.* Graev.

*Hoc modo igitur*) In Duisb. non est *Hoc modo.* Id.

*Septem partibus tractabitur*) Erf. *Septem portibus tractatur.* Id.

*Sed ab eiusdem sententioe non recedamus exemplo*) Bene Duisb. *Sed ab eiusdem sententine non recedemus exemplo:* quamvis pro *sed* tam in Duisb. quam Erfurt. legatur *et.* Id.

sententiae non recedamus exemplo, ut scire possis, quam facile praeceptione rhetorica res simplex multiplici ratione tractetur.

Sapiens nullum pro republica periculum vitabit; ideo quod saepe fit, ut, quum pro republica perire noluerit, necessario cum republica pereat. Et quoniam sunt omnia commoda à patria accepta, nullum incommodum pro patria grave putandum est; ergo qui fugiunt id periculum, quod pro republica subeundum est, stulte faciunt; nam neque effugere incommoda possunt, et ingrati in civitatem reperiuntur. At, qui patriae pericula suo periculo excipiunt, hi sapientes putandi sunt, quum et eum, quem debent, honorem reipublicae reddunt, et pro multis perire malunt, quam cum multis.

*ei. s. n. recedemus ex.* Ed. Med. quoque *recedemus*: Bene. Voss. sec. *ut* etc. Ovd. *Vt ab eiusdem* Lamb. cui lectioni suffragantur duo manuscripti Gryphii: alter, ut vulgati, *sed ab eiusdem*, habet. Br. — *Facile praeceptione Rhetorica.* Leid. qu. *facili perceptione Rhetorice.* Vltimum dant MSS. exceptis Voss. sec. Leid. tert. item edd. primae, seu *Rhetoricae.* Ovd. — *Tractetur.* Leid. pr. tert. Voss. sec. *tractatur*, Leid. qu. *tr. hoc modo.* Id. — *Saepe fit, ut cum.* Leid. tert. *cum ipse.* Leid. pr. Voss. sec. *saepe cum.* Leid. qu. *Saepe fit, cum.* Id. — *Necessario quum rep. pereat.* Voss. pr. sec. Leid. tert. *necesse erit, c. r. p.* Leid. qu. *necesse est, c. r. p.* Leid. pr. *necessario erit c. r. p.* Id. — *Effugere incommoda.* Voss. pr. tert. Leidd. sec. qu. *eff. id.* Accedit ed. Omnib. Id. — *Ingrati in civitatem.* MSS. O. edd. pp. *ing. in civitate.* Id. — *P. pericula s. periculo excipiunt.* MSS. O. edd. pp. *expe-*

*Praeceptione rhetorica* ) Erf. *Praeceptione rhetoricae.* Duisb. *Quam facili perceptione rhetoricae.* Id.

*Res simplex multiplici ratione tractetur* ) Pith. *Res simpliciter multiplici ratione tractetur.* Erf. *Res simplex multiplici ratione tractatur.* Id.

*Saepe fit, ut, quum pro rep. perire noluerit* ) Erf. *Saepe fit, cum propter R. P. perire voluerit.* Id.

*Necessario cum rep. pereat*) Duisb. *Necesse est cum rep. pereat.* Id.

*Et quoniam sunt omnia* ) Pith. *At quoniam sunt omnia.* Id.

*Nam neque effugere incommoda* ) Erf. *Namque effugere incommoda.* Duisb. *Nam neque effugere id possunt.* Idem.

*Ingrati in civitatem* ) Erf. *Ingrati in civitate.* Id.

*Qui patriae pericula suo periculo excipiunt* ) Edd. et MSS. *Qui patriae pericula suo periculo expetant.* Non hoc est sapientis et fortis civis *periculum reip. expetere suo periculo*, sed hominis temerarii. Hunc quoque locum restitui ex Duisburgensi, *qui patriae pericula suo periculo excipiunt:* qui suo periculo patriae pericula subeunt et avertunt, si possint. In

Etenim vehementer est iniquum, vitam, quam a natura acceptam propter patriam conservaris, naturae, quum cogat, reddere; patriae, quum roget, non dare: et quum possis cum summa virtute et honore pro patria interire, malle per dedecus et ignaviam vivere: et, quum pro amicis et parentibus et caeteris necessariis adire periculum velis, pro republica, in qua et haec et illud sanctissimum nomen patriae continetur, nolle in discrimen venire. Itaque uti contemnendus est, qui in navigando se, quam navim mavult incolumem: ita vituperandus, qui in reipublicae discrimine, suae plus, quam communi saluti, consulit. Nave enim fracta, multi in-

*tunt*; non actionibus, sed votis suis; quare forsan nihil mutandum fuerat. Id. — *Conservaris.* Sic etiam Leid. tert. Voss. sec. Id. — *Per ded. et ignaviam.* Voss. pr. tert. Leid. sec. *per d. et per ign.* Id. — *Qui in navigando se, quam navim.* Leid. qu. *is qui in navigio navim quam se.* Leidd. pr. tert. quoque *navigio*, et *navim* vel *navem quam se* perverse MSS. O. excepto Leid. tert. ed. Med. *qui in naufragio navium quam se.* Omnib. *iste qui in naufragio navem, quam se.* Id. — *Vituperandus.* MSS. O. et Ed. Med. *vit. est.* Id. — *Navi enim fracta.*

orat. de Provinc. Consular. *Ardeo incredibili quodam amore patriae, qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis, cum dimicatione capitis, et rursum quum omnia undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit atque excipere unum pro universis.* Sic et alibi dixit *excipere offensionem, iniurias.* Id.

*Conservaveris*) Medic. *Conservaris.* Mox idem et alius, *et haec*, scilicet nomina amicorum, parentum, et necessariorum. Puto enim id praeferendum, non *hoc.* Gron. Vulgg. *Propter patriam conservaveris.* Graev.

*Malle per dedecus et ignaviam vivere: et quum pro amicis*) Erf. *Malle per dedecus et ignaviam pro amicis.* Duisb. *Malle per dedecus et ignaviam vivere pro amicis.* Id. Vide Gronov. supra ad lib. III, c. 13. Burm.

*Et caeteris necessariis adire periculum velis, pro*) Erf. *Necessariis adire velis, pro.* Duisb. *Et caeteris necessariis adire periculum, pro.* Graev.

*In qua et haec et illud*) Sic Medic. et alius, Gronovio laudante, et ex meis Erfurt. et Duisb. at vulgg. *In qua et hoc et illud.* Id.

*Itaque uti contemnendus est*) Erf. *Ita uti contemnendus est.* Duisb. *Ita uti contemnendus est is.* Id.

*Qui in navigando, se quam navim*) Erfurt. et Duisb. *Qui in navigio se, quam navim.* Sed in Erfurt. est quoque: *qui in navigio navim quam se.* Id.

*Ita vituperandus*) Duisb. et Erf. *Ita vituperandus est.* Id.

*Suae plus quam communi saluti*) Erf. *Suae saluti plus quam communi.* Id.

*Nave enim fracta*) Erf. et Duisb. *Navi enim fracta.* Id.

columes evaserunt: ex naufragio patriae salvus nemo potest enatare. Quod mihi bene videtur Decius intellexisse, qui se devovisse dicitur, et pro legionibus in hostes immisisse medios; unde amisit vitam, at non perdidit: re enim vilissima et parva certam et maximam redemit; dedit vitam, accepit patriam; amisit animam, potitus est gloria, quae cum summa laude prodita vetustate quotidie magis enitescit. Quod si pro republica debere accedere ad periculum et ratione demonstratum

Sic MSS. O. et ed. Mediol. Id. — *Incolumes evaserunt.* Leid. pr. qu Voss. sec. ed. Omn. *inc. fuerunt.* Leid. tert. *inc. effugerunt.* Ed. Med. *evadere*; *sed nauf.* Id. — *Dicitur et pro legionibus in h. inmisisse.* Voss. pr. tert. Leid. sec. *dicitur pro legionibus et se.* Addit *se* etiam cum pp. edd. Leid. pr. in quo et Leid. tert. *misisse*: Sed Leid. sec. habet *intulisse*, probe. Id. — *Vnde amisit vitam.* Sic Voss. pr. tert. Leid. sec. edd. pp. Aliis deest *unde.* Id. — *Re enim vil. et parva certam et maximam.* Voss. pr. Leid. sec. *re enim vil. certam et parvam.* Bene. Ed. Med. *pro re en. v. et p. certam et m.* Caeteris abest *certam.* Id. — *Prodita vetustate.* Leid. tert. *pr. vel venustate*, qu. *pr. venustate.* Id. — *Debere accedere ad periculum.* Voss. pr. Leid. sec. *decere suscipere periculum.* Voss. tert. *debere suscipere peric.* Voss. sec. Leid. pr. a m. s. *decet accedere peric.* Ed. Med. *decere adire peric.* mihi rectius videtur *decere suscipere.* Ovd. *Pro rep. debere accedere.* Aut ut Lamb. edidit, *debere accedi*, legendum est, aut, ut nos, *decere*; quod scriptum exstat in duob. manuscr. Gryph. vetustioribus. Br. —

*Incolumes evaserunt*) Pith. et Duisb. *Incolumes fuerunt.* Id.

*In hostes immisisse medios: amisit*) Erf. Cratand. Rob. Steph. ac Lamb. edd. *In hostes immisisse medios: unde amisit.* In Erf. est pro *medios*, *medius.* Cratand. ed. etiam pro *immisisse* scribit *misisse*, sed margo *immiscuisse.* Id.

*Vnde amisit vitam*) In Gruteri et aliis *unde* omittitur; quod tamen Rob. Stephanus et Lambinus retinuit, et ego id adieci ex Erfurt. et aliis antiquis codicibus et Edd. vett. Id.

*Re enim vilissima et perparva*) Vocem postremam ita extenuatam nullibi in scriptis reperi, qui tantum *et parva*, unus etiam *re enim vilissima certam et parva.* Gron. MSS. mei et edd. vett. *Re enim vilissima et parva maximam redemit.* Sed rescripsi ex Erf. et Pith. *Re enim vilissima et parva certam et maximam redemit:* ad quam scripturam proxime accedit unus Gronov. et Cratandri editio: *Re enim vilissima certam, et parva maximam redemit.* Recentiores: *Re enim vilissima et perparva maximam redemit.* Graev.

*Dedit vitam*) Al. *Vitam dedit.* Id.

*Prodita vetustate*) Erfurt. et Duisb. *Prodita venustate.* Id.

*Pro republica debere accedere ad periculum*) Lambinus *debere accedi ad per.* sed praeter MSS., qui mirifice heic variant. Br. servat *decere*, quod placuit Guilielmio. Pal. pr. habet *pro rep. debere suscipere pericu-*

est, et exemplo comprobatum, ii sapientes sunt existimandi, qui nullum pro salute patriae periculum vitant.

In his igitur generibus expolitio versatur, de qua producti sumus, ut plura diceremus, quod non modo, quum causam dicimus, adiuvat et exornat orationem, sed multo maxime per eam exercemur ad elocutionis facultatem. Quare conveniet extra causam in exercendo rationes adhibere expolitionis, in dicendo uti, quum exornabimus argumentationem, de qua diximus in libro secundo.

45. Commoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, et eodem saepius reditur. Hac uti maxime convenit, et id est oratoris boni maxime proprium. Non enim datur auditori potestas animum de re firmissima dimovendi. Huic exemplum satis idoneum subiici non potuit, propterea quod hic locus non est a tota causa separatus, sicut membrum aliquod, sed tanquam sanguis, perfusus est

*Cum exornabimus argumentationem.* Leid. tert. qu. *cum exornationibus argumentatione.* Leid. pr. *cum exornationibus et argumentatione.* Voss. sec. *cum argumentatione*; pendet enim a verbo *uti.* Ovd. — *De qua re diximus.* Sic MSS. O. et edd. pp. vulgo exsulat *re.* Id.

45. *De re firmissima dimovendi. Demovendi* scriptum est in Gryphii libris duobus. Certe ut nullius auctoritas sit, postulat ratio et locus

*lum.* sec. *pro rep. deberemus accedere, suscipere periculum.* tert. *pro rep. dixerit suscipere periculum prope debere accedere ad periculum*; quod et fuit initio in sexto, sed mutatum ad faciem vulgatae: quintus *pro rep. debere vel suscipere vel adire periculum.* Grvt. Erfurt. et Duisb. augent librorum varias scripturas in notis Gruteri exhibitas: in illis enim est, *pro rep. decere accedere periculo.* Graev.

*De qua producti sumus*) Fortasse legendum *provecti sumus*, ut supra lib. I: sed neque hic, neque illic quidquam mutandum censeo. Lamb.

*Conveniet extra causam*) Pith. *Conveniet etiam extra causam.* Graev.

*Quum exornabimus argumentationem, de qua diximus*) Scripti nostri omnes *de qua re diximus*, et hoc probandum existimo. Gronov. Duisb. *Cum exornationibus argumentationem, de qua re diximus.* Erf. *Cum exornabimus argumentatione, de qua diximus.* Est et in Cauch. et Pith. *de qua re.* Graev.

*Sicut membrum aliquod*) Erfurt. *Sicuti membrum aliquod.* Graev.

*Sanguis perfusus est*) Erf. *Sanguis profusus est.* Id.

per totum corpus orationis. Contentio est, per quam contraria referuntur. Ea est in verborum exornationibus, ut ante docuimus, eiusmodi: Inimicis te placabilem, amicis inexorabilem praebes. In sententiarum, huiusmodi: Vos huius incommodis lugetis, iste reipublicae calamitate laetatur. Vos vestris fortunis diffiditis, iste solus suis eo magis confidit. Inter haec duo contentionum genera hoc interest: illud ex verbis celeriter relatis constat; hic sententiae contrariae ex comparatione referantur oportet.

Similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi causa, aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. Quomodo igitur quatuor de causis sumitur, ita quatuor modis dicitur; per contrarium, per negationem, per brevitatem, per collationem. Ad unamquamque sumendae causam similitudinis accommodabimus singulos modos pronuntiandi.

46. Ornandi causa sumitur per contrarium, sic: Non enim quemadmodum in palaestra, qui taedas can-

ut ita legatur. Br. — *Vt ante docuimus eiusmodi.* Leid. sec. *diximus.* MSS. O. et edd. Med. *huiusmodi*, in qua superius *s. profusus.* Ovd. — *Quomodo igitur q. de.* Leid. pr. sec. Voss. pr. tert. Ed. Med. *Et quomodo q. de.* Bene Leid. tert. *quae quomodo de q.* Abest *igitur* etiam a Leid. qu. et Voss. sec. ed. Omnib. Id. — *Sumendae causam sim.* Voss. pr. tert. Leid. sec. *Sumendam.* Leid. qu. *sumendi.* Id.

46. *Sumitur.* Voss. sec. *sumetur.* Ovd. *Per contrarium sic.* Voss. pr. Leid. sec. *et per contrarium dicitur sic.* Voss. tert. *quod per contrar. sic dicitur.* Id. — *Taedas candentes.* Voss. pr. a m. pr. *cadentes*;

*Contraria referuntur* ) Erf. *Contraria referentur.* Id.

*Huius incommodis lugetis* ) Erfurt. *Huius incommodum lugetis.* Id.

*Solus suis eo magis* ) Pith. *Solus eo magis.* Id.

*Interest: illud ex verbis* ) Pith. *Interest, quod illud ex verbis.* Id.

*Aut ornandi* ) Erfurt. *Aut exornandi.* Id.

*Quomodo igitur quatuor de causis sumitur, ita quatuor* ) Erf. *Quomodo quatuor de causis sumitur, item quatuor.* Id.

*Per brevitatem, per collationem* ) Al. *Per collationem, per brevitatem.* Id.

*Sumendae causam* ) Erf. *Sumendae causa.* Id.

*Quemadmodum in palaestra, qui taedas* ) Erf. et Duisb. *Quemadmodum in palaestra est, qui taedas.* Graev.

*Qui taedas candentes accipit* ) Lam-

dentes accipit, celerior est in cursu continuo, quam ille, qui tradit; ita melior imperator novus, qui accipit exercitum, quam ille, qui decedit: propterea quod defatigatus cursor integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Hoc sine simili satis plane, et perspicue, et probabiliter dici potuit, hoc modo: Dicitur, minus bonos imperatores a melioribus exercitum accipere solere, sed ornandi causa simile sumtum est, ut orationi dignitas quaedam comparetur. Dictum est autem per contrarium. Nam tunc similitudo sumitur per contrarium, quum ei rei, quam nos probamus, aliquam rem negamus esse similem, ut paullo ante, quum de cursoribus disserebamus. Per negationem dicetur, probandi causa hoc modo: Nec equus quidem indomi-

supr. *ardentes*, ut in sec. et edd. pp. *cardentes* Leid. pr. Deest participium Voss. tert. Id. — *Dicitur minus bonos.* Verbum *dicitur* deest Voss. sec. *dicere* ed. Omn. Id. — *Exercitus accipere.* Sic MSS. O. vulgo *exercitum.* Id. — *De cursoribus disserebamus.* Voss. pr. sec. Leid. sec. cum edd. pp. *asserebamus.* Leid. pr. tert. qu. *asserebatur.* In Voss. tert. *diserebamus.* Oud. Manuscr. Gronov. Lips. et ed. Victorii, Steph. *asserebatur* vel *asserebamus.* Ern. — *Nec equus quidem in-*

bini *ardentes* exstat in Pall. aliquot, sed alii retinent item alterum: quintus praeterea ac Bruil. praeferunt *cadentes*, quod rectum esse posse adnotavit Guilielmius. Grut. Erf. *qui taedas cadentes accipit.* Cratand. et Lamb. edd. *qui taedas ardentes accipit.* Graev.

*Ita melior imperator*) Erfurt. *Item melior imperator.* Id.

*Dicitur minus bonos*) Vox *dicitur* abest Br. item Pal. quarto et sexto, meo animo recte. Grut. Tres Grut. non agnoscunt *dicitur.* Graev.

*Exercitum accipere*) Erf. *Exercitus accipere.* Id.

*Orationi dignitas quaedam*) Erf. *Orationi quaedam dignitas.* Id.

*Nam tunc similitudo*) Erf. *Nam tum similitudo.* Id.

*Quum de cursoribus disserebamus*) Hoc praeter libros nostros est, qui habent vel *asserebatur*, ut Mediceus, vel *asserebamus*, ut duo alii, quodcumque sit. Certe sic et Stephanica Victorii, et mutavit Lambinus. Gron. Omnes mei et Gronoviani, *cum de cursoribus asserebatur.* Meus MSS. nec non Mediceus, notante Gronovio, ed. prima Mediol. Cratandri, Ascens. Rob. Steph. *cum de cursoribus asserebamus.* Sed tamen P. Victorii Veneta, Iuntina, Hervagiana, C. Steph. Paul. Manutii, Lamb. edd. cum vulgatis recentioribus *disserebamus*: a quibus non discedo. Graev.

*Nec equus quidem indomitus*) Erf. et edd. nonnullae: *Ne equus quidem indomitus.* Id.

tus, quamvis natura bene compositus sit, idoneus potest esse ad eas utilitates, quae desiderantur ab equo, neque homo indoctus, quamvis sit ingeniosus, ad virtutem potest pervenire. Hoc probabilius factum est, quod magis est verosimile, non posse virtutem sine doctrina, comparari, quoniam ne equus quidem indomitus, idoneus possit esse; ergo sumtum est probandi causa.

Dictum est autem per negationem: id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo.

*dom.* MSS. O. et edd. pp. *neque eq. indom.* Quod restituendum est auctori. Ovd. — *Idoneus p. e. ad eas utilit.* Voss. pr. *et idoneus et aptus ad illas ut.* tert. et Ed. Med. *aptus et idoneus esse p.* Leid. sec. et ed. Omn. *idoneus p. e. ad e. ut. et aptus.* Id. — *Verisimile.* Sic MSS. O. et edd. pp. non *vero simile.* Id. — *Quoniam ne equus.* Voss. pr. Leid. pr. *quandoquidem nec e.* Leid. sec. *quemadmodum nec eq.* In caeteris etiam *nec.* Ed. Med. *quamquam eq.* Id. — *Dictum est autem.* Leid. pr. sec. qu. ed. Omnib. carent verbo. Leid. tert. *d. est hoc.* Id. — *Id enim perspicuum est de primo similitudinis verbo.* Aliter scriptum in duobus Gryph. libris invenitur, *Id cum perspicuum est, de primo similitudinis verbo sumetur*; mox alterius est clausulae principium, *Apertius dicendi causa etc.* Lambinus non discedens a lectione vulgata, principio periodi, quae mox sequitur, verbum *sumitur* adnectit, ita *Sumitur apertius etc.* Certe in editione Ald. Victor. aliorum, vox *sumitur* abest, quae legitur in omnibus manuscript. et in Leon. exemplari. Br.

*Natura bene compositus*) Erf. *Bene natura compositus.* Id.

*Idoneus ad eas utilitates et aptus quae* etc. Has duas voces, *et aptus*, non reperi in libris manuscriptis duobus. Omnino etiam si in eis reperirentur, delendas tamen putarem, ut supervacaneas, et inanes. Lamb. Delevi duas voculas, *et aptus*, repertas tantum in uno Palatino, quum haberemus sex: sed neque exstabat in Bruil. Grvt. Edd. vetustiores, *idoneus ad eas utilitates et aptus, quae.* Grutero subscribunt nostri codices quatuor. Graev.

*Quod minus est verisimile*) Sic est legendum, libris omnibus invitis: sed velim supra etiam legi: *Hic probabilius* etc. Sententia autem haec est, id quod minus est verisimile, nempe hominem quantumvis sollertem et ingeniosum, sine doctrina virtutem consequi non posse, factum est probabile eo simili, quod sumtum est ab equo, qui si sit indomitus, quantumvis sit generosus natura, equiti utilis esse non potest. Lamb. Lambinus libris omnibus reclamantibus supposuit *minus*, non necessario. Guilielmius rectius putabat scripturam a Suffrido erutam, *ac magis* etc. Grvt. Lamb. ed. invitis libris omnibus, *quod minus est verosimile.* Graev.

*Dictum est autem*) Erf. *Dictum autem.* Duisb. *Deinde autem.* Id.

*Id enim perspicuum*) Erf. *Id cum perspicuum.* Id.

47. Sumetur et, apertius dicendi causa, similitudo per brevitatem, hoc modo: in amicitia gerenda, sicut in certamine currendi, non ita convenit exerceri, ut, quoad necesse sit, pervenire possis: sed ut productus studio, et viribus, ultra facile procurras. Nam hoc simile est, ut apertius intelligatur, mala ratione facere, qui reprehendant eos, qui, verbi causa, post mortem amici liberos eius custodiant, propterea quod in cursore tantae velocitatis esse oporteat, ut efferatur ultra finem: in amico tantum benevolentiae, ut ultra, quam

47. *Sumetur et ap. dicendi causa.* Leid. pr. tert. carent τοῖς *sumetur et.* Ovd. — *Similitudo per brevitatem.* Ed. Med. *simile p. br.* Leid. pr. tert. *sim. dicitur p. br.* Voss. tert. Leid. qu. *simile dicitur p. b.* Voss. pr. sec. Leid. sec. Ed. Omn. *simile dicitur autem p. br.* Id. — *In amicitia gerenda.* Voss. pr. Leid. pr. tert. *in a. gerunda.* Id. — *Pervenire possis.* MSS. O. et edd. pp. *venire p.* Id. — *Productus studio.* Leid. sec. ed. Med. *producto st.* Id. — *Vltra f. procurras.* Voss. tert. Leid. qu. ed. Omn. *ultro.* Leid. sec. *percurras.* Idem. — *Qui reprehendant eos.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *eum qui reprehendat eos.* Idem. — *Quod in cursore.* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. *quod et in c.* Dein *incursione* Voss. pr. Id. — *Tantum velocitatis.* Sic MSS. O. et edd. pp. vulgo *tantae veloc.* vitiose. Id. — *Vltra finem.* Leid. pr. sec. qu. Voss. sec. *usque ad f.* cum edd. pp. Id. — *In amico tantum benivolentiae.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Ed. Med. *et in a.* Leid. tert. *in ami-*

*Sumetur et apertius dicendi causa similitudo per* etc. Secutus sum Pall. omnes Br. Lil. et Persini Codd. Grvt. Erf. et Lamb. ed. *Sumetur et apertius dicendi causa simile.* Duisb. *Sumetur et apertius dicendi causa simile dicitur.* In plerisque edd. non habetur *sumetur.* Graev.

*Vt, quoad necesse sit, pervenire possis*) Cauch. Erf. Pith. *Vt quoad necesse sit venire possis.* Id.

*Sed ut productus studio*) Cratand. ed. et al. *Sed ut productius studio.* Id.

*Vltra facile*) Erf. Pith. et Cauch. *Vltro facile.* Id.

*Mala ratione facere, qui reprehendant eos*) Cratandr. ed. et Lamb. *Mala ratione facere eum, qui reprehendat eos.* Id.

*In cursore tantae velocitatis*) Erf. *In cursorem tantae velocitatis.* Id.

*Vt efferatur ultra finem*) Et ἐπεξανδέκποσις, et MSS. hanc lectionem rectam esse docent. Sic enim Erfurt. et Duisb. sed vulgati, *ut efferatur usque finem.* Non esset tum vera similitudo si *usque* legatur: sequentia verba *ultra* flagitant. Id.

*Tantum benevolentiae, ut ultra, quam amicus sentire possit, procurrat amicitiae studio*) Rescidi *studium*, quod aliis positum post *benevolentiae*, praeeuntibus Pal. pr. ac sec. si tamen sequimur Pal. quart. et sext. nec non Br. tunc rescribendum erit, *tamen benivolentiae studium, ut efferatur ultra finem*, caeteris omissis omnibus; neque displicet. Grvt. Edd. multae,

amicus sentire possit, procurrat amicitiae studio. Dictum autem simile est per brevitatem: non enim ita, ut in caeteris rebus, res ab re separata est, sed utraque res coniuncte et confuse comparata. Ante oculos ponendi negotii causa sumetur similitudo per collationem, sic: Vti citharoedus, quum prodierit optime vestitus, palla inaurata indutus, cum chlamyde purpurea, coloribus variis intexta, et cum corona aurea ma-

*citia.* Voss. tert. Leid. tert. qu. Edd. pp. *t. b. studium.* In Duo Pal. Bruil. et Lips. *tamen benevolentiae studium ut offeratur ultra finem.* Sed pro *tamen* Lips. retinet *tantum.* Ern. — *Vt ultra quam amicus s. p. proc. amic. studio.* Voss. tert. Leid. sec. ed. Omn. *ut ultra quam quod am.* etc. Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. *ut efferatur ultra finem.* Ovd. — *Sed utraque res e. et c. comparata.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Ed. Med. *sed utraeque res*; dein *pronunciatae* vel *pronunciatae sunt* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Omn. *comparata est* Leid. tert. At praeferendus est numerus pluralis. Id. — *Quum dicetur per collationem.* Sic rescribendum e MSS. VI et edd. pp. Vulgo et a Leid. tert. absunt *cum dicetur.* — *Quum prodierit.* Voss. tert. *c. producitur.* Id. — *Palla inaurata ind.* Voss. sec. *pallam inauratam ind.* Id. — *Cum corona aurea.* Deest *aurea* Leid. pr. tert. qu. Voss. sec. Id. Lips. *corona magna f. g.* duo Bal. et Br. quoque legunt *magna*, sed retenta voce *aurea*, quae forte irrepsit, quod librarii nescirent coronam simpliciter pro corona aurea dici Cicer. de opt. gen. or. cap. 7, *ut quisquam co-*

*in amico tantum benevolentiae studium.* Pith. *Vt ultra, quam quod amicus sentire possit procurrat benevolentiae studio.* Quidam MSS. Grut. *Tamen benivolentiae studium, ut efferatur ultra finem.* Duisb. *Tantum benevolentiae ut efferatur ultra finem.* Erfurt. *In amico tantum benevolentiae studio;* reliqua omnia in illo desunt. Graev.

*Dictum autem simile est*) Lamb. ed. *Dictum est autem simile.* Id.

*Non enim ita, ut in caeteris rebus*) Pith. *Non enim ut in caeteris rebus.* Idem.

*Et confuse comparata*) Sic Pal. quart. sextus, Bruil. nam prius cusi: *utraeque et confuse pronunciatae.* Grvt. Edd. multae: *ut utraeque res coniuncte et confuse pronunciatae.* Lambin. ed. addit *sunt.* Edd. Vett. *Vt utraeque res coniunctae et confusae pronuntiatae sunt.* Duisb. et Cauch. stabiliunt scripturam, quam Gruterus asseruit. Sed Erfurt. *Vt utraque res coniuncte et confuse pronunciata.* Graev.

*Ante oculos ponendi negotii causa, sumetur similitudo per collationem* etc. Tres codices optimi, Erfurt. Duisb. et Pith. et Lamb. ed. duabus vocibus sunt auctiores: *Ante oculos ponendi negotii causa sumetur similitudo, cum dicetur per collationem sic.* Dudum etiam hanc lectionem in suis reperit, et in editione sua recepit. Graev.

*Per collationem sic: uti Citharoedus*) Pith. *Per collationem sicuti citharoedus.* Id.

*Palla inaurata indutus*) Erf. *Palla inaurata induitur.* Id.

*Coloribus variis intexta*) Erf. *Coloribus variis corporis intexta.* Id.

magnis fulgentibus gemmis illuminata, citharam tenens exornatissimam, auro et ebore distinctam, ipse praeterea forma et specie sit et statura apposita ad dignitatem; si, quum magnam populo commoverit his rebus exspectationem, repente silentio facto, vocem emittat acerbissimam cum turpissimo corporis motu; quo melius ornatus et magis fuerit exspectatus, eo magis derisus et contemtus eiicitur: ita si quis in excelso loco, et in magnis ac locupletibus copiis collocatus, fortunae muneribus, et naturae commodis omnibus abundabit; si virtutis, et artium, quae virtutis magistrae sunt, egebit; quo magis caeteris rebus erit copiosus et illustris et exspectatus, eo vehementius deri-

*rona donaretur.* Ern. — *Magnis f. gemmis.* In iisdem *magna f.* desunt *fulg. gemmis* a Leid. pr. Oud. — *Quo melius ornatus.* Voss. pr. *sit ornatus.* Leid. sec. Ed. Med. *ornatus sit.* Voss. tert. ed. Omn. *exornatus sit.* Id. — *Ita si quis.* Leid. pr. sec. qu. Voss. tert. *item si q.* Id. — *Naturae commodis omnibus.* Vltima vox non agnoscitur a Leid. tert. ac qu. Id. — *Illustris et exspectatus.* Leid. qu. *industrius.* Voss. pr. a m. pr. et tert. Leid. pr. *industris.* Abest copula a Voss.

*Magnis fulgentibus gemmis* etc. Pall. iidem et Bruil. *magna*; forsan bene. Vox ea non visitur in Pal. tert. nimisque petulans Lambinus, qui obtrusit lectori, *magni fulgoris gemmis ill.* Grvt. Duisb. *Corona magna, magnis fulgentibus gemmis*; al. *corona aurea magna, fulgentibus gemmis.* Lamb. ed. et MS. *Corona aurea magni fulgoris gemmis.* Sic et in MS. uno se reperisse testatur Pithoeus. Graev.

*Vocem emittat acerbissimam*) Erf. *Vocem mittat acerbissimam.* Duisb. *Vocem emittit acerbissimam.* Id.

*Quo melius ornatus et magis fuerit exspectatus*) Lamb. ed. *Quo melius ornatus sit, et magis fuerit exspectatus.* Id.

*Ita si quis*) Erfurt. *Item si quis.* Dem.

*Commodis omnibus abundabit*) Bene Duisb. *Commodis abundabit.* Erf. *Commodis omnibus abundavit.* Id.

*Erit copiosus, et illustris, et exspectatus*) Pith. *Copiosus et industris,* al. *copiosus et industrius. Industrius* huic loco et sententiae non convenit. Erf. et Cauch. *Erit copiosus et industrus exceptatus, qualis evaderet, eo vehementius.* Edd. prima, Mediol. Ascens. Cratand. Victorii, Iuntina, Manut. imo vetustiores omnes cum Lambino praeferunt *copiosus et illustris et exspectatus, eo vehementius*; et id ego quoque recepi. *Illustris aliqua re est*, ut norunt tirones, qui in aliqua re excellit et conspicuus est, ut hominum in se converteret oculos; *exspectatus* aegre quoque hic potest ferri, quamvis explices, quo plura sibi de homine tantis fortunae et

sus et contemtus, ex omni conventu bonorum eiicietur. Hoc simile, exornatione utriusque rei, et alterius inertiae artificis, alterius stultitiae simili ratione collata, sub adspectum omnium rem subiicit.

Dictum autem est per collationem, propterea quod proposita similitudine, paria sunt omnia relata.

sec. Leid. pr. qu. Ed. Omn. bene; sed eiiciendum simul τὸ *exspectatus*, quod male e superioribus irrepsit. Id. — *Et alterius inertiae artificis.* Exsulat copula a MSS. IV. *inertia* Leid. pr. *ineptia* tert. *inscitia* Voss. tert. ed. Med. *inscientia* Voss. pr. Leid. sec. qu. Tum *artificii* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. ed. Med. Deest vox a Leid. tert. quod praeferrem. Id. — *Alterius stultitiae.* Leid. qu. *alteriusque stultitiae* Ed. Med. *et alt. stultitia.* qui casus etiam in MSS. V. Id. — *Sub adspectum omnium r. subiicit.* Leid. qu. *sub adspectu* cum edd. pp. In caeteris *sub adspectus.* Non male. Sic cap. 50, *adspectus omnium praestringere*: *hominum* ed. Med. *omnem* Leid. pr. qu. *subiiciet* Voss. pr. Leid. sec. tert. *subiecit* Leid. pr. qu. a m. s. ed. Omn. Id. — *Propterea quod.* Deest vox prima Leid. qu. Id.

naturae muneribus instructo, sibi omnes spoponderant; quod additur in Erfurt. et Cauch. *Qualis evaderet*, additum fuit a magistro, qui quid sibi velit *exspectatus*, nisi quid aliud adiiceretur, ignorabat. Vereor sane ne *exspectatus*, ex praecedentibus bis verbis, *quo melius ornatus et magis fuerit exspectatus*, huc irrepserit. Id.

*Derisus et contemtus eiicitur*) Lambin. ed. *Derisus et contemtus eiiciatur*. Id.

*Hoc simile exornatione utriusque rei*) Erf. *Hac simile exornatione.* Duisburg. *Hoc simile exornationem utriusque rei.* Lamb. ed. *Hoc simile per collationem utriusque rei.* Id.

*Exornatione utriusque rei, et alterius inscitia artificii, alterius stultitia* etc. Hunc locum ope veterum codicum felicissime restitui, ut intelligent, qui vulgatam lectionem cum ea, quam reposuimus, comparabunt. Lambin. *Et alterius inertiae artificis, alterius stultitiae* etc. est lectio Pal. quarti, quinti, sexti, item Bruil. quorum duo quum habeant *artificis scilicet* et punctis notarit Bruil. illud *scilicet*, suspicor adhuc abiiciendum alterum *artificis*, ut locus sit perpurgatus; quem mire corruperat de suo Lambinus. *Inertia* heic est ἀτεχνία; supra etiam rescripsi *et industrius*, ubi antea erat *et illustris*, iisdem codicibus volentibus. Grut. *Inertiae artificis* comprobant Cauch. et Pith. Erfurt. *Et alterius inscientia artificii.* Nonnullae edd. *Et alterius inscitia artificii, alterius stultitia*, ut reposuit Lambinus. Duisb. *Alterius inscientiae artificis* sine copula. Graev.

*Alterius stultitiae*) Edd. pleraeque *alterius stultitia.* Duisb. *Atque alterius stultitiae.* Id.

*Sub aspectum omnium rem subiecit*) Duisb. *Sub aspectu omnem rem subiicit*) Cauch. *Sub aspectus omnium rem subiecit. Sub aspectu* est quoque in multis edd. Recepi scripturam Duisburgensis *sub adspectum omnium rem subiicit*; vulgo *subiecit.* In illo ipso tamen est etiam, *sub adspectu omnem rem.* Id.

*Propterea quod proposita*) A Duisb. *Propterea quod* absunt. Id.

*Proposita similitudine*) Pith. *Posita similitudine.* Id.

48. In similibus observare oportebit diligenter, ut, quum rem adferamus similem, cuius rei causa similitudinem adtulerimus, verba quoque ad similitudinem habeamus accommodata. Id est huiusmodi: Ita ut hirundines aestivo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt. Ex eadem similitudine nunc per translationem verba sumimus: ita falsi amici sereno vitae tempore praesto sunt, simul atque hiemem fortunae viderint, devolant omnes. Sed inventio similium facilis erit, si quis sibi omnes res animatas et inanimatas, mutas et loquentes, feras et mansuetas, terrestres et coelestes et maritimas, artificio, casu, natura comparatas,

48. *In similibus.* Leid. pr. sec. tert. Voss. pr. *in similitudinibus.* Oud. — *Oportet diligenter.* Sic MSS. O. et edd. pp. vulgo *oportebit.* Id. — *Verba quoque.* Deest *quoque* a Voss. tert. Leid. sec. Id. — *Ita ut hirundines.* Ed. Med. caret τῷ *ita*, dans *uti ir.* Id. — *Simul atque hiemem.* Leid. qu. *si nivem.* Id. — *Omnes res animatas et inanimatas.* Deest *res* a Voss. sec. *animantes et in animantes.* Ed. Med. *atque ina.* desunt *et inan.* Voss. tert. Id. — *Mutas et loquentes.* Ita Voss. tert. Leid. tert. In reliquis et ed. Omn. *m. et eloquentes.* Ed. Med. *m. atque eloquent.* Id. — *Et coelestes et maritimas.* Voss. sec. simpliciter *et maritas.* Voss. pr. a m. sec. *marinas.* Copula prima deest Leid. qu. utraque Leid. tert. Id. — *Artificio, casu.* Voss. tert. *artificioso c.*

*In similibus observare oportebit*) Erf. *In similitudinibus observare oportet.* In Duisb. et nonnullis editis est etiam *oportet.* Id.

*Quum rem afferamus*) Erf. *Cum rem referamus.* Id.

*Verba quoque ad similitudinem*) Erf. *Verba ad similitudinem.* Lamb. ed. *Eius rei verba quoque.* Id.

*Id est huiusmodi. Ita ut hirundines*) *Ita* delevit Lambinus et eum secutus Gruterus, et qui Gruterianam recoxerunt, quum inveniatur ea vocula in meis quatuor libris, et editionibus ante Lambinianam omnibus, quas ego quidem inspexi. Id.

*Ex eadem similitudine*) Duisb. *Et ex eadem similitudine.* Id.

*Ita falsi amici*) Erf. *Item falsi amici.* Id.

*Simul atque hiemem*) Duisb. *Nivem atque hiemem.* Id.

*Si quis sibi omnes res animatas et inanimatas*) Duisb. et Cauch. *Si quis omnes res animantes et inanimantes.* Erf. *Si qui sibi omnes res animatas et inan.* Lamb. ed. *Si quis sibi omnes res animatas, et inanimas.* Id.

*Mutas et loquentes*) Duisb. *Mutas et eloquentes.* Id.

*Terrestres et coelestes, et maritimas*) Duisb. et Erf. *Terrestres, maritimas.* Al. *Terrestres et coelestes, et marinas.* Id.

*Artificio, casu, natura comparatas*) Erf. *Artificiosas una natura compara-*

usitatas atque inusitatas, frequenter ante oculos poterit ponere, et ex his aliquam venari similitudinem, quae aut ornare, aut docere, aut apertiorem rem facere, aut ponere ante oculos possit. Non enim res tota toti rei necesse est similis sit, sed ad ipsum, ad quod conferetur, similitudinem habeat oportet.

49. Exemplum est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio. Id sumitur iisdem de causis, quibus similitudo. Rem ornatiorem facit, quum nullius rei, nisi dignitatis, causa sumitur: apertiorem, quum id, quod sit obscurius, magis dilucidum reddit: probabiliorem, quum magis verisimilem facit: ante oculos ponit, quum exprimit omnia perspicue, ut res dicta prope manu teneri possit. Vniuscuiusque generis singula subiecissemus exempla, nisi

Leid. tert. *artificiosas*. Id. — *Atque inusitatas.* Desunt Leid. qu. *et in.* Voss. tert. Id. — *Ponere ante o. poterit.* Sic MSS. cum ed. Med. vel *ante oc. p. poterit.* Id. — *Toti rei.* Voss. sec. tert. Leid. pr. tert. qu. *totae r.* Id. — *Ad ipsum ad quod conferetur.* Leid. sec. ed. Med. *ad ipsum; quod c.* Bene. Voss. tert. *id quod confertur ad ips. quod conferetur.* Voss. pr. ed. Omn. *sed ipsum, quod.* In Voss. pr. et Leid. qu. ed. Med. *confertur.* Id.

49. *Sit obscurius.* Leid. tert. qu. *sit obscurum.* Ovd. — *Res dicta prope manu tentari p.* Voss. sec. Leid. tert. qu. *res proprie dicta.* Voss. tert. *res prope dicta.* Optime Erf. *prope dicam*: nam *tentari* est in MSS. O.

*tas.* Cauchianus: *Artificiosas et una natura comparatas.* Forte, inquit Cauchius: *artificio et a natura comparatas.* Id.

*Vsitatas atque inusitatas*) A Duisb. abest *atque inusitatas.* Id.

*Ante oculos poterit ponere*) Erfurt. *Ponere ante oculos poterit.* Id.

*Res tota toti rei*) Erf. *Res tota totae rei.* Id.

*Sed ad ipsum, ad quod conferetur similitudinem habeat oportet*) Melius Erfurtensis: *Sed ipsum, quod conferetur, similitudinem habeat oportet.* Lamb. ed. *Sed ad id ipsum, ad quod confertur.* Id.

*Iisdem de causis*) Lamb. ed. *Iisdem ex causis.* Id.

*Quod sit obscurius*) Duisb. et Lambin. ed. *Quod sit obscurum.* Id.

*Quum exprimit omnia*) Edd. vett. *Quum explicit omnia.* Id.

*Prope mane tentari possit*) Quidam legendum censent, *manu tractari*, alii *teneri.* Lambin. Al. *Vt res prope manu teneri possit.* Sic legendum esse coniecit Lamb. in margine, in Cratandri ed. *dicta* non exstat, et sane absurda hic est haec vox. Verissime Erfurtensis, *ut res prope dicam manu temptari possit.* Lenit verbo *dicam* translationem duriorem *rem prope*

exemplum, quod genus esset, in expolitione demonstrassemus, et causas sumendi in similitudine aperuissemus. Quare noluimus, neque pauca, quo minus intelligeretur, neque, re intellecta, plura conscribere. Imago est formae cum forma cum quadam similitudine collatio. Haec sumitur aut laudis, aut vituperationis causa. Laudis causa, sic: Ibat in proelium, corpore tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similis. Vituperationis, ut in odium, aut in invidiam, aut in

et Edd. pp. non *teneri*. Id. — *Nisi exempli, quod genus esset.* Voss. pr. tert. Leid. sec. *nisi et ex.* In Voss. pr. Leid. sec. qu. ed. Med. *est*: deest Voss. tert. Ovd. *Nisi exemplum quis usus esset*, legit Lamb. quo modo ratio poscere videtur: in vulgatis eodem modo et in manuscriptis legitur, *nisi exemplum quod genus esset.* Br. — *Plura scribere.* Sic MSS. O. et ed. Med. vulgo *p. conscr.* Ovd. — *Imago est formae.* Leid. qu. *im. e. similis f.* Id. — *Ibat in proelium.* Voss. tert. *inibat in p.* Leid. tert. *ibant.* Ovd. *Inibat proelium* habet unus Gryphii liber. Lamb. *Ibat Turnus in praelium* legit, ex manusc. libro: alii *Ibant in praelium* numero multitudinis legunt, quemadmodum in vulgatis habetur. Brvt. — *Corpore tauri v.* Voss. pr. *pectore t. v.* Non male. Ovd. — *Vt in odium, aut in invid. aut in contemt. adducat. Vt in odium h. modo.* Sic fere Leid. tert. et Ed. Med. sic: *aut est odium vel invidia aut contemptio. In odium admanu tentare;* ubi *tentare* est attingere, ut *pertentare sinus.* Graev. Vid. Gifan. Observ. L. L. in *tentare.* Bvrm.

*Nisi exemplum quod genus esset in expositione*) Lamb. ed. *Nisi exempli quis usus esset in expositione.* Graev.

*Causas sumendi in similitudine*) Erfurt. *Causas sumendi in similitudinem.* Id.

*Neque re intellecta*) Cratand. ed. *Neque in re intellecta.* Brvm.

*Plura conscribere*) Erf. *Plura scribere.* Graev.

*Imago est formae cum forma*) Cratand. ed. *Imago est formae cum fortuna.* Non inepte Duisb. *Imago est similis formae cum forma cum quadam similitudine collatio.* Rectius tamen abest. Id.

*Ibat Turnus in proelium*) Nomen *Turnus*, quod abest a libris vulgatis, in antiquis repertum reposui. Lamb. Pall. omnes, *ibat in proelium;* nisi quod pr. *Inibat proelium*, quod et in suis reperit Petreius. Lambinus invenit in antiquis: *Ibat Turnus in proelium.* Vellem nobis singularius antiquos illos digito quasi indicasset, sed non erat scilicet tanti; at tanti tamen mihi videtur significare, in quarto non inveniri illud *similis*, imo ne quidem in sexto, mea sententia recte. Grvter. Edd. *Ibant in proelium.* Lamb. ed. *Ibat Turnus in proelium.* Graev.

*Acerrimi similis*) Alii, *acerrimi similes.* In duobus MSS. Gruterus non reperit *similis.* Id.

*Vituperationis ut in odium*) Pith. *Vituperationis causa ut in odium.* Id.

*Vt in odium*) Duisburg. *Vt aut in odium.* Id.

*Aut in invidiam aut in contemtionem*) Haec verba nec sunt in Pith. nec in Erf. Id.

contemtionem adducat. Vt in odium, hoc modo: Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, adspectu venenato, spiritu rabido, circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus adflare, ore adtingere, dentibus insecare, lingua adspergere possit. Vt in invidiam adducat, hoc modo: Iste, qui divitias suas iactat, sicut Gallus e Phrygia, aut ariolus quispiam, depressus et oneratus auro, clamat, et deierat. Vt in contemtionem

*ducitur h. modo.* Caeteri praebent cum Ed. Omn. simpliciter *ut in odium adducat h. modo.* Id. — *Iste quotidie.* Voss. sec. Leid. tert. qu. *iste qui q.* Id. — *Iubatus draco.* Leid. sec. *vibratus dr.* Id. — *Adspectu venenato, spiritu rabido.* Leid. tert. qu. *adspectu r. spiritu venen.* Quod praefero. In MSS. IV et ed. Omn. *rapido.* Male. Ovd. *Aspectu rabido circumspectans.* Lamb. ut nostri omnes manuscripti, et unus impressus Leoniceni, *aspectu venenato, spiritu rabido circumspectans* etc. Br. — *Ore adtingere.* Leid. pr. tert. qu. *quem ore ad.* Ovd. — *Gallus e Phrygia.* Deest *Gallus* Leid. qu. *e Phrygia veniens* incepte Ed. Med. Id. — *Depressus et oneratus auro.* Voss. pr. tert. Leid. sec. qu. *deprehensus oneratus*, nisi quod in Leid. qu. *orn.* Id. — *Clamat et deierat.* Exsulat prius verbum a Voss. pr. Leid. sec. in quibus *et delirat* cum Leid. qu. edd. pp. Ovd. Leoniceni exemplar ita habet, *et onerat. auro clamat, et delirat*, quomodo Lamb. excudendum curavit: cum uno Gryph. manuscripto vulgati consentiunt, qui *clamat, et deierat*, retinent. In uno tamen Gryph. recentiore est, *delirat, clamat, et peierat*, quomodo edidimus. Br. — *Vt in contemtionem adducat.* Voss.

*Adducat. Vt in odium, hoc modo: Iste*) Pith. et Erfurt. *Adducat, hoc modo: iste.* Id.

*Iste quotidie*) Erfurt. Duisb. *Iste qui quotidie.* Id.

*Aspectu venenato, spiritu rabido*) Ita omnes Pall. nisi quod unus et alter *rapido*; nam Victorius ediderat: *serpit aspectu rabido circumspectat*; alii *adspectu rabido, spiritu venenato*; non male, nisi contradicerent exemplaria tenebricosa, quibus tamen item sua ratio. Grvt. Edd. vett. *adspectu rabido circumspectans*, al. *adspectu rabido, spiritu venenato.* Gruterianam scripturam firmat Erfurt. Duisb. et Lambini editio. Graev.

*Ore adtingere*) Praemittunt aliae edd. *quem*; sed dictio ea non exstat in Pall. quatuor aut Bruil. Grvter. Edd. *Quem ore attingere.* Graev.

*Dentibus insecare*) Legendum censet Auratus *inuncare*, quum in vulgatis legatur *dentibus insecare.* Lamb.

*Divitias suas iactat*) Erf. et Cauch. *Divitias suas iactans.* Graev.

*Sicut Gallus e Phrygia*) Erf. *Sicut Gallus et Phrocia.* Cauch. *Sicut Gallus et Phroegia.* Id.

*Depressus et oneratus*) Duisb. *Deprehensus et ornatus.* Id.

*Clamat et deierat*) Sic quoque Victoriana, respondentque Pal. quart. et sext. alii tamen *delirat*, quod et in primitus impressis. Grvt. Sic Erfurt. Cauch. Pith. Duisburg. alii. *Clamat et delirat*, sic et Duisb. Graev.

*Vt in contentionem adducat* sic.

adducat, sic: Iste, qui tanquam cochlea, abscondens retentat sese tacitus, quo sit tutus, comeditur cum domo sua, et aufertur.

Efficlio est, quum exprimitur et effingitur verbis corporis cuiuspiam forma, quod satis sit ad intelligendum, hoc modo: Hunc dico, iudices, rubrum, brevem,

pr. tert. Leid. sec. *et contemnitur*. Leid. qu. *et contemtu*. Voss. sec. cum Edd. pp. *in contentionem*. Desunt omnia Leid. pr. Abiiciendum puto verbum *adducot*. Ovd. — *Cochlea*. Voss. pr. *cochleas*. Id. *Abscondens retentat sese tacitus*. Deest participium Leid. pr. *retentans* Voss. tert. *et retentans*. Voss. sec. Leid. tert. Ed. Med. *tacite* Voss. pr. tert. Leid. sec. tert. Ed. Med. In. *Retentat sese tacitus... cum domo, totus ut comedotur, aufertur*. Hanc lectionem in uno codice reperit Gronovius, eamque praetulimus vulgatae: *retentat sese tocitus... comeditur cum domo sua et oufertur*. Lall. — *Quo sit tutus comeditur cum domo sua et aufertur*. Voss. pr. tert. ed. Omn. *cum domo totus ut comedatur, ouf.* sec. *cum domo totus comeditur et auf.* Leid. pr. qu. *quomodo sit tutus comeditur et ouf.* Leid. sec. *cum domo totus ut comedatur, auferatur*. Leid. tert. *domo sua totus oufertur, ut comedotur*. Ed. Med. *totus cum domo aufertur et comeditur*. Placet Voss. primi, et Omniboni lectio. Ovd. Nos, ut est in uno exemplari manuscripto, *cum domo suo, ut comedatur, aufertur*. Br. — *Efficlio est*. Voss. pr. Leid. tert. *Affectio*. MSS. IV ed. Omn. *Effectio*. Ovd. — *Atque effingitur*. Sic MSS. O. ed. Med. non *et eff.* Id. — *Quoad satis sit*. Ita MSS. O. et

*Iste*) Erf. *Et contemnitur sicut iste*. Idem.

*Qui tanquom cochlea abscondens* etc. Nescio an habeamus lectionem auctoris genuinam; nam mire variant Pall. e quibus pr. habet: *Iste qui tanquom testudo se cochleo abscondens et retentat sese tacitus eum in domo sua totus, ut comedatur, aufertur:* sec. *Iste qui tomquam cochlea obscondens retentat se tacite cum, Domo tutus comedatur et aufertur.* tert. *tacite quomodo sit tutus comeditur et aufertur.* quart. et sext. *Abscondens et retentans sese tacitus, quomodo ut tutus comeditur et aufertur;* sicque item Bruil. nisi quod is, *et auferotur*, a manu prima. Grvt. Medic. *Iste qui tamquam cochlea abscondeus et retentans sese tacitus quo modo ut tutus comeditur et aufertur.* Alius: *Iste qui tomquam cochlea obscondens retentot sese tacite, cum domo totus ut comedatur oufertur.* Quae forsan non aliena ab vera manu. Gron. Erf. *Qui tamquam cochleam abscondens*. Graev.

*Retentat sese*) Erf. et Medic. *Retentans sese*. Id.

*Quo sit tutus*) Erf. *Quomodo sit tutus*. Id.

*Cum domo sua comeditur*) Liber MS. habet: *Cum domo sua, ut comedatur, nufertur*. Lamb. Erf. et Cauch. *Comeditur et aufertur*. Al. *Retentat se se tacite, cum domo totus ut comedatur oufertur*. Pith. *Retentat se se tacitus, domo ut totus comedat*. Al. Pith. *Et retentans sese tacitus quomodo ut totus comeditur et oufertur*. Graev.

*Efficlio est*) Erfurt. *Effectio est*. Idem.

*Et effingitur*) Duo MSS. *Atque effingitur*. Id.

*Quod satis sit*) Erf. *Quoad satis sit*. Sic et Lamb. ed. Id.

incurvum, canum, subcrispum, caesium, cui sane magna est in mento cicatrix, si quomodo potest vobis in memoriam redire. Habet haec exornatio cum utilitatem, si quem velis ostendere, tum venustatem, si breviter et dilucide facta est.

50. Notatio est, quum alicuius natura certis describitur signis, quae, sicuti notae quaedam, naturae sunt attributa. Vt si velis non divitem, sed ostentatorem pecuniosum describere: Iste, inquies, iudices, qui se dici divitem, putat esse praeclarum, primum nunc videte, quo vultu nos intueatur. Nonne vobis videtur dicere: Darem, si mihi molesti non essetis: quum vero sini-

edd. pp. nou *quod*. Id. — *Si quem velis demonstrare.* Et sic MSS. O. cum ed. Med. si excipias Voss. tert. in quo et vulgo *ostendere*. In.
..o. *Describitur signis.* Leid. qu. *designatur s.* Ovd. — *P. describere.* Idem *p. dicere alias describere.* Id. *Sed ostentatorem pecuniosum. Sed ostentatorem pecuniae suae* emendal Lamb. In uno Gryph. manuscripto *pecnniosi* dimidiatum verbum legitur, ex quo non male coniectura probari possit legendum *pecuniae suae*, aeque praeclaro sensu. Br. Lips. *pecuniae* et ita suspicati eranl Memmius et Auratus *pecuniae suae*. Ern. — *Nonne v.* Leid. sec. *num v.* Ovd. — *Darem, si mihi m.* Leid. pr.

*Habet haec exornatio cum utilitatem*) Erf. *Habet haec exornatio tum utilitatem*. Id.

*Si quem velis ostendere*) Tres MSS. nostri *demonstrare*, cui alius velut interpretationem adscripsit, *expresse ostendere*; alius *per signa accidentalia declarare*, ut omnino exstantem in scriptis lectionem pro veteri habere cogar. Gron. Erf. Duisb. et tres alii, ac Cratand. ed. *Si quem velis demonstrare*, probante Gronovio. Graev.

*Tum venustatem*) Erf. *Tum in venustatem*. Id.

*Dilucide facta est*) Lamb. ed. *Dilucide facta sit*. Id.

*Certis describitur signis*) Duisb. *Certis designatur signis*. Id.

*Sicuti notae quaedam, naturae*) Erfurt. *Sicuti notae, quae naturae*. Id.

*Sed ostentatorem pecuniae suae*) Sic restituerunt Memmius, el Auratus; quum in omnibus libris legerelur, *ostentatorem pecuniosum*. Lamb. Non improbo Memmii, Auratique coniectaneum, *pecuniae suae*, sed videsis, ne acutius sit quod inveni in Palat. quarlo ac sexto, *ostentatorem pecuniosi*. Grvt. Lamb. ed. *Ostentatorem pecuniae suae*. Erf. et al. MSS. *Ostentatorem pecuniosi*. Graev.

*Quo vultu nos intueatur*) Erf. *Quo vultu vos intueatur*. Id.

*Darem si mihi molesti non essetis*) Melius forte Pal. pr. quart. sext. *Daretis mihi locum, si mihi molesti non essetis*; et ita quoque Bruil. Grvter Erf. *Dant, si mihi molesti non essetis* Duisb. *Darem vobis locum, si mihi molesti non essetis*. Al. MSS. *Daretis mihi locum, si mihi molesti non essetis*. Graev.

*Quum vero sinistra mentum sublevat*) MSS. vel *sublevabit*, vel *sublo-*

stra mentum sublevat, existimat se gemmae nitore et auri splendore adspectus omnium perstringere. Quum puerum respicit hunc unum, quem ego novi, (vos non arbitror novisse) alio nomine adpellat, deinde alio atque alio: Heus tu, inquit, veni Sannio, ne quid isti barbari perturbent; ut ignoti, qui audiunt, unum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, ut aut domi lectuli sternantur, aut ab avunculo rogetur Aethiops,

tert. *daretis mihi locum, si* etc. qu. *darem vobis locum, si* etc. In Voss. pr. sec. pr. *clare* vel *doretis locum.* Id. — *S. mentum sublevot.* Ed. Med. *sinistram ad mentum s.* Voss. pr. tert. Leid. sec. m. *sublevabit.* Id. — *Aspectus o. praestringere.* Sic Voss. pr. tert. ed. Omn. In reliquis *perstr.* Id. — *Quem ego novi.* Deest *ego* Voss. pr. Leid. sec. qu. *notavi* Voss. sec. Id. — *Arbitror novisse.* Voss. pr. Leid. pr. *nosse.* Voss. sec. *notavisse.* Id. — *Heus tu.* Abest prima vox a Voss. pr. tert. Leid. sec. *Tum* Voss. tert. Id. — *Sannio, ne quid.* Leid. qu. *sannio, sannio equidem.* Id. — *Perturbent.* Voss. sec. tert. Leid. sec. ed. Omn. *turbent.* Leid. qu. *conturbantur.* Ovd. Medic. et Lips. Cod. *nequid istos barbaros perturbem.* Ern. — *Vt aut domi.* MSS. O. ed. Med. *aut ut d.* *vavit.* Gron. MSS. *Quum vero sinistra mentum sublevabit* : al. *sublevavit.* Erf. *quum vero sinistrum mentum sublevabit.* Graev.

*Existimat se gemmae nitore et auri splendore*) Erf. *Existimat se gemmae nitorem et auri splendorem* etc. quam scripturam non damno, si *se* expungatur. Id.

*Aspectus omnium praestinguere*) Sic legendum, non *perstringere*, neque *praestringere* : *praestinguere* autem valet obtenebrare, ut docet Nonius: de quo verbo vide plura in commentariis Lucretianis. Lamb. Erf. Pithoean. et Cauch. *adspectus omnium perstringere*; sed Duisb. cum Grut. et al. edd. *adspectus omnium praestringere.* Lamb. ed. *adspectus omnium praestinguere.* Graev.

*Quem ego novi*) Edd. *Quem novi.* Idem.

*Vos non arbitror novisse*) Illud *novisse*, non exstat in Pal. quarto, aut sexto, et satis subintelligeretur. Grvt. Erf. et duo Pall. *Vos non arbitror, alio.* Graev.

*Alio atque alio: Heus*) Pith. *Alio otque, heus tu.* Erf. *Alio otque alio adeo. Tu, inquit.* Id.

*Heus tu* etc. Medic. *At heus tu, inquit, veni Sonnio, nequid istos barbaros perturbem.* Gron. Erf. *Tu, inquit, veni Sannio.* Medic. *At heus tu, inquit, veni Sannio.* Graev.

*Ne quid isti barbari perturbent*) Erfurt. *Ne quid his barbaris turbent.* Cauch. *Ne quid isti borbari turbent.* Pithoean. *Ne quid isti barbari conturbent.* Duisburg. *Equidem isti barbori conturbantur.* Medic. *Ne quid istos barbaros perturbem.* Id.

*Qui audiunt*) Erf. *Qui audient.* Id.

*Vnum putent eligi de multis*) Erf. *Vnum putent se eligi de multis.* Id.

*Aut ut domi lectuli sternantur*) Miror haec isto ordine legi in omnibus, quod sciam, editis pariter et scriptis, praeter unum Mediceum, qui exhibet *ut aut*, quomodo necessario converti debet, quum causalis ista vocula pertineat ad omnes, quae sequuntur,

qui ad balneas veniat, aut asturconi locus ante ostium suum detur, aut aliquod fragile falsae choragium gloriae comparetur. Deinde exclamat, ut omnes audiant: Videto, ut diligenter numeretur, si potest ante noctem. Puer, qui iam bene hominis naturam novit: Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari. Age, inquit, duc tecum Libanum et Sosiam. — Sane. — Deinde casu veniunt hospites homini, qui istum

Abest *ut* ab ed. Omn. haud male. Id. — *Videto.* Leid. sec. *vide.* Voss. pr. Leid. qu. et ed. Med. *videte.* Id. — *Vt dil. numerentur.* Leid. qu. *ut omnes bene numerentur.* Ed. Med. *ut dil. omnes numerentur.* In MSS. O. et ed. Omn. etiam *numerentur* scil. servi. Optime. Id. — *Si potest.* Voss. tert. Leid. sec. *si potes.* Id. — *Qui iam bene hominis n. novit.* Voss. pr. *qui hanc b. h. n. novit.* Leid. sec. *qui hanc naturam b. norit.* Voss. tert. *qui iam hanc h. n. b. novit.* Id. In uno Gryphii ita legitur *qui hanc iam bene hominis naturam novit.* Br. — *Qui istum spl. dum peregrinaretur, receperant.* Leid. sec. Voss. tert. *quos iste.* In nonnullis *peregrinabatur*, vel *peregrinatur.* Leid. pr. sec. *invitat.* Voss. tert. *invitaverat.* Ed. Med. *quos iste dum spl. peregrinantur, invitat.* Ed. Omn. *quos dum iste spl. peregrinatur, invitavit.* Mihi legendum videtur *qui istum spl. dum peregrinabatur, invitarant.* V. Graevium. Ovd. Lips. *qui illum, dum splendide peregrinabatur, receperunt.* Ern. —

partes. Sed et τὸ *aut* ante *asturconi* in omnibus nostris MSS. habetur, ut et legunt primi ex editis; neque utique ostium de balneis intelligere cogimur. Sic I Invent. 8, edunt: *Quod non aut is agere videtur quem oportet:* quum et MS. et ratio sequentium flagitet *quod aut non.* Gron. Medic. *ut aut domi lecti.* Erf. *aut ut in domi lectuli.* Merito hanc Medicei codicis scripturam probat Iacob. Gronovius, quam et ego invitis meis omnibus probo. Graev.

*Aut asturconi locus*) Sic plerique MSS. et edd. sed a Lambino et Grutero perperam *aut* omissum. Id.

*Exclamat ut omnes audiant*) Erfurt. *Exclamat, omnes audiant.* Id.

*Videto ut diligenter numeretur*) Duisb. *Videto ut omnes bene numeretur.* Pith. *videto ut diligenter numeretur.* Edd. *videto ut diligenter enumeretur.* Id.

*Qui bene hominis naturam novit*) Erfurt. *Qui iam bene naturam novit.* Lamb. ed. *Qui bene hanc hominis naturam novit.* Id.

*Tu illo plures mittas*) Erf. *Tu illo mittas oportet.* Id.

*Age, inquit, duc.*) Edd. *Age, inquit, ille, duc.* Id.

*Homini, qui istum splendide, dum peregrinaretur, receperant*) Liber unus manuscript. habet *invitarant.* Lamb. Videtur prius fuisse *invitaraut*: cuius vocis ignorantia mire torsit librarios; nam pr. *Homini quos iste dum splendide peregrinantur invitat;* ubi forte legendum: *quos iste dum splendide peregrinaretur, invitarat;* sec. *Qui istum splendide receperunt dum peregrinabatur, invitat;* quart. et Br. *Homini quos iste dum splendide peregrinaretur ex ea re;*

splendide, dum peregrinaretur, receperant. Ex ea re homo hercle sane conturbatur; sed tamen a vitio naturae non recedit. Bene, inquit, facitis, quum venitis: sed rectius fecissetis, si ad me domum recta abiissetis. Id fecissemus, inquiunt illi, si domum novissemus. At istud quidem facile fuit undelibet invenire. Verum ite mecum. Sequuntur illi. Sermo interea huius consumitur omnis in ostentatione. Quaerit, in agris cuiusmodi frumenta sint: negat se, quia villae incensae sint, accedere posse, nec aedificare etiam nunc audere; tametsi in Tusculano quidem coepi insanire, et in iisdem fundamentis aedificare.

*Homo hercle sane.* Leid. qu. *hic h. s.* tert. *hercle homo* sine τῷ *sane.* Ovd. — *Ad me domum recta abissetis.* Leid. tert. qu. Edd. pp. *ad meam d.* male. *recte* Voss. sec. *adissetis* Ed. Med. vulgo *abiissetis.* Id. — *Ite mecum.* Voss. pr. tert. Leid. O. ed. Omn. *euntem illum.* Bene. ed. Med. *dum euntem illum.* Voss. sec. *iste mecum.* Id. Tres Gronov. MSS. item Lips. *Verum, euntem illum sequuntur illi*: et placet Gronovio illa aposiopesis *Verum.* Ern. — *Quidem coepi.* Voss. tert. *q. incepi.* Leid. qu. *incepi.* Ovd.

sine alio verbo. Grvt. Erf. *Quos iste dum splendide peregrinatur, ex ea re.* Pith. *Qui istum dum peregrinabatur splendide invitant.* Addit Pithoeus: al. *a quibus iste dum peregrinatur splendide susceptus est*; al. *quos iste splendide dum peregrinabatur invitat.* Haec Pith. Sic et margo Cratandri. Lamb. ed. *qui istum splendide dum peregrinaretur receperant: ex ea re.* Probo et ipse: *Qui istum splendide dum peregrinaretur invitarant*, hoc est, exceperant, tractarant. Sallust. *Cum se cibo vinoque laeti invitarent.* Vide quae notavi ad Iustini lib. I, cap. 6. Graev.

*Ex ea re homo hercle sane conturbatur*) Pith. *Ex ea re hercle sane conturbatur.* Duisburg. *Ex ea re hic hercle sane conturbatur.* Lambin. ed. *Ex ea re homo hercle conturbatur.* Id.

*Si ad me domum recta abiissetis*) Pith. *Si ad meam domum recta via abiissetis.* Idem.

*At istud quidem facile fuit*) Edd. *At istud quidem, inquit, facile fuit.* Id.

*Verum ite mecum. Sequuntur illi*) Non modo praesignis iste Mediceus, sed etiam duo reliqui, *verum. Euntem illum sequuntur illi.* Quae aposiopesis mihi videtur opportunissima, scilicet, quod tamen exprimere nolebat, sic quoque adventum gratulor, aut ipse vos ad domum ducam. Gron. Medic. et duo alii, notante Iac. Gronovio, *verum. Euntem illum sequuntur illi.* Erf. *Verum item eum sequuntur illi.* Graev.

*In agris cuiusmodi frumenta sint*) Erf. *In agris frumenta cuiusmodi sint.* Id.

*Coepi insanire*) Edd. *Coepit insanire.* Lamb. ed. *In Tusculano quidem, inquit, coepi insanire*; in Duisb. non legitur *quidem.* Id.

*In iisdem fundamentis*) Erf. *In iisdem fundamentis.* Id.

51. Dum haec loquitur, venit in aedes quasdam, in quibus sodalitium erat eodem die futurum: quo iste pro notitia domini aedium ingreditur cum hospitibus. Hic, inquit, habito. Perspicit argentum, quod erat expositum, visit triclinium stratum, probat: accedit servulus: dicit homini clare, dominum iam iam venturum, si velit exire. Itane? inquit. Eamus hospites; frater venit ex Salerno: ego illi obviam pergam: vos huc decuma venitote. Hospites discedunt. Iste se raptim domum suam coniicit: illi decuma, quo iusserat, ve-

51. *Venit in aedes.* Voss. tert. *convenit in ae.* Ovd. — *In quibus sod. eodem die.* Leid. qu. *ubi s.* Voss. tert. *eadem.* Id. — *Domini aedium.* Decst ultima vox Leid. qu. Id. — *Perspicit argentum, quod erat expositum, visit.* Voss. sec. tert. *prospicit.* Leid. tert. *perspicitur.* qu. *perspicitur autem* (*au.* Leid. pr.) *q. e. appositum*, sine verbo *visit*, pro quo in Leid. pr. *ut fit.* Id. — *Dicit homini clare.* Leid. pr. *d. h. in aurem.* Ed. Med. *d. h. clam.* Id. — *Dominum iam iam v. si vel. exire.* Leid. pr. *D. domus iam v. si vel. viderat exire.* qu. *d. iam v. si vel. ium exire.* In nullo inveni *iam iam.* Id. — *Frater v. ex Salerno.* Voss. pr. tert. Leid. sec. Edd. pp. *frater meus.* dein *Falerno* Voss. O. Leid. pr. sec. cum ed. Med. Id. — *Vos huc decuma v.* Voss. O. Leid. sec. ed. Med. *Vos huc*, vel *huc vos ad decimam v.* Leid. pr. *vos decima huc hora.* Id. — *Domum s. coniicit.* Voss. pr. Leid. pr. *in domum s. c.* Iidem et Voss. sec. cum ed. Med. *coniecit.* Id. — *Illi decima, quo i.*

*In quibus sodalitium*) Duisb. *Vbi sodalitium.* Graev.

*Pro notitia domini aedium ingreditur*) Duisb. *Pro notitia domini ingreditur.* Id.

*Perspicit argentum* etc. *visit* etc. *probat*) Hoc modo Pall. nostri: inepte igitur Lambinus: *perspiciunt argentum* etc. *visunt*, etc. *probant*: pertinent enim istaec ad ostentatorem, non ad hospites. Grvt. Pith. et Erf. *perspicitur argentum.* Lamb. *perspiciunt argentum.* Graev.

*Quod erat expositum*) Pith. *Quod erat impositum.* Id.

*Accedit servulus*) Duisb. *Accedit servus.* Id.

*Dicit homini clare*) Pith. *Dicit homini clam.* Graev.

*Dominum iam venturum*) Reposui ex Duisb. *Dominum iam iam venturum*, quod est efficacius. Graev.

*Ita ne inquit*) Pith. *Ita ne, inquit, est?* Id.

*Frater venit ex Salerno*) Erf. et Cauch. *Frater venit ex Falerno:* nimirum agro. Id.

*Decuma venitote*) Quidam libri habent *ad decimam.* Ad decimam autem, hoc est, circiter decimam. Lamb. Gifanius (in Observ. L. Lat. V. *Ad pro usque ad*) maluit *ad decumam*, quomodo exstare in aliquot suis testatur Lambinus, et reperi in Palat. tertio, sed ideo tamen nihil muto. Grvt. MSS. quidam *ad decimam venitote.* Graev.

*Domum suam coniicit*) Erf. et Pith. *Domum suam coniecit.* Id.

*Illi decuma, quo iusserat*) Erf. et Pi-

niunt; quaerunt hunc; reperiunt, domus cuia sit; in diversorium derisi conferunt sese. Vident hominem postera die; narrant, expostulant, accusant. Ait iste, eos similitudine loci deceptos, angiporto toto deerrasse: contra valetudinem se ad noctem multam exspectasse. Sannioni puero negotium dederat, ut vasa, vestimenta, pueros corrogaret; servulus non inurbanus satis strenue et concinne comparat; iste hospites domum deducit. Ait se aedes maximas cuidam amico ad nuptias commodasse: nuntiat interea puer argentum re-

Prima vox abest Leid. pr. qu. Voss. sec. *decima hora* Leid. pr. *qua* MSS. V cum edd. pp. Id. — *Domus cuia sit.* Voss. tert. *domum cum absit.* Id. — *Angiporto toto.* Voss. sec. *in a.* Voss. pr. sec. Leid. pr. qu. *angiportu t.* Id. — *Contra valetudinem.* MSS. O. et edd. pp. adduut *suam*, dum quidam carent *se.* Id. — *Pueros corrogaret.* Leid. tert. qu. Voss. sec. *p. rogaret.* Id. — *Servulus non inurbanus.* Leid. qu. *servulos n. inurbanos.* Id. — *Hospites domum d.* Leid. qu. *h. suos d.* Id. — *Aedes maximas c. a.* Idem *aed. suas m. c. a. suo.* Id. — *Ad nuptias commodasse.* Voss. sec. Leid. tert. qu. cum edd. pp. *ad n. accommodasse* et mox, Voss. sec. tert. Leid. qu. Id. — *Nunciat puer.* Sic th. *Decuma, quo iusserat, veniunt.* Pith. praeterea *qua iusserat.* Id.

*In diversorium*) Lamb. ed. *in deversorium.* Id.

*Ait iste eos* etc. Palat. quart. sext. Bruil. a manu secunda, *at iste eos* etc. placet. Grvt. Quidam MSS. *At iste eos.* Graev.

*Angiporto toto*) Erf. *Angiporto tuto.* Duisb. et Lambin. ed. *angiportu toto.* Sed MSS. caeteri vulgatae patrocinantur. Qui immutarunt, nescierunt veteres dixisse *angiportum* genere neutro, ut notavit Plinius Secundus in Grammaticis, et ex eo Priscianus, ex utroque vero Gerhard. Vossius lib. I de Analog. cap. 36. Id.

*Contra valetudinem suam ad noctem multam exspectasse*) Prima sic Gruteriana, quam sequuntur, quas aliquoties supra numeravi, expulso *se*, quod habent et editi omnes et MSS. nostri, vel in principio apponentes, vel interponentes post *suam*; et in hac sermonis alternatione non debebat abesse; certe non erat causa, cur fugaretur. Gron. Erfurt. et Pith. *contra valetudinem.* Pith. *circa valetudinem.* Graev.

*Se ad multam noctem exspectasse*) Erf. Duisb. et Grut. ed. *Ad multam noctem exspectasse*, sine *se.* Id.

*Pueros corrogaret*) Erf. et Duisb. *Pueros rogaret.* Id.

*Servulus non inurbanus satis strenue et concinne comparat*) Erf. *Servulos non inurbanos satis et concinne compararet.* Id.

*Hospites domum deducit*) Duisb. *Hospites suos deducit.* Id.

*Ait se aedes maximas*) Duisb. *Ait se aedes suas maximas.* Id.

*Cuidam amico*) Duisburg. *Cuidam amico suo.* Id.

*Ad nuptias commodasse*) Duisb. et multae edd. *Ad nuptias accommodasse.* Id.

*Nuntiat interea puer*) Tres MSS.

peti (pertimuerat enim, qui commodarat). Apagete, inquit, aedes commodavi, familiam dedi, argentum quoque vult? tametsi hospites habeo, tamen utatur licet, nos Samiis delectabimur. Quid ego, quae deinde efficiat, narrem? eiusmodi est hominis natura, ut, quae singulis diebus efficiat gloria atque ostentatione, ea vix annuo sermone enarrare possim.

Huiusmodi notationes, quae describunt, quid consentaneum sit uniuscuiusque naturae, vehementer habent magnam delectationem; totam enim naturam cuiuspiam ponunt ante oculos, aut gloriosi, ut nos, exempli causa, coeperamus; aut invidi, aut timidi, aut avari, ambitiosi, amatoris, luxuriosi, furis, quadruplatoris: denique cuiusvis studium protrahi potest in medium tali notatione.

52. Sermocinatio est, quum alicui personae sermo attribuitur, et is exponitur cum ratione dignitatis, hoc pacto: Quum militibus urbs redundaret, et omnes timore oppressi domi continerentur, venit iste cum

edi iubent MSS. O. et edd. pp. Volgo *n. interea p.* Id. — *Vtatur licet.* Deest *licet* Leid. qu. Id. — *Habent magnam d.* Leid. qu. caret voce *magnam*, et mox *cuiuspiam.* Id. — *Gloriosi.* MSS. plerique *glösi.* Leid. qu. *gulosi.* Id. — *Luxuriosi, furis.* Leid. sec. *lux furiosi, juris.* Id. — *Protrahi p. in medium.* Leid. qu. *trahi p.* Voss. tert. *in medio.* Idem.

52. *Sermo attribuitur.* Leid. qu. *s. adscribitur.* Ovd. — *Is exponitur.* Leid. tert. *is exprimitur.* Id. — *Domi continerentur.* Voss. tert. *d. reti-*

Erf. Duisb. Pith. *Nuntiat puer*, sine ullo detrimento abest *interea.* Id.

*Apagete, inquit*) Pith. *Apagite inquit.* Erfurt. et Cauch. *Apage, inquit.* Idem.

*Tamen utatur licet, nos Samiis*) Duisb. *Tamen utatur, nos Samiis.* Idem.

*Quae deinde efficiat narrem*) Erf. et Pith. *Quae deinde efficiat parem.* Idem.

*Quae singulis diebus efficiat*) Duo libri manuscripti habent: *Quae singulis efferat.* Lamb. Duo MSS. *quae singulis efferat.* Graev.

*Naturam cuiuspiam ponunt*) Duisb. *Naturam ponunt.* Id.

*Exempli causa coeperamus*) Al. *Exempli causa ceperamus.* Id.

*Aut timidi*) Pith. *Aut tumidi.* Id.

*Protrahi potest*) Duisb. *Trahi potest.* Id.

*Sermo attribuitur*) Duisb. *Sermo ascribitur.* Graev.

*Et his exponitur*) Erf. *Et his exponitur.* Id.

sago, gladio succinctus, tenens iaculum: quinque adolescentes hominem simili ornatu subsequuntur: irrumpit in aedes subito, deinde magna voce: Vbi est iste beatus, inquit, aedium dominus? quin mihi praesto fit? quid tacetis? Hic alii omnes stupidi timore obmutuerunt. Vxor illius infelicissimi cum maximo fletu ad istius pedes abiecit sese. Parce, parce, inquit, et per ea, quae tibi dulcissima sunt in vita, miserere nostri: noli exstinguere exstinctos. Fer mansuete fortunam: nos quoque fuimus beati: nosce te esse hominem. At ille: Quin illum mihi datis, ac vos auribus meis opplorare desinitis? non abibit. Illi nuntiatur interea venisse istum,

*nerentur.* ed. Omn. *d. tenerentur.* Id. — *Tenens iaculum.* Addit ed. Med. *in manu.* Leid. qu. *t. in manu gladium.* Leid. pr. *t. baculum.* Id. — *Quinque adolescentes hominem. Quinque adolesc. homines* habet unus e meis manuscr. Br. — *Simili ornatu.* Leid. qu. *s. habitu.* Ovd. — *Irrumpit in aedes.* MSS. O. ed. Omn. *irrupit in aed.* Id. — *Magna voce.* Leid. qu. *dixit m. v.* sec. *maxima.* Abest *voce* a Leid. tert. Id. — *Quin m. pr. fit.* Voss. pr. Leid. pr. *quid? non m. p. f.* Leid. tert. ed. Omn. *qui non m. pr. f.* Tum *fuit* MSS. O. cum edd. pp. Id. — *Omnes stupidi timore.* Leid. qu. *homines st. t.* tert. *o. stupore.* Id. — *Cum maximo fletu.* Leid. sec. tert. *c. magno fl.* Id. — *Abiecit sese.* Voss. tert. *subiecit sese.* Leid. tert. *iniecit s.* qu. Voss. sec. *proiecit s.* Leid. pr. *adiecit s.* ed. Omn. *obiecit s.* Id. — *Et parce, parce, inquit.* Abest copula a MSS. O. et edd. pp. *per te i.* Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Omn. *parce inquit, per te.* Hinc malim *parce, inquit, parce.* Alterum *parce* primus recte inseruit Graevius. Id. — *Illum mihi datis.* Leid. tert. qu. *date,* et mox *desinite.* Id. — *Venisse istum* etc. Leid. tert. *v. factum est.* qu.

*Tenens iaculum*) Quidam libri vett. habent *tenens baculum.* Lambin. MS. *tenens baculum.* Duisb. *tenens in manu gladium.* Graev.

*Quinque adolescentes hominem simili*) Erf. *quin* (Cauch. *in*) *adolescentes homines simili.* Id.

*Irrumpit in aedes*) Erf. *Irrupit in aedes.* Id.

*Quin mihi praesto sit*) Pall. fere *fuit?* nisi quod sec. *is quomodo mihi praesto fuit:* unde forsan haeret in Gembl. Tosano, et Lil. *qui non mihi praesto fuit?* Grvt. Erfurtensis consentit ultimis tribus MSS. a Grutero laudatis: al. *is quoque mihi praesto fuit,* al. *quin mihi praesto fuit.* Graev.

*Istius pedes abiecit se*) Duisb. et Pith. *Istius pedes proiecit se.* Lambin. *pedes abiiciens se.* Id.

*Et per ea*) A Duisb. abest *et.* Id.

*Parce, parce, inquit*) Vocem *parce* iteratam reposui ex Pithoei optimo codice, quae repetitio hic est ἐμφατικωτάτη. Id.

*At ille: quin illum*) In Erfurt. non est *at ille.* Id.

*Auribus meis opplorare*) Pith. *Auribus meis explorare.* Id.

*Non abibit*) Erf. *Non abibo.* Id.

*Venisse istum, et clamore*) Erfurt. *Venisse factum est, et clamore.* Duis-

et clamore maximo mortem minari. Quod simul ut audivit: Heus, inquit, Gorgia, pedisseque puerorum, absconde pueros: defende: fac, ut incolumes ad adolescentiam perducas. Vix haec dixerat, quum ecce iste praesto: Sedes, inquit, audax? non vox mea tibi vitam ademit? exple inimicitias meas, et iracundiam satura tuo sanguine. Ille cum magno spiritu: Metuebam, inquit, ne plane victus essem: nunc video; in iudicio

*huno venisse et cum cl.* Id. — *Pedisseque puerorum.* MSS. O. Edd. pp. *pedissequa p.* Id. — *Incolumes ad adolescentiam perducas.* Leid. pr. tert qo. Voss. sec. *incolumis sit adolescentia.* Id. In duobus Gryph. exemplaribus deest verbum; fortassis non male, ut videatur, temporis angustiis excluso addere postremum verbum non licuisse; quod ad significandam ferociam inimici eum subito opprimentis, magnam vim habet. Br. — *Quum ecce iste praesto.* Quidam existimant *Praedo* legendum, non male. Id. — *Satura tuo sang.* Abest *tuo* a Leid. qu. Oud. — *Metue-*burg. *Hunc venisse et cum clamore.* Id.

*Pedisseque puerorum*) Erfurt. *Pedissequa puerorum.* Lamb. *pedisseque puerorum.* Duisb. *pedisequo puerorum.* Idem.

*Absconde pueros, defende*) Duisb. *Defende pueros, defende.* Id.

*Fac ut incolumes ad adolescentiam perducas*) Erf. Duisb. et Cauch. *Fac ut incolumis adolescentia sit.* Pith. *Fac ut incolumes adolescentiam perducas.* Idem.

*Vix haec dixerat*) Erf. *Vix haec dixit, at.* Id.

*Cum ecce iste praesto, Sedes, inquit, audax?* Nihil variant Pall. quam quod tertius addat, *Etiam sedes;* quintus vero destituatur illo *sedes*; sed enim non displicet quod restat in Liliensi: *Cum ecce, inquit iste. praesto sum. Sedes, ait, audax* etc. Grut. Erf. *Sedet, inquit, audax. Etiam sedes, inquit, audax.* In al. MS. *sedet* non habetur: al. MS. *Cum ecce, inquit iste, praesto sum. Sedes ait, audax.* Potest *sedes* exponi, otiose et tranquillo animo hic moraris. Sed quia in multis MSS. ut nec in Pithoeano reperiatur, sic puto distinguendum et legendum: *Cum ecce iste, praesto, inquit, es audax.* Graev.

*Non vox mea*) Erf. *Non vis mea.* Idem.

*Iracundiam satura tuo sanguine*) Duisb. *Iracundiam satura, sanguine.* Idem.

*Metuebam, inquit, ne plane victus essem*) Pal. sextus non agnoscit vocem *Metuebam*, habetque *esset*; quod ultimum etiam in quarto, sed is loco alterius vocis praefert *verba*; caeteri retento *Metuebam* praemittunt *verba*: quidam etiam adiiciunt, vel *emittens*, vel *dedit.* Grut. Erfurt. *Verba, ne plane victus essem.* al. *Verba metuebam, inquit, ne* etc. Pith. *Verba dedit, metuebam, inquit, ne plane victus essem.* Graev.

*In iudicio mecum contendere*) Erf. *Iudicium mecum contendere.* Cauch. *Indicio mecum contendere.* Id.

cum contendere non vis, ubi superari turpissimum, et superare pulcherrimum est: interficere me vis: occidar equidem, sed victus non peribo. At ille: In extremo vitae tempore etiam sententiose loqueris? neque ei, quem vides dominari, vis supplicare? Tum mulier: Imo quidem iste rogat et supplicat: sed tu, quaeso, commovere; et tu, per deos, inquit, hunc amplexare: dominus est; vicit hic te, vince tu nunc animum. Cur non desinis, inquit, uxor, loqui, quae me digna non

*bam, inquit.* Voss. pr. Leid. sec. ed. Omn. *verba met. inq.* Voss. tert. *vera m. i.* Id. — *Mecum cont. non vis.* Voss. pr. Leid. pr. tert. ed. Med. *tu mecum* etc. Id. — *Superari turpissimum.* Leid. qu. *turp. est sup.* Id. — *Occidar equidem.* Voss. tert. *occidas eq.* Leid. tert. ed. Med. *occides quidem.* Ed. Omn. *occides eq.* Deest *equidem* Leid. qu. Id. — *At ille, in extremo.* MSS. O. edd. pp. carent pronomine. Voss. pr. Leid. pr. tert. *ait.* Id. — *Etiam sententiose loqueris.* MSS. IV carent *etiam.* Voss. pr. sec. Leid. pr. *sententias eloqueris.* Quod praeferendum videtur. Id. — *Commovere.* Voss. pr. *quidem commovere.* Leid. tert. *commoveare.* Id. — *Hunc amplexare.* Voss. pr. Leid. pr. edd. pp. *h. examplexare.* Voss. tert. *h. examplectare.* Vide Gronov. Id. — *Vince tu nunc animum.* Leid. sec. *v. nunc tu tuum an.* tert. *vince an. tuum.* Id. — *Cur non desinis.* Leid. tert. *quid n. d.* Forte *quin.* Id. — *Bene vi-*

*Vbi superari turpissimum* ) Erfurt. '*Vbi separari turpissimum.* Duisb. *Vbi superari est turpissimum.* Pith. *Vbi superari turpissimum, et ' superare pulcherrimum est.* Id.

*Interficere me vis, occidar equidem*) Erf. *Interficere vis, occide, quidem.* Pith. *Interficere me vis, occidas equidem.* Duisb. *Interficere me vis, occidar sed victus.* Id.

*At ille, in extremo* ) Secundum vocabulum paullo ante sic quoque positum, in reliquo nonnisi de infelici marito usurpatur; de quo tanto fidentius dubito, quod etiam in tribus MSS. legatur non aliter, quam, *at in extremo* etc. Quod postea induxit Gruterus *examplexare*, eius nullum auctorem video, quum et MSS. et editi habeant simplex *amplexare.* Gron. Ab Erf. absunt *at ille*, in Pithoean. tantum *ille* non legitur, ut in pluribus aliis. Graev.

*Etiam sententiose loqueris* ) Palat. quart. sext. *sententias eloqueris?* quod amplectar, aut *sententias loqueris?* ut habet Bruil. Videndum tamen, num venustius Pal. pr. *etiam sententias?* ut subintelligatur id verbi, quod mihi quidem videtur. Gruter. Erf. ut et alii, *peribo; ut in extremo vitae tempore sententias eloqueris*; al. *sententias loqueris.* Graev.

*Quaeso commoveare* ) Libri vulgati habent *quaeso, commovere*, et nonnulli item manuscr. Lamb. Erf. et al. *tu quaeso commoveare.* Graev.

*Hunc amplexare*) Grut. ed. *Hunc examplexare.* Id.

*Cur non desinis, inquit* ) Erf. non male *quid definitis, inquit.* Id.

*Quae me digna non sunt* ) Pithoean. *Quae digna non sunt.* Id.

sunt? tace, et, quae curanda sunt, cura. Tu cessas mihi vitam, tibi omnem bene vivendi spem mea morte eripere? Iste mulierem repulit ab se lamentantem: illi nescio quid incipienti dicere, quod dignum videlicet illius virtute esset, gladium in latere defixit. Puto in hoc exemplo datos esse unicuique sermones ad dignitatem accommodatos, quod oportet in hoc genere observare. Sunt item sermocinationes consequentes hoc genus: Nam quid putamus illos dicturos, si hoc iudicaveritis? nonne hac omnes utentur oratione? deinde subiicere sermonem.

53. Conformatio est, quum aliqua, quae non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut quum res muta, aut informis, fit loquens, et forma ei et oratio attri-

*vendi.* Deest prima vox Leid. qu. Id. — *Spem m. m. eripere.* Leid. tert. *dirimere*, qu. *adimere.* Id. — *Iste m. repulit ab se.* Leid. sec. Voss. tert. *is m. repellit a se.* Voss. pr. ed. Med. quoque *a se.* Id. — *Videlicet.* Exsulat a Voss. sec. Id. — *Id quod oportet.* Sic restituendum e MSS. Voss. O. et Leid. pr. sec. edd. pp. vulgo deest *id.* Adi ad Cic. de Invent. lib. I, cap. 17. Id. — *Observare.* MSS. IV et Ed. Med. *conservari.* Voss. pr. *observari.* Id. — *Vtentur oratione.* Voss. pr. *utemur.* Voss. tert. Leid. qu. *utuntur.* Leid. sec. *ratione.* Id.

53. *Muta aut informis.* Leid. sec. Voss. tert. *m. et inf.* Oud. — *Fit loquens.* Sic plane Ed. Mediol. At MSS. O. *f. eloquens.* Id. — *Forma*

*Tibi omnem bene vivendi spem mea morte eripere*) Duisburg. *Tibi omnem vivendi spem mea morte adimere.* Id.

*Repulit ab se lamentantem*) Duisb. *Repulit a se lamentantem.* Pith. *verbis repellit ab se lamentantem.* Id.

*Illi, nescio quid*) Erf. *Ille nescio quid.* Id.

*Videlicet illius virtute esset*) Lambin. *Videlicet illa virtute esset.* Id.

*Datos esse unicuique sermones*) Erfurt. *Dato esse unicuique sermonem.* Idem.

*Ad dignitatem accommodatos*) Erf. *Ad dignitatem accommodatum.* Id.

*Quod oportet in hoc genere observare*) Erf. *Id quod oportet in hoc genere conservare.* Pith. *Quod oportet in hoc genere conservari.* Sic etiam margo Cratandri. Id.

*Sunt item sermocinationes*) Pith. *Sunt ita sermocinationes.* Id.

*Fit eloquens et formata et ei oratio attribuitur*) Sic quidem habent quoque veteres libri. Sed quam bene dixerit hic auctor *fieri formatam*, videant. Longe suavius et latinius crediderim, quod est in Mediceo: *fit eloquens, et forma ei et oratio attribuitur.* Gronov. Gruter. et al. edd. et MSS. *fit eloquens et formata, et ei oratio attribuitur.* Erf. *fit loquens et forma ei et oratio attribuitur.* Sic et Cauch. nisi quod retineat *eloquens* ›

buitur ad dignitatem accommodata, aut actio quaedam, hoc pacto: Quod si nunc haec urbs invictissima vocem mittat, non hoc pacto loquatur? Ego illa plurimis tropaeis ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata victoriis, nunc vestris seditionibus, o cives, vexor: quam dolis malitiosa Karthago, viribus probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit, eam patiemini nunc ab homunculis deterrimis proteri atque conculcari? Item: Quod si nunc L. ille Brutus reviviscat, et hic ante pedes vestros adsit, non hac utatur oratione? Ego reges eieci, vos tyrannos introducitis: ego libertatem, quae non erat, peperi, vos partam servare non vultis: ego capitis mei periculo patriam liberavi, vos liberi sine periculo esse non curatis. Haec conformatio, licet in plures res mutas atque inanimatas transferatur, proficit

*ei et oratio.* Ita Leid. pr. In aliis *et formata et ei*, vel *eique.* Leid. tert. *ratio.* Id. *Et formata et ei oratio attribuitur.* In uno Gryph. exemplari multo melius *et forma ei et oratio attribuitur*; quomodo edendum curavimus. Br. — *Vocem mittat.* Sic sola Ed. Omn. In MSS. et Ed. Med. *v. emittat.* Ovd. — *Non h. p. loquatur.* Leid. sec. tert. *nonne*; qu. *num.* Tum *loquetur* in Leid. tert. qu. Ed. Med. Id. — *Clarissimis potita victoriis.* Sic habet unus Gryph. duo alii manuscr. ut excusi *clarissimis locupletata victoriis.* Br. — *O cives.* Caret his Leid. sec. Ovd. — *Eam patiemini.* MSS. O. et edd. pp. *eam patimini.* Id. — *Ab homunculis teterrimis.* Leid. sec. *ab h. deterrimis.* Ed. Med. *ab hominibus deterr.* Id. — *Non hac utatur or.* Leid. tert. ed. Med. *nonne*; qu. ed. Omn. *num*; dein *utetur* Leid. qu. Voss. tert. cum edd. pp. *uteretur* Leid. qu. Id. — *Mutas atque inanimatas.* Sic MSS. O. (nisi quod a Leid. tert. absint duae ultimae voces) et edd. pp. Id. — *Transferatur*,

pro *formata.* Iacob. Gronovius vidit etiam *et forma ei et oratio* in Mediceo et merito probavit. *Loquens* pro *eloquens* restitui quoque ex Erfurtensi, sicut in cap. 48, opponuntur *res loquentes* rebus mutis. Graev.

*Vocem mittat*) Al. *Vocem emittat.* Id.

*Dolis malitiosa*) Pith. *Dolosis malitiosa.* Id.

*Viribus probata Numantia*) Lamb. ed. *Viribus robusta Numantia.* Id.

*Eam patiemini nunc*) Erf. *Eam patiamini nunc.* Id.

*Non hac utatur oratione?*) Erf. *Si non hac utetur oratione?* Pith. ut nonnullae edd. *Non haec utetur oratione?* Id.

*Mutas atque inanimas*) MSS. nostri tres retinent *inanimatas*; ut cap. 48: *Res animatas et inanimatas, mutas et loquentes.* Gron. MSS. et edd. *mutas*

tamen plurimum in amplificationis partibus, et commiseratione.

Significatio est, quae plus in suspicione relinquit, quam positum est in oratione. Ea fit per exsuperationem, ambiguum, consequentiam, abscissionem, similitudinem. Per exsuperationem, quum plus dictum est, quam patitur veritas, augendae suspicionis causa, sic: Hic de tanto patrimonio tam cito testam, qua sibi petat ignem, non reliquit. Per ambiguum, quum verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur

*proficit tamen plurimum.* Voss. sec. *ut transferatur, sed proficit.* Leid. qu. *tamen prof.* sine voce *plurimum.* A caeteris et ed. Omn. abest vox *tamen.* Leid. tert. ed. Omn. *multum.* Id. *Proficit tamen.* Gryph. exemplar unum *sed proficit* habet. Br. — *Et commiseratione.* Leid. sec. Voss. tert. *et commiserationis.* Ovd. — *Significatio est.* MSS. O. et edd. pp. *sign. est res.* V. C. 54. *Brevitas est res.* Id. — *Exsuperationem.* Sic bis reposuit Graevius, ut probant MSS. O. si excipias Leid. quart. in quo et ed. Med. *exuberationem.* Id. — *Ambiguum, consequentium* etc. Quater hic repetitur praepositio *per* in Voss. pr. Leid. pr. in quo et Voss. sec. tert. Leid. sec. et edd. pp. *abscisionem*, uti et mox MSS. O. Id. — *Qua sibi petat ignem.* Deest *sibi* Leid. qu. Id. — *Accipitur*

*atque inanimatas.* Sed Lambini et Gruter. edd. *mutus atque inanimas.* Graev.

*Proficit tamen plurimum*) Erfurt. *Sed proficit plurimum.* Id.

*Et commiseratione*) Pith. *Et commiserationis.* Id.

*Significatio est, quae plus in suspicione relinquit*) Erf. *Significatio est res, quae plus in significatione relinquit.* Id.

*Per exuberationem*) Placuit istud ex Palat. quint. et Bruileriensi, pro eo haetenus *exsuperationem.* Gruter. Grut. ed. et hic et statim male cum nonnullis MSS. *per exuberationem.* *Exuberationem* est quidem etiam in Pith. et Duisb. sed melius Erfurt. et Caueh. cum editis omnibus ante Gruterum, *per exsuperationem*, quae Graecis est hyperbole, quae aliis dicitur *superlatio*, aliis *superiectio*, quum dicta exsuperant verum. Ab *exsupero* est *exsuperans*. In inscriptione veteri, quae est in meis hortis; Iovi optimo maximo svmmo exsvperantissimo. Graev.

*Quum plus dictum est, quam*) Erf. *Quum plus dictum, quam.* Id.

*Suspicionis causa, sic*) Erf. *Suspicionis causa, sit.* Id.

*Hic de tanto patrimonio*) Erf. *Hic de tanto praemio.* Id.

*Testam, qua sibi petat ignem*) Duisb. *Testam qua petat ignem.* Cauchian. *Testum quo sibi petat ignem.* Vnde Cauchius existimat legendum *testu, quo sibi petat.* Sic *sub aereo testu* apud Plin. *sub calido testu* apud Catonem de Re Rustica. Id.

*Sed accipitur in eam partem*) Duisb. *Sed accipitur tantum in eam partem.* Pith. *Accipitur tamen in eam partem.* Idem.

in eam partem, quam vult is, qui dixit: ut de eo si dicas, qui multas hereditates adierit: Prospice tu, qui plurimum cernis.

54. Ambigua quemadmodum vitanda sunt, quae obscuram reddunt orationem, ita haec consequenda, quae conficiunt huiusmodi significationem. Ea reperientur facile, si noverimus et animadverterimus verborum ancipites aut multiplices potestates. Per consequentiam significatio fit, quum res, quae sequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione, ut si salsamentarii filio dicas: Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. Per abscissionem, si, quum incipimus aliquid dicere, praecidimus,

*in eam partem.* Sic in solo Leid. tert. et ed. Omn. In MSS. V *acc. tamen in e. p.* Voss. tert. ed. Med. *acc. tum in e. p.* Id. — *Qui plurimum cernis.* Leid. qu. *illum, q. p. c.* Voss. tert. *plurima.* Leid. sec. *multum* cum Ed. Med. Id.

54. *Haec consequenda.* Leid. qu. *hic cons.* Ovd. — *Quae sequuntur.* Leid. sec. Voss. tert. *quae sequantur.* Ed. Med. *sequentur.* Id. — *Cubito se emungere.* Voss. sec. *subito*, Leid. tert. *mungere.* Ed. Med. *emingere.* Id. — *Incipimus aliquid* etc. *praecidimus.* Voss. pr. Leid. sec. ed. Med. *incipiemus.* Leid. qu. *incipiamus aliqua.* Voss. tert. *incepimus.* Tum *deinde praecidamus* Voss. pr. tert. Leid. pr. sec. ed. Med. Bene; *deinde*

*Vt de eo si dicas*) Lamb. ed. *Vt si dicas de eo.* Id.

*Prospice tu, qui*) Duisb. *Prospice tu illum, qui.* Id.

*Qui plurimum cernis*) Pith. *Qui multum cernis.* Id.

*Ita haec consequenda*) Duisb. *Ita hic consequenda.* Graev.

*Animadverterimus verborum*) Erf. *Animum advertimus verborum.* Id.

*Aut multiplices potestates*) Lamb. ed. *Et multiplices potestates.* Id.

*Per consequentiam significatio fit*) Erf. *Per consequentiam significationum.* Id.

*Quae sequuntur aliquam*) Erf. *Quae sequantur aliquam.* Id.

*Cuius pater cubito se emungere solebat*) Optime Cauch. et Erf. *Cuius pater cubitis emungi solebat.* Id. Vid. Victor. lib. XIV Var. Lect. cap. 10. Bvrm.

*Per abscissionem*) Bruil. exemplar *abscisionem*, quod mire probat, tueturque e scriptis item suis Gifanius in Observationibus suis linguae Latinae (*v. abscisus*) ubi ostendit veteribus fuisse in usu, *abscisum*, *abscidere*, *abscisionem.* Grvt. Al. *per abscissionem; abscisionem* est etiam in Crat. ed. Graev.

*Si quum incipimus aliquid dicere praedicimus*) Erf. *Si cum incipimus aliquid dicere praecidamus.* Pith. *Si cum incipiemus aliquid dicere, deinde praecidamus.* Id.

et ex eo, quod iam diximus, satis relinquitur suspicionis, sic: Qui ista forma et aetate nuper alienae domui; nolo plura dicere. Per similitudinem, quum aliqua re simul allata, nihil amplius dicimus, sed ex ea significamus, quid sentiamus, hoc modo: Noli, Saturnine, nimium populi reverentia fretus esse: inulti iacent Gracchi. Haec exornatio plurimum festivitatis habet, interdum et dignitatis: sinit enim quiddam, tacito oratore, ipsum auditorem suspicari.

Brevitas est res ipsis tantummodo verbis necessariis

agnoscit quoque ed. Omn. et *praecidamus* Leid. tert. qu. Id. — *Alienae domui.* Leid. sec. Voss. tert. ed. Med. *al. domi.* Id. — *Re simili adlata.* Leid. sec. *r. s. ablata*; tert. *r. s. colluta.* Id. — *Ex ea significamus.* Deest praepositio Voss. pr. Id. — *Populi reverentia fretus.* Sic ex meis soli dant Leid. qu. et Voss. sec. In caeteris est *frequentia.* Abest *populi* a Leid. sec. Id. — *Inulti iacent Gracchi.* Leid. pr. *Stultitiae memento Gr.* Voss. sec. *stultitiam dinosce Gr.* Leid. qu. *stultitiam C. Gr.* ed. Med. *Gracchi memento.* Omnib. *stultitiam nosce Gr.* Leid. sec. *multi tacent Gr.* Id. *Noli, Saturnine, nimium populi frequentia fretus esse, inulti iacent Gracchi.* Haec vulgata lectio, quam etiam agnoscit Lamb. In aliis libris vulgatis et manuscriptis magna varietas. Vnus Gryph. antiquior ita habet *Noli Saturn. nim. pop. reverèntia fretus esse, Stultitiam cerne Gracchi.* Alter caetera eodem modo: in uno variat *stultitiae Gracchi memento.* Leonic. editio *Stultitiam nosce Gracchi.* Aldi aliquanto melius *Stultitiam nosce, inulti iacent Gracchi.* Manutius duas voces *stultitiam nosce* reiicit, caetera retinet, ut in vulgatis habentur: neque ab eo Victor. dissentit: nam vox *reverentia* in manuscriptis exolevit. Br. — *Interdum et dignitatis.* Sic est interpungen-

*Qui ista forma et aetate*) Erf. *Qui ista forma ex aetate.* Pith. *Quia ista forma et aetate.* Id.

*Alienae domui*) Erf. *Alienae domi.* Idem.

*Noli, Saturnine, nimium populi reverentia fretus esse*) Sic optimi codices tres Erfurt. Cauch. Duisb. et Crataudri aliaeque vetustiores editiones, quod praefero vulgato *frequentia.* Noli, Saturnine, nimiam spem et praesidium ponere in populi erga te amore et observantia. Id.

*Inulti iacent Gracchi*) Sic Pall. in Italia scripti: at quart. sext. *stultitiae C. Gracchi memento*; quintus *stultitiam cerne Gracchi*, mediumque illud expressum item in Gemb. Lil. et Bruil. haud probem tamen, multo minus ut admittam quod erat in exemplari Persiniano: *stultitiam nosce: inulti iacent Gracchi.* Grvt. Erf. et alii MSS. *stultitiam cerne Gracchi.* al. MSS. *stultitiae C. Gracchi memento.* Lamb. ed. *inulti iacent etiam Gracchi.* Graev.

*Res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita*) Lamb. ed. *Cum res ipsis tantummodo verbis necessariis expedita est.* Id.

expedita, hoc modo: Lemnum praeteriens cepit: inde Thasi praesidium reliquit: post urbem in Bithynia sustulit: inde pulsus in Hellespontum, statim potitur Abydo. Item: Modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis: tum proficiscitur in Asiam, deinde

dum. Ovd. — *Hoc modo.* Voss. tert. *sic.* Id. — *Thasi praesidium r.* Leid. sec. *Tapsi pr. r.* Leid. pr. *Thacci.* Voss. sec. *Thoni*; tert. *Thulius.* Leid. tert. *Tharsum.* Edd. pp. *Tharsi.* Id. *Inde Tharsi.* Confirmant Turnebi coniecturam *Thasi* hoc loco legentis duo libri Gryphii vetustiores, in quibos *Thavi* legitur, litera tamen *v* ita inferne coëunte, ut videatur ex dupliei *ss* ab imprudente librario confecta. Mox ubi alii legont *urbem in Bithynia*, unus Gryph. habet *urbem per vim Inochium sustulit.* Huius oppidi meminit Plin. lib. IV, 5, quod aliquamdiu appellatom Dipsium Argos testatur; recensetur autem iu iis oppidis, quae a Scyllaeo ad Isthmum interceduot. Ba. — *In Bithynia.* Voss. pr. tert. Leid. sec. edd. pp. *Bithinniam*, *Bithiniam.* Leid. pr. *in Machidum*; tert. *Mocedum*; qu. *Machium.* Voss. sec. *Macidum.* Latet urbis nomen. Ovd. — *Potitur Abydo.* Leid. sec. *p. Abydi.* Id. — *Deinde pr. er. civitatis.* Leid. tert. *is deinde*; qu. *is denique.* Voss. tert. *d. primus in civitate.*

*Inde Thasi praesidium reliquit*) Sic restituit Adr. Turnebus, quum in libris omnibus legatur *Tharsi*, plane mendose. *Thorsus* enim urbs Ciliciae est, *Thasus* insola iu mari Aegaeo Thraciam versus, non longe a Lemno, atque ita postea scriptum reperi in uno codice Memmiano longe optimo. Lamb. Sic reposuit Turneb. alluduntque omnes Palat. in quorum uullo visitur vulgatum *Tharsi.* Grvt. Edd. fere omnes et plurimi MSS. *inde Tharsi.* Erf. *inde Thari praesidium.* Cauch. *inde et hani praesidium.* Graev.

*Vrbem in Bithynia sustulit*) Duisb. *Vrbem Michium sustulit.* Erf. *Vrbem vi Inachium.* Caueh. *Viminachium sustulit.* Id.

*Inde oppulsus in Hellespontum*) Sic restituit Aoratus; nam vulgati libri et duo manuscripti habent *pulsus*, quae tamen scriptura non est reiicienda. Lamb. Lambinus Auratum secutus maluit *appulsus*, quod est in Palat. sexto tanquam interpretatio vocis *rursus*, quae ibidem radices egerat, neque secus Pal. quartus. Grvt. Lambin. ed. *appulsus in Hellespontum.* Cauch. *Inde sulsus et superses sursus in hostis.* Graev.

*Statim potitur Abydo*) Pitb. *Statim potitur rursus Abydo.* Idem.

*Quondam tribunns*) Erf. *Quondam iste.* Id.

*Deinde primus erat civitatis. Tum proficiscitur* etc. Ita haec ab omnibus eduntur, quasi duo tantum brevitatis forent posita exempla, unum ex Graecia, alterum Romanum. Sed, nisi fallor, tria sunt, et in his duo Romana, quae in edendo sic distingui oportebat: *Item: modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum: proficiscitur in Asiam, deinde exsul et hostis* etc. Gron. Duisb. *is denique primus erat civitatis*, bene. Valde probo Iac. Gronovii sententiam, qui tria hic exempla brevitatis poni existimat, et proinde distinguendum: *Item, modo consul, quondam tribunus, deinde primus erat civitatis. Tum, proficiscitur in Asiam, deinde exsul*

exsul et hostis dictus, post imperator, postremo consul est factus. Habet paucis comprehensa brevitas multarum rerum expeditionem. Quare adhibenda saepe est, quum aut res non egent longae orationis, aut tempus non sinit immorari.

55. Demonstratio est, quum ita res verbis exprimitur, ut geri negotium, et res ante oculos esse videatur. Id fieri poterit, si, quae ante et postea, et in ipsa re facta erunt, comprehendemus; aut si a rebus consequentibus, aut circumstantibus non recedemus, hoc modo: Quod simul atque Gracchus prospexit, fluctuare populum, verentem, ne ipse auctoritate senatus commotus a sententia desisteret, iubet advocari concionem.

Id. — *Exsul et.* Desunt Leid. tert. qu. *est* addunt MSS. plerique et edd. pp. Id. — *Postremo Consul est factus. Et p.* Voss. tert. *et populorum C.* Voss. sec. Leid. pr. tert. qu. ed. Omn. *et populi R.* Desunt bene τὰ *est factus* Voss. pr. tert. Leid. sec. In aliis *factus est consul.* Id. — *Res non egens.* Voss. pr. Leid. sec. qu. Ed. Omn. *r. n. egebit*; tert. *r. n. eget.* Ed. Med. *r. n. egeat.* Id. — *Non sinit commorari.* Ed. Omn. *n. sinet.* Voss. pr. *n. s. immorari.* Bene. Id.

55. *Quae ante et postea.* Leid. qu. *quae et ante et post.* MSS. O. edd. pp. *post.* Oud. — *Si a rebus consequentibus.* In nullo MS. nec ed. est *si.* Leid. sec. *sequentibus.* Id. — *Aut circumstantibus.* Voss. sec. tert. Leid. tert. ed. Omn. *aut a circ.* Id. — *Gracchus prospexit.* Leid. sec. *perspexit.* Ed. Med. *conspexit.* Id. — *A sententia desisteret.* Praepositionem non agnoscunt Voss. O. Leid. sec. ed. Omn. Id. — *I. advocari concionem. Iste.* Leid. qu. *i. concionem vocari. Ipse.* Leid. tert. quoque

*et hostis.* Sunt haec verissima. In tribus MSS. Erfurtensi, Cauch. et Duisburg. legitur tantum: *deinde hostis dictus*, rectissime. Graev.

*Consul est factus*) In Cauch. non legitur *est factus.* Id.

*Quum aut res non egent longae orationis*) Pith. *Q. a. r. non eguerit.* Duisb. *Cum aut res non egebit longae orationis.* Id.

*Aut tempus non sinit*) Erfurt. *Aut tempus non sinet.* Id.

*Si quae ante et postea*) Duisb. *Si quae et ante.* Graev.

*Aut si a rebus consequentibus*) Omnes quatuor MSS. Erf. Pith. Cauch. Duisb. et Cratand. ac aliae vetustiores edd. non agnoscunt *si.* Commode potest ἀπὸ κοινοῦ repeti; mox Erfurtensis et Duisb. *aut circumstantibus*, sine *a*, pro quo male Cratand. ed. et aliae, *a circumstantiis.* Id.

*Simul atque Gracchus prospexit*) Cauch. *Simul atque Gracchus adspexit.* Id.

*Auctoritate senatus commotus a sententia desisteret*) Erf. *Auctoritate commotus sententia desisteret.* In Pith. *a* etiam non conspicitur. Id.

*Iubet advocari concionem*) Erf. *Iubet advocari continet.* Id.

Iste interea scelere et malis cogitationibus redundans, evolat ex templo Iovis, et sudans, oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, cum pluribus aliis ire celerius coepit. Illi praeco faciebat audientiam: hic subsellium quoddam calce premens, dextra pedem defringit, et alios hoc idem iubet facere. Quum Gracchus deos inciperet precari, cursim isti impetum faciunt: ex aliis aliisque partibus convolant: atque e populo unus: fuge, inquit, Tiberi, fuge: non vides? respice, inquam. Deinde vaga multitudo, subito timore perter-

et Voss. sec. *ipse*. Id. — *Evolat ex templo*. Leid. pr. Voss. sec. *evocatus*. MSS. O. ed. Med. et. Id. — *Et sudans*. In nullo MS. nec ed. est copula. Leid. pr. qu. Voss. sec. *stons*. In. Lambin. vocem *sudons* tullit; pro eo *uos stans* legendum putamus: quam lectionem duo Gryph. exemplaria toentur. Caeteri Leonic. Ald. Victor. Manutii eodem modo *sudans*, sed neque male habent, ut opinor. Br. — *Faciebat audientiam*. Leid. pr. Voss. sec. *viam faciebat odibat*. In Voss. pr. a m. pr. *audaciam*. Oud. — *Calce premens*. In Voss. sec. *prendensque*. In Leid. pr. a m. pr. *excors gulle prensans*, et supra c scripto *s*. Supra Leid. qu. *hic adiit subsellium*. Id. — *Dextra pedem defringit*. Voss. pr. Leid. pr. a m. sec. item Leid. sec. *dextro pede*, ac *fregit* Voss. sec. Id. Nos probata Lamb. coniectura *dextro pede*, aliquanto meliore sensu, edidimus. Br. — *Ex aliis aliisque partibus convolant*. MSS. III et *ex aliisque p. c*. Leid. pr. Voss. tert. Ed. Med. *et ex aliis alii partibus*. Optime, si deleas copulam. Leid. sec. *et aliis al. p.* dein *commeant* Leid. pr. ed. Med. Oud. Vnus Gryph. manuscr. ut edidit Lamb. habet *commeant*. Br. — *Fuge, inquit, Tiberi, fuge*. MSS. plerique et edd. pp. *fuge, fuge inq. Tib.* semel *fuge* abest a Leid. tert. qu. A tribus exsulat *Tiberi*, pro quo *Gracche* Leid. tert. Oud. — *R. inquam*. Leid. pr. tert. *r. inquit iam*; qu.

*Iste interea scelere*) Duisb. et Erf. *Ipse interea scelere*. Id.

*Evolat ex templo*) Erf. *Evocat ex templo*. Id.

*Ex templo Iovis et sudans*) Erf. *E templo Iovis stans*. Duisb. *Ex templo Iovis et stans*. Id.

*Faciebat audientiam*) Erf. *Audientiam faciebat*. Id.

*Dextra pedem defringit*) Sic habent omnes libri vulgati, quos quidem viderim, quibuscum aliquot manuscr. consentiunt: quos nunc sequor, quamvis olim ediderim, *dextro pede defringit*, quomodo in uno alio item manuscr. reppereram. Pedem autem subsellii intelligere debemus. Lamb. Pith. *Hoc subsellium quoddam fregit pede*. Graev.

*Et alios hoc idem iubet*) Erfurt. *Et hoc alios iubet*. Id.

*Convolant, atque e populo*) Nonnolli libri vulgg. et manuscr. habent, *commeant omnes: atque e pop.* alii quidam *convolant omnes*. etc. Lamb. Erf. *ex aliis aliis partibus commodant*. Lamb. ed. *Ex aliis atque aliis partibus convolant*. Graev.

*Fuge, inquit, Tiberi, fuge*) Erf. *Fuge, fuge, inquit, Videri*. Id.

*Respice inquam*) Duisb. *Respice inquiunt*. Id.

rita, fugere coepit. At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex intimo pectore crudelitatem, contorquet brachium; et dubitanti Graccho, quid esset, neque tamen locum, in quo constiterat, relinquenti, percutit tempus. Ille nulla voce delibans insitam virtutem concidit tacitus. Iste viri fortissimi miserando sanguine

Voss. tert. *r. inquiunt*. Id. — *Spumans ex o. scelus*. Voss. pr. tert. Leid. sec. edd. pp. *spumam ex o. reiiciens*, pro *scelus* in Voss. sec. *ictus*. Id. — *Ex intimo pectore*. MSS. O. et edd. pp. *ex infimo p*. Id. *Ex imo pectore* in uno e meis manuscriptis legitur. Br. — *In quo consiterat*. Voss. tert. *in q. steterat*. Ed. Med. *in q. consisteret*. Ovd. — *Nulla voce delibans insitam virtutem*. Voss. pr. tert. Leid. sec. edd. pp. *nullam vocem edens insita virtute*; Leid. pr. *nullam vocem delabans insita virtute*; tert. *nulla voce delibans insita virtute*; qu. *nulla voce labens insita virtute*. Voss. sec. *nulla voce delabens insitam virtutem*. Vide Graev. Id. In uno Gryph. exemplari aliter legitur *nullam vocem edens, insita virtute concidit tacitus*: quam lectionem Lambinus se invenisse in nonnullis e suis testatur. Ita certe habetur in Leoniceni editione. Equidem ut Lambino assentiar, puto hic, vocem *indignam* male desiderari: ita enim videtur legendum: *Nullam vocem edens indignam insita virtute*. Neque vero mirum est, quae erat hominum in describendo oscitantia, imperitum librarium, et aliud agentem verbum integrum fugisse. Br. —

*At iste spumans ex ore scelus*) Quidam libri manuscripti habent *at iste spumam ex ore eiiciens*; non probo; et ibidem alii habent *ex intimo*: ego nihil muto; nam hic *ex infimo* idem valet quod *ex intimo*, *ex alto*. Lamb. Malui istud cum Victorianis, repertumque in Pal. quart. ac sext. quam quod Manutiani sequuntur *spumam ex ore reiiciens*: reiicit enim hanc scripturam membrum sequens. Grvt. Erf. *spumam ex ore scelus*. P. Manut. et al. edd. vett. *spumam ex ore reiiciens*. Quam tamen scripturam tuetur Cauchianus et Pithoeanus: al. *spumam ore eiiciens*. Graev.

*Ex intimo pectore*) Erfurt. et edd. multae *ex infimo pectore*. Id.

*Percutit tempus*) Nihil muto, quum liber optimus Memmianus sic habeat. Neque me movet, quod in duobus aliis scriptum est *percutit frontem*. Nam et Virgil. lib. IX Aeneid. dixit: *It hasta Tago per tempus utrumque Stridens*. Lambin. MSS. duo Lamb. *percutit frontem*. Graev.

*Ille nulla voce delibans insitam* etc. Secutus sum omnes fere libros manuscript. et vulgatos: tametsi mihi haec lectio satis non probetur: suspectum enim mihi est hoc *delibans*, quod vulgo interpretantur, violans: malim legi *delimans*, seu potius *dedecorans*. Quod autem alii habent *ille nullam vocem edens*, *insita virtute concidit*, nihilo magis mihi probatur, ego malim sic legi: *Ille nullam vocem edens insita virtute indignam*. Verum iudicet lector eruditus. Lamb. Reposui quod erat in Palat. quarto ac sexto, item Bruileriensi; nam caeteri *nullam vocem edens*, *insita virtute*. Victorius edidit, *voce delibans insitam virtutem*: nostrum genuinum magis videtur. *Nulla delabi voce*, est facere illud quod fecit Pompeius apud Luca-

adspersus, quasi facinus praeclarissimum fecisset, circumspectans, et hilaris sceleratam gratulantibus manum porrigens, in templum Iovis contulit sese.

Haec exornatio plurimum prodest in amplificanda et commiseranda re, huiusmodi enarrationibus: statuit enim totam rem, et prope ponit ante oculos.

56. Omnes rationes honestandae elocutionis studiose collegimus, in quibus, Herenni, si te diligenter exer-

*Circumspectans et hilaris.* Voss. O. et ed. Med. *et circumspectans.* Malim ponere ante τὸ *quasi*: dein *hilaris* est in solo Leid. qu. *hilariter* MSS. IV et ed. Med. *hilare* Leid. sec. ter. ed. Omn. Bene, ut opinor. Oud. — *Huiusm. enarrationibus.* Voss. pr. tert. Leid. sec. edd. pp. *et in hui.* Leid. pr. qu. *in hui.* Verc. *narr.* MSS. IV edd. pp. Id.
56. *Honestandae elocutionis. Locutionis* alii legunt. Br. — *Diligenter*

num lib. VIII: *Continuitque animam, ne quas effundere voces Posset, et aeternam fletu corrumpere famam.* Grvt. Erf. et Pith. *Ille nulla voce delabans insitam virtutem.* Duisb. *Ille nulla voce delabens insita virtute.* Ed. prima, Mediol. Cauch. Cratand. et aliae vetustae ante Victorianam: *Ille nullam vocem edens insita virtute concidit tacitus.* Grut. ed. *ille nulla voce delabans insita virtute. Delabans* aut *delabens* est quidem in tribus meis, sed in duobus optimis Erfurt. et Pith. est etiam *insitam virtutem.* Itaque probo Victorianae editionis scripturam, *ille nulla voce delibans insitam virtutem*, hoc est, ne minima voce indigna se virtutem innatam vel levissime imminuit. Ovid. *Quisque suas artes ob idem delibat agendo.* Sed *delabare* ubi legitur? dein quid est *delabare virtute insita? delabi* fortassis posset ferri, quod est in Duisburgensi, quamvis et id loquendi genus sit insolens. Graev.

*Circumspectans, et hilaris sceleratam gratulantibus manum*) Mediceus, *circumspectans, et hilariter.* Gronov. Erf. *Et circumspectans ei hilare scelera gratulantibus manum.* Medic. *circumspectans, et hilariter scelerutam gratulantibus manum.* Lambin. ed. *Circumspectans et hilare sceler. gr. manum.* Graev.

*Haec exornatio* etc. *re huiusmodi enarrationibus*) Adhaesimus Palat. quarto ac sexto et Bruil. positura enim verborum elegantior est, et alioquin illa *et in*, non erat simul in aliis MSS. nostris. Grvt. Ab Erfurt. abest quoque *et in*, a Duisburg. tantum *et* abest. Potest sane *et* abesse; sed *in* retineri, cum tot aliis codicibus, quamvis non ignorem recte dici, *plurimum prodest huiusmodi enarrationibus in amplificanda* etc. Graev.

*Huiusmodi enarrationibus*) Edd. *et in huiusmodi enarrationibus.* Duisb. et ed. Lamb. *et in huiusmodi enarrationibus.* Edd. vett. *et in huiusmodi narrationibus.* Id.

*Et prope ponit ante oculos*) Erfurt. Cauch. Pith. et Lamb. ed. *Et proponit ante oculos.* Id.

*Honestandae elocutionis*) Al. *Ornandae elocutionis.* Erf. *Honestandae studiose collegimus locutionis.* Graev.

*Diligenter exercueris*) Erfurt. *Si te*

cueris, et gravitatem et dignitatem et suavitatem habere in dicendo poteris, ut oratorie plane loquaris: ne nuda atque inornata inventio vulgari sermone efferatur. Nunc identidem nosmet ipsi nobis instemus: res enim communis agitur, ut frequenter et adsidue consequamur artis rationem studio et exercitatione: quod alii cum molestia tribus de causis maxime faciunt; aut si, cum quibus libenter exerceantur non habent; aut si sibi diffidunt; aut si nesciunt, quam viam sequi debeant: quae a nobis absunt omnes difficultates. Nam et simul libenter exercemur propter amicitiam, cuius initium cognatio fecit, caetera philosophiae ratio con-

*exercueris.* MSS. IV edd. pp. *diligentius ex.* Ovd. — *In dicendo.* Leid. tert. qu. *in loquendo.* Id. — *Plane loquaris.* Voss. pr. *plene.* Leid. pr. *eloquaris.* Id. — *Sermone efferatur.* Voss. pr. Leid. pr. tert. qu. *s. proferatur* cum edd. pp. Cur mutatum? Id. — *Consequamur artis rationem.* Leid. tert. *assequamur.* Ed. Omn. *artis orationem.* Non male. Id. — *Cum quibus l. exerceantur.* Leid. qu. *quibuscum l. exerceant.* Leid. pr. tert. *quicum l. ex.* Optime. Id. — *Si sibi diffidunt.* Voss. sec. *si id d.* Leid. pr. tert. *si id diffisus sit.* qu. *si sibi diffusus sit*: deest *sibi* a Voss. tert. Id. — *Si nesciunt, q. v. s. debeant.* Leid. sec. *nesciant*: pr. tert. Voss. sec. *nescius q. v. s. debeat*, qu. *sit nescius, q. v. s. debeat.* Id. — *L. exercemur.* Leid. pr. *l. exercemus*, tert. qu. *exercebimus l.* Id. — *Cognatio fecit.* Leid. pr. tert. Voss. tert. *cognitio.* Voss. O. Leid. sec. edd. pp. *facit.* Id. — *Ph. ratio confirmavit.* Sic *diligentius exercueris.* Id.

*Habere in dicendo*) Erf. *Habere in secundo.* Id.

*Vulgari sermone efferatur*) Erfurt. *Vulgari sermone esse saturum.* Duisburg. *Vulgari sermone proferatur.* Id.

*Communis agitur*) Erf. *Communis agetur.* Id.

*Artis rationem studio*) Longe verius Erfurtensis, *artis orationem*, hoc est facultatem oratione loquendi, ut modo locutus est: *Si te diligenter exercueris et gravitatem* etc. *habere in dicendo poteris, ut oratorie plane loquaris.* Id.

*Aut si cum quibus libenter*) Erfurt. *Aut si quicum libenter*; quod minime damnandum. Si non habent cum quo libenter exerceantur. Id.

*Aut si sibi diffidunt*) Erf. *Aut si id diffisus sit.* Pith. *Aut sibi diffidunt.* Idem.

*Aut si nesciunt, quam viam sequi debeat*) Erf. *Aut nesciat, quam viam sequi debeat.* Id.

*Libenter exercemur*) Erf. *Libenter exerceamur.* Id.

*Cuius initium cognatio fecit*) Erf. *Cuius initium cognitio facit.* Id.

*Philosophiae ratio confirmavit*) Erfurt. *Philosophiae ratio confirmabat.* Duisburg. *Philosophiae ratio confirmabit.* Pith. *Philosophiae ratio consummabit.* Id. ..

firmavit; et nobis non diffidimus, propterea quod et aliquantulum processimus, et alia meliora sunt, quae multo intentius petimus in vita, ut, etiamsi non pervenerimus in dicendo, quo volumus, parva pars vitae perfectissimae desideretur; et viam, quam sequamur, habemus, propterea quod in his libris nihil praeteritum est rhetoricae praeceptionis. Demonstratum est enim, quomodo res in omnibus generibus causarum inveniri oporteat. Dictum est, quo pacto eas disponere conveniat. Traditum est, qua ratione esset pronuntiandum. Praeceptum est, qua via meminisse possemus. Demonstratum est, quibus modis perfecta elocutio compararetur. Quae si sequimur, acute et cito reperie-

Leid. tert. In reliquis et edd. pp. *confirmabit*. Id. — *Et nabis nan diffidimus*. Voss. pr. tert. Leid. sec. ed. Med. *et de nabis n. d.* Id. — *Et aliquantulum processinus*. Copula deest Leid. sec. tert. edd. pp. *et ad aliquantulum* Voss. tert. *aliquantum* Voss. pr. Leid. pr. Id. — *Multo intentius*. Voss. pr. Leid. pr. tert. *m. attentius*. Id. — *Vt etiamsi nan pervenerimus*. Leid. pr. qu. *et si* etc. Vass. sec. *ut et si*. Leid. tert. *ut si*. Id. — *Inveniri aporteat*. MSS. III ed. Med. *invenire ap.* Id. — *Disp. conveniat*. Leid. pr. tert. *d. convenit*. Id. — *Esset pranuntiandum*. Verbum deest bene Leid. qu. Id. — *Qua via meminisse possemus*. Leid. qu. *qua mada*. Vass. sec. Leid. tert. qu. ed. Med. *possimus*. Id. praefero. Id. — *Demanstratum est*. Ed. Med. *Offensum e.* pro *astensum*. Id. — *Elocutia campararetur*. Sic Leid. pr. tert. In caeteris et edd. pp. *el. comparetur*. Rectius, ut opinor. Id. — *Quae si sequamur*. Sic lego cum Voss. pr. sec. Leid.

*Et nobis non diffidimus*) Pith. *Et dein nobis non diffidimus*. Id.

*Quod et aliquantulum*) Pith. *Quod aliquantulum*. Id.

*Quae multo intentius petimus*) Erf. *Quae multo certius petimus*. Id.

*Vt etiamsi nan pervenerimus*) Erf. *Vt etsi non pervenerimus*. Id.

*Parva pars vitae*) Erf. *Parva pars tamen vitae*. Id.

*Demonstratum est*) Non agnosco aliquot sequentibus periodis Cornificium, et mirum est, nisi tota haec recapitulatio sit magistelli alicuius trivialis, adnumerantis minima maxima discipulis suis. Grvt.

*Disponere conveniat*) Erf. *Disponere convenit*. Graev.

*Qua ratione esset pronuntiandum*) Duisb. *Qua ratione pronunciandum*. Id.

*Meminisse possemus*) Duisb. *Meminisse possimus*. Id.

*Elocutia compararetur*) Duisb. *Elocutia comparetur*. Id.

*Quae si exsequimur*) Est a Palat. quarto, Gembl. et Bruil. vulgo *sequamur*. Grvt. Al. *quae si sequamur* Grut. edd. *quae si exsequimur*. Duisburg. *quae si sequemur*. Retineo vulgatam, annuentibus meis libris, nisi quod ex Erfurtensi rescripserim *quae si sequimur*. Graev.

mus: distincte et ordinate disponemus: graviter et venuste pronuntiabimus: firme et perpetuo meminerimus: ornate et suaviter eloquemur. Ergo amplius in arte rhetorica nihil est. Haec omnia adipiscemur, si rationes praeceptionis diligentia consequemur exercitationis.

pr. tert. *sequemur* Leid. qu. edd. pp. *sequimur* Voss. sec. tert. et vulgo, al. *ex seq.* Id. — *Distincte et ordinate.* Leid. qu. *debite et ornate.* In pr. tert. ed. Med. *d. et ornate* cum manu pr. Voss. pr. suprascripto *di.* Sequor Graevium *ordine* legentem. Id. — *Firme et perpetuo.* MSS. IV *f. et perpetue.* Id. — *Ornate et suaviter.* Leid. sec. *ordinate et s.* Scilicet transponenda sunt quaedam hoc modo: *Distincte et ordine disponemus, ornate et suaviter eloquemur, firme et perp. meminerimus, graviter et ven. pronuntiabimus.* Male vulgo *pronuntiationi* prior datur locus. At consule ipsum auctorem lib. I, c. 2. Cic. lib. I de Inv. c. 7. Id. *Dilig. conseq. exercitationis.* Sic Voss. sec. Leid. pr. tert. cum ed. Omn. In caeteris *et exercitatione.* In Leid. pr. qu. Voss. tert. ed. Med. *consequamur.* In fine Voss. sec. adscriptum M. TVLLII CICERONIS LIBER SEXTVS EXPLICIT. Leid. qu. *Ad Gaium Herennium Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum libri expliciunt feliciter.* Id.

*Distincte et ordine*) Al. *Et distincte et ordinate.* Edd. *distincte et ordinate.* Malim cum Erfurt. *distincte et ordine.* Sane melioris aetatis apud scriptores *ordinate* non legas. Id.

*Firme et perpetuo meminerimus*) Erf. *Firme et perpetue meminerimus.* Idem.

*Ergo amplius in arte rhetorica nihil est*) Al. *Ergo in arte rhetorica nihil est amplius.* Id.

*Si rationes praeceptionis*) Erf. *Si rationes conceptionis.* Id.

*Diligentia consequemur et exercitatione*) Non absurde Pal. quart. sext. Gembl. Tos. Br. *consequamur exercitationis* Grvt. Al. MSS. et edd. *diligentia consequemur et exercitatione.* Sed nihil certius est scriptura, quam ex veteribus libris produxit Gruterus, eam quoque asserit omnium optimus Erfurtensis, ac Pithoei codex. Graev.

In fine addiderat manus Pithoei: v. c. Cl. Put. (hoc est vetus codex Claudii Puteani) M. Tvllii Ciceronis ad Herennivm Liber IV explicit.

# ALDI MANVTII

IN IV LIBROS

AD C. HERENNIVM RHETORICORVM

# COMMENTARIVS.

## ALDI PII MANVTII

### IN LIBROS DE ARTE RHETORICA

# PRAEFATIO

#### NAVGERIO INSCRIPTA

Omnes, Andrea Naugeri, qui se vel componendis novis operibus, vel instaurandis corrigendisve antiquis tradunt, ut non solum sibi, sed et aliis prosint; quoniam, ut praeclare scriptum est a Platone, non nobis solum nati sumus, sed ortus nostri partem patria, partem parentes vindicant, partem amici: otium sibi sumant, et quietem, ac a coetu hominum, frequentiaque in solitudinem, tanquam in portum, se recipiant. Sacra enim studia literarum, et musae ipsae, semper quidem otium amant, et solitudinem, sed tunc praecipue, quum, quae scripturus es, victura cupias:

*Atque linenda cedro, et laevi servanda cupresso.*

Quam quidem rem tu, mi Naugeri, persaepe, et feliciter facis; relicta enim urbe, et frequentia hominum, rus te confers, et in loca quietis, et tranquilli-

tatis plenissima, ut superioribus annis, in laureta et oliveta Benaci, quum dirae ferro, et compagibus arctis clausae essent belli portae, ubi et tu vacuus curis et molestiis iis, quaecumque impediunt praeclara studia literarum:

*Tale facis carmen, docta testudine, quale*
*Cynthius impositis temperat articulis.*

At mihi duo sunt, praeter sexcenta alia, quibus studia nostra assidua interpellatione impediuntur: crebrae scilicet literae virorum doctorum, quae undique ad me mittuntur: quibus si respondendum sit, dies totos, ac noctes consumam scribendis epistolis: et ii, qui ad nos veniunt partim salutandi gratia; partim perscrutaturi, siquid novi agatur; partim, quae longe maior est turba, negotii inopia: tunc enim, Eamus, aiunt, ad Aldum: veniunt igitur frequentes, et sedent oscitabundi:

*Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.*

Mitto, qui veniunt recitaturi alii carmen, alii prosa oratione aliquid, quod etiam excusum typis nostris publicari cupiant, idque rude et incastigatum plerumque; quod et eos offendat limae labor, et mora, nec advertunt, reprehendendum esse carmen, quod non

*Multa dies, et multa litura coërcuit, atque*
*Perfectum decies non castigavit ad unguem.*

A quibus me coepi tandem permolestis interpellatoribus vindicare; nam iis, qui ad me scribunt, vel nihil respondeo, quum, quod scribitur, non magni intersit, vel, si intersit, laconice. Quam quidem rem, quoniam

nulla id a me fit superbia, nullo contemtu, sed, ut, quidquid est otii, consumam edendis bonis libris, rogo, ne quis gravius ferat, neve aliorsum, atque ego facio, accipiat. Eos autem, qui vel salutandi, vel quacumque alia causa ad nos veniunt, ne posthac molesti esse pergant, neve importuni interpellent labores, et lucubrationes nostras, curavimus admonendos epigrammate, quod quasi aliquod edictum videre licet supra ianuam cubiculi nostri, his verbis:

QVISQVIS . ES
ROGAT . TE . ALDVS
ETIAM . ATQVE . ETIAM
VT
SI . QVID . EST . QVOD . A . SE . VELIS
PERPAVCIS . AGAS
DEINDE . ACTVTVM . ABEAS
NISI
TANQVAM . HERCVLES
DEFESSO . ATLANTE
VENERIS . SVPPOSITVRVS . HVMEROS
SEMPER . ENIM . ERIT
QVOD . ET . TV . AGAS
ET . QVOTQVOT . HVC . ATTVLERINT . PEDES

Id ipsum et hic propterea inseruimus, ut magis magisque innotescat.

Sunt tamen multi, et Graece et Latine docti, qui, frequentando aedes nostras, Herculem, mihi suppetias veniendo, sedulo agunt; ex quibus tu, Naugeri excellentissime, hisce Marci T. de praeceptis oratoriis,

deque dicendi copia, et studio eloquentiae libris, accuratissime cum antiquis exemplaribus conferendo recognoscendis, vel Atlas, requiescente me, factus es. Idemque nunc in illius orationibus, et in divinis de philosophia libris assidue, atque adeo feliciter facis, ut brevi et correctissimi, ab iisque, qui passim habentur, longe alii exire possint in manus studiosorum. Taceo, quam diligenter, quam ingeniose, quam docte cum alios prosa oratione ex bonis codicibus indefessus emendaveris libros, et penes te habeas, tum praecipue optimos quosque poëtarum, quos mihi, quae tua est humanitas, qui tuus amor erga bonas literas, daturum te, quum publicare eos excusos typis nostris voluero, benignissime polliceris; immo saepe etiam instas, sic inquiens, Alde, quid facis? cur non petis a me Virgilium, Horatium, Tibullum, Ovidium, alios quosdam? vix credas, quam sint penes me emendati ex antiquis codicibus. Quamobrem sic me tibi devinxisti, ut te non secus amem, quam me ipsum, tibique aeque ac mihi, longissimam vitam exoptem; nam, quum adeo invenis, tantus et prosa et carmine evaseris, ut te vel antiquis, qui utroque in genere summa cum laude elaborarunt, fere aequaveris, non dubito, quin futurus sis maximum decus et gloria nostrorum temporum, et una cum Bembo nostro, magnae spes altera Romae. Etsi non me fugit, haec te, qui tuus est pudor, non libenter audire, tamen, quia scio vera dicere, et te abs te cognosci quam optime, atque illud γνῶθι σεαυτὸν, non ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam, ut bona nostra norimus, sic tibi de te loqui

volui multorum exemplo, et doctorum virorum; et, ut taceam caeteros et Graecos et Latinos, qui hoc ipsum factitarunt, Plinius Iunior in Panegyrico illo ingeniosissimo, ac divino, quem initurus consulatum Traiano imperatori dixit frequenti senatu, summas illius laudes coram ipso dicere, dignissimum accommodatissimumque esse existimavit, quod et verissimas esse illas certo sciret, et principem suarum virtutum maxime conscium. Fuit enim Traianus non solum imperator, sed et homo omnium optimus; unde et nunc inter creandum Imperatorem, hoc illi primum imprecantur: Sis felicior Augusto, et melior Traiano. Adde, quod id est huiusmodi nostrarum vel epistolarum, vel praefationum genus, ut sic licere nobis vel ea ratione videatur, quod, etsi uni privatim videmur scribere, publice tamen, iisque omnibus scribimus, qui nostra haec amice legerint. Ob eam quoque causam licere nobis arbitramur, ut ei, ad quem scribimus, non nihil quasi argumentum dicamus de iis libris, in quibus huiusmodi vel epistolas, vel praefationes praeponimus, non ut ipsum doceamus, (arrogantis esset id quidem) sed ut et tueatur nostra, et sit eorumdem iudex; et, qui nesciunt (semper enim prodesse volumus) id discant e nobis. Quamobrem idem et hic faciendum censuimus, et te, Naugeri doctissime, iudicem elegimus, cum propter alia, tum etiam, quod omnia, quae his libris de ratione dicendi tractantur, sic teneas, ut digitos unguesque tuos. Debemus enim, quae publicanda elucubramus, iis recitare, vel scribere, qui possint, si bona sunt, laudare; sin mala, re-

prehendere; ut olim Quinctilio poëmata recitabantur, qui, quum aliquid non probaret, Corrige sodes hoc, aiebat, et hoc.

Laudandus igitur Peripateticus ille Phormio, prudenterque fecisse existimandus est, quod coram Hannibale de officio imperatoris et de omni re militari disputaverit, non ut illum doceret, (numquam enim tantum insaniisset Phormio) sed ut Poenus vel delectaretur ea audiens, quorum esset peritissimus, praesertim, si copiose, ornate, docte a philosopho dicerentur, vel ut iudicaret potius, an perite ea de re disputatum esset. Rustice contra, et inhumaniter fecisse Hannibal, (semper enim fuisse dicitur insuavis, et difficilis) qui, quum Phormionem audisset, et caeteri, qui interfuerant, vehementer delectati, quaesivissent, quidnam ipse de illo philosopho iudicaret, responderit, multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis, quam Phormio, deliraret, vidisse neminem. Quod contumeliosum responsum tantopere probari a M. Tullio miror, atque eo magis, quod non propterea delirare Phormionem visum esse ait, quia inepte, aut indocte de re militari praecepta narraverit, sed tantum, quia Hannibali, cuius nomen erat magna apud omnes gloria, quique tot annos de imperio cum populo R. omnium gentium victore certaverat. Quum potius delirus vere fuisset Phormio, si apud rusticos, et id genus alios, qui non intelligerent, de re militari disputavisset, quemadmodum si surdis quispiam suaviter canat, aut narret fabulam, vel si coram caecis in numerum quis quam optime ludat, aut manuum celeritate praestigiatoriam agat.

Tu autem, mi Naugeri, haec tibi dici a nobis facile patieris, quod simul et doctissimus sis, et humanissimus, tum etiam quia, quum tibi sic dicuntur, omnibus dicuntur, in quorum manus haec nostra pervenerint. Quamobrem leges tu quidem, quae breviter de his libris quasi argumenta scribuntur, et leges non, ut Phormionem Hannibal, contumeliose, (barbarum id quidem) sed benigne, ut soles, me, quum ea legeris, dimissurus. Ea vero sunt haec.

In primo et secundo libro Rhetoricorum ad C. Herennium, et non nihil in tertio, de inventione, prima ac maxima parte rhetorices, tractatur. Primus, exordium, narrationem, divisionem, et pauca quaedam de confirmatione, et confutatione continet.

Secundus reliquas inventionis partes, et, quemadmodum ad omnem iudicialem causam inventionem rerum accommodari oporteret, ostendit.

Tertius inveniendarum rerum, quae pertinent ad causas deliberativas, et demonstrativas, rationem absolvit; hinc, quo modo, quae invenimus, disponamus, atque in ordinem redigamus, et quibus rebus ad dicendum pronuntiatio, quibus item inventorum thesaurus atque omnium partium rhetorices custos memoria comparanda sit, docet.

Quartus, reddita ratione, quare praeter Graecorum consuetudinem, suis auctor utatur exemplis, praecepta elocutionis, quae est ultima pars ex iis quinque, quas in oratore esse oportet, non indiligenter tradit.

Primus autem liber inchoati tantum operis, exposito

genere artis rhetoricae, et officio, et fine, et materia, et partibus, continet genera controversiarum, et inventiones, et constitutiones, deinde partes orationis, et in eas omnes omnia praecepta. Et, quoniam in eo caeteris de rebus distinctius dictum est, disperse autem de confirmatione et reprehensione, certi in secundo libro confirmandi, et reprehendendi in singula causarum genera loci traduntur. Et, quia, quo pacto tractari conveniret argumentationes, in primo libro accurate expositum est, in secundo tantum inventa unamquamque in rem exponuntur simpliciter sine ulla exornatione, ut ex secundo inventa ipsa, ex primo expolitio inventorum petatur. Postremo, quoniam omne in causae genus argumentandi ratio tradita est, deque inventione satis dictum videtur, reliquas partes orationis, quae oratori necessariae sunt, se deinceps dicturum Cicero pollicetur; sed postea; mutato consilio, sic inchoatum opus reliquit, puto, quia rude videbatur, sibique puero, aut adolescentulo, ut ipse in primo libro de Oratore testatur, exciderit; atque ob eam causam rogatus a fratre, tres libros de omni ratione dicendi adeo doctos, ingeniosos, elegantes, copiosos composuit, ut, qui in aliis libris semper omnes, in his se ipsum Cicero superaverit; ipse etiam illos tanti faciebat, ut in epistola quadam ad Leptam haec scripserit: « Oratorem meum tantopere abs te » probari, vehementer gaudeo. Mihi quidem sic per» suadeo, me, quidquid habuerim iudicii de dicendo, » in illum librum contulisse; qui si est talis, qualem » tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum; sin au-

» tem aliud, non recuso, quin, quantum de illo libro, » tantumdem de iudicii mei fama detrahatur ». Hi igitur tres libri de Oratore, ea, quae tribus diebus viri omnium eloquentissimi clarissimique de omni ratione dicendi vel disseruerant, vel docuerant, complectuntur; quorum librorum argumenta, tum aliorum, qui hoc ipso volumine continentur, breviter narranda hoc ordine visa sunt.

In primo libro, Ludorum Romanorum diebus, quum L. Crassus, colligendi sui causa, se in Tusculanum suum cum adolescentibus C. Cotta, et P. Sulpicio contulisset, venissetque eodem Q. Mucius Scaevola augur, Crassi socer, et M. Antonius, homo et consiliorum in rep. socius, et summa cum Crasso familiaritate coniunctus, primo die de temporibus illis, deque universa rep. quam ob causam venerant, multum inter se usque ad extremum tempus diei collocuti dicuntur; sed ea alibi sunt a M. Tullio mandata literis.

Postero autem die, quum illi maiores natu satis quievissent, atque in ambulationem ventum esset, et Scaevola, duobus spatiis tribusve factis, quod infirmis esset pedibus, dixisset, ut imitantes Socratem illum, qui est in Phaedro Platonis, sub platano et ipsi quiescerent, allatis pulvinis, omnes in iis sedibus, quae erant sub platano, dicuntur consedisse. Ibi, ut ex pristino sermone relaxarentur animi omnium, quum Crassus sermonem quemdam de studio dicendi intulisset, et quaedam ab Scaevola contra ea, quae dixerat Crassus, comiter dicta fuissent, ab Antonio et Crasso de rhetorices materia, et de iis, quae oratori

necessaria sunt, in toto primo libro ornate copioseque disseritur, cui satis longae disputationi adfuit quidem senex Scaevola; sed, quoniam in Tusculanum suum ire constituerat, sermoni, qui de arte dicendi instituebatur, non interfuit; cur autem illius persona ab reliquis libris dimota sit, docet ipse Cicero in quarto libro Epistolarum ad Atticum, his verbis: « Quod in his » oratoriis libris, quos laudas, personam desideras » Scaevolae, non eam temere dimovi, sed feci idem, » quod in πολιτείᾳ Deus ille noster Plato. Quum in Pi» raeeum Socrates venisset ad Cephalum, locupletem » et festivum senem, quoad primus sermo ille habe» retur, adest in disputando senex; deinde, quum ipse » quoque commodissime locutus esset, ad rem divi» nam dicit se velle discedere, neque postea reverti» tur. Credo Platonem vix putasse satis consonum » fore, si hominem id aetatis in tam longo sermone » diutius detinuisset. Multo ego satius hoc mihi ca» vendum putavi in Scaevola, qui et aetate et valetu» dine erat ea, qua esse meministi, et iis honoribus, » ut vix satis decorum videretur, eum plures dies esse » in Crassi Tusculano; et erat primi libri sermo non » alienus ab Scaevolae studiis; reliqui libri τεχνολογίαν ha» bent, ut scis; huic ioculatoriae disputationi senem » illum, ut noras, interesse sane nolui ». Die tertio, quum iam in Tusculanum Laelii soceri sui abiisset Scaevola, et Q. Catulus senex, et C. Iulius Caesar fratres e Tusculanis suis in Crassi Tusculanum ad audiendum Antonium venissent, cuius esse partes, ut eo die de arte dicendi loqueretur, ab Scaevola Iulius, quum ad

fratrem veniret, audiverat, in secundo quidem libro ante meridiem ab Antonio de inventione, dispositione, memoria, tribus de quinque quasi membris eloquentiae, interpellantibus interdum aliis vel interrogando, vel approbando, vel etiam addendo, vel utcumque aliter videretur, doctissime agitur. Et, quoniam suavis est, et vehementer saepe utilis iocus, et facetiae, haec Iulio pars, quod in eo genere aliis excelleret, consensu omnium datur; quamobrem ille coram consummatissimis ac divinis oratoribus Antonio et Crasso, tanquam in scena gestum spectante Roscio acturus, verecunde quidem, sed quum iam defessus esset disputando Antonius, quum perpauca adhuc restarent, peropportune se interposuit, munusque suum diligenter iucundeque peragit.

In tertio autem, inclinato iam in pomeridianum tempus die, Crassus de elocutione et actione, reliquis rhetoricae partibus, quae ei ab Antonio ex constituto relictae fuerant, disertissime et copiosissime loquitur. In his libris non ieiunas rhetorum artes, sed locupletissimos Aristotelis libros secutus videtur Cicero, idque in Crassi maxime sermone; ut hinc quoque perspici possit, hoc ab eo vere in Oratore dictum esse, se Oratorem, si modo sit, vel quicumque sit, non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse.

In libro de claris oratoribus, qui Brutus dicitur, deplorata summo cum dolore morte Hortensii, quicum Cicero semper coniunctissime et amantissime vixerat, sociusque et consors gloriosi laboris fuerat, enumerat, quicumque usque ad sua tempora Latini oratores

clari exstiterant, ante tamen Graecis, qui excelluerant, quasi in transcursu, breviter enumeratis.

In libro, qui Orator appellatur, quum a Cicerone M. Brutus per literas petivisset, ut, quod optimum esset genus dicendi, sibi ostenderet, id ille diligentissime et copiosissime fecit. Et, quamvis de elocutione tantum a Bruto requisitus videretur, nonnulla tamen de inventione, dispositione, actione, ut plenius foret opus, adiecit.

In Topicis de communibus locis, unde argumenta ducuntur, breviter quidem inter navigandum, quum etiam libros Cicero non haberet, sed docte et dilucide agitur. Exempla tamen, quod ad Trebatium iurisconsultum scribatur, ex iure sumuntur.

In Partitionibus in omne causarum genus praecepta colliguntur.

In libro, qui de optimo oratorum genere inscribitur, quum falsam Cicero eorum vellet opinionem ostendere, qui eos solos Attice dicere contendebant, qui tenui quodam et sicco scribendi genere uterentur, Aeschinis et Demosthenis inter se contrarias orationes convertit, ut, quum hi Attici omnium consensu haberentur, neque tenui solum genere, sed amplissimo etiam, ac mediocri nonnunquam uterentur, manifestus illorum error deprehenderetur. Sed ipsae orationes ad nos non pervenerunt; id, quod habetur, praefatio est quaedam.

Sed, quoniam sunt, qui libros de arte rhetorica ad Herennium Ciceronis esse contendant, non ab re facere mihi videor, si, quod ipse ea de re sentiam, hoc loco breviter disputavero.

Qui librorum ad Herennium auctorem esse Ciceronem volunt, duorum alterum fateantur necesse est, ut aut ante, quam quae inchoata atque rudia puero aut adolescentulo sibi excidisse ait, aut post Cicero illos composuerit; ante, puto dicturos, quia si puer aut adolescentulus illa imperfecta, hoc est duos illos libros de inventione composuit, quando hos ad Herennium componere potuit? num puerulus? quis hoc credat? At a viro etiam maturae aetatis, ac patrefamilias, et philosopho compositi illi videntur, id quod ex ipso auctore facile est cognoscere, quum et haec dicit: « Etsi, negotiis familiaribus impediti, vix satis » otium studio suppeditare possumus, et id ipsum, » quod datur otii, libentius in philosophia consumere » consuevimus » : et haec, quae habentur in fine quarti libri: « Nam et simul libenter exercemur propter ami- » citiam, cuius initium cognatio fecit, caetera philo- » sophiae ratio confirmavit; et nobis non diffidimus, » propterea quod et aliquantulum processimus, et alia » meliora sunt, quae multo intensius petimus in vita, » ut etiam si non pervenimus in dicendo, quo volu- » mus, parva pars vitae perfectissimae desideretur ». Impediri negotiis familiaribus, et vix propterea esse otium ad studendum, et siquid superesset otii, in philosophia consumere consuevisse, tum parvam vitae perfectissimae partem desiderari, non puero, sed viro conveniunt, et patrifamilias. Adde, quod, quum consuevisse dicit, quod daretur otii, in philosophia consumere, praetermisso studio eloquentiae, diu videtur philosophiae dedisse operam. Praeterea in iis ipsis li-

bris de inventione, fecisset aliquam eorum, qui sunt ad Herennium, mentionem, cur scilicet de arte Rhetorica iterum scriberet, quemadmodum in libris oratoriis eorum meminit, quae inchoata atque rudia sibi puero aut adolescentulo excidisse refert; non ante igitur hos ad Herennium, quam illos de inventione, libros composuit. Post autem si dixerint, parum diligenter videantur eam rem considerasse, quia, si ita sit, sequeretur, politiores et magis cultos esse hos ad Herennium, quam illos ipsos, quos de inventione composuit: quod et doctior, et plures natus annos eos elucubrasset. Sed longe est secus. Rudes quodammodo hi videbuntur, si iis, quos de inventione composuit, comparentur. Et, quamquam sunt docti, tamen longissimo distant intervallo a divina illa M. Tullii eloquentia, immo, si quis accuratius consideraverit, plurima in his ad Herennium libris dure et ieiune dicta deprehendet. Adde, quod in libris de Oratore, ubi inchoatorum a se rhetoricorum meminit, et horum ad Herennium meminisset, atque eo magis, quod perfecta et absoluta sunt, omniaque artis rhetoricae praecepta contineant: ut ipse auctor ostendit his verbis: « Et » viam, quam sequamur, habemus; propterea quod in » his libris nihil praeteritum est rhetoricae praece» ptionis ». Ergo ad Herennium libri si nec ante, nec post, quam illi de inventione, a Cicerone compositi sunt, non sunt Ciceronis; nam, post divinos illos oratorios, ad Herennium libros compositos dicere, amentia est. Illud praeterea non praeterierim, existimandum esse, Hieronymum, et Priscianum, et alios, qui

aut illa aetate, aut post exstiterunt, huius rei investigandae minimum sategisse: sed alterum alterius indiligenter, ut solet accidere, errorem secutos. Quis autem illorum auctor fuerit,

*Grammatici certant; et adhuc sub iudice lis est.*

Sunt tamen, qui auctorem fuisse dicant M. Gallionem, propterea quod in libro quodam rhetoricorum ad Herennium antiquissimo, qui dicitur esse Romae in bibliotheca Palatina, sic est titulus: *M. Gallionis Rhetoricorum ad C. Herennium liber primus*, ubi *Gallionis* deletum esse aiunt, ita tamen, ut legi possit: et supra *Gallionis* scriptum *T.* cum binis utrimque punctis: inde *Ciceronis;* quod si ita est, puto eum, qui delevit, quod existimarit perperam scriptum Gallionis, deceptum cum praenomine M. S. quod idem in utroque est titulo, tum similitudine quadam Gallionis et Ciceronis, apposuisse pro *Gallionis*, *T. Ciceronis.* Quam quidem rem quum aut ipse videro, aut ab alio audivero, cui fidem habeam, tunc credam: curaboque Gallioni librum suum, quo tot secula vel iniuria temporum, vel ignorantia scriptorum privatus est, restituendum: cuiuscumque tamen fuerit liber, ei fatendum est, multum Ciceronis hos, quos diximus, de inventione libros, ad ea, quae scripserit, praecepta contulisse. Gallionem autem hunc eum crediderim, ad quem Ovidius in quarto libro de Ponto consolatoriam scripsit epistolam ob mortem uxoris, cuius epistolae hoc est initium:

*Gallio, crimen erit vix excusabile nobis,*
*Carmine te nomen non habuisse meo.*

Doctum etiam illum fuisse, his eiusdem epistolae ostenditur carminibus:

*Sed neque solari prudentem stultior ausim:*
*Verbaque doctorum nota referre tibi.*

Haec habui, mi Naugeri, quae super his dicerem pro tempore. Habeo enim assidue plus negotii, quam fortasse alius quisquam, vel occupatissimus. Adsit Deus, qui me et his malis, et gravissimis, quibus premor, molestiis eripiat: ac velit, ut, dum amissis agris et ipse haec queror,

*.... En quo discordia cives*
*Perduxit miseros: en queis consevimus agros.*

aut haec:

*.... Vivi pervenimus, advena nostri,*
*Quod numquam veriti sumus, ut possessor agelli,*
*Diceret, haec mea sunt: veteres migrate coloni:*

tu quoque divinus poëta, (es enim alter ab illo) consolans compatrem tuum, mihi aut haec canas:

*Fortunate senex, etiam tua rura manebunt:*
*Et longo quoque servitio te exire licebit,*
*Et cito praesentes alibi cognoscere divos.*

aut tale aliquid. Quod quum fuero adeptus, saxo, quod tot annos indefessus volvo, in montis apicem tandem perducto et collocato, recubans sub tegmine fagi, et ipse queam dicere:

*Deus nobis haec otia fecit.*

Vale, ingens decus musarum.

### IN IV LIBROS

# RHETORICORVM

### AD

# C. HERENNIVM

## ALDI MANVTII

## COMMENTARIVS.

### LIBER PRIMVS

### CAPVT I

*Amicis*) Satisfaciendum esse monet Auctor hoc exordio, quisquis is sit, cuius hi sunt Rhetoricorum libri ad C. Herennium; nam, etsi familiaribus negotiis distineretur, ut minimum temporis studio superesset, quodque temporis sibi ab iis vacuum relinquebatur, studio Philosophiae tradere consuesset, fecit tamen, ut C. Herennii voluntati morem gereret, qui rogarat, ut de ratione dicendi, quae Rhetorice est, aliquid scriberet. Voluit autem amico satisfacere, ut veri amici officio fungeretur, et ne eum laborem vitasse homines crederent. Digreditur postmodum in laudes C. Herennii: aitque eo libentius hunc laborem suscepisse, quod causam haberet Herennius, cur hoc maxime optaret. Qui enim recta intelligentia, et animi moderatione definita, quarum duarum rerum altera in cognoscendo, altera in utendo versatur, plurimum pollebat, par erat, eum animi sui sensa eloquenter et ornate exprimere posse. In hoc autem non Graecos est imitatus, qui superflua undique conquisiverunt, ut multa se scivisse profiterentur, qui mos erat Graecorum, sed ea tantum, quae ad rem necessaria essent, tractavit. Quod fecit non quaestu commotus, non inani gloria addu-

ctus, sed ut amico, cui petenti negare non poterat, cuiusque exemplo nihil negandum esse amicis proponit, satisfaceret: aitque praecipuam esse debere exercitationem in hoc negotio ad Oratoriam facultatem assequendam, quae Rhetorices a Graecis dicitur, a graeco verbo ῥέω, quod *fluo* significat, quasi fluxus quidam orationis designetur. Docendae Rhetoricae triplex via est; nam vel tantum necessaria traduntur, ut Cicero fecit in Partitionibus; vel copiosissime docentur, quum multorum opiniones in medium adductae discutiuntur, ut fecit Quinctilianus; vel necessaria praecipiuntur, et ea, quae ex necessariis consequuntur, quod praestitit Auctor in hoc libro.

*Vix satis*) Vix abunde, sufficienter, commode; et ideo accusativum sequitur; nam, etsi aliquando posset studio vacare, non id tamen semper poterat, propter familiaria negotia, quae maximam partem temporis sibi vindicabant. Hunc locum Lambinus, suo more, contra veteres omnes libros, aliter legendum putat; deletque vocem *Otium*.

*Otii*) Abest haec vox a multis vet. lib. et abesse potest, nullo sensus detrimento.

*Conscriberemus*) Perfecte, et absolute scriberemus, integram artis doctrinam scribendo colligeremus.

*Tua causa noluisse nos*) Nam in amicitia idem velle, et idem nolle.

*Hoc negotium*) Laboriosum enim Rhetoricam tradere.

*Commoditas orationis*) Facultas orationis.

*Recta intelligentia*) In cognoscendo: sapientia.

*Conquisiverunt*) Ad doctrinam suam congregaverunt.

*Vt ars difficilior cognitu putaretur*) Vt ars alios lateret, propter eam, quam ostendunt inesse, difficultatem: et ipsi magistri, et sapientes soli videantur, qui eam scirent, et in ea caeteris praestarent.

*Sumsimus*) Non assumsimus, ut Graeci.

*Sine assiduitate*) Sine diligenti et assidua exercitatione dicendi; nam usus artium pater.

*Non multum iuvare*) Parum prodesse; nam sunt praecepta nuda, quae viam tantum ostendunt.

*Hanc rationem praeceptionis*) Hanc rationem, quae est praeceptio; nam consistit in praeceptis, quibus aliquid facilius fit.

## CAPVT II

*Officium* Oratoris est, dicere de iis rebus, quae pertinent ad civilem vitae usum; ethicum, qui spectat ad mores; sive politicum, qui legibus est firmandus. Orator tribus generibus causarum utitur, *demonstrativo*, *deliberativo* et *iudiciali*. Demonstrativum ortum habet ex parte animae rationabili, quum rationibus probamus, quidquid dicimus, et velut demonstramus, et ob oculos ponimus. Deliberativum oritur ex appetibili parte animae, quum, deliberare volentes, in id incurrimus, quod moverit appetitus persuasus a ratione. Iudiciale oritur ex irascibili, quum vel accusatur, vel excusatur. Dicitur demonstrativum, quia virtutes illo, vitiaque demonstrantur; et quod plurimum habeat ostentationis. Sunt, qui *Sophisticum* appellant, quoniam ut plurimum illud Sophistae usurpant. Quidam appellant *Laudativum*, a parte meliori; est enim honestius laudare, quam reprehendere; et certe hoc genus in laudibus plurimum habet operae. Multi huic generi exornationem tribuunt, tum quia persona laudando solet exornari, tum quia genera omnia exornationem admittunt. Deliberativum genus dicitur a *deliberando*: dicitur et *Suasorium* a *suadendo*. Iudiciale dicitur a *Iudiciis*, in quibus exercetur: et accusationem in se, aut petitionem cum defensione habet. In omnibus autem causis tria maxime Orator considerare debet, finem causae, proprium officium, et motum, sive delectationem. Finis causae, in demonstrativo, est honestum, vel inhonestum; in deliberativo, utile, vel inutile; in iudiciali, iustum, vel iniustum. Proprium officium, in demonstrativo, est laudare, vel vituperare; in deliberativo, suadere res utiles, et dissuadere inutiles; in iudiciali, defendere, vel accusare. Motus, sive delectatio, in demonstrativo est, delectare, et iudicem in suam opinionem perducere: unde exornationem continet. In deliberativo, spes, et reformidatio: et hoc genus habet consultationem. In iudiciali, clementiam, vel saevitiam introducere: et hoc controversiam in se habet. Tria causarum genera Cicero facit: in his enim frequentius Oratores versantur: sunt tamen et alia: nam querimur, consolamur, mitigamus, concitamus, exhortamur, terremus, confirmamus, et aliae: de quibus vide Quinctil. lib. III, c. 4.

*Constitutae*) A populo, atque magistratu.

*Quoad eius fieri poterit* ) Nam, ut finis medici, sanare, non sanitas, quae in Dei potestate est: ita etiam finis Oratoris, persuadere dictione, tametsi aliquando non persuadeat.

*Causarum* ) Civilium, τῶν πραγμάτων.

*Has causas* ) Haec tria causarum genera. Rhetorica, quinque partes habet, *Inventionem*, *Dispositionem*, *Elocutionem*, *Memoriam*, et *Pronunciationem*. Sunt, qui ad has quinque Rhetoricae partes, quas Cicero enumerat, addant *Iudicium*, post Inventionem: quod primum sit invenire, postea iudicare: quod non necesse est: nam in omnibus partibus nisi iudicium insit, effrenitas, et immoderatio quaedam accidit, teste Fabio. Quae oportet esse in Oratore, sunt *Res* et *Verba*. Inventio, εὕρεσις, ab εὑρίσκω, omnium difficillima: nam, ut ait Ausonius, *Dimidium habet operis, qui coepit;* eius finis est, causam probabilem reddere, id est fidem auditori, et assentationem facere persuadendo.

*Rerum verarum* ) Earum, quibus contra dicitur.

*Verisimilium* ) Quae natura dubia sunt, in quibus est verisimilibus opus. Dispositio, sive collocatio, τάξις. Quinctilianus lib. III, cap. 6 ait: *Dispositionem esse rerum ordine quam optimo collocationem. Haec continuationem habet, vel varietatem. In continuatione, ordo est*; *in varietate*, *distributio*; *nam ordinem misceri, ac res ipsas, quia variae sunt, ac diversae, quadam ratione transponere necesse est.* Dicit igitur Ordinem, propter continuationem, sive rerum, sive qualitatis; Distributionem, propter varietatem, atque transpositionem. Elocutio, Aristoteli et Hermogeni λέξις, Quinctiliano φράσις, habet verba per excellentiam quamdam; nam, tametsi et res, et verba invenienda sint, atque collocanda, tamen, proprie, in rebus *invenire*, in verbis *eloqui* dicitur, ut in Partitionibus ait Cicero: ideo neque in Inventione, neque in Dispositione verba posuit, quae ut rerum notae sunt, ita ad elocutionem proprie pertinent. Sunt autem bipartita, simplicia et coniuncta. Propter simplicia dicit *Idoneorum verborum*: coniuncta *Sententias* vocat, id est sententiarum figuras, et ipsa argumenta, quae sunt sententiae, quarum tractatio etiam elocutionis est. Hanc omnium difficillimam voluit esse Antonius in Oratore, et in qua nullus potest fieri finis.

*Verborum* ) Vt sint verba pura, et selecta.

*Sententiarum* ) Vt sententiae ex dignitate veniant et pondus habeant. Memoria, μνήμη, comprehendit res et verba. In Par-

titionibus Cicero postremum locum tribuit Memoriae, ac caeterorum omnium custodem appellat.

*Dispositionis*) Nam facile memoramur, si ordinate disposita, quo loco quidque sit dicendum, ingenio fuerimus complexi. Cicero lib. I de Oratore iubet exercendam memoriam, ediscendis ad verbum quamplurimis scriptis et suis et alienis. Nonnulli negaverunt, Memoriam partem esse Rhetorices, (teste Fabio lib. III) arbitrati, naturae munus esse: at, artis esse, cognoscitur lib. IV. Pronunciatio sive actio, ut alii, (vide Fabium) ὑπόκρισις. Huic tria tribuit, unum, quod auditur; duo, quae videntur. Pronunciamus ore, gestu, vultu, actu quodam vivam orationem fingentes, quae sine pronunciatione mortua est, et iacet. Demosthenes, interrogatus, quid esset optimum in oratione, ter repetiit, *Pronunciationem*. Orator igitur non debet in modum torpentis iacere, nec attolli, strepere, gesticulari, ut faciunt furiosi histriones. Haec de vi, sive facultate oratoris. Sequitur, quibus rebus comparanda sit. Non tantum igitur refert, quid, quo loco, sed etiam quo modo; quae fieri nequeunt, non adiuvante memoria. Et nulla sunt, si non sit pronunciatio, vel voce, vel gestu.

*Haec omnia tribus assequi* etc. Ars, μέθοδος, καὶ ὁδὸς, καὶ ὁδοποιΐα, a libris discitur; et, Fabio teste, ex praeceptionibus consentientibus constituitur. Additumque est, *Rationemque dicendi;* quia aliae etiam artes sunt quaedam praeceptiones, certam viam et rationem, sed non rationem dicendi praescribentes; et in arte Rhetorica extremum est, dicere; nam *loquimur* subito: et hoc proprium est omnium: *disserimus* in sermonibus, accuratius aliquanto: *dicimus*, quum, diligentia quadam adhibita, et ornate sensa nostra pronunciamus. Imitatio, Plinio ζῆλον, aliis μίμησις, ab hominibus provenit: quum nos, qui natura non possumus similes esse bonis; ad alicuius exemplum, qui plurimum in dicendo valeat, accommodamus, et effingimus. (Quinctil. lib. X, cap. 2.) Ita multi olim deducebantur ad praestantes in dicendo viros: hodieque viget hic mos; nam, qui imitari pergit, optimos sibi ad exemplum proponere debet: quos si vel non assecutus fuerit, sequitur tamen propius. Imitatio autem est rerum praeclararum: duoque praecipua in se habet, *diligentiam* atque *rationem*: nam, hisce duobus nixi, imitari et consequi possumus omnia. Imitatio non sufficit sola, ut ait Quinctilianus, nisi et ipsi nos manum addamus: nam pigri ingenii esset, his, quae inventa sunt, esse contentum. La-

beo iurisconsultus, teste Agellio, quum optimos imitaretur, tamen per se ipse multa novavit, fretus ingenii fiducia. Capito vero a magistris suis non facile discedebat.

*Aliquorum similes*) Nam omnes imitari non debemus: omnes enim perfecti non sunt: et alius alia re praestat; ideoque ab uno unum sumendum est, ab alio aliud. Similis, genitivo iunctum, refertur ad mores; dativo, ad similitudinem. Exercitatio, ἄσκησις, μελέτη, quam alibi *diligentiam* vocat, I de Oratore, est usus assiduus, consuetudoque dicendi, et agendi ea, quae ad dicendum pertinent. Consistit autem in quatuor rebus, in scribendo, commentando, declamando, dicendo. Et, quia magis orator perficitur dicendo, quam aliis tribus, ideo tertium est Exercitatio, nam prius scribimus, postea commentamur, tum declamamus, demum dicimus, quod praecipuum oratoris officium est, et ad quod omnes cogitationes intenduntur: in quodque conversae sunt omnium mentes, qui persuadere aliquid cupiunt. Vegetius lib. II ait, *omnes artes quotidiano et iugi exercitio proficere.* Crassus apud Ciceronem lib. II de Orat. futurum oratorem domestica exercitatione armat, ut scribat assidue, dicatque, nam crebra scribendi facilitas dicentem adiuvat.

## CAPVT III

*Inventio in sex partes*) Inventionis sex partes hic dicuntur, in Partitionibus quatuor facit Cicero, Aristotelem secutus; in libris de Oratore quinque: quo modo et Fabius, qui Divisionem, seu Partitionem non ponit, frigidis sane rationibus motus. Ego Divisionem puto merito dici partem: nam in pleraque omni quaestione Orator dividit, et prope in tribus Rhetoricae partibus. Differt autem Divisio a Dispositione, quia Orator disponit circa omnes partes Rhetoricae, nunc ordinem hunc, nunc alium faciendo, prout natura causae exigit. Dispositio ergo ordinat corpus, corporis membra distinguit Divisio. Caeterum, quae disposita sunt, divisione aliqua partimur, sicut necessitas et natura causae feret. Aristoteles in Rhetorica post prooemium, Propositionem Narrationi praeposuit: non quod Propositio sit generalior, quam Narratio, sed quia propositionis non est certa pars. Quidam his partibus addiderunt Excessum, Egressionem, Parerga, quod Orator in campo Rhetorico exspatiari per plura

soleat, ut moveat auditorem. Sed Quinctilianus id loco praedicto improbat; illi enim excursus aut sunt extra causam, et non sunt partes causae; aut in causa, et tunc adiutorio, et ornamento sunt: non enim, quidquid in causa est, causae pars est; sic enim affectus, exempla, similitudines, partes vocarentur. Inventio, prima in officio oratoris, est excogitatio rerum verarum, aut verisimilium sententiarum, quae in singulis orationis partibus collocari debent, ut oratio probabilis fiat. Exordium, quod et Prooemium, in iudiciali genere magis usurpatur. Qui id audit, vel animi causa audit; vel disceptator futurarum rerum, et is senator; vel disceptator praeteritarum, et is iudex. Constituitur autem animus auditoris, vel apparatur; nam constituimus rem universalem, apparamus partem rei. Narratio διήγησις καὶ ἔκθεσις, est expositio rerum gestarum, id est quae negari non possunt, vel constant; vel perinde ut gestarum, qualia apud Homerum multa. Quamvis enim Orator vera narrare tantum debeat, tamen saepe fit, ut fabulosa exempla misceat, vel delectationis, vel confirmationis gratia. Divisio, διαίρεσις, in oratore praecipue. Confirmatio, Aristoteli πίστις, aliis κατασκευή, expositio argumentorum nostrorum, cum vehementi alicuius rei comprobatione. Confutatio, ἀνασκευή, dissolutio locorum contrariorum. Locum autem voco argumentum adversarii: idque duabus de causis: primum enim ex locis argumenta sumuntur: deinde, adversarii argumenta certis notamus locis. Conclusio, artificiosus terminus orationis, secundum praecepta movendorum animorum, et renovandae memoriae gratia factus. Potissima autem pars est in Peroratione: ut epilogus ardore, et affectione, et brevitate non careat. Consistit autem Conclusio in Repetitione dictionum, et Permotione animi, quae fit amplificando maxime.

*Possint accommodari*) Nam, ut ait Cicero in Partitionibus, oratio est pars Rhetoricae altera, ad quam officium oratoris adhibetur.

*Quibus de rebus*) Quae vocantur κεφάλαια.

*Causa posita*) Controversia constituta, et hypothemate, quod fit litem inchoando.

*Genus causae*) Qualitas causae generalis, quae perpenditur ex materia rei, de qua agitur.

*Genera causarum sunt quatuor*) Quinque facit Cicero de Inventione: *Honestum*, *Admirabile*, *Humile*, *Anceps*, *Obscurum*: sed Obscurum comprehenditur sub dubio. Quinque item genera

ponit Quinctilianus lib. IV, cap. 1. Honestum, καλὸν, ἔνδοξον, et εὔδοξον: ut, quum virum bonum defendimus, vel quum malum accusamus, id facientes reip. causa. Honestum definit Cicero Acad. quaest. lib. I, *Bonum sola virtute instructum*, id est munitum. Et lib. II de Fin. *Honestum est, quod, detracta omni utilitate, per se ipsum iure laudari possit: nam boni viri perquam multa faciunt, quia recta sunt, etiam si nullum consequatur emolumentum.*

*Ab omnibus*) Nedum ab auditoribus: quod omnibus suscipiendum esse putatur. Turpe, αἰσχρὸν, παράδοξον: quum impium, nefarium, atque sceleratum defendimus; vel bonum virum accusamus.

*Aut, aut*) Disiunctivae duae copulae vim habent: quum alterum sine altero stare non possit; nec enim honesta res oppugnari potest, nisi defendatur turpis: et e diverso. Dubium, ἀμφίδοξον, quod aliquid in se et honestatis et turpitudinis habet. Hoc genus Anceps dicitur a Quinctiliano; Obscurum in libro de Inventione; quum filius patrem accusat proditionis: nam honesta causa, quia pro patria; turpis quia filii contra patrem; et similia. Humile, ἄδοξον, καὶ ταπεινὸν, in quo res leves et contemtae tractantur; ut Luciani Musca: quum contemta res antefertur, id est extollitur.

*Ad omne genus causae accommodari*) Quo modo exordiendum sit in unaquaque causa, secundum memorata genera, et causarum qualitatem, quae considerandae sunt maxime, quum nos auditoribus, et auditores nobis conciliare velimus; et iuxta illas exordiri, ne offendamus auditores.

## CAPVT IV

*Insinuatio*) Sive Obliquatio, et in sinu positio, quasi impetus; nam exordium occultum, postea rem, de qua tractandum est, subito aperit, quodam impetu, et improviso. Inde Horatii Epodon, quod dissimulando accedit ad reprehendendum.

*Principium*) Idem tradit Quinctilianus lib. IV, cap. 1 dicens, nullam aliam esse Principii causam, quam ut auditorem, quo in caeteris partibus sit nobis accommodatior, praeparemus.

*Id ita sumitur*) Cicero in Partitionibus ait, trium rerum gratia sumi principia, ut amice, ut intelligenter, ut attente audiamur.

*Si genus causae dubium* ) Tunc enim orator animum auditoris, seu iudicis amicum facere debet, attollereque eam partem, quae honesta est; dissimulata vel oppressa, quoad eius fieri potest, parte, quae turpitudinem habeat. Dubium autem, non solum ex mistura honesti et turpis, sed etiam ex ipsa causae natura ambigua. Differtque ab Obscuro; nam Dubium dicitur, cuius utraque pars videtur probabilis; Obscurum, cuius neutra pars recte propter implicationem percipitur.

*Sin humile* ) Quod fecit Virgilius in IV:

> *In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem*
> *Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo.*

Quamquam, quî potest tenuis esse res illa, cuius in omni vita, et ubique terrarum summa est utilitas?

*Nisi quid nacti fuerimus* ) Nam optimum genus evadendae rei, adversarium vel pari, vel maiori crimine obvolvere.

*Sin honestum* ) Nam in re honesta prooemium omittere possumus: quod auditoris animus, nisi improbus sit, honestati ultro succumbit: et in animum boni viri, vel si nuda sit honestas illabitur. Et quemadmodum vino vendibili hedera suspensa opus non est; ita veritas, quo est simplicior, hoc eius oratio est efficacior.

*A scriptura* ) De qua controversia est. Scripturam autem intellige quamcumque scripturam, sive ex auctoribus allegetur, sive ex alia recepta sententia; non scripturas obligatorias, quod plerique interpretes volunt.

*Aut aliquo firmissimo nostrae causae adiumento* ) Nam quid pulcrius in controversiis, quam rationes, quae firmiores sunt, ab initio praeponere? Firmissimo adiumento: ad caput aliquod, indicatis etiam reliquis causae nostrae capitibus.

*Principium capere* ) Nam, ubi sola docilitas est, ibi non est vere principium, sed ubi benevolentia est.

*Quoniam igitur docilem* ) In honesto genere benevoli, in humili attenti, in obscuro dociles sunt faciendi. Quinctilianus lib. IV, cap. 1, haec tria in principiis esse potissimum testatur: nec solum in principiis, sed etiam per totam actionem controversiam esse custodiendam; nam illis animum iudicis aperimus, ut intromittamur; hic sustinemus, ne negligamur.

*Si pollicebimur nos de rebus magnis* ) Virgilius IX:

> *Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,*
> *Et mecum ingentes oras evolvite belli;*

Et Georg. III:

*Tu quoque magna Pales* etc.

Et alibi:

*Maius opus moveo.*

Cicero pro Sex. Roscio: *His de rebus tantis, tamque atrocibus non satis commode dicere possumus.* Et pro Sextio: *Non aggrediar ad illa maxima, et amplissima, prius quam docuero* etc. Herodianus, quum commendaret suam historiam de veritate rerum, sperat non iniucundam ipsarum cognitionem, quae magnae sint, et scitu dignae. Sic Lucret. lib. III:

*Omnia nos itidem depascimur antea dicta.*

*Novis*) Terentius prologo Phormionis:

*Nunc quid velim, animum attendite: apporto novam*
*Epidicazomenon quam vocant comoediam*
*Graeci, Latini Phormionem nominant.*

Sic Lucretius lib. IV:

*Atque haurire iuvat, novosque decerpere flores.*

*Inusitatis*) Nam inusitata facile miramur: hic Lucretius lib. IV:

*Avia Pieridum peragro loca, nullius ante*
*Trita solo: iuvat integros accedere fontes.*

Novis igitur, et inusitatis non facile utendum, nisi sint evidenti commendatione digna: nam omnia nova sunt cum periculo, et inusitata detestamur.

*Aut de iis rebus, quae ad remp. pertinent*) Cicero pro Flacco: *Non estis de Lydorum, et Phrygum, qui huc compulsi venerunt, sed de vestra rep. iudicaturi, de civitatis statu, de communi salute, et de spe bonorum omnium.*

*Aut ad eos ipsos, qui audient*) Cicero pro Muraena precatur, ut beneficium suum cum iudicum, et omnium civium salute tueri possit. Pro Rabirio: *Sic existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis providendam, ad populum R. esse delatam.*

*Aut ad deorum immortalium religionem*) Cicero pro Domo sua, inter alia, hortatur, *ut curet, ne deorum religione perditi magistratus sese arment: alias futurum, ut aliae caerimoniae,*

*alii antistites, alii religionis interpretes sint requirendi.* Rufus Festus:

> *Imus in astra Iovis: monitus Iovis omine coelum,*
> *Et Iovis imperio mortalibus aethera pando.*

*Vt attente audiant)* Quod comici faciunt: *Adeste, precor, aequo animo: favete linguis.*

*Et si numero exponemus)* Quod poëtae faciunt: ut Virg.

> *Arma virumque cano.*

Et Statius:

> *Fraternas acies, cognataqne proelia pando.*

Et Lucanus:

> *Bella per Aemathios plusquam civilia campos,*
> *Iusque datum sceleri canimus.*

## CAPVT V

*A nostra persona)* Intelligit non solum personam litigantis, sed etiam patroni.

*Ad eam ipsam rem)* Cicero pro Flacco praefatur, *sese maximis Vrbis periculis, gravissimo reip. statu, caedem a civibus, a liberis, vastitatem a templis, ab Vrbe, adiutore Flacco, depulisse:* ut sic speraret, *se potius Flacco in honore adiutorem, quam in miseriis deprecatorem futurum.*

*Inopiam)* Facultatum. Cicero, quum pro Quintio precaretur, tenues eius opes, nullas facultates, exiguas amicorum copias exhibuit.

*Ab adversariorum persona)* Quinctilianus lib. IV ait, non modicum habere momenti, si patronus de se praefatus fuerit, dum tamen pauciora iactitet et parcius; sic enim vir bonus credetur, et praesumetur pro causa iustitia.

*In odium rapiemus)* Si vitia adversariorum ostendemus, et eorum scelera detegemus. Graecis μῖσος.

*Spurce)* Spurcities in sermone cum pudore pugnat.

*Superbe)* Superbia in ipsa re, hoc est in facto: et adversatur verecundiae.

*Perfidiose)* Perfidia in violatione fidei.

*Crudeliter*) Crudelitas, animi atrocitas, quam Cicero in Officiis hominum naturae maxime inimicam dicit.

*Confidenter*) Confidentia in impudentia, et audacia.

*Malitiose*) Malitia a Cicerone de Nat. Deor. *versuta, et fallax nocendi ratio* vocatur. Graecis κακία.

*Flagitiose*) Flagitium cum turpitudine et dedecore coniunctum. Moderate tamen id, et cum ratione fieri debet: ne ex invidia potius, et malitia, quam amore veritatis, tale aliquid videamur protulisse: sunt enim multi, qui accuratiorem vitiorum expositionem ferre nequeunt. Id et Quinctilianus monet lib. IV, cap. 1, ubi dicit, *vitandum esse, ne contumeliosi, maligni, superbi, maledici in quemquam hominem, ordinemve videamur: nam etiam Satyricis vix conceditur.* Recte olim Isocrates dicebat, *mentis imaginem esse orationem.* Et Iuriscons. ex sermone hominum mores cognosci vel turpes, vel honestos. Caesar apud Lucanum lib. I in odium trahit populum Romanum, ab crudelitate, et ingratitudine, quod contra eum, qui tamen Galliam subegerit, urbs tumultuetur: ac si Poenus transcenderet alpes Hannibal, implerentur valido tirone cohortes:

*In classem, inquit, cadit omne nemus: terra, marique*
*Iussus Caesar agi.*

*In invidiam*) Propter divitias. Graecis, φθόνος. Ea primum in indicatione rerum fortuitarum consistit; tum in comparatione, quod non veritate, sed fortunae adiumentis adversarii confidant. Est autem fortuna, vel hereditaria, vel nova. Vocantur igitur in invidiam, vel ii, qui maioribus suis non respondent moribus, ac virtute; sed solis imaginibus, divitiis, ac potentia superbiunt: ut Antonius, Clodius, Catilina, qui maioribus suis dedecori erant: tales Satyrici etiam insectantur. Vel vocantur in invidiam, qui nuper ditati, et ad honores evecti sunt: quoniam plerumque sunt superbi, et nocere multis solent. Eos Latini homines novos appellant, Graeci νεοπλούτους, et νεοτίμους: qualis Cicero noster, et Chrysogonus, Sullae libertus, homo potens et locupletissimus, sed sceleratus, de quo in Rosciana. Aristoteles Rhet. lib. II paullo aliter tractat: ait enim, *iis invidere homines, qui nobis tempore, loco, aetate, existimatione, ac dignitate sunt proximi*: orto inde proverbio: *Semper inter pares esse invidiam.* Item iis, quibuscum de dignitate et honore contenditur.

*Si vim*) Quod Cicero pro Milone in principio formidabat, licet in suum usum postea converteret.

*Potentiam* ) Quod pulcre attigit Cicero pro Quintio, duo timens, gratiam Sex. Naevii, eloquentiam Q. Hortensii.

*In contemtionem* ) Graecis ὀλιγωρία; nam Labor ad Virtutis aedes custos; contra ignavos, ac desides tertia est Persii satyra, plena sanctitatis atque eruditionis.

*Si res eorum* ) Quinctilianus lib. IV, cap. 1 monet, laudandum esse iudicem cum modestia: hoc est, sine assentationis suspicione.

*Quae existimatio* ) Nam omnes de eis recte opinantur, et existimant.

*Quae iudicii expectatio* ) Nam iustissime omnes exspectant eos iudicaturos.

*Per contemtionem*) Ostendendo eorum causam contemtibilem. Alias; *comparationem*: comparando scilicet nostram causam adversariorum causae.

## CAPVT VI

*De insinuatione* ) Insinuatio est clancularia, obliqua, flexaque, ac latens quaedam circuitio, ad capiendum iudicis animum, qui aperta fronte, rectaque via non conciliaretur, unde occulte in animum surrepunt homines locutuleii, et ab incauto, ac improvido animum venantur vinctum.

*Aut quum animus auditoris persuasus* ) Hoc est, quod quidam reus clamavit: *Et debeo, iudices, pro damnato haberi, quod orator bene dixerit.*

*Turpitudinem habebit* ) Opinione auditoris. Quinctil. lib. IV: *Si causa laborat, persona subveniat; et si persona, causa.* Et Cicero de Invent. lib. I docet, quatuor rationibus exordiendum esse, ita hoc genere, ut homo pro homine, res pro re, res pro homine, homo pro re iuterponatur, id est, is homo, in quo ostenditur auditor, alium interponat hominem, qui diligitur, et ita de aliis.

*Aut aliquorum* ) Κρίσις contra praeiudicium facti.

*De simili causa* ) In qua scilicet creditum non sit propter leves suspiciones.

*Item si* ) In causa scilicet ingrata, non turpi, in qua προκαταλήψει utemur, quoniam auditor non audet offendere adversarium.

*Ergo si fidem factam putabimus* ) Repetitio elegans, eius,

quod supra dixerat: quia interiecit longam parenthesim; fit autem docilitatis ac perspicuitatis gratia, quum παρένθεσις obscuritatem attulit.

*Apologo*) Apologus est, sermo compositus, ad morum institutionem, sive rei incredibilis, nec in natura positae commemoratio, qua fastidium tollitur; ut enim gratum est, nova et inusitata audire: sic etiam iucundum est, rem incredibilem, nec in natura exsistentem percipere: quales sunt Aesopi, atque aliorum apologi.

*Fabula verisimili*) Fabula verisimilis, est expositio rei non gestae, quae tamen geri potuit. Dicitur enim fabula, quia facta non est; verisimilis autem, quia fieri potest: quales sunt comoediae, tragoediae, caeteraeque poëtarum fabulae multae. Historia est, rei gestae expositio: haec etiam aliquando ab oratore commemoratur, et ad causam praesentem accommodatur.

*Depravatione*) Depravatio est, vocis vultusque deformatio; hanc etiam Antonius ab oratore non tractandam esse putat. Intelligitur ergo hic depravatio moderata, atque verecunda. Multa sunt in his praeceptis, quae usum apud nos nullum habent amplius, omnis enim nos decet modestia, atque veritas. Alii volunt per Depravationem intelligi vocabuli corruptionem, ut *Praetorem*, *Praedonem*; *Tiberium*, *Biberium*; *Optimus*, *Opimus*; *Disciplina*, *Displicina*; *Doctor iuris*, *Coctor*; *Decus*, *Dedecus*; *Pastor*, *Vastator*; *Iurisperitus*, *Perditus*; *Disputare*, *Dispotare*.

*Suspicione*) Suspicio est, rei malae aut infamis obscura significatio: ut quidam dixerat alii, *Quando te liberabis ex triclinio?* respondit ille, *Quando tu te ex lecto alieno.* Est igitur suspicio, latens quaedam amaritudo, qua ridetur adversarius non aperte, sed relinquitur suspicio ridendi: qui est locus pulcherrimus; ut si dicas, *vereri te adversarii eloquentiam*, *hominis*, *si diis placet*, *diserti.* Sic D. Hieronymus ad Pammachium: *Disertissimos tractatus tuos vel nolentibus ingeris.* Divinam ironiam nominat Quinctilianus in IV in Ciceronis principio Orationis pro Ligario.

*Irrisione*) Irrisio est rei ridiculae vituperatio; ut Virgilii illud IV Aen. contra Venerem:

*Egregiam vero laudem, et spolia ampla refertis*
*Tuque puerque tuus, magnum et memorabile nomen.*

Quidam, quum in testem vocaretur, qui se iurisconsultum ia-

ctitabat, et interrogatus responderat *se nescire;* Cicero, irridendo, dixit: *Cave: putas forsan te de iure interrogari?* Differt a Suspicione, quod illa patentior et aperta, haec occulta.

*Stultitia*) Stultitia est, rei alicuius stultae, aut personae repraesentatio. Quale illud Persii sat. prima:

> *Fur es ait Pedio: Pedius quid? crimina rasis*
> *Librat in antithetis: doctas posuisse figuras*
> *Laudatur* etc.

Vel est vitium, consilio adversum, quod *Improvidentiam* dicere possumus, teste Quinctiliano: quo nomine stultus dici potest, etiam si perite loquatur, et luculenter: dummodo ea loquatur, quae ei noceant.

*Exsuperatione*) Exsuperatio est, alicuius rei parvae ridicula amplificatio: αὔξησις ὑπερβολική. Vt: *Miles in litigio uno ictu mille peremit.* Tales multae apud poëtas.

*Collocatione*) Alii legunt *Collatione*: quae parum distat a Similitudine, quae sequitur: quum, quae similia putamus, invicem conferimus, unde similitudo ponit, collatio posita confert. Sunt et qui legant *Contractione.*

*Literarum mutatione*) Hermogeni παρήχησις, aliis παραγράμμα, sive παρωνομασία.

*Exspectatione*) Quum, adversario desinente loqui, subsistimus, silemus, et, ut Nestor, oculis in terram fixis, velut meditamur: tunc enim iudices exspectant: et possumus ordiri: *Exspectatis, iudices, quando tandem respondeam? ego vero, quid dicam nescio: an rationibus contra nitar, an nugas istas rideam?* Et, quum tacemus, simulantes nos aliquid magnum dicturos, ut auditoris animus colligatur.

*Similitudine*) Similitudo est, rerum inter se qualitate differentium comparatio. Vt Virg. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.*

*Interpellatione*) Interpellatio est interruptio perpetuae orationis adversarii, vel personae alienae appellatio. Et conficitur modicis verbis: ut ita adversarius excandescat, et ordinis obliviscatur. Apud Terentium: *Siccine interpellas?*

*Arrisione*) Arrisio est personae: ut *Irrisio*, rei. Vt, quum Cicero sentiret iudices defatigatos, et in iudicium venire videret Pisonem perpusillum, conversus ad iudices, dixit: *Quis alligavit generum meum gladio?* Est dolosus quidam et fallax applausus, qui gestu potius, quam verbis, conficitur, quum

vultus in risum fallacem et amarum componitur. In his omnibus servandus est modus, et, quidquid est scurrile, histrionicum atque mimicum, ut Antonius in oratore monet, vitandum est. Nisi enim ars adhibeatur, ridiculorum tractatio periculosa est: quoniam circa res turpes ac deformes versatur.

## CAPVT VII

*Lenis sit sermo*) Quinctilianus lib. IV iubet lenem esse, qui exorditur: caverique debere, ne nimis exsultet patronus, et quasi indubitabili fiducia teneatur, et confidentius efferatur: iudicem enim, ut qui reverentiam postulet, nimiam litigantis odisse severitatem.

*Quod vulgare dicitur*) Κοινὸν, quod sententias habet communes, vel omnium causarum, vel plerarumque, ut quae ex officio iudicum sumuntur. Quinctilianus ait esse minus favorabile quod a multis saepe repetatur, aliquando tamen non inutiliter assumi, et magnis saepe oratoribus non evitatum. Enecat autem saepe recocta crambe. Quidam hoc exordium *generale* nominant. Quinctilianus ait, Messallam uno exordii genere frequenter usum.

*Quod commune appellatur*) Αμφοτερικὸν, quod etsi est praesentis causae, tamen etiam adversarius eo uti potest. Differunt haec duo numero solum; quod vulgare tantum est unius, commune vero utriusque.

*Quo adversarius potest uti ex contrario*) Βιαιὸν Hermogeni, *Commutabile* Quinctiliano, quod sententias habet violentas: quoniam in adversarium retrudi potest διαβολὴ, Sophistarum proprium, Graece ἀντιστροφή: nos *Retorsio*. Eius generis fuit concertatio Evathli cum Protagora, apud Agellium lib. V, cap. 11.

## CAPVT VIII

*Narrationum*) Quinctilianus lib. IV, cap. 2 maxime naturale esse ait, et fieri frequentissime debere, ut praeparato in exordio iudice, res, de qua pronunciaturus est, indicetur: ea est narratio, quam a Graecis in multas subiectam esse divisiuncu-

las scribit, prout narrationis natura ex conditione variabit: ut nunc persona, nunc locus, nunc tempus, nunc causa, nunc eventus, qui contingit narranti, inter narrationis species describerentur: quae tamen observationes non tam dividunt, quam dilacerant narrationis corpus: ut, merito huiusmodi deflexibus missis, ad ea, quae obtinent, transeamus. Praemittendae tamen sunt quaedam notatiunculae, quas ignorare non conveniet. Primo, an semper narrandum sit; Fabius putat non semper expedire: primo, si breves sint causae: tunc enim iudex longo sermone fatigaretur, et sufficit eo loci propositio simplex: tum, si natura causa nihil aliud, quam simplicis facti deductionem exigat: nam et in hac specie propositio sufficit: tertio, si de re constat, sed iure quaeritur: tunc enim proposuisse sufficit. Vel si alioqui iudici tota res facta sit cognita; quod tamen sine delectu recipias: si quidem iudici res sit cognita eo fine, ut ex facti veritate iam ea opinetur, quae nobis expediant: tunc non est opus narratione: sin vero sciat quidem factum, sed de eo non opinetur, quod tibi faveat: iam narrandum tunc magis est, quo arctius animus iudicis ad nostrum favorem est tradendus: neque enim, ut eleganter Quinctilianus ait, in hoc reperta narratio est, ut iudex cognoscat, sed ut aliquantum nobis consentiat. Narratio, ait Cicero in Partitionibus, *est rerum gestarum, vel ut gestarum expositio.*

*Et unumquodque trahimus*) Narratio generalis causae, γενική; quoniam ad praecipuam quaestionem dirigitur: quamobrem in eo observandum est, quidquid est necessarium: sic Sinon apud Virg. de Palamede, qui ad utilitatem suam trahit, quidquid putat esse plausibile: tametsi enim voluntas eius, atque scopus laudandus non est, propter crimen proditionis: tamen ipsa ars in poëta probanda, atque observanda est:

*Quem falsa sub proditione Pelasgi*
*Insontem, infando iudicio, quia bella vetabant,*
*Demisere neci.*

*Alterum genus*) Narratio specialis, ἰδική, rerum, ut ait Quinctilianus, ad causam pertinentium expositio, sed tamen non propria causae. *Digressorium* a Quinctiliano dicitur; quod ea digressione illustratur, et ornatur oratio, dummodo cohaereat, et non sit impertinens: unde caveri praecipit, ne vi quadam has egressiones urgeamus, ne forte, quae natura sunt coniuncta, distrahi contingat: putat porro, his egressionibus parari fi-

dem, in sceleribus maxime atrocibus, quum gravissimis sceleribus difficillima sit fides.

*Tertium genus*) Narratio ficta, προγυμναστική: et quamquam non est oratoria, sed a civili causa remota, et ab aliis tradita scriptoribus, tamen in ea exerceri convenit.

*Fabula*) Μῦθος, rerum falsarum, et verisimilitudine caret: ideoque ab hominum sensu abhorret. Huiusmodi sunt fabulae Tragicorum, Aesopi et aliorum: item pars magna poëtarum, et in primis tota Ovidii Metamorphosis. Et quamquam falsa contineat, debet tamen ea verisimili modo narrare: non posset enim Io fingi in bovem, nec Daphne in laurum mutata, si nulla fuisset in ea regione vel bos, vel laurus: quod solus Agellius advertisse videtur, ubi Virgilium reprehendit.

*Historia*) Rerum praeteritarum, quae tametsi non mentiri, sed vera esse debet, tamen etiam ficta dicitur, vel quia non est huius loci, vel quia multa recipit ficta ad veritatis explicationem et ornatum, atque etiam ad utilitatem et instructionem auditorum composita. Sunt etiam pleraque in historiis et consilia et occasiones.

*Argumentum*) Δρᾶμα sive ὑπόθεσις, estque rerum verisimilium, ut sunt comoediae poëtarum, quae a communi rerum natura, et quotidiano usu vitae non recedunt. Dicitur ideo *argumentum*, quod non prorsus non sit verisimile, sed per naturam possibile, et dat argumentum et signum ad actus positivos. Horum trium nulla dat praecepta: quoniam a poëtis et historicis sunt tractata, unde petentur.

*Sermonis festivitatem*) Quod servis tribuitur, et meretricibus, in comoediis. *Festivum* sive *facetum* est, quod oculis tam arridet in forma, quam auribus in toto sermone; fit per ornatus verborum et sententiarum, ut convenientia sit sermonis; nam, sicut animi hominum sunt diversi in moribus, ita et verba narrantis debent esse diversa; nam, si omnes mores iisdem verbis ageremus, nulla foret in agendo delectatio; ut, si omnes colores essent unius formae, minus delectarent, quam varii.

*Animorum dissimilitudinem*) Propterea Gnatho dicebat apud Terentium: *Dii boni, homo homini quid praestat?* Sic Virg. XI pulcherrime describit iuvenis et senis diversos animos: et sunt verba Latini ad Turnum:

*O praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci*
*Virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est*
*Consulere et omnes metuentem expendere casus.*

*Gravitatem*) Sicut senes sunt, Simon et Chremes. Gravitas, quae in se dignum veneratione quidquam habet. Ideo requiritur, quia dignitas est quaedam, et insigne virtutis, qua nihil est amabilius: quoniam animus illa informatur, atque ornatur, ut vitiis deformatur. Posita est in prudentia, constantia et iustitia. Quum igitur homini mortuo orationem tribuemus, praecipuas eius virtutes commemorabimus.

*Lenitatem*) Vt Micionis in Adelphis, et Chremetis in Eunucho. Est virtutis remissio, atque moderatio, propter personam: ut igitur virtus in consiliis dandis, ita lenitas in impetranda venia nos delectat.

*Spem*) Sicut Charini in Andria. Ita Virg. in XI: *Et spe iam praecipit hostem.* Et apud Persium: *Spem macram mittit in agros Licini.* Describit autem sex affectus, qui dicuntur τὰ πάθη, qui iudicem afficiunt, atque incitant, ut ignoscat libentius. Spes bonorum futurorum, sive re vera, sive opinione bona.

*Metum*) Sicut Thrasonis et Chremetis rustici in Eunucho. Metus malorum futurorum, sive re vera, sive opinione mala.

*Suspicionem*) Quia senes suspiciosi. Suspicio, malorum praesentium: ut Cliviae, de Antiphila sua in Heauton. et Hegionis in Adelph. act. IV, sc. 3.

*Desiderium*) Appetitio est rerum absentium: ut Phaedriae in Eunucho, qui ferre absentiam Thaidis per biduum ruri minime poterat.

*Dissimulationem*) Occultatio quaedam est eius, quod est: quemadmodum simulatio, eius, quod non est, fictio.

*Misericordiam*) Quae est in mulieribus: clementia quaedam et aegritudo, ex alterius rebus adversis. Digni autem sunt misericordia calamitosi, nec omnino boni, nec prorsus mali, sed medii. Exempla plura passim apud poëtas.

*Rerum varietates*) Varii negotiorum eventus vel casus: sicut Arioni contigit, qui enatavit super delphino: ut quum Troiani introducerent equum ligneum; nam omnes, summa affecti laetitia, quasi rem divinam peragere vellent, statim ingenti dolore confecti, quum viderent, armatos milites exisse, qui urbem incenderent. Mirifice delectare solent: in his περιπέτειαν inesse decet: idest, commutationem rerum insperatarum, vel a bonis in mala, vel a malis in bona: ut fit in poëtarum fabulis.

*Fortunae commutationem*) Περιπέτεια, subita rerum insperatarum commutatio, qualia sequuntur. Sic Tindarus in lapicidinis iussu patris deductus.

*Insperatum commodum* ) Vt Pamphili, inventis praeter spem Glycerii parentibus: ut Davi, cui coutigit, ut quadrupes constringeretur.

*Subitam laetitiam* ) Vt Davi: *Dii boni, boni quid porto?* etc. ut quum Crito venisset Athenas, et nunciasset Pamphilo, Glycerum esse civem Atticam.

*Iucundum exitum rerum* ) Qualis esse in comoediis solet, post multas tum voluptates, tum molestias. In hoc narrationis genere sex illa diligenter observanda. In homine enim Sermo est, et Animus, et Virtus et Affectus. Sermonem festivum ac lepidum esse oportet, Animum liberalem: Virtus gravitatem habere debet, cum lenitate quadam temperatam, ne severa nimis esse videatur: affectus inter se miscendi sunt, et ita tractandi, ut non simulati videantur esse. Hominem deinde circumstant rerum varietates. Exempla praecipue apud poëtas.

## CAPVT IX

*Tres res* ) Totidem in Partitionibus facit Cicero, sed diversas: ut narratio sit dilucida, verisimilis atque suavis. Brevitatem omittit, suavitatem ponit; nam auditor facilius voluptate ad fidem ducitur. In Narratione saepe describitur persona, propter negotium, ut Catilina in Sallustio; saepe gesta narrantur, ut demonstretur persona, ut crudelitas Dolabellae, in Philippicis Ciceronis.

*Rem breviter* ) Brevitas, Hermogeni *βραχύτης:* estque in toto, ut in ipsa narratione: *βραχυλογία* vero, in parte, et sententia aliqua. Narratio brevis *ἁπλῆ* dicitur, idest *simplex*: in qua observanda sunt quatuor, principium, finis, medium, et rerum qualitas. Principium non debet esse nimis longe petitum, sed ab eo est sumendum, quod ad iudicium praesens pertinet: hoc est, ab ipsa rei gestione, vel ab iis, quae proxime antecesserunt; ut in Miloniana Cicero a profectione, quae ad causam maxime pertinebat, quoniam in illa Miloni insidias a Clodio factas esse probat. Inde Horatius:

*Nec gemino bellum Troianum orditur ab ovo.*

Nam, si quis, bellum Troianum scripturus, dicat, Laedam, Tindari regis uxorem, duo ova peperisse, e quibus Castorem

et Pollucem, deinde Helenam natam; quam nuptam Menelao, quum esset pulcherrima, Paridi a Venere promissam; et interserat Paridis iudicium, quod tamen omitti poterat; deinde descendat ad raptum Helenae, a qua parte debebat incipere; vitiose narrationem incipiet. In fine considerandum est, ne narrationem ad extremum, sed usque eo, quo opus erit, prosequamur; et in eo consistamus, quod ad iudicium pertinet. In medio quatuor observanda. Primum, generatim rem esse narrandam, non particulatim; neque specierum distributione utendum. Alterum, ne faciamus declinationem, sed in re proposita maneamus. Tertium, non esse deerrandum ab eo, quod coeperimus exponere: est enim deerratio inconveniens, et non idonea digressio. Quartum, non conglobanda antecedentia, sed consequentia tantum ponenda, ex quibus colligi illa facile possunt; sunt autem consequentia, vel tempore: ut si dicam, me ex provincia rediisse, profectum quoque in provinciam intelligatur; vel relatione: ut quum dico, Gnathonem Thrasonis esse servum, facile hunc illius esse dominum intelligitur. In qualitate tria genera consideranda, utilia, adversa, prava: ad quae sententiae omnes referendae. Vt autem tria rerum genera, ita triplex ordinis praeceptio; nam, quod est utile, ponetur; quod adversum, vitabitur; quod pravum, reiicietur: sub hoc comprehendi potest et leve et dubium; quae sunt praetereunda. Est autem utile in hoc loco, quod vel necessarium est, ut exponatur; vel tantam habet utilitatem, ut absque vituperatione oratoris omitti non possit.

*Ne bis, aut saepius*) Ἐπαναλήψεις vitandas esse docet: quarum duo genera: unum rerum, verborum alterum. Rerum, quum res eadem verbis diversis repetitur: eaque est oratoria, cuius multa apud Ciceronem exempla. Verborum, quum unum verbum positum post interiectam ἐπεμβολὴν, ad extremum idem repetitur, perspicuitatis gratia. Vtraque rursus duplex, vel enim obscuritatem affert, vel perspicuitatem: illa vitanda, hac uti licebit, cum propter memoriae renovationem, tum propter attentionem auditoris. Sunt igitur omnino octo conditiones. Primo, ne ab alto repetas: secundo, ut summa rei narretur: item, cessetur ex commodo: vitetur transitio: praetereantur, quae insunt: a proposito non deflectatur: nocua et extranea sileamus: neque iteremus narrata.

*Rem dilucide*) Narratio dilucida, Graecis εὐδιάσκευος: orationem illustrem habere debet, qua res quasi ob oculos ponitur,

ita, ut geri videatur. In ea tria consideranda. Primum, ordo rerum: deinde, verborum et orationis collocatio: tertio, praecepta brevitatis. Ordinem rerum historicum esse oportet; in quo rerum et temporum observandi gradus: ita, ut unumquodque primum exponatur, uti primum gestum est; idque in utroque narrationis genere, tum in vero, tum etiam in ficto. In collocatione quatuor vitanda, *Barbarismus*, *Hyperbaton*, *Ambiguitas*, *Novitas*. Barbarismus, partim in orthographia, atque prosodia consistit, partim in etymologia, si accidentia orationis partium perturbantur, et in grammaticorum peccatur regulas, nec Latina servatur constructio; nam omnis perturbatio obscuritatem parit, quae perspicuitati est contraria: quoniam orationem reddit impuram. Hyperbaton, quum quid contorte, atque implicate dicitur; quod fit, verborum, quae coniungi debuissent, transpositione, et non necessariorum interpositione. Ambiguitas, vel quum verba multiplicem significandi potestatem habent, vel in consecutione: ut, Aio te Aeacida Romanos vincere posse. Verba etiam nova in narratione vitanda: quoniam intelligentiam et attentionem impediunt: quod est contra narrationis finem, ut auditor doceatur. Praecepta brevitatis repetenda sunt, ut narratio fiat perspicua: quidquid enim prolixum, obscuritatem parit; ideoque in Partitionibus Cicero sub perspicuitate brevitatem comprehendit. Tria igitur ponit, *Digressiones*, et transitus fugiendos; *Ne rem ab ultimo repetamus; Ne ad extremum persequamur.* Quibus addit, *Ne quid, quod ad rem pertineat, praetereamus*: sed *quantum opus est, quantumque sat est*, ut Quintilianus inquit, *narremus*: qui Sallustianam brevitatem in narratione vitandam docet, quoniam satius esse putat, aliquid narrationi superesse, quam deesse; in eo enim est brevitas, non ut minus, sed ne plus dicatur, quam oporteat. In fine concludit, praecepta brevitatis esse repetenda. Conclusioni addit rationem: quoniam brevitas et dilucidam reddit narrationem, et cognitu facilem.

*Si ut quidque*) Si ordinem rerum observabimus. Ordo tunc optime servabitur, teste Quintiliano, quum narratio erit distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis: ut alterum firmetur ab altero, non confundatur: dicit enim eleganter Quintilianus, *aliqua naturaliter sequi, ac cohaerere: ut, si bene priora narraveris, iudex ipse, quod postea sis narraturus, divinet et exspectet.*

*Aut ut potuisse geri*) In narratione ficta, et consiliis homi-

num. Ad quam rem maxime facit perspicuitas: unde Quinctilianus eam vocat orationem dilucidam, *quae exposita sit verbis propriis et significantibus, et non sordidis, nec tamen exquisitis, vel ab usu remotis: ut res non tam narrari, quam geri videatur;* aitque *pronunciationem in hoc accommodari, ut iudex, quae dicuntur, quam facillime accipiat; non esse clamandum; non vociferatione, tumultu famam circumstantium quaerendam; nec lascivire insolenti gestu, ne sicut actio placet, ita causa non intelligatur.*

*Verisimilis*) *Credibilis* Quinctiliano, *Probabilis* Ciceroni de Invent. πιθανὸς Graecis, καὶ ἀληθὴς, καὶ ἐγκατάσκευος. Est autem, quum in ea videntur inesse, quae solent apparere in veritate. Vnicum igitur praeceptum habet, ut rationes habeat annexas, quae cum ex aliis rebus, tum ex rerum attributis maxime sumuntur: persona, re, causa, loco, tempore, modo, facultatibus. Addit, morem, opinionem, naturam: item consiliorum rationes. Qui haec non observat, is narrationem reddet paradoxam; sunt enim eiusmodi, ut contra illa minime liceat dicere. Eadem fere, et eodem prope modo libro I de Inv. Cicero praecipit: quae cum his conferantur. In Partitionibus adiungit testimonia, quae sunt aut singulorum, aut omnium, aut maioris partis, aut melioris, aut legum, aut religionis: item τὸ ἦθος, quod maxime reddit narrationem probabilem: ut, quum probitas, antiquitas, memoria, fides narrantis significatur. Permagni autem refert, bonusne sit, et multarum rerum usum habeat, et memoriam, is, qui aliquam causam suscipit, orator.

*Si spatia temporum*) Id est, si rerum attributa orator observabit: facile enim praesumitur contra iuvenem, qui noctu ingressus in domum puellae, crastino matutino exierit.

*Personarum dignitates*) Quum a dignitate accusatoris premitur reus, vel a dignitate rei repellitur accusator. Persona est auctor rei. Refertur ad *Quis*.

*Consiliorum rationes*) Λογισμοὺς: difficile autem est, eos ex arte, ex industria colligere. Refertur ad *Cur*.

*Locorum opportunitates*) Sic Vlysses creditus interfecisse Aiacem: nempe solitarium, in loco deserto, in silva, ubi nemo vel timori, vel impedimento esse poterat. Refertur ad *Vbi*.

*Aut temporis parum fuisse*) Vt si dicas, primo te ingressum, vix sumto poculo abiisse.

*Aut causam nullam*) Quae res Milonem defenderat, quod nulla ei causa erat, cur insidias strueret.

*Aut locum idoneum*) Quum quis accusatur metum iniecisse alicui in civitate Principis, in manifesta luce, in medio populo, ubi adest magistratus, copia iudicis.

*Aut homines ipsos facere*) Vt si causetur dives se a paupere oppressum, potens ab inope, vel impotente, senex a iuvene, vel contra; et ita de similibus. *Facere*: quod illis facultas nulla fuerit.

*Aut non pati potuisse*) Propter eorum probitatem; nam praesumitur, eum non passurum committi iniuriam cuiquam, qui ipse rectus sit, dexter et integer. Sic Cato Vticensis non praesumebatur passurus urbem Romam servire sub Caesare: quod cognoscitur ex luculentissima oratione Bruti et Catonis, apud Lucianum.

## CAPVT X

*Causarum divisio*) Προκατασκευή, quae non solum causam dividit, sed etiam constituit. Habet autem ab una tantum parte officii, hoc est a partiendo, nomen suum apud Latinos.

*Agamemnonem*) Hoc verbum magis reddit Clytemnestram iudicibus invisam, quam si diceret *maritum;* nam nomen est regis in ore omnium; quare, quid conveniat, et quid non, hoc modo docet.

*Distributione debemus uti*) Non enim satis est oratori, scire uti una, nisi sciat uti altera. Distributio est partitio eorum, quae dicturi sumus, ut ordine dicantur.

*Ea dividitur in duas partes*) Debebat praemitti Expositio: hoc enim rerum ordo exigit, et ita praemittunt caeteri. Quinctilianus lib. IV, cap. 5 non probat hanc doctrinam, qua alligatur partitio ad tria membra: dicit enim, eam rem non esse alligandam lege, quum causa aliquando possit complura membra desiderare: fatetur tamen ad hoc potissimum contendi, ut extra numerum ternarium partitio non effluat: quod et ea res turbet intentionem, obtorqueat memoriam iudicis, et faciat facile excidi aliqua ex partitis.

# CAPVT XI

*Tota* ) Maxime perfecta, vel *Tota*, quod in nulla aliarum partium spes est vincendi; nam exordium reddit benevolum, narratio exponit negotium, partitio dividit causam; sed confirmatio continet argumenta, quibus superatur adversarius.

*Confutatione* ) *Reprehensionem* vocat Cicero in Partitionibus.

*Causae* ) Controversiae. Alium ordinem servat Cicero de Inv. ubi omnium argumentationum locos (quod etiam Quinctilianus facit) cum a personis, tum a negotiis sumtos enumerat: quos hic noster lib. II in Constitutionibus tractat.

*Quatuor* ) Coniecturae, finitionis, generis, id est qualitatis, actionis; nam, quum contingit de rebus dubitare, primum quaeritur, *an sit*; postea *quid sit*, tum *quale sit*: quod quum scierimus, sublata est omnis dubitatio: nisi nodus incidat, qua actione petatur. Vel, coniecturalem, legitimam, definitivam, iuridicialem.

*Tres* ) Coniecturalem, legitimam, iuridicialem. Status (ut omittam multa, quae sunt apud Quinctilianum lib. III) est in quo maxime causa conquiescit, et id, quod est in causa potentissimum, et in quo cardo negotii vertitur: unde, licet aliqua controversia habeat plures status, idest, iudicationes continentia: tamen a nullo censebitur controversia, nisi a potentiori. Antequam ad Status procedamus, necessario videndum est, quae sint genera Asystatorum, idest quae sint sine statu; neque enim dubium est, complures esse controversias, quae consistere non possunt, id est, ubi adversario non patet campus pugnandi, deficientibus armis, vel propter causae obscuritatem. Duodecim igitur genera sunt Asystatorum, *Vnicum*, *Sine circumstantia*, *Sine Colore*, *Aequale*, *Convertibile*, *Inexplicabile*, *Non verisimile*, *Impossibile*, *Turpe*, *Impensum*, *Erraticum*, *Praeiudicatum*. Vnicum, est, quando ab alterutra parte causae tantum consistit, nec ab altera quidquam idonei invenitur. Sine circumstantia, sine peristasi; et haec ideo dicitur non consistens controversia, quia actor caret comprehensione, id est coniecturis, quibus actionem suam tueatur. Sine colore, ἄχρωμον: concernit reum accusatum, qui nullo se colore potest contegere. Aequale, quum ex utraque parte paribus locis nituntur accusa-

tor et reus. Convertibile, quum actio tota convertitur: ut accusator rei defensione, reus actoris propositione vitatur. Inexplicabile, quando id, quod proponitur, nec resolutionem habet, nec iudicii finem. Non verisimile, quando aliquid contra opinionem hominum accusatur. Impossibile, quod tentatur contra fidem naturae rerum. Turpe, quod prima fronte reiicitur, tanquam spurcum, vel ipso quoque iudicis officio, vel parte tacente. Impensum, quum ex altera parte tanta agendi silva effunditur, ut alteri parti non sit tanta defensio, et dicitur Impensum, quia impense et vehementer premit adversarium. Erraticum, quum res, modus, tempus, locus, aliter narrantur, quam veritas historiae vel rei gestae se habeat: quod nos dicimus *causa cadere*, si delinquitur deducendo. Praeiudicatum, quod parum ab Impenso differt; nam, quum communi opinione hominum circumstantium reus pro damnato habetur, is premitur praeiudicato: quia ante contra eum iudicat opinione, et fama hominum. Haec duodecim genera a D. Augustino rediguntur in quatuor. Tunc igitur Status dicetur consistere, et per locos probari, ubi persona certa est, et res ex utraque parte certa: et nihil eorum occurrit, quae in Asystatis diximus.

*De facto*) Vt quum factum statim negatur; nam in facto substantia continetur. Et dicitur coniecturalis, ut eleganter Quinctilianus tradit lib. III, cap. 7, a *coniectu*, id est quadam directione: scilicet, quum rationis discursu coniicimus ad veritatem investigandam: unde dicit idem, *Coniectores* dici, somniorum atque ominum interpretes: quia, quum factum accusamus, quod reus negat, iam factum est incertum: quia omnis res negando fit incerta. Hic necesse est uti coniecturis, signis, argumentis, tabulis, quaestionibus, testibus, praeiudiciis etc. ut per eas coniecturas factum probetur. Coniectura autem fit sex modis, ut Fortunatianus docet, 1. quum de facto constat et non de persona; 2. quum de persona constat, non de facto; 3. quum de utroque non constat; 4. quum de sola voluntate fit quaestio; 5. quum de re ipsa quaeritur; 6. quum aliqui se invicem accusant.

*Aiax*) De Aiace Sophocles integram comoediam scripsit cui titulus est, Αἴας μαστιγοφόρος, ex qua hoc exemplum est desumtum. Postquam Paris interfecerat Achillem ictu sagittae, orta est inter proceres Graecos contentio super armis Achillis. Agamemnon decrevit, iis, qui essent proximi vel iuncti sanguine, et fortes viri, deberi. Conflictabantur simul Vlysses et Aiax Telamonius. Vlysses, tanquam vir facundus, dicendo haec ar-

ma evicit: quo nomine Aiax in insaniam versus, in castra Vlyssis irrupit, interficiens armentum: credebat enim Vlyssem se interfecisse cum suis militibus: postea reversus ad sanitatem, quum errorem comperisset, in silvam secedens sese interfecit. Vlysses forte fortuna comperto facinore, gladium ex corpore Aiacis extraxit, et cadaver sepeliit; porro et Teucer, frater Aiacis, quum cum in silva quaesisset, invenit Aiacis cadaver cum Vlysse: quare Teucer Vlyssem accusavit homicidii.

## CAPVT XII

*Legitima constitutio*) Hanc Hermogenes νομικὴν dicit, quod habeat σκέψιν τῶν νόμων, hoc est considerationem legum. In Topicis Novi status appellantur, et legitimae disceptationes.

*In scripto*) A scripto dicturi, secundum narrationem argumenta sumemus: a scriptoris collaudatione: a scripti recitatione: a percunctatione: scirentne adversarii id scriptum fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut in quolibet scripto, quod ad eam rem pertineat? A collatione, quid scriptum sit, quid adversarii se fecisse dicant, quid iudicem sequi conveniat, utrum id quod diligenter perscriptum sit, an id quod acute sit excogitatum? A contemtione: Si ea sententia, quae ab adversariis sit excogitata, et scripto attributa, contemnetur et infirmabitur. A quaestione: si quaeretur, quid ei obfuerit, si id voluisset scribere, ut non potuerit perscribere. A sententia et causa: quare id scriptor senserit, quod perscripserit; et demonstrabitur scriptum esse illud breviter et absoluto. Ab exemplis earum rerum, quae, quum ab adversariis sententia redderetur, et voluntas afferretur, a scripto potius indicatae sint. A periculo: si ostendetur, quam periculosum sit, a scripto recedere. A loco communi, contra eum, qui quum fateatur, se contra id, quod legibus sancitum, aut testamento perscriptum sit, fecisse, tamen facti quaerat defensionem. In defensione sententiae locis utemur: A scriptoris commoditate atque brevitate: quod tantum scripserit, quod necesse fuerit: illud, quod sine scripto intelligi potuerit, non necessario scribendum putarit. A fraudulenta interpretatione: si dicemus, non viri boni, sed calumniatoris esse officium, verba et literas sequi, negligere sententiam. Contra scriptum: quum id ostendemus aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non bono et aequo

posse fieri, quae omnia voluisse* scriptorem, quam rectissime fieri nemo dubitet: at ea, quae a nobis facta sunt, iustissime facta. A contraria sententia: si aut nullam esse proferemus, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus, et inferioribus sententiis, aut cum iure communi, aut cum aliis legibus communibus, aut cum rebus iudicatis dissentire. Ab enumeratione exemplorum, voluntate, et contra scriptum indicatorum. Ab enumeratione legum et stipulationum breviter excmtarum, in quibus intelligatur scriptorum voluntas et expositio. A loco communi, contra eum, qui scriptum retinet, et voluntatem scriptoris non interpretetur: ut pro Caecina Cicero, quum sententiam contra scriptum defendit.

*Ex contrariis legibus*) Graecis ἀντινομία. Strictior autem est ea, quae iubet, quam ea, quae permittit, et lex permittens cedit iubenti. Leges contrarias absolvemus, si videbimus, num quae abrogatio aut derogatio sit: utra lex ad maiores, hoc est ad utiliores, ad honestiores, ac magis necessarias res pertineat. Hinc quatuor regulas scriptores praecipiunt. Lex inferior cedit superiori. Lex specialis derogat generali. Lex humana cedit divinae. Leges veteres corriguntur aut abrogantur novis. Considerabimus, num leges ita dissentiant, ut altera iubeat, altera vetet: an ita, ut altera cogat, altera permittat. Vtemur nostrae legis expositione, recitatione, collaudatione. Exponemus contrariae legis voluntatem, et eam trahemus ad nostrae causae commodum. Sumemus de iuridiciali absoluta rationem iuris, et quaeremus partem iuris, utrum cum ea faciat.

*Ex ambiguo*) Ἀμφιβολία: potest esse et in accentu, Graecis, et in verbis, Latinis. Testator legavit Titio Taurum. Titius vult Taurum servum: heres vult bovem dare. Quinctilianus lib. VII ait: Testator legavit municipio statuam auream hastam tenentem; ambiguum, an statua sit aurea, an hasta. In ambigui tractatione quaerendum, et ostendendum, sitne ambiguum. Qua in quaestione, si fieri poterit, utraque pars ostendet, non esse ambigue scriptum, propterea quod omnes in consuetudine sermonis, sic uti soleant eo verbo uno pluribusve in ea sententia, in qua is, qui dicet accipiendum esse, demonstrabit. Quando scriptum esset, si id, quod adversarii interpretantur, scriptor fieri voluisset: quoniam considerato tempore, omnis ambiguitas facile removetur. Id, quod nos interpretemur, et fieri posse, et honeste, recte, lege, more, natura, bono et aequo fieri posse, quod adversarii interpretentur e contrario. Non esse ambigue

scriptum, quum intelligatur, utra sententia vera sit: illud ambiguum videri debere, cuius sententia an vera sit, dubitetur.

*Ex definitione*) Ορος: quum in controversia est, quo nomine factum appelletur: vel, quum aut de vocabuli interpretatione ostenditur: aut, quid sit res, quae in disceptationem venit, quaeritur. Definitione usuri, afferemus vocabuli brevem definitionem, et ad utilitatem causae accommodatam describemus. Coniungemus factum nostrum cum verbi interpretatione. Refellemus contrariae interpretationis rationem, si aut falsa erit, aut inutilis, aut turpis, aut iniuriosa.

*Ex translatione*) Μετάστασις, et μετάληψις. Iurisconsulti *Exceptionem* nominant: in translatione erit quaerendum, num aliquis eius rei actionem, petitionem, possessionem, aut exsecutionem habeat, quem non oporteat. Num alio modo, tempore, loco. Num alia lege. Num alio quaerente, aut agente. Haec autem fere omnia legibus et moribus, aequo et bono reperientur.

*Aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos*) Praeter haec tria, in libris de Inventione Cicero ponit legem, crimen, poenam et locum.

*In iure civili*) In iure praetorio. Potest et illud *civili* glossema esse; nam lib. I de Oratore: *Qui*, inquit, *tantummodo in iure, aut in iudiciis possit* etc. Et ibidem, aliquanto post: *Nam volitare in foro, haerere in iure* etc.

*Peculatus*) Est furtum rei sacrae, vel furtum publicum, dictum a *Pecore*, quum antiqui nil, praeter pecora, habebant. l. 1 cum seq. et l. Si quis perforaverit, ff. ad l. Iuliam peculatus. Inde *Peculati* et *Depeculati*, qui peculatus rei sunt.

*De loco privato*) Tunc temporis hoc erat dubium: nunc constat; Peculatum esse, quocumque ex loco pecunia publica tollatur.

*Praetoriae exceptiones*) Nam praetor, exposita causa, actionis formulam praescribebat.

*In publicis quaestionibus*) Maioribus homicidio, furto, adulterio.

## CAPVT XIII

*Ex ratiocinatione*) Συλλογισμός. quum id, quod scriptum non est, cum eo, quod est scriptum, componitur. In Ratiocinatione quaeretur, et demonstrabitur, ecquid in rebus maioribus, aut minoribus, aut similibus, similiter scriptum, aut iudicatum sit. Vtrum ea res similis sit ei rei, de qua agitur, an dissimilis. Vtrum consulto de ea rescriptum non sit, quod voluerit cavere, an quod satis cautum putarit propter caeterorum scriptorum similitudinem. Idcirco de hac re nihil esse scriptum, quod quum de illa re esset scriptum, de hac re is qui scribebat, dubitaturum neminem arbitratus sit. Neminem posse omnes res per scripturam amplecti: sed eum commodissime scribere, qui curet, ut quaedam ex quibusdam intelligantur. Aequitas rei, ut in iuridiciali absoluta.

*Agnatorum, gentiliumque*) Agnati, ex parte patris; et dicuntur usque ad septimum gradum: Gentiles vero, qui ultra illum gradum.

*Culleo*) Cum gallo, vipera et simia: ex lege Pompeiana. Culleus autem est saccus coreaceus, lupinus, non bovis, non equi: ut ex hoc severitas legis appareat: quae lupi corio, bestiarum omnium rapacissimi, ad hoc uteretur. Cicero in oratione pro Roscio Amerino: *Quum maiores nostri intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod non violaret aliquando audacia, supplicium in parricidas excogitaverunt: ut, quos natura retinere in officio non potuisset, magnitudine poenae a maleficio summo arcerentur: insui voluerunt in culleum vivos, atque ita in flumen deiici.*

*Certa lex in rem nulla*) Propria; quia neque accusatori, neque reo leges illae profuerunt, nisi ratiocinatione facta a simili. Sic Cicero de Inv. lib. II: *Hic certa lex, quae testamenti faciendi iis, qui in eo loco sint, adimat potestatem, nulla profertur.*

## CAPVT XV

*Iuridicialis constitutio*) Δικαιολογική. Quinctilianus *Qualitatis statum* vocat; quia totus sermo constitutionis est de iure, de aequo, de bono: non, an facta sit res aliqua, non quid sit factum: (nam de facto constat) sed, an factum bonum sit, an aequum, an contra; an iure, an iniuria; et in qua aequi et iniqui natura, et praemii, aut poenae ratio quaeritur.

*Absoluta*) Αντιληπτική, per se ἀντίληψις, simplex facti defensio, recte, aut iure factum esse: quae adversarii criminationi opponitur. Absolutae partes sunt: Naturae ius, quod cognationis, aut pietatis causa observatur, quo iure parentes a liberis, et a parentibus liberi coluntur. Sed naturae quidem iura minus ipsa quaeruntur ad hanc controversiam: quod neque in hoc civili iure versantur, et a vulgari intelligentia remotiora sunt; ad similitudinem vero aliquam, aut ad rem amplificandam saepe sunt haec inserenda. Legis ius, quod populi iussu sancitum est: ut, *in ius quum voceris, pareas magistratui.* Consuetudinis ius, quod sine lege, aeque ac si legitimum sit, usitatum est: ut, *Id, quod argentario obtuleris expensum, a socio eius recte repetas.* Iudicatum, de quo aut sententia lata est, aut decretum interpositum: ea saepe diversa sunt, ut aliud alii iudici, aut praetori, aut consuli, aut tribuno pl. placitum sit: et fit, ut de eadem re saepe alius aliud decreverit, aut iudicaverit. Ex aequo et bono ius constat, quod ad veritatem, et utilitatem communem videtur pertinere: ut, maior sexaginta annis, et cui morbus causa est, cognitorem det. Ex pacto ius, si quid inter duos, vel plures convenit: quod iam ita iustum putatur, ut iuri praestare dicatur.

*Assumtiva*) Αντιθετική, ἡ προσληπτική, extrinsecus; quum per se defensio est infirma. In hac Cicero versatur, quum, Clodium ex usu totius reip. et interfectoris gloria oppressum, multis argumentis probat.

*Concessio*) Ομολογία et συγγνώμη, venialis; quum nobis ignosci postulamus: vel, quum non factum ipsum improbatur ab reo, sed ut ignoscatur, petit.

*Fortunam*) Casum, ut ait Cicero de Inventione; quum dicimus, aliquam fortunae vim voluntati obstitisse. Locis his ute-

mur, quum causa facti in fortunam conferetur. Num per culpam in fortunam reus inciderit: num culpam fortuna praecesserit. Vtrum is, qui in fortunam causam conferet, expertus autem fuerit, ne in casum concideret. Quae suspiciones ex coniecturali causa trahi possunt, quae declarent id, quod per fortunam accidisse reus dicet consulto factum esse.

*Imprudentiam*) Quum is qui arguitur, negat aliquid scisse. In imprudentia quaeremus, utrum potuerit scire, an non potuerit, id quod per ignorantiam se fecisse confitebitur. Num data sit opera, ut sciretur, an non. Vtrum casu nescierit, an culpa; nam, qui se propter vinum, aut amorem, aut iracundiam fugisse rationem dicet, is animi vitio videbitur nescisse, non ignorantia. Per constitutionem coniecturalem: utrum scierit, an ignoraverit: satisne imprudentia praesidii debeat esse, quum factum esse constet.

*Necessitudinem*) Vim, sive velimus, sive nolimus, nos cogentem: quum reus defenditur fecisse id, quod fecerit, vi quadam. Habent magnam vim Fortuna et Necessitas; inde Proverbium Βίαιόν τι ἡ τύχη, καὶ ἀνάγκη: *Violentum quoddam fortuna et necessitas.* Differt autem Fortuna a Necessitate, quod Fortuna est impedimento, ne fiat, quod fieri oportuit; Necessitas autem cogit. In Necessitate considerandum erit, utrum per culpam ventum sit in necessitudinem. Num culpam veniendi necessitudo fecerit. Quo modo vis illa vitari potuerit, aut levari. An is, qui in necessitudinem causam confert, expertus sit, quid contra facere, aut excogitare posset. Num quae suspiciones ex coniecturali constitutione trahi possint, quae significent id, quod necessario accidisse dicitur, factum consulto esse. Si maxime necessitudo quaepiam fuerit, conveniatne eam satis idoneam causam putari, quae id facere compulerit. Loci autem communes in his tribus Concessionis partibus sunt: Accusatoris, quum dicet contra eum, qui, quum se peccasse confiteatur, et tamen diutius oratione iudices demoretur, quo minus iudicii sententiam ferant. Defensoris, quum dicet, humanitatem, misericordiam, voluntatem in omnibus rebus spectari convenire, et, quae consulto facta non sint, ea fraudi esse non oportere.

*Deprecatio*) Συγγνώμη, quum non defensionem facti dicimus, sed veniam petimus. Subsidium hoc est fragile et miserum. Neque meretur dici Status vel pars alicuius constitutionis: nam desinit controversia. In Deprecatione ignoscendi ratio quaeritur ex his locis. A comparatione: si plura aut maiora officia, quam

maleficia, videbuntur constare; hoc modo: *Vir fortis et animosus est, qui pro populi R. honore ex auctoritate senatus gravissima bella gessit.* Ab attributis personae: si qua virtus aut nobilitas erit in eo, qni supplicabit. A causa rationativa: si qua spes erit, usui futurum, si sine supplicio lis cesserit: si nihil ab eo periculi nobis futurum videbitur, ubi eum missum fecerimus. Ab honesto: si ipse ille supplex, mansuetus et misericors in potestatibus ostendetur fuisse. Ab excusatione: si ea, quae peccavit, non odio, non crudelitate, sed officio, et recti studio commotus fecit. A simili: si tali de causa aliis quoque ignotum esse dicemus, ut M. Marcello et aliis. A laudabili: si nulla, aut nostris civibus, aut ab aliqua civitate, vituperatio ex ea re suscipietur: ut Cicero pro Ligurio facit, ostendens, Caesari laudi futurum, si eum sine supplicio cum bona gratia dimittat. Loci communes huius causae. Defensoris, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione: in quibus versatur Cicero, quum pro Ligario et Deiotaro dicit. Accusatoris, quum his locis omnibus, cum propriis, tum communibus ex contrario, cum amplificatione et enumeratione peccatorum utetur.

*Ex translatione criminis*) Hermogenes, ἀντέγκλημα, accusatio adversarii: alii, relatio criminis, id est retorsio quum reus, id, quod arguitur confessus, alterius se inductum peccato, iure fecisse, demonstrat. Sic Caesar apud Lucanum:

*Ille erit, ille nocens, qui me tibi fecerit hostem.*

Translationem vocat, quoniam causa facti in personam aliam transfertur. Est autem vel extra qualitatem, ut in coniectura: ut in Apologia Socratis apud Platonem, quum accusatus esset, quod iuventutem corrupisset; defenditur Socrates, quod non corruperit, sed potius iis praecepta ethica, quibus vita instituitur, tradiderit: deinde retorquetur crimen in sophistas, quod illi iuventutem corruperint: quoniam ἀκολασίαν tradiderint illis, et tyrannidem occupare docuerint. Vel est in qualitate, quum in adversarium causam transferimus; idque vel in personam vivam, ut in oratione pro Quinctio et Milone; vel in mortuam, ut Orestes caedem matris in ipsam transfert. Differt Translatio a Remotione, quod in Translatione in alium culpam conferimus, in Remotione a nobis culpam removemus, nec alium criminari conamur. In Translatione tam ab actore, quam a reo diligenter quaerendum est: Iurene in alium crimen transfera-

tur: ut in causa Orestis, primum quaerendum est, an Clytemnestra Agamemnonem per insidias occiderit: nisi enim factum esse constet, nihil Oresti translatio criminis proderit. An aeque magnum sit illud peccatum, quod in alium transferatur, atque illud, quod reus suscepisse fateatur: ut, num aequale crimen sit Clytemnestrae, quod ei patrem necaverit, Orestis crimini, qui eam occidit. Oportueritne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit. Turpe autem et indignum putant magni rhetores, eos consectari imitando, quos apud iudices improbamus, *Si nulla valebat apud te excusatio unius peccati Clytemnestrae, cur ipse simile committebas?* Oportueritne iudicium ante fieri, priusquam patris ulciscendi causa supplicium de matre sumsisset. Quum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit. Loci communes in Translatione: Accusatoris, quum dicet contra eum, qui plus censeat vim, (quam Clytemnestrae Orestes intulit) quam iudicia valere oportere; et ab adversariis percunctabitur, quid sit futurum, si caeteri quoque de indemnatis supplicia sumant, quod eos idem fecisse dicat, quos accusat, et dicet: *Quid, si accusator idem facere voluisset? Quid, si eadem ratione Menelaus Orestem indemnatum necasset?* Defensoris, si proferet eorum peccati atrocitatem, (ut Orestes Clytemnestrae) in quos crimen tsansfertur; rem, locum, tempus ante oculos ponet, ut ii, qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse utile rem in iudicium venire.

*Ex remotione criminis*) Μετάθεσις, quum eius intentio facti, quod ab adversario infertur, in alium, aut in aliud dimovetur. Id fit bipartito; nam vel in hominem, vel in rem, ob causam facti, sive culpam removemus. Si causa conferetur in hominem, quaeretur, potueritne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem causa confertur. Quonam modo aut honeste, aut sine periculo potuerit obsistere. Si maxime ita sit, num ea re concedi reo conveniat, quod alieno inductu fecerit. Ex coniecturali controversia, num consulto factum sit, nec ne. Si conferetur in rem, et haec eadem fere, et omnia, quae de Necessitudine dicta sunt, erunt consideranda.

*Ex comparatione criminis*) Ἀντίςασις rei cum re alia quasi compensatio: quum aliquod factum, quod per se ipsum non sit probandum, ex eo, cuius id causa factum est, defenditur; quum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, et id, quod

fecerimus, satius fuisse facere. Sic Epaminondas Thebanus, quum magistratum imperatorium sibi contra leges prorogasset, interea temporis vicit hostes, et paravit Thebanis regnum. Inventus tamen fuit osor, qui eum accusaret, quasi contra leges magistratum tenuisset. Hic se defendit comparatione, nempe melius fuisse, agere contra leges et parare victoriam, quam obediendo legi servire. Sic Scipio Nasica sese defendit, quum contra leges Gracchum interfecerat. Additur autem Comparatio in Concessione; quoniam ipsa per se infirma est, ideoque adiuvanda comparatione, quae necessitatem ostendit. Si ex comparatione causa constat, quaeri convenit, utrum fuerit utilius ex contentione, hoc est, utrum facilius, venustius, conducibilius. Potuisset dicere Pompeius: *Quaero a vobis, iudices, utrum satius fuerit, arma dumtaxat, an magna cum clade exercitum amisisse.* Ipsumne oportuerit iniussu Senatus populique R. iudicare, utrum fuerit utilius, an aliorum fuerit utilius statuendi potestas. Ex constitutione coniecturali, quum, suspicione interposita, quare putari debeat non ea ratione factum esse, quo melius deteriori anteponeretur: sed dolo malo negotium gestum. Potueritne vitari, ne in eum locum veniretur, ne ab hostibus exercitus obsideretur. Hic autem a defensore ex contrario refelletur argumentatio coniecturalis aliqua probabili causa, quod temere de illo suspicentur homines. Loci communes in Comparatione: Accusatoris, in eum, qui inutile utili praeposuerit, quum nec statuendi, nec paciscendi cum hostibus habuerit potestatem. Defensoris, per conquestionem, contra eos, qui aequum censeant, rem perniciosam utili praeponi: et simul quaeret ab accusatoribus et ab iudicibus ipsis, quid facturi essent, si in eo loco fuissent, et tempus, locum, rem, deliberationem suam ponet ante oculos.

## CAPVT XVI

*Quae constitutiones*) Nullam fecit mentionem de controversia, quae est de ratione praemii aut poenae. Cicero tamen de Inventione posuit eam sub iudiciali, vel divisit. Iudicialis alia est de natura aequi et iniqui; alia, praemii et poenae. Iudicialis aequi et iniqui distributa est in species suas; quare merito fit

quaestio, sub qua earum specierum comprehendi debeat. Controversia de ratione praemii est, in qua quaeritur, cui praemium facti detur. Controversia de ratione poenae est, in qua quaeritur, cui facto, quaeve poena debeatur. Considerans igitur, quod relatio poenae nihil aliud est, quam relatio criminis, id est redditio poenae, intendit hic eam ponere sub relatione, quae species est assumtivae. Sicut autem est redditio criminis, id est, pro crimine poenae addito, ita est relatio praemii, id est redditio praemii pro facto aliquo honesto sub relatione.

*Constitutione reperta*) Tria necessaria dicit ad iudicationem inveniendam, *Statum*, *Rationem*, atque *Firmamentum*. Conferendus bic locus cum loco libri I de Inventione, ubi plura sunt, et aliter tractata. Status, ex intentione accusatoris ac depulsione rei nascitur.

*Ratio*) Facti defensio, αἴτιον; si videlicet de facto constet, nec tamen ulla facti afferatur ratio.

*Inventa ratione*) Docet, quid faciendum sit ab accusatore: et statuit de accusatione et de eius firmamento.

*Firmamentum*) Σύνεχον, καὶ αἰτία, alii, *Continens*, quo ratio labefactatur. Confirmatio rationis ex parte accusatoris.

*In omnibus constitutionibus*) Conclusio: omnium constitutionum iudicationem eadem inveniri posse ratione, praeterquam in coniectura; quoniam enim in ea factum negatur, ideo nec ratio, quare fecerit, nec firmamentum, quia nulla subest ratio, exquiritur.

*Intentione*) Graeci, κατάφασιν; ubi factum, quod in iudicium venit, obiicitur.

*Infitiatione*) Graeci, ἀπόφασιν; ubi factum negatur, et, qua, quid intenditur, negando impugnatur.

*Si plures erunt* etc. Omnis causa vel habet unum tantum statum, ut in Rosciana, *an Sex. Roscius patrem occiderit;* vel plures, ut in Miloniana; nam primum quaestio est, *an Clodius iure sit occisus:* qui qualitatis et praecipuus illius causae status est; deinde status coniecturalis ad qualitatem probandam assumitur: quia scilicet *insidiator fuerit.* Status quatuor, sunt, qui faciant. Ego tres puto.

*Coniecturalem*: sit, nec ne; *Legitimum*, sive definitivum: quid sit; *Iuridicialem*, qui a Quinctiliano *Status Qualitatis* dicitur: quale sit. Horum partes quae sint, et quo modo eas tractari conveniat, docet libro II.

IN IV LIBROS

# RHETORICORVM

AD

# C. HERENNIVM

## ALDI MANVTII

## COMMENTARIVS.

### LIBER SECVNDVS

### CAPVT I

*Quibus officiis*) Quibus partibus officii: inventione, dispositione, elocutione, pronuntiatione et memoria.

*Qua ratione*) Quibus praeceptis: arte, imitatione, exercitatione.

### CAPVT II

*In causa coniecturali* etc. Hactenus docuit, cognoscere constitutiones per definitionem, divisionem et exempla. Nunc ostendit arguere in quavis constitutione sine forma; et mox cum forma; postremo vitare vitia argumentationis constitutionum; et primo in coniecturali constitutione, quippe in qua laboriosum est probare: nam in ea negatur factum: quare, quemadmodum agens de causarum generibus praemittit iudiciale, quasi difficilius; item, de partibus officii quum tractat, prius agit de inventione, quae caeteris difficilior est cognitu; ita nunc, tractaturus de constitutionibus, coniecturalem nimirum proponit; illa

enim plurimum iuvat. Locos autem, qui ei conveniant, enumerat. Et *Locus* est, sedes vel propositionis, vel argumenti: *quo verbo per metaphoram utimur*, ut ait Cicero in Topicis; nam, sicut res abdita, ostenso loco, invenitur: ita, quae propositiones, rhetoricaque argumenta in propositionibus latent, per locos cognoscuntur. Trahuntur loci ab attributis, rebus, negotiis, personis: et sic qualitas, habitudo, vis, conditio, quae in rebus, personis, negotiis inest, per locos eruitur. Suntque duplices, *communes* et *proprii*. Communes trifariam dividuntur. Aliqui sunt principales, vel κεφαλικοί, nam κεφάλαια apud Graecos *Capitalia* dicuntur: et hi sunt propositionum sedes, quia ex illis locis conveniens ad causam propositam trahitur propositio: et in his, tanquam in sedibus quiescunt propositiones controversae: dicunturque *communes*, quod conveniant et accusatori et defensori, cuiusque personae ratione habita. Alii sunt loci secundarii, quos alii *approbativos* dicunt: et illi dicuntur argumentorum sedes, quos nominat *topicos:* quia ex illis propositionibus, quas in controversia invenimus, trahuntur argumenta, quos locos tractant Dialectici: et illi etiam dicuntur communes, quod nemo ignorat: quia sunt thetici, id est generales, ad nullum negotium adstricti. Tertio dicimus locos communes, usurpatione quadam, ut quum per communia amplificamus. Accusator crimina attollit, accendit animum iudicis: defensor crimen attenuat, movet affectus, miserationem; et hos locos communes habet genus demonstrativum. Alii sunt loci proprii, qui ex ipsis in individuo negotiis eruuntur; quo nomine accusator suos proprios locos habet, non convenientes defensori: et ita defensor proprios. Hermogenes omnem coniecturam in simplicem et coniunctam dividit: et utramque rursus in perfectam, atque imperfectam. Perfecta est, et duplex, quum persona, et res argumenta suppeditant, ut in causa Sex. Roscii, quae ἀντικατηγορίαν habet: et huius coniecturae Hermogenes decem locos enumerat. Imperfecta est, quum vel a persona argumenta te deficiunt: ut, quum ignotus in solitudine occisum sepeliisse deprehenditur; huiusmodi tamen personis rhetores exercendi causa in suis declamationibus utuntur. Hermogenes dicit, coniecturam simplicem, scilicet imperfectam, ex solis personis non constare. Vel est imperfecta, quum res ipsae desunt, et a solis personis coniectura sumitur: ut, Vir fortis moritur, non sine veneni signis: domi habet novercam, et captivam pellicem, quae se mutuo accusant. Hic a voluntate atque facultate sola argumenta sumun-

tur: caetera ισαζοντα. Addit Hermogenes coniecturarum coniunctarum subdivisionem: quod omnis coniectura coniuncta ςοχασμὸς διπλος, vel est εμπίπτων *intercurrens*, quum in media causa oritur nova quaestio, quam per locos omnes perfecte tractari necesse est: vel est προκατασκευαζόμενος, *anticipata*, id est, ante expedienda, quam ad τὸ κρινόμενον, et ipsius causae absolutionem veniamus; einsmodi sunt dialecticorum προσυλλογισμοὶ, quibus τοὺς συλλογισμοὺς confirmare solent. In hac quaerendum est, ςοχαςικῶς ὡς ὄν, ἢ οὐκ ὄν. Vel est συγκατασκευαζόμενος, *comprobata*, quum indicia rei sese invicem mutuo confirmant. Superiora duo quaestiones quidem habuere coniunctas; sed hoc tertium probationes etiam coniunctas habet. Haec tria genera Hermogenes vocat ςοχασμοὺς συνεζευγμένους, quoniam quaestiones habent coniunctas. Exempla omnium sunt apud Hermogenem.

*Narratio accusatoris*) Narrationum genera tria facit Hermogenes. Vnum, απλοῦν, *simplex*, quum res omissis suspicionibus atque circumstantiis narratur. Alterum, εγκατασκευον, quum propriis rerum notis, hoc est circumstantiis, rationibus, consiliis, signis, suspicionibus, cogitationibus personarum, res exponitur, ideoque λογικόν appellatur. Tertium εκφανές vocatur, id est narratio illustris et aperta, horum altero accusator, primo defensor utitur, postremum ad narrationis qualitatem pertinet.

*Suspiciones interiectas*) Id est, originem suspicionum: ita narrare oportet, ut ab ipsa narratione videantur oriri suspiciones, id est coniecturalia argumenta. *Interiectas*, interpositas. Hermogenes dicit σύλληψιν τῶν ἀπαρχῆς ἄχρι τέλους, id est, *eorum omnium, quae rem probabilem faciunt, uno in loco condensationem, atque comprehensionem.*

*Dispersas*) Non continue positas. Dispersio, quum narramus singula, sed locis diversis. Differunt haec duo loco tantum: nam interiectio uno in loco circumstantias omnes condensat: dispersio singula ponit sine connexione, κατὰ χωρισμὸν, ideoque non in uno loco.

*Simplicem*) Sine subiectione causae: non enim oportet defensorem causam subiicere, in narratione, cur non fecerit, quod ab accusatore fecisse dicitur, sed omnia debet, simpliciter sine adiunctione causae negare. In hac enim nullis opus est signis, quoniam factum negatur.

*Dilucidam*) Probabilem; partim docilitatis retinendae, partim offensionis vitandae gratia, quae saepe ex obscuritate nasci-

tur; nam. quidquid est obscurum, id offendit auditorem, quoniam intelligentiae officit, ideoque etiam attentionem avertit.

*Cum attenuatione suspicionis*) Suspicionem attenuando: quod fit et penitus negando, vel contrarium ponendo: ἀφαιρεσίν: quae fit tribus modis, ἀρνήσει, μεταθέσει, πιθανολογίᾳ. Ἀρνησις, *negatio* causae: ut, quum accusator dicit te aliquid fecisse odio aut invidia: tu, non invidia, sed imprudentia fecisse dices. Μετάθεσις *causarum transpositio*: ut: *Venisti in eum locum, ut occideres. Non ideo veni, sed ut amicum convenirem.* Πιθανολογία, *defensio violenta*; ut: *Occidisti fratrem meum, quia sepelivisti: Non sepelivi, quia occiderim: si enim occidissem, tam diu ibi permanere non fuissem ausus.* Μετάθεσις igitur huic probationi saepe subvenit. huc etiam ἀναστροφή, *conversio*, referenda est: *Omnes, qui aliquem occiderunt, aut irati aut inimici fuerunt: non autem omnis iratus aut inimicus occidit.*

*Probabile*) Probabile dividitur in causam, quae induxit ad maleficium, commodorum spe, aut incommodorum evitatione: et in personam, a qua coniectura capietur, si res, quae personis attributae sunt, diligenter considerabuntur: ut sunt genus, natio, patria, sexus, aetas, educatio, disciplina, habitus, fortuna, natura, conditio, studium, facta, dicta, consilium, nomen etc. Coniecturae a causis sumuntur, duae: Impulsio, quae sive cogitatione per quamdam affectionem animi, facere aliquid hortatur: ut amor, iracundia, aegritudo, vinolentia, et omnino omnia, in quibus animus ita videtur affectus fuisse, ut rem perspicere cum consilio et cura non potuerit, et id, quod fecit, impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerit: ut, *Clodius oderat Milonem: cupiebat igitur eum extinctum esse.* Ratiocinatio est diligens et considerata faciendi aliquid, aut non faciendi excogitatio. Ea dicitur interfuisse tum, quum aliquid faciendi, aut non faciendi certa de causa vitasse, aut secutus esse animus videtur: ut, si amicitiae causa quid factum dicetur: inimici ulciscendi, gloriae, pecuniae, aut alicuius retinendi, augendi, et horum similium causa. In causis autem quaeritur, num quod commodum maleficio reus adquisierit, num honorem, num pecuniam, num dominationem, num aliquam cupiditatem aut amoris aut huiusmodi libidinis voluerit explere. Aut num quod incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium. Probabile, Graecis πιθανότης, per quod probatur, reo expedire peccare. Dividitur in Causam et Vitam. Causa est, τὸ τοῦ πράγματος αἴτιον, qua quis ad facinus excitatur. Et inter

causas praestantissimae sunt *Finalis* et *Efficiens*. Finalis vel in bonis rebus, λῆψις τῶν ἀγαθῶν, *comparatio bonorum:* quam hic spem commodorum appellat: vel in malis, ut ἀποβολὴ τῶν κακῶν, *evitatio malorum:* de quibus Aristoteles Rhetoricorum lib. II. Efficiens etiam duplex est: bona, ut spes et cupiditas consequendi: mala, ut metus aliquid evitandi: hic cum illa semper est coniunctus. Vita, βίος προσώπου: nam, sicut naturalium rerum experientia facultates docet; sic et hominis actiones, qualis sit eius vita et animus, ostendunt.

## CAPVT III

*Eam vehementer extenuabit*) Valde tenuem faciet: ut Teucer accusat Vlyssem, invenissem cum gladio cruento in silva, ubi mortuus erat frater; in qua re negabit factum Vlysses, si poterit; sin minus, dicet, oportuisse eum habere arma transeuntem per loca periculosa; et si dixerit Teucer: *At eras Aiaci inimicus gladiatorius*, respondebit Vlysses: *Non magnam admodum inter eos fuisse inimicitiam.*

*Vt ad eam causam peccati*) Esset enim inutile et ridiculum, et noceret accusatori, si, quum arguit reum homicidam, pro argumento assumeret mollitiem suam: vel, si accusaretur adulterii, opponeretur ei bellicositas.

## CAPVT IV

*Collatio*) Graecis ἀντίθεσις, ἡ ἀντεξέτασις, quae est comparatio, et personarum inter se quasi quaedam examinatio. Inquirit enim, ad quam personam factum proprie pertineat: duasque habet partes, ἐξέτασιν, accusatoris, et ἀντεξέτασιν, defensoris. Posuit Collationem ante signum: nam in hac signum comprehenditur.

*Signum*) Non τὸ σημεῖον, sed περίστασις, id est ea, quae cum negotio coniuncta sunt. Signum autem est duplex, *verum* et *verisimile*. Verum, si mulier sit praegnans, verum est, eam cum viro concubuisse. Verisimile, ut de Aiace, quem occidisse accusatus Vlysses, ex signis iam dictis.

*In partes sex*) Quarum una deficiente, non bene probatur.

## CAPVT V

*Argumentum*) Σημεῖον, firmius et vehementius, quam Signum, et est probatio signis plena: si propria et necessaria, τεκμήριον: si quasi propria, εἰκὸν dicitur.

*Certioribus*) Firmioribus: quia primae figurae argumenta certiora sunt, quam secundae: et universale certius est particulari, aut eo, quod multas habet exceptiones.

*Signa*) Nam signa suspicionem et coniecturam efficiunt, atque sunt in iis ipsis causis quasi tacita criminum testimonia et graviores confirmationes.

## CAPVT VI

Approbatio, συγκατάθεσις, θέσις ἢ ἔλεγχος, vehemens confirmatio, qua utimur, suspicione confirmata signis, argumentis, consecutione. De Inventione: *Approbatio est, per quam id, quod breviter quaesitum est, rationibus affirmatum probabilius et apertius fit.*

*Ad extremum*) Hoc enim cuilibet partium praedictarum non contingit. Vel quia duplex est approbatio, vel augendo, vel probando delicto: nunquam vero potest augeri, nisi prius sit probatum. Vel quia, postquam est probata propriis argumentis, tunc tandem sumendi sunt loci communes.

*Accusatoris*) Graeci, πίςεις ἀτέχνους, *locos inartificiales*, qui fidei faciendae facultatem praebent, et extra causam sumuntur.

*Defensoris*) Nam accusator saevitiam habet propositam, defensor misericordiam iudicis. Igitur accusator primum communi utetur loco θέσει, malorum misereri non oportere: deinde αὐξήσει, *amplificatione*, quae saevitiae causa est efficiens. Defensor autem primum misericordiam captabit, indicatione rerum miserendarum: deinde utetur διαβολῇ, *criminatione* adversarii: accusatorem calumniis agere, non veritate causae niti: non enim semper misericordiam movent res miserabiles, nisi innocentia appareat rei, quae ex falsa accusatoris relatione demonstratur.

*A testibus* ) Testes, Graecis μάρτυρες, qui et ab accusatore et a reo dari possunt: et ille quidem pro testibus dicet, a quo producuntur: contra testes vero is, contra quem producuntur. Duo autem in testibus spectanda, *persona* et *oratio*. In persona auctoritas est et vita, auctoritas bona hominis existimatio est, ab aliqua profecta virtute: quae vel aperta est, ut civilis atque militaris; vel occulta, ut intellectus, artes, scientiae. Vita vel turpis et infamis est, vel honesta et sine crimine transacta. In oratione testium est constantia, vel contra.

## CAPVT VII

*A Quaestionibus* ) Quaestio Graecis, ὑποξέλευσις, βάσανος, καὶ ἐφεύρεσις; est enim inquisitio sceleris, quae fit explorando per cruciatum ac torturam: ideoque λογός ἐςι ἀκούσιος, *oratio extorta et invita*.

*Ab argumentis et signis* ) *Argumenta* et *Signa* duplicia sunt; nam vel sunt ἀναγκαῖα, *necessaria*, quae in coniectura dicuntur τεκμήρια, id est propriae rei notae, quibus adversarius resistere non potest. Vel sunt ἔνδοξα, καὶ σημεῖα, *probabilia*, de quibus haesitari potest: quae singula, et seorsum posita, firma non sunt, sed coniuncta in concludendo valent. Horum etiam diversa est tractatio; nam ab argumentis accusator dicet, qui sua unum in locum condensabit: contra argumenta defensor, qui ab accusatore coniuncta atque condensata distrahet, ut reprehendere singula melius possit. Tractatio prior habet primo αὔξησιν: minus enim magna et probabilis res ita explicanda est, ac si maxima, atque necessaria esset. Deinde σύγκρισιν, plus signis et argumentis credi oportere, quam testibus; id enim, quod verum est, ut sunt argumenta, atque signa, semper est unius-modi: testes autem corrumpi posse, vel pretio, vel gratia, vel metu, vel simultate. Pecunia facile avarus corrumpi potest propter cupiditatem, qua a natura flagrat, pauper vero, propter egestatem: est enim auri sacra fames. Gratia est, benevolentia erga eum, qui plus potest, quam nos. Metus est, erga eos, qui sunt superiores, ut divites, nobiles, et qui sunt in magistratu; a quibus vel bonum, vel malum inferioribus potest contingere. Ita metus potentiam respicit, ut benevolentiam gratia. Simultas est, privatum odium et invidia, in-

dignatio et offensio privata. Horum in orationibus Ciceronis passim sunt exempla. Tractatio defensoris τριμέρης, *tripartita*, est. Primum enim θέσει διαβουλητικῇ utetur, loco communi sumto a causa finali, vel effectu generali: in causis enim coniecturalibus argumenta vera pariunt γνῶσιν, *cognitionem*, falsa vero ὑποψίαν, *suspicionem*. Dicet igitur defensor, argumenta magis esse suspicionis et falsitatis, quam veritatis indicia: quia nihil non possit suspicionibus criminari. Deinde utetur ὑποθέσει ὁρισμένῃ, καὶ ἀνασκευαστικῇ: omnia enim argumenta vel refutari possunt, vel non possunt refutari, sed infirmari. Si igitur suspicio aliqua argumentis, quae infirmari possunt, facta sit, argumenta separabit, ac singula seorsum reprehendet, ut extenuet suspicionem, et eam in quemvis convenire alium posse dicat. Tertio loco utetur ἀπαιτήσει τῶν ἐλέγχων κατὰ σύγκρισιν, ἢ ἀντεξέτασιν, contra adversarii comparationem: testibus potius, quam argumentis, credi oportere: et, si testibus credendum non sit, minus argumentis esse credendum.

## CAPVT VIII

*A Rumoribus*) Rumor et Fama a Graecis φήμη dicitur. Differunt autem secundum maius atque minus: quia fama inter multos est, rumor vero inter paucos. Qui a rumoribus dicet, tripartitam habebit methodum, quae circa causas versabitur efficientes. Primum igitur utetur sententia γενικῇ, ἠθετικῇ generali, quae causae quidem verae affirmationem habet, sed ανωνυμης: rumores non oriri temere, sed consensum civitatis, et velut publicum testimonium esse. Deinde ὑποθετικῇ, quae propria huius loci est: in quo causa efficiens est neganda, *Nullam fuisse causam, quare quispiam confingeret*. Tertio ὁμολογικῇ, quae συλλογισμῷ confirmanda erit, ut, *Verum quidem esse, falsos aliquando esse rumores, sed in nostra tamen causa id non esse*. Qui contra rumores dicet, tractationem habebit copiosiorem, quae plus ingenii atque exercitationis requirit: primum enim utetur παραδείγμασι, *exemplis*, quibus ostendet, rumores plerumque esse falsos, praesertim quum sine auctore sunt, qui a Cicerone ἀδέσποτοι appellantur: quando ignoratur, a quo nati aut dissipati sunt. Haec tractatio θετικὴ generalis est, quae ad ὑπόθεσιν

usque descendet. Omnia autem exempla vel sunt vetera, vel horum temporum: eaque vel nostrae reip. vel aliarum gentium: quibus omnibus contra rumores uti licebit. Deinde διαβολῇ, quae causae investigationem habebit: rumores falsos dispersos esse sine ullo certo auctore, cui malignitas initium dederit, incrementum credulitas, quod nulli non etiam innocentissimo posset accidere, fraude inimicorum falsa vulgantium. Tertio, τῷ ἤθει, quod εὐτραπελίαν habet, id est *risum*, et *urbanitatem*, quae vel in veris vel in rebus fictis erit. Vtriusque uti licet: sed in veris observandum est, ut ἦθος nostrum appareat: quum dicemus rumori illi nos non credere, ut etiam rumori de nobis non credatur. Postremo utetur τῷ συλλογισμῷ, qui ex supradictis locis sumetur: ut famae fidem poterimus abrogare, si rumor vehementer probabilis esse videatur.

*Quod et difficillima* etc. Tria facit in hoc Epilogo. Primum causas ostendit, cur diligentius de coniectura praeceperit: deinde ad exercitationem hortatur, sine qua nihil proficimus: tertio ad legitimae constitutionis partes transitione accedit. Causas suae diligentiae duas ostendit. Prior est difficultas, quia difficile est, rem signis atque argumentis comprobare, aut comprobatam negare. Altera est rerum qualitas, quoniam coniectura in causis veris saepissime est tractanda. Quia autem hic de exercitatione mentionem facit, pauca de ea dicamus. Graeci dicunt μελέτη πάντα δύναται: nihil enim recte absque exercitatione perficitur; sunt enim praecepta nuda, quae non perficiunt artes, sed ad easdem viam tantum aperiunt. Praeceptis igitur cognitis, mox exercitatio, atque usus accedere debent: quae differunt inter se, quod hic est in rebus veris atque seriis, quum iam in foro versamur: illa vero in rebus fictis, sed tamen quasi veris ac seriis, quae scholis convenit: est enim exercitatio rei non seriae, tanquam seriae diligens et diuturna tractatio. Constat haec definitio ex materia, causa efficiente et qualitate. Materia est, res non seria, tanquam seria: causa efficiens est, tractatio; qualitas, quae differentiam ostendit, est diligens et diuturna: haec hoc in loco vocatur exercitationis assiduitas: ἄσκησιν, Sophistae; qui in scholis se exercebant, μελέτην appellant: quae a meditatione incipit, et in actione consistit. Sunt autem partes eius tres: meditatio, stilus, declamatio. A meditatione, ut dixi, incipiendum est, quae fit cogitatione, ideoque deliberandi tempus habet. Hanc stilus sequi debet, qui est artificiosa rei tractatio, quae in scriptione est posita. In hoc et assiduitas et

constantia requiruntur, donec habitus confirmetur. Vbi iam satis scribendo nos exercuimus, ad declamandum accedemus. Est autem *declamatio*, oratio subita. Qui hunc ordinem non observat, nihil unquam laude dignum efficiet. Sed est triplex exercitationis materia, *dialectica*, *physica*, *ethica*. Dialectica est, quum de genere, proprio, definitione, accidente est quaestio. Haec oratori non multum afferre adiumenti potest. Physica est, quum de principiis, ac natura rerum disputatur: haec etiam parum oratori prodest. Ethica est, quum de iis disseritur, quae in vita moribusque hominum versantur: ut honestum, turpe, utile, inutile, iustum, iniustum etc. Haec oratori maxime est conveniens atque utilis: quoniam argomenta in utramque illi partem suppeditant: praesertim quum sunt ὑποθετικὰ, idest circumstantiarum complexum habent; ideoque in illis orator sese propter copiam praecipue exercebit. In orationibus igitur conscribendis primum de quaestione statuque causae cogitabimus: deinde ad capita, quibus probanda quaestio est, progrediemur: postremo locos generales investigabimus. Atqoe haec ad inventionem pertinent, quae quom diligenter meditati sumus, de collocatione cogitandum est, quo unumquodque loco dicere atque collocare velimus. Quum enim haec pars ex causae visceribus ducatur, videndum est, quibus in omnibus orationis partibus uti sententiis conveniat. Postrema cura elocutionis est, ut consideremus, quibus verbis, quibusve sententiis, ea, quae invenimus, eloquamur; in qua non minori cura atque diligentia opus est, quam in prioribus partibus. Neque enim eadem oratio rebus omnibus convenit. Meditationem stilus sequitur, in quo maior adhibenda diligentia erit, quoniam in eo emendationi locus est. In scriptione sex praecipue observanda sunt praecepta, si aliquid laude dignum velimus conscribere. Primum est, ut Latina sint, qoae scribimus, non barbara. Vt enim prima, ita fere praecipua orationis virtus est puritas: quam nostri Latinitatem, Aristoteles Ἑλληνισμὸν appellat. Alterum est, ne quid desit, quod non modo in toto corpore, verum etiam in singulis membris, atque partibus vitiosum est. Desunt vel res ipsae, vel verba, quae rerum notae sunt: emendatur hoc vitium virtute contraria, προσθέσει. Tertium est, quod ἀφαιρέσει corrigitur. Quartom est, ne quid deterius ponatur; cui vitio ὑπαλλαγὴ succurrit, sub qua priores duae virtutes, τοῦ καλοῦ πρόσθεσις, καὶ τοῦ κακοῦ ἀφαίρεσις comprehenduntur. Quintum est, an omnia suo loco sint collocata: quod et collocationi et elocutioni est com-

mune. Si quid igitur vitiose collocatum erit, (id quod vel in incisis, vel membris, vel periodis videbitur) id aut προσθέσει, aut ἐνθέσει, aut μεταθέσει emendabitur. Sextum est, ut ornatus sit rebus suis conveniens; de qua re copiose Rhetores in Elocutione praecipiunt. Haec nos breviter de Exercitatione dixisse voluimus. Omnia enim melius ex Demosthenis atque Ciceronis orationibus cognoscentur; omnium enim statuum atque generum apud utrumque exempla sunt. Conferatur igitur cum hoc coniecturae statu oratio pro Sex. Roscio, in qua status est, et quaestio: An Sex. Roscius filius patrem occiderit. Quae quum sit plane ἠθική, ideo diligentissime est ab ipso Cicerone tractata, primum locis propriis, deinde etiam communibus.

## CAPVT IX

*Quum voluntas* etc. Constitutio legitima est, quum in scripto aut ex scriptis aliquid controversiae nascitur: quorum in altero verba, in altero non verba tantum, sed et rationem investigamus. In ea partes sex tractantur: *Scriptum et sententia*, *Leges contrariae*, *Ambiguum*, *Definitio*, *Translatio*, *Ratiocinatio*. In Topicis appellantur *Status novi*, et *Disceptationes legitimae*; his verbis: *Sed quoniam lege firmius in controversiis disceptandis esse nihil debet, danda est opera, ut legem adiutricem, et testem adhibeamus.* In qua re alii quasi status exsistunt novi, qui appellantur legitimae disceptationes. Controversia nascitur ex scripto et sententia, quum videtur scriptoris voluntas cum scripto ipso dissentire: vel, quum alter verbis ipsis, quae scripta sunt, utitur; alter ad id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit dictionem; hoc modo: *Lex est, quae iubet eos, qui propter tempestatem navim reliquerint, omnia perdere: eorum navim, caeteraque esse, si navis conservata sit, qui remanserint in navi: magnitudine tempestatis omnes perterriti, navim reliquerunt, et in scapham conscenderunt, praeter unum aegrotum: is, propter morbum, exire et fugere non potuit: casu et fortuitu navis in portum incolumis delata est: illam aegrotus possidet: navim petit ille, cuius fuerat.* Hinc controversia nascitur ex scripto et sententia, et ex eo constitutio legitima nominatur: quorum in primo aegrotus verbis ipsis, quae

scripta sunt, utitur; in altero adversarius id, quod scriptorem sensisse dicet, omnem adiungit orationem. In defensione scripti, locis utetur: 1. A scriptoris collaudatione. 2. A scripti recitatione. 3. A percunctatione: Scirentne adversarii, id scriptum fuisse in lege, aut in testamento, aut in stipulatione, aut quolibet scripto, quod ad eam rem pertineat? 4. A collatione: Quid scriptum sit, quid adversarii se fecisse dicant, quid iudicem sequi conveniat, utrum id, quod diligenter perscriptum sit, an id, quod acute sit excogitatum? 5. A contemtione: si ea sententia, quae ab adversariis sit excogitata et scripto attributa, contemnetur et infirmabitur. 6. A quaestione: Si quaereretur, quid ei obfuerit, si id voluisset scribere, ut non potuerit perscribere. 7. A sententia et causa: Quare id scriptor senserit, quod perscripserit, et demonstrabitur, scriptum esse illud breviter et absolute. 8. Ab exemplis earum rerum, quae, quum ab adversariis sententia redderetur et voluntas afferretur, a scripto potius iudicatae sunt. 9. A periculo: Si osteudetur, quam periculosum sit, a scripto recedere. 10. A loco communi, contra eum, qui, quum fateatur contra id, quod legibus sancitum aut testamento perscriptum sit, fecisse, tamen facti quaerat defensionem. Incipiunt hoc loco τὰ τῆς νομικῆς στάσεως κεφάλαια, idest, *legitimi status capita*, sive *loci*, qui ex scripto nascitur. Quorum primus est τοῦ ῥητοῦ καὶ διανοίας, *scripti* et *sententiae*, quum scriptoris voluntas cum scripto dissidere videtur. Est igitur duplex; vel enim voluntas defenditur contra scriptum, vel scriptum contra voluntatem. Quum a scripto dicemus, contra voluntatem, secundum narrationem, hoc est, narratione absoluta, decem utemur locis supradictis, quos repetemus. 1. Primum scriptoris, quae a Graecis dicitur Πρόκρισις, ab ordine, quoniam fit a principio, est enim κρίσις oratoria triplex. Πρόκρισις, praeiudicatio, iudicium et aestimatio oratoris, quae fit ante rei expositionem, quae hoc in loco laudem habet scriptoris: propterea a Latinis *Collaudatio* dicitur, a parte meliore: potest enim iudicium oratoris esse bonum aut malum. Deinde Επίκρισις, quae fit per expositionem rei. Tertio est Επέγκρισις, quum orator iudicium suum in medio interponit. Haec admodum rara est, sed exemplum eius est in Verrinis, de ablata Sapphus statua. Tria autem Πρόκρισις illa habere debet: personam, rem praesentem, et olim inventam aut gestam laudabiliter. 2. Deinde utetur scripti recitatione, ἀναγνώσει, quae vel continuata est, vel interpuncta. Continuata est, quando scri-

ptum recitatur absque oratoris interpellatione, ab ipso scriba. Vnde illud apud Demosthenem, Ἀναγνῶθι τὸν νόμον: et apud Ciceronem: *Recita legem.* Interpuncta est, quum orator suam interponit ὑποβολὴν, *interpretationem*: ut in Quinctiana et aliis fecit Cicero. 3. Interrogatione, sive Percunctatione, πύσματι, qua nobis auctoritatem, adversario vero contemtum conciliamus, dum eius ignaviam atque arrogantiam ostendimus. Hanc ob rem Cicero illa saepe, quotiescunque potest, utitur ad adversarium contemnendum, atque perstringendum: ut in Rosciana Erutium, in Divinatione Caecilium interrogat. Scriptum hic intelligitur, non solum verba scripta, sed etiam pronuntiata: ut sententias atque dicta poëtarum, philosophorum, et omnium magnorum ac prudentum virorum. Interrogabitur igitur, num hoc scriptum in lege aliqua, testamento, stipulatione, vel quolibet scripto fuerit, vel ad eam rem pertineat? 4. Vtemur ἀντεξετάσει, *comparatione*: Aristoteles Σύγκρισιν, quia duarum rerum comparatio est: Hermogenes Ἀντεξέτασιν, quia est diversae sententiae excussio. Nostram enim cum sententia adversarii comparabimus, ac, quae sit melior, excutiemus. Primum igitur hoc in loco instituemus ἔπαινον, *commendationem* nostrae sententiae: deinde διαβολὴν, sententiae adversarii *vituperationem*: tertio ἀξίωσιν, commonitionem iudicis, quid eum sequi deceat. 5. Contemtione, καταφρονήσει, quum adversarii sententiam tanquam inutilem reiicimus, et infirmam ac levem esse ostendimus. 6. Τὸ αἴτιον τοῦ μὴ γινομένου, *causam rei non factae* quaeremus. Saepe enim legislatoris voluntas absconditur, vel quia foeda res est, vel quia periculosa, vel ut ingenium ostentet. Nos igitur aut nihil causae fuisse dicemus, cur voluntatem suam absconderet: aut, si qua sit, quae illa sit, ab adversario quaeremus. 7. Τὸ αἴτιον τοῦ πραχθέντος, *causam rei factae* ponemus: quae ex superiore deducitur. Si enim nullam causam habuit, cur voluntatem suam scriptor absconderet, nostra sententia clara erit. Primum igitur hic, sententia nostra proposita, causam exponemus, quare legislator ita senserit, deinde scriptum illud collaudabimus. 8. Vtetur ἐλέγχῳ παραδειγματικῷ, probatione, quae fit exemplis similium rerum, praeiudiciorum, legum etc. alias quoque a scripto sic fuisse iudicatum. 9. Τὰ ἐκβάντα, pericula eventura ostendentur, ex adversarii sententia. Itaque scripto inhaerendum, verba autem negligenda esse dicemus. 10. Κοινῷ τόπῳ, *loco communi*, qui διαβολὴν habeat contra eum, qui a verbis legislatoris discedit, et sua opinione illa exponit.

## CAPVT X

*A Sententia* ) In defensione sententiae locis utemur: A scriptoris commoditate atque brevitate, quod tantum scripserit, quod necesse fuerit: illud, quod sine scripto intelligi potuerit, non necessario scribendum putarit. A fraudulenta interpretatione, si dicemus, non viri boni, sed calumniatoris esse officium, verba et literas sequi, negligere sententiam. Contra scriptum, quum id ostendemus, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non bono et aequo posse fieri, quae omnia voluisse scriptorem quam rectissime fieri nemo dubitet: at ea, quae a nobis facta sint, iustissime facta. A contraria sententia, si aut nullam esse proferemus, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri, aut non constare cum superioribus et inferioribus sententiis, aut cum iure communi, aut cum aliis legibus communibus, aut cum rebus iudicatis dissentire. Ab enumeratione exemplorum, a voluntate et contra scriptum iudicatorum. Ab enumeratione legum, et stipulationum breviter exemtarum, in quibus intelligatur scriptorum voluntas et expositio. A loco communi, contra eum, qui scriptum retinet, et voluntatem scriptoris non interpretetur: ut pro Caecina Cicero, quum sententiam contra scriptum defendit. Pars igitur altera huius loci est, quum a sententia, quam Graeci διάνοιαν vocant, idest a scriptoris voluntate, dicimus: nam prima pars pro ipsa re, hoc est, pro scripto fuit. Haec pars septem habet capita, ut dixi, πρόκρισιν, διαβολὴν, τὸ δίκαιον, καὶ τὸ δυνατὸν, ἀντεξέτασιν, ἐλέγχους, θέσιν.

*Primum* ) Πρόκρισις scriptoris habet laudem ἐγκώμιον, quod aperta illius sit sententia, ut explicatione non egeat: quia necessaria scripserit, et quae sine scripto intelligi possint, omiserit. Διαβολὴ sequitur πρόκρισιν, quae est, quum adversarium reprehendimus, qui neglecta sententia, literas solum sequitur. Est enim calumniator, iniquus verborum interpres: τὸ δίκαιον, καὶ τὸ δυνατὸν, ex locis causarum efficientium sumuntur, atque effectorum: quae ab adversario neglecta esse ostendendum est: non potuisse fieri id, quod scriptum sit, aut non lege, non more, non natura, non bono et aequo posse fieri. Hi enim honestatis loci sunt. Tractabitur autem etiam hic locus κατὰ σύγκρισιν, quum facta nostra cum scripto conferemus; id intelligit his ver-

bis: *At ea, quae a nobis facta sunt, iustissime facta.* Perficitur autem haec comparatio in loco quarto, ideo ea, quae hic dicuntur, recte cum illo coniungantur.

*Deinde contrariam*) Hic comparatio inchoata perficitur. Est autem ἀντεξέτασις, utriusque interpretationis collatio, quae duplex est: simplex, quum duo inter se simpliciter conferuntur: composita, quae habet ἐπιμονὴν, καὶ ἐπεξεργασίαν, vel in parte; ut illud Virgilii:

> *Tytire, tu patulae recubans sub tegmine fagi,*
> *Silvestrem tenui meditaris arundine musam:*
> *Nos patriae fines, et dulcia linquimus arva:*
> *Nos patriam fugimus, tu, Tytire, lentus in umbra*
> *Formosam resonare doces Amaryllida silvas.*

Vel est integro: ut in Divinatione Ciceronis; *At vide quantum interfuturum sit inter meam, atque tuam accusationem etc.* in media oratione. Vtemur igitur hoc in loco comparatione plena, et ostendemus, sententiam contrariam aut nullam esse, aut stultam, aut iniustam, aut non posse fieri etc. Sententia nulla est, quae non est in usu, vel quia res non est, vel quia nihil significat. Stulta est, quae non est rei praesentis: stultum enim est, optari, quod consequi non potest: idque vel in magnis, vel in parvis rebus. Iniusta est, quae cum honesto pugnat. Quae fieri non potest, ea contra naturam est. Quae cum superioribus, atque inferioribus sententiis, in iure communi, cum aliis legibus communibus, cum rebus iudicatis dissentiunt, illa recipienda non sunt. Sententias superiores et inferiores intelligit eiusdem scripti.

*Deinde exemplorum*) Caput quintum est, ἔλεγχος παραδειγματικόν: quum enumeratione exemplorum contra scriptum iudicatum esse ostendemus. Horum inventio ἄτεχνος est: ἐργασία vero τεχνική: quoniam non ab oratore inveniuntur, sed ab aliis sumta arte illius tractantur.

*Deinde legum*) Caput sextum.

*Locus communis*) Septimum caput est, θέσις, ἡ κοινὸς τόπος, locus communis contra eum, qui, neglecta scriptoris voluntate, scripto nitatur. Sententiam respiciendam esse, non verba, quae rerum simulacra esse debent.

*Quum duae leges* etc. Legum controversias dissolvemus, si videbimus, num quae abrogatio, aut derogatio sit: utra lex ad maiores, hoc est ad utiliores, ad honestiores, ac magis ne-

cessarias res pertineat. Hinc quatuor regulas scriptores praecipiunt. Lex inferior cedit superiori. Lex specialis derogat generali. Lex humana cedit divinae. Leges veteres corriguntur aut abrogantur novis. Considerabimus, num leges ita dissentiant, ut altera iubeat, altera vetet: an ita, ut altera cogat, altera permittat. Vtemur nostrae legis expositione, recitatione, collaudatione. Exponemus contrariae legis voluntatem, et eam trahemus ad nostrae causae commodum. Sumemus de iuridiciali absoluta rationem iuris, et quaeremus partem iuris, utrum cum ea faciat: de qua parte posterius dicetur. Locus secundus constitutionis legitimae est ipsa ἀντινομία, status contrariarum legum, in cuius inventione septem sunt spectanda capita. Primum, τὸ ἀξίωμα τοῦ ῥητοῦ, *auctoritas legum*, quae in abrogatione aut derogatione consideratur: haec in parte, illa in tota lege fieri solet. Quum igitur lex aliqua abrogatur, et alia fertur, plus haec, quam illa, habebit auctoritatis. Deinde etiam illa plus valet, in qua facta derogatio est, quam quae est omnino abrogata.

*Abrogatio* ) Id est, num ex toto destructa sit illa lex, et deleta. Abrogare enim penitus destruere.

*Derogatio* ) Id est, utrum aliqua in parte destructa; itaque videndum est, quum controversia sit ex contrariis legibus, utrum lex nobis contraria sit abrogata, vel derogata. Si vel abrogata fuerit, vel derogata, nullam habet vim contra eam, cui nulla in parte derogatum sit, vel abrogatum; item, si altera sit derogata, et altera abrogata, maiorem vim habet, cui derogatum sit, quam cui abrogatum.

*Deinde, utrum* ) Alterum est διαφορα τοῦ ῥητοῦ, discrimen legum inter se, quod duplex est: vel enim iubet altera, et altera vetat: quae sunt ἀποφατικαί, *contradictoriae*: vel altera iubeta liquid, et altera permittit: quarum sententiae sunt inter se differentes quidem, sed non pugnant. Iubemus autem licita atque necessaria, permittimus non necessaria, et nonnunquam etiam legibus prohibita.

*Quum haec erunt considerata* ) Caput tertium est ἔκθεσις, καὶ ἑρμηνεία, *expositio* atque *interpretatio scripti*: quartum ἀνάγνωσις, *scripti recitatio*: quintum, πρόκρισις, *oratoris de lege iudicium*, atque *collaudatio*. Haec tria coniungit, quia prius explicata.

*Deinde contrariae legis* ) Sextum est, ἔκθευσις τοῦ ἐναντίου νόμου, *contrariae legis expositio*; quae primum habebit ἔκθεσιν, deinde ἀνάγνωσιν, tertio πρόκρσιν διαβλητικὴν, legis contrariae expositionem, recitationem, vituperationem.

*Deinde de iuridiciali* ) Caput postremum est ἀντίληψις, absoluta sententiae, atque causae nostrae defensio: quae ex ipso iure ac honestate sumitur: de quibus in statu iuridiciali dicendum erit.

## CAPVT XI

*Si ambiguum* ) Controversia nascitur ex ambiguo, quum aut structus legis scriptae variat, aut divisio orationis coniunctae obscurat, aut varia verborum potestas incidit: ut interim alias species transeamus, quae sunt innumerabiles, teste Quinctiliano lib. VII cap. 10, qui ait, fuisse philosophos, quibus nullum esse verbum videbatur, quod non plura significare posset: ex qua opinione logici sophistae in sophismatis et fallaciis omne verbum torquent, aut ita separant, ac simplicia implicant. Structus orationis ambigit, si accusandi casus concurrant; ut: *Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.* Ambiguum oraculum, an ne Romanos Pyrrhus, an hi illum vincerent. Divisio orationis iunctae, quum dubitatur, quae dictio quo referri debeat; ut: *Testamento iussit poni statuam auream hastam tenentem.* An statua sit aurea, an hasta, ambiguum est: quae res flexu vocis discernitur, teste Quinctiliano; ut poni iussit statuam auream (hic vox deflectitur) hastam tenentem: qui flexus vocis non recipitur facile, sed potius alio modo; ut: *Iussit poni statuam, auream hastam tenentem.* Varia verborum potestas est in aequivocis, ut in *cursu fluminis*, ac *pedum*, in *cane*, *gallo*, *tauro*, *aquila.* Est et ambiguum in reciprocatione pronominis *suus*, *sibi* etc. si ea pronomina tertias personas sequantur: ut *Publius Caium rogat cavere, curet, ne quid sibi accidat.* Ambiguum, an sibi Publio, an sibi Caio. Solvuntur autem orationes dubiae, ut praeferas illud, quod est aequius, quod est naturae, conditioni, tempori, personae magis congruens: quod hic dicitur; l. cum testamento, ff. de rebus dubiis. Item praefertur, quod tutius est; l. in ambiguis, ff. de reg. iur. Item, quod minus habet captionis, id est decipulae fraudis; l. quoties iidem, eodem sit. Item, quod vitio caret: l. quamvis secum, ff. de rebus dubiis. Item in contractibus ambiguis contra stipulatorem sit interpretatio, qui potuit legem apertius scribere;

l. veteribus, ff. de pactis; l. quum quaeritur, ff. de reb. dub. Caeterum, si nihil illorum praeferri possit, utpote quod dispositio tota sit ambigua, tunc res vitiat, neutri stabitur, reiicietur totum; et incidet in asystaton ambigui; et ita intelligendi loci, in l. duo sunt Titii, ff. de test. tut. et in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. Ambiguum, Graecis ἀμφιβολία dicitur: ea est, quum τὸ ῥητὸν est πολύσημον, quando scriptum in duas aut plures sententias trahi potest: πᾶν δὲ τὸ ῥητόν ἐστι ἢ γεγραμμένον, ἢ ἄγραφον: quare per scriptum intelligenda sunt et deorum oracula, et prudentum responsa, ac pronunciata. Huius status tria facit capita: An sit ambiguum, explicationem ambigui, et qualitatem infinitam. Demum addit reprehensionem eorum, qui nimium curiose de locis dialecticis hoc in loco praecipiunt.

*Primum sitne ambiguum*) Primum caput est ἡ ἐστι ἀμφίβολον, *an sit ambiguum*, de quo diligentissime praecepit Aristoteles in Topicis, περὶ τῶν ποσάχως λεγομένων. Qua in quaestione, si fieri poterit, utraque pars ostendet non esse ambigue scriptum, propterea quod omnes in consuetudine sermonis, sicuti soleant ex verbo uno, pluribusve in ea sententia, in qua is, qui dicet, accipiendum esse, demonstrabit.

*Deinde, quo modo scriptum esset*) Alterum est, ἡ τοῦ ἑτέρου νόμου ἐξήγησις, *expositio alterius legis*, qua ostenditur, nullam esse ambiguitatem: alioqui sic scripturum fuisse legislatorem, si ita, ut adversarii interpretantur, voluisset fieri. Fit autem haec explicatio mutatione vel verborum, ut: *Mea bona do Cunctaleonti*; vel collocationis, ut: *Mea bona cuncta do Leonti.*

*Deinde, id quod nos interpretemur*) Tertium est ποιότης θετικὴ, *qualitas infinita*, quae duplex est: πραγματικὴ, *negotialis*, posse fieri: et ἀντιληπτικὴ, *absoluta*, honeste et recte fieri posse. Lex, mos, natura, bonum, aequum, sub honestate comprehenduntur. Tractanda est haec qualitas συγκρίσει, qua manifestum fit, nullam esse ambiguitatem: dum ostenditur, adversarii interpretationem nec posse, nec honeste posse fieri: quod his verbis dicit: *Quod adversarii interpretantur e contrario: nec esse ambigue scriptum, quum intelligatur, utra sententia vera sit*: habet enim qualitas ista primum τὸ δίκαιον: quae enim concessa non sunt, illa fieri minime debent.

*Sunt, qui arbitrantur*) Reprehendit nunc, quasi occupatione quadam, eorum errorem, qui oratorem dialecticis etiam praeceptis adstringere volunt, a quibus oratorem avocat; est enim magnum inter oratoris atque dialectici disceptationem discri-

men; hic enim certis est adstrictus legibus, quae nimis sunt angustae: ille vero liberior est, nec se vinculis dialecticorum constringi patitur, quia vulgo loquitur.

*Sunt, qui*) Exponit hic quamdam Graecorum de ambiguo sententiam, et eam confutat, utpote minus necessariam; nam arbitrati sunt nonnulli, huiusmodi quaestionem non posse sine cognitione amphibologiarum tractari: quoniam ambiguum versatur in amphibologicis, aequivocatione vocabulorum, quae traduntur a dialecticis.

*Omnes enim illi*) Ratio ab inutili. Forte autem ea significat, quae ab Aristotele I Elenchorum, cap. 3 tractantur, ubi tres modos amphibologiae invenias. Primus, quum dictio vel oratio principaliter plura significat: qui modus est iurisconsultorum; nam verba aequivoca, ut Quinctilianus testatur, in testamentis saepe occurrunt; ut, *Legavit taurum*: ambiguum, servumne, an iumentum velit. Alius est modus, si vera significatio transumatur; ut *Litus arare*: ex eo enim in iure civili nihil ambigui inferetur, ut solent Logici facere: quia ex translatiis usurpationibus quidquam ad veritatem inferre nefas est, argumento l. illicitas, §. 1 ff. de off. praes. Et hunc modum hic removet, quia post verum significatum, transumta sententia non recipitur. Tertius est modus, ubi dividuntur coniuncta: et e diverso: vel ubi dictio simplex certa est, coniuncta dubium facit. Nos hunc modum ita recipimus, si possit flexu vocis discerni. Exemplum est in l. Pupillus, in tertio responso ff. de auct. tutorum, ubi dicitur: *Pupillum tutori obligari in quantum locupletior.* Verbum enim *Naturaliter* separari, vel coniungi cum superioribus vel sequentibus potest, quod flexu vocis discernimus. Et coniungi debet aptius cum sequentibus, contra quam alii putarunt. Caeterum, si ex utroque divisim vel coniunctim intellecto, sententia in genere iudiciali cogere non possit, id amphibolon respuentes, logicis relinquimus. Potest autem hoc fieri dupliciter: aut, quum una dictio dividitur, ut, *Cor vinum*, *Vi demus*, *In genua*: quas Quinctilianus dicit esse ineptas cavillationes, ex quibus tamen Graeci (id est, sophistae) controversias struxerunt. Aut, quum dictio divisa simpliciter veritati nititur, coniuncta ambiguum facit: ut, *Scire literas*: dubium, an literae sciant, an alius literas sciat, ut Aristoteles eodem loco tractat. Item aliud: *Putas quod quis videt id videt*: amphibolon est, in verbo *Id videt*, quod sub accusativo, vel nominativo, coniunctim vel separatim intelligitur: quo genere est *possibile*,

*sedentem ambulare.* Huiusmodi ineptias, tanquam in nihilo utiles, negat hic esse recipiendas.

## CAPVT XII

*Cum definitione*) Causa constat ex definitione, quum in controversia est, quo nomine factum appelletur: vel, quum aut de vocabuli interpretatione contenditur aut quid sit res, quae in disceptationem venit, quaeritur. Quatuor sunt praecipua capita status definitionis, ὁριστικῆς στάσεως: videlicet, ὅρος, πρόσληψις, ἀνθορισμός, ἀνασκευή. Primum enim nostram definitionem ponimus; deinde adiungimus factum, et ad definitionem nostram accommodamus: definitio maiorem, πρόσληψις minorem continet. Tertio loco ἀνθορισμός, definitio contraria adversarii ponitur: huius loco aliquando συλλογισμῷ, *ratiocinatione* utuntur oratores. Postremo ἀνασκευή, definitionis adversarii refutatio sequitur, quae ἀντίληψιν habebit: nam ostendemus, definitionem eius esse contra leges, ius, et aequum: ideoque illam adversari reip. Placet hoc loco duo investigare. Primum, quod definitionis genus hic tractetur. Deinde, an definitionis status sit legitimus. Super priore illo est sciendum, duo esse definitionum genera: unum ex genere et differentiis constat, quod dialectici tractant: in quo tamen nomine differentiae non putes veras rerum differentias te assequi, quae a nobis cognosci non possunt, nisi forte in homine: caeterum usurpatae sunt, ac usu receptae: nempe, quod verborum ambitu et circuitu veras differentias circumloquimur, ut gannire in vulpe, hinnire in equo, et ita de aliis. In eo definitionis genere praeceptum certum traditur, ita definitionem committi cum definito, ut definito conveniat: et vicissim definiti vis se ultra definitionem non effundat. Aliud est genus evagatius, in quo qui definit, sese ad praecepta dialectica adeo non adstringit, ut, sive describat, sive definiat, aliisve verbis rem dilucidet, dum vis rei, vel nominis, vel iudici, vel auditori cognita fiat, definisse dicatur: ut testatur Quinctilianus lib. VII cap. 4, qui dicit, finitionem rei propositae propriam, dilucidam, et breviter comprehensam enunciationem. Prius illud genus Dialecticorum in Iure civili, et in Rhetoricis raro tractatur: ad eas enim angustias, ad ea septa, quibus se Dialectici

concludunt, quam Quinctilianus *servitutem* nominat, in causis vel dicendis, vel decidendis non adstringimur: quando necesse est, circumferre oculos, et quasi omnes rerum angulos perquirere, ne definitum a definitione, vel haec ab illo excedat: quod disputaturis, quam causas acturis, est commodius: siquidem hi adnituntur, qualiter iudicem persuadeant; illi, quo modo et vincant, et vinciant. Hoc sentiens Vlpianus iurisconsultus dicit, omnem definitionem in iure civili esse periculosam, et ex modico subverti posse. Quod Accursius quum non intellexisset, multa extra propositum miscet. Sed et Quinctilianus lib. III cap. 5 putat, nihil in universum finitione comprehendi posse. Iuris perito igitur, et Oratori suffecerit, si rem ex posteriore definitionis genere finiat, securus, quibus verbis, dum commode et proprie, ut iudici res controversa innotescat: quod aliquando ex causis definimus: ut quum dicimus, panem esse, qui ex farina et aqua in fornace coquatur; item, libertinos esse, qui ex iusta servitute manumissi sunt: sic peculium esse, quod dominus servo dat negotiandi causa. Item a partiaria collectione: sic Imperator definit ius scriptum esse, legem, plebiscitum, senatusconsultum, constitutionem principis, responsa prudentum: Inst. de iust. et iure, §. scriptum. Item ab aliis quibuscumque accidentibus definimus: ut civitas est multitudo collecta ad civilem conventum, legibus, et moribus coniuncta. Sic Dolum malum definit Iurisconsultus esse calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, et decipiendum proditam, L. 1 ff. de dolo malo. Et, ut quiddam addam libentius, definitiones in controversiis saepenumero a factis et a relictis sumuntur: nam accusator definiet rem ab iis, quae reus fecit, e regione defensor ab iis, quae reus reliquit: ut accusatus sacrilegii, quod vas argenteum ex templo sustulerit, furtum quidem commisisse fatetur, sacrilegium negat; hic a factis definiet accusator, sacrilegium esse, de sacro etiam vasa privata fraudulenter surripere: reus quum negasset, se quidquam sacrum attigisse, sed ea omnia, quae sacra erant, intacta reliquisse: iam a relictis definiet, sacrilegium esse, rem sacram a sacro surripere: si quidem, quia rem sacram reliquit intactam, a relictis definivit. Sic in summa totam vim et potestatem vocabuli ad nostrae causae commodum comprehendit Quod adeo verum est, ut aliquando impertinenter a litigatoribus definiatur, quam nominant violentam definitionem: ut, si aeger ille, qui in navi deserta permansit, sic

definiat: Permanere in navi, quam caeteri deserunt, nil aliud est, quam conservare navem: quae violenta est definitio. Quamvis ergo Rhetoricis et Iurisconsultis latissimus sit definiendi campus, hoc tamen perpetuum est definitioni, quibuscumque verbis enuncietur, ut verba faciant rem definitam differre ab aliis: *alias* frustra definiremus: sicut Plato, qui dicebat, hominem esse bipedem, sine pennis. In cuius auditorium Diogenes immisit gallum deplumatum, dicens hunc esse hominem Platonis. Hoc est, quod Quinctilianus dicto loco dicit, impugnari definitiones tanquam imperfectas, si rei natura non ex iusto explicetur. Quo nomine reprobatur definitio Servii iurisconsulti super dolo malo, ut d. l. 1, §. 1 ff. de dolo malo. Sed nunc ad aliud, quod promisimus, revertamur. Status definitivus an sit legitimus, an status proprius et principalis; hic inter legitimos ponitur. Cicero tamen in Rhetoricis, quum quatuor deduceret status; an sit, id est coniecturam; quid sit, id est definitionem; quale sit, id est, quo genere, hoc est iuridicialem; et quo modo petatur, id est actionem; postea negavit legalem esse ullum statum. Quinctilianus tamen lib. III cap. 8 duos status posuit, legalem et rationalem: sub rationali comprehendit quatuor constitutiones vulgatas. Et ita neuter definitionem sub legitimum statum complectitur. Et certe, si verum admittimus, definitiva constitutio inter legitimas adscribi iuste non potest: definitivus enim status quid res sit, quid nomen rei, tractat. Legitimus status, tantummodo ei nititur, quod lege scriptum est. Quod si ulla in legitimis statibus definitio incurrat; tamen principalis controversia versatur super scripto: et quae definitio incidit in verbis legis, fortasse tanquam locus incidit, non tanquam principalis status: utpote quod ea definitio nomen dubium aperiat, non legem explicet. Quinimmo in omni statu, qui controvertitur, incidere definitio verbi potest; et saepe in sequentibus audietis. At propterea definitionum eiusmodi status partem dicere absurdum est. Denique definitio quum de scripto legis nunquam quaerat, quo modo erit status legitimus, cuius omnis vis est, disceptare super scripto? Accedat novissime, quod definitio non a lege trahitur, sed a re, a nomine: at, statum legitimum a lege trahi, non est ignotum. Et haec est veritas: quae et Quinctiliano placuit, et Ciceroni in libris de Inventione. Sed, quando inter legitimos status ponitur hoc loco, quamvis parum pertinenter, sequamur hunc ordinem. His itaque praemissis, iam ad statum Definitivum

accedamus. In hoc statu principaliter de rei definitione quaeritur: qui tunc oritur, quum post accusationem reus, licet factum conliteatur, nomen tamen facti negat: iam enim quaestio et iudicatio est, quid sit id, quod factum esse concedimus, quove nomine censeatur: ut sacrilegii accusatus, quod vasa argentea ex templo sustulerit, fatetur se sustulisse, sed sacrilegium esse negat. Quo in statu praecipua controversia est utriusque litigantis, definire nomen, ut ad suum uterque commodum, accusator a factis, reus a relictis definiat: deinde per locum a ratiocinatione alter alterius definitionem impugnabit: qui locus commodissime ex iis, quae antecedunt, quaeve consequuntur, et item per alia ad rem pertinentia argumenta colligitur. Accusator enim in nostro themate colliget, nihil inter se differre, sive sacrum, sive privatum auferatur, dum locus sacer sit: quum utrobique animus locum sacrum contaminare volentis accesserit, deorum contemtus intercurrerit, loci religio profanata sit, quem venerari, non violari, oportuerit; nam Religionem a *relinquendo* dici, testatur Agellius. Iam et si privata etiam ex loco sacro auferre sine sacrilegii crimine liceret, consequens esset, ut nemo securus rem suam templis ausit committere. Et, quam aedis sacrae veneratio hucusque tutelam praebuerit, in rapinam, in praedam converti etc. Reus vicissim crimine sacrilegii teneri dicet eum, qui sacra legat, id est furetur: sese nihil sacri, sed rem privatam surripuisse; verbis stare oportere: negare se vel Deos contemsisse, vel loci religionem violasse, qui nihil sacrum attigerit: grave id futurum, si alienis, et impertinentibus criminibus quisque ex stomacho reum peragat: unde furti appellatione sacrilegium commiuisci calumnia sit; non esse ferendas huiusmodi accusationes: iam enim misceri crimina, misceri poenas, nihil ordinatum relinqui, si ea licentia accusatoribus permittatur. Ius civile hoc casu reo subscribit: nam Imperatores Severus et Antoninus Cassio rescripserunt, eum, qui rem privatam ex sacro abstulerit, furti teneri, non sacrilegii: l. Divi, ff. ad l. Iul. peculatus. Verum ius Canonicum aliter decidit 17 q. 4 cap. Quisquis.

*Quaeritur in translationibus.*) Controversia ex translatione, quam Iurisconsulti *Exceptionem* vocant, nascitur, quum aut tempus differendum, aut accusatorem mutandum, aut iudices mutandos reus dicit: ut, si quis peculatus, hoc est pecuniae publicae furti, accusetur, quod vasa argentea publica de loco privato sustulerit, potest, quum definitione prius sit usus, quid

sit Furtum, quid Peculatus, dicere, secum furti agendum, non peculatus. Translatio, παραγραφὴ, versatur circa actionem, petitionem, exsecutionem, modum, tempus, locum, legem, accusatorem, iudicem; etc. Vel enim is agit, petit, aut exsequitur aliquid, quod non oportet; vel alio modo, hoc est, dicendi ordine: ut pro Quinctio Cicero consequitur, vel alio tempore, vel alio loco, vel alia lege: quorum passim apud oratores nota sunt exempla: vel alio quaerente, hoc est iudice: vel alio agente, hoc est accusatore. Quae omnia legibus et moribus, aequo et bono reperientur: quae sunt status qualitatis. Fuere nonnulli, qui negarent Translationem statum esse, quod nunquam eo in genere super causa principali disceptetur, sed velut in causis incidenter veniat; nam ad causae iudicationem quid attinet controverti, an apud consulem, an apud praetorem agi conveniat? et ita de similibus. E diverso alii statum esse principalem defendunt, putantque magna eos obvolvi ignorantia, ( Quinctilianum intelligentes ) qui inter constitutiones non ponant, quod propriis Translatio locis explicetur, et propria iudicatione terminetur. Nos huiusmodi opiniones conciliari posse putamus, si genus constitutionis attenderimus. Si enim constitutio ad ipsius causae controversiam referatur, quae ex primo conflictu intensionis et depulsionis constat, tunc vere Quinctilianus docuit, translationem non esse statum, quia non per modum principalis actionis, sed per modum exceptionis in controversiam incidit. Caeterum, si statum ex iudicii et litis controversia, quae propter exceptionem incidit, dimetiaris, iam alia ratio procedit; translatio enim, etiam si per exceptionem in iudiciis veniat, catenus tamen status est, quatenus propriis locis explicatur, et quum incidit, suspensa causae principalis controversia, quaestionem et iudicationem ad se trahit. Quibus consequens est, translationem non magis esse sub statu legitimo, quam sub coniecturali, vel alio statu; quando exceptio translatoria in omni statu incidit; ut defendi nullo iure hic possit, qui inter legitimos connumerarit. Est autem translatio, ad causam principaliter intentam opposita reiectio; qua definitione apparet, recusationem, de qua supra, a translatione prope in nihilo differre; est autem duplex translatio, perfecta et imperfecta; sed non videtur haec ab illa differre, nisi quod huius loci sumuntur a circumstantia, illius a circumstantia non oriuntur; si quidem utraque translatio parem habet effectum;

utraque enim perimit, utraque differt. Differt autem iudicium, quae dicitur exceptio dilatoria: perimit vel iudicium, vel instantiam, quae dicitur exceptio peremtoria. Itaque, si qua est differentia inter utramque, ea est, quam diximus: quod loci illic absolute, hic ex peristasi fluunt. Igitur perfectae translationis loci a lege sumuntur, a moribus, idest consuetudine, a pactis, a rebus iudicatis. A lege. Finge minorem lege prohiberi, ne sine curatore stet iudicio. Agit ad fundum minor. Iam reus translatione perfecta se tuetur, quia ex lege scripta minorem repellit ab agendo. Ipsa translatio differt, non perimit iudicium. A moribus, omnino paribus exemplis niti possumus: quando consuetudo est lex non scripta. A pactis, idest a conventione. Finge creditorem mecum fecisse pactum, ne unquam debitum petat, is postea petit; iam ex pacto ab actione repellitur: quae translatio perimit causam vi exceptionis, obligationem non perimit; quae tamen sunt subtilia, et iure civili fusius tractantur. A rebus iudicatis quoque fluit translatio. Finge te succubuisse per sententiam, quum navem a me petieras; tu iam tabulas navis petis; iam repelleris translatione perfecta, per locum a re iudicata; non potest agere ad tabulas, ad partem, qui in toto succubuit per sententiam; l. si ex toto, ff. de exceptionibus rei iudicatae. Haec translatio etiam perimit et enecat iudicium. Imperfectae translationis loci a circumstantiis sumuntur, absolute non consistunt; puta a loco, causa, qualitate, tempore et persona; et dicitur ideo imperfecta, quia nisi extra sumeret adiumenta a circumstantiis, in sese fragilis esset. A loco; ut si citatus ad locum pestiferum, negat se comparere propter pestem posse, vel propter pericula. Haec translatio nihil efficeret, si loci periculo non adiuvaretur. Sic si iudex privato loco sententiam ferre pergat, negas alibi, quam in tribunali, sententiam te suscepturum. Hac translatione usus fuisse videtur Cicero pro rege Deiotaro, ubi conqueritur, non decere coram Caesare causam dicere, sed in basilica, in foro. A causa sumitur locus, ut si causae natura sit eiusmodi, quae non debeat tractari coram minore iudice, sed coram maiore. Quinctilianus dat exemplum de fideicommisso, si hoc petatur coram praetore; nam a consule, vel coram consule peti debet; quod tunc fortasse poterat verum esse, sed iure civili cavetur, fideicommissa coram praetore peti. Et in hunc locum puto includi exceptionem fori, quum quis forum declinat. A qualitate; hic locus fusius et late patet; nam omnis ineptitudo libelli in hunc lo-

cum venit; item et ordinis perversio, deformitas processuum; ut, si petas decem causa mutui, et tamen erat depositum. Si contra plures coniunctim agas, quos separare debueras; qui est etiam locus recusationis. Item, si libertus patronum, discipulus praeceptorem, subditus dominum, filius patrem, sine venia in iudicium vocaverit, vel famosum iudicium contra eum instituerit; tunc ab agendo repellitur, quod modo et qualitate incompetenti egerit; in quem locum multa includi possunt. Haec translatio perimit instantiam, non iudicium, vel causam. A persona locus translaticius sumitur, quum persona litigans impugnatur, tanquam non apta; ut, qui alterius nomine experitur, quum nec tutor, nec curator, nec procurator sit. Hac translatione usus est Hannibal, quum quidam bellicarum rerum expers apud Antiochum de bello disceptaret; nam eum reiecit Hannibal, tanquam non aptum. A tempore; ut, quum arguitur aliquis, illicito tempore rem patrasse. Sic, qui adulterum occiderat ex intervallo, in foro forte, vel in templo, accusatus homicidii, si se defendat ex statu assumtivo, ex relatione criminis, quod adulterum occiderit: iam translatione imperfecta urgetur, quod non licito loco eum interfecerit, nec licito tempore; poterat enim domi suae, et in flagranti crimine, non ex intervallo, vel in foro, aut templo occidisse. Item, qui contradicit statutis nostris, postquam erecta sunt, repelletur; quod alio tempore debebat, antequam erigerentur. Sic olim trinundino, hoc est tribus nundinis promulgatae sunt leges, quo tempore licebat contradicere; quae didicimus ex Varrone Halicarnasseo, et ex prima Philippica Ciceronis. Quae de tempore diximus, etiam de loco exaudite; nam possunt argumenta sumi a tempore ad locum, ut dicit Iuriscons. in l. vinum, ff. si certum pet. Advertendum est in his, quod status translaticius per locum a tempore, et a loco dupliciter intelligitur; aut quum occasione temporis et loci ex lege nitimur, tunc dicetur perfecta translatio; aut quum utemur tempore et loco; tanquam circumstantia extra sumta pro adiumento, tunc dicetur imperfecta translatio. Tempus et locus, ex quibus lex fundatur, nullam facti nec implicat, nec praestat conversionem, ut lex est: Possessor pacificus decem annorum dominus esto. Finge: actor fundum petit per me decem annos possessum: ego eum repello lege, quia ex lege iam factus sum dominus; hic non confiteor, te alias esse dominum, si non decem annis possedissem: non sumetur argumentum a

contrario sensu, sed simpliciter legi nititur, in quam fundamur: et non in tempus.

*In causa ratiocinali*) Ratiocinatio συλλογισμός a Graecis dicitur: hic eam vocat causam rationalem, quae est rei non scriptae ex aliis scriptis contemplatio ac consideratio; est enim στάσις λογική, quae est extra scriptum. Partes habet tres, σύγκρισιν, συγκριτὸν, καὶ τὸ αἴτιον τοῦ μὴ γεγραμμένου. Σύγκρισις στοιχεῖα habet duo; unum est: Quod valet in re maiori aut pari, illud neque in minori aut impari valebit. Συγκριτὸν triplex est; quum quaeritur, an comparari possit res ea cum illa re, de qua agitur; deinde, an coniungantur, ut maius atque minus: hoc est, an sint similes, atque pares, vel contra; tertio, quo modo sit συγκριτὸν. Τὸ αἴτιον τοῦ μὴ γεγραμμένου, id est, *causa rei non scriptae*, ostendenda est, quare de ea re non sit scriptum, utrum consulto, vel contra. Est Ratiocinatio ultimu legitimarum constitutionum, quam *syllogismum* nominat Quinctilianus; et est vere constitutio legitima; hoc enim statu id, quod lege scripta doceri non potest, argumentis a lege sumtis firmatur, et a scripto et voluntate eo differt, quod illis scripta lex, et voluntas controversiam faciunt: hic rationes et argumenta ex scripta lege sumta; illic scripto et voluntati vel nitimur, vel oppugnamus: hic per argumenta et rationes, quae a scripto et voluntate trahuntur, controversiam tractamus. In summa, procedimus a similibus ad similia. Exemplum ex libro primo: Malleolus interfecit matrem, et antequam damnaretur, testamentum fecit. Qui testamentum oppugnant, non habent legem, qua se fundent: sed a ratione legis iuvantur, quae habet, furiosum testari non posse; at hic Malleolus, licet non fuerit furiosus, tamen similis furioso; ut merito ea lex contra eum pugnet. E diverso non fuisse furiosum Malleolum, licet rem furiosam fecerit: unde ius ei fuisse testandi per aliam legem. Haec ratiocinatio, ut dicit Quinctilianus lib. VII, cap. 9, cognata, vel coniuncta saepenumero est constitutioni definitivae: ut, quum definimus definitione infirma, nempe violenta, cum definitionem syllogismo, vel definitione fulcimus, ut sic praesens constitutio in definitivam saepenumero delabatur. Lex est: Venefica capite puniatur; uxor amatorium marito dedit, et divertit; maritus morae et absentiae uxoris impatiens, quum rogata redire nollet, sese laqueo suspendit; accusatur uxor veneficii, et definitur veneficium amatorium, definitione infirma et violenta: quod amatorium dare nihil sit aliud,

quam venenum porrigere; hanc definitionem ratiocinatio iuvat ultro inermem; colligitur enim, in poena inferenda nihil interesse, hoc, vel illo poculo perierit maritus, qui mala potione periit. Ecce, quo modo ratiocinatio fundat statum definitivum, de se fragilem. Et certe iure nostro huic accusatori subscribitur; licet enim amatorium non sit proprie venenum, tamen si vel hominis necandi causa datur, vel occidit qui amatorium sumsit, poena ultimum supplicium est; ut dicunt Marcellus, et Paulus iurisconsulti, in l. eius, §. adiectio, ff. ad legem Corneliam de sicariis; et l. si quis alicui, §. qui abortionis, ff. de poenis. In hoc statu accusatus legis violatae, negabit accusationem, quod nec scripto, nec voluntati legis contra fecerit. Verum accusator argumentis et rationibus colligit, legem esse offensam: haud dubie legislatorem etiam hunc casum provisurum, si eius meminisset; quae rationis collectio in iure civili est vehemens et valde necessaria, super qua nititur Iurisconsultus in lege mulier, §. gravidas, ff. ad S. C. Trebellianum; et, ubicumque haec ratio locum habet, tunc dantur utiles actiones ex lege: licet nec verbo, nec mente Iurisconsultus id voluerit. In hoc statu ratiocinationis rationes, et loci sumuntur a similibus, ut dixi, ab unitate ad pluralitatem.

## CAPVT XIII

*Absoluta iuridiciali*) Constitutio iuridicialis est, quum factum convenit, sed, iure, an iniuria factum sit, quaeritur: vel, in quo aequi et iniqui natura, et praemii, aut poenae ratio quaeritur. Sed hanc Cicero in Partitionibus, et Quinctilianus *qualitatis statum*, Graeci δικαιολογικὸν vocant, quod disputet de iure, de aequo, de bono: non id aut sit, nec ne sit, aut quid sit, sed quale sit, an iustum, an aequum, an bonum, an contra. Eius duae sunt partes, *absoluta* et *assumtiva*. Iuridicialis absoluta, quam Hermagorei ἀντίληψιν vocant, (nam alia ἀντίστασις dicitur) est, quum id ipsum, quod factum est, ut aliud nihil extrinsecus assumatur, iure ac recte factum esse defendemus; ut: Mimus quidam nominatim Attium poëtam compellavit in scena: cum eo Attius iniuriarum agit; hic nihil aliud defendit, nisi licere nominare eum, cuius nomine

scripta dentur agenda. Quaeritur igitur, iurene factum sit; quamobrem totam prope philosophiae morum, politicae, atque iurisprudentiae cognitionem requirit. Causa igitur posita, dicemus de iure, quum partes eius cognoverimus, quas Iustinianus tres esse dicit; Naturale, Gentium, et, quod ex utroque est compositum, Civile. Sed hic divisione magis speciali utitur, et in partes sex ius totum partitur; in Naturam, Legem, Consuetudinem, Iudicatum, Aequum, et Bonum, Pactum. Neque enim nude ac simpliciter praecepta tradit, ut sophistae olim: sed, Aristotelem secutus, philosophica etiam assumit. Est enim inventio duplex, καταληπτική καὶ ἐπιστημονική: illa est, quae est propria artis: ut in Rhetorica, praecepta exordiorum, narrationis, divisionis, statuum, confirmationis, perorationum, et similia; haec vero est etiam aliarum artium, ac scientiarum, et a philosophis sumenda est: ideo ἐπιστημονική dicitur. In genere enim demonstrativo, locos honestatis, ac turpitudinis; in deliberativo, utilitatis, atque adeo reip. universae statum; in iudiciali, iuris atque legum cognitionem tenere oportet. Rationalis constitutio, sive Ratiocinalis, in duas partes dividitur: est enim quaedam negotialis, alia iuridicialis, teste Cicerone lib. II de Inventione. Negotialis ideo dicitur, quia negotia magna ex parte, quae futura sunt, versat, quum deliberat, faciendumne sit aliquid, an non faciendum. Quapropter negotialis magis respicit genus deliberativum, iuridicialis plus ad iuridiciale accedit. Quinctilianus de ea non meminit. Duo ego puto esse genera negotialis constitutionis. Primum, dum super honoribus, praemiis, communerationibus, ornamentis aliquorum, apud magistratus tractatur; ut, sitne dignus Caesar, cui perpetua dictatura concedatur. In qua re si contradictor accedat, iam vere est status negotialis. Secundo, puto, statum negotialem colligi ex officio nobili magistratus, quandocumque magistratus acceditur sine figura iudicii, ut quum alicui ex bono et aequo ex ratione subvenitur, qui laesus est: ut quum petitur aliquis restitui in iura pristina. Ex hoc genere status negotialis emergunt edicta praetorum, quae ex edicto nobili publicata sunt ex naturali aequitate. Emergit et haec saluberrima clausula praetoris: si qua mihi iusta causa rem, per quam maiores laesi restituuntur. l. 1 ad finem, ff. ex quibus causis maiores, etc. Cicero in libris de Inventione Negotialem statum aliter tractat: et nescio, an bene; ut merito ipse in libris de Oratore veterem Rhetoricam revocarit, ut

quae sibi adolescenti exciderit. Quinctilianus lib. III, cap. 8, negotialem a iuridiciali eo dividit, quod in illa aequum et bonum, appetendum et fugiendum, sine personarum complexu quaeratur; ut, an divitiae superbiam pariant. At haec personas interserit, an Crassus ob divitias sit factus superbus. Hic negotialem tacet, contentus sola iuridiciali, ne inexplicabiles Graecorum labyrinthos incidat; nam utraeque constitutiones iisdem locis tractantur. Vnde ad Iuridicialem transit: quae ideo ita nominatur, quia partes iuris ita versat. Nam in ea non quaeritur, an sit factum, non quid sit factum, sed quale sit factum. Et differt a statu legitimo, qui ipse ius tractat, quia in eo statu super intellectu legis controvertitur; hic lex tanquam non controversa locum facit, non statum. Est ergo Iuridicialis constitutio duplex, Absoluta et Assumtiva; in absoluta rem per se defendimus, iuste factam: vel accusamus factam iniuste; quae ideo absoluta dicitur, quia ex suis ipsa viribus nititur, nihilo adiumenti extra sumto. Ea partibus iuris consumitur.

*Natura ius est*) Naturae iura minus ipsa quaeruntur ad hanc controversiam: quod neque in hoc civili iure versantur, et a vulgari intelligentia remotiora sunt; ad similitudinem vero aliquam, aut ad rem amplificandam saepe sunt haec inferenda. Naturale ius φυσικὸν est, ut inquit Iustinianus, *quod natura omnia animantia docuit.* Haec definitio generalis est; hic magis speciali utitur; quae ad hominem solum pertinet, qui in rep. versatur. Positum est hoc, in se aliisque tuendis: sed omnis tuitio fit vel in defensione cum aliorum, tum nostri, inque repellenda vi; unde illa apud Ciceronem in I Offic. quod quisque se suosque tueri debeat; vel fit tuitio in amplificatione facultatum, propter posteros. Ponit hic duas tantum causas, pietatem ac cognationem: honestatis gratia, tertiam omisit, sui tuitionem, quoniam sub cognatione comprehenditur. Si enim alios tueri licet, cur non etiam se licet defendere? In libro II de Inventione causas efficientes huius iuris enumerat sex: Religionem, Pietatem, Gratiam, Vindicationem, Observantiam, Veritatem; aitque Naturam ius esse, quod non opinio, sed quaedam nobis innata vis inseruit; quod in sex illas particulas subdividit. Religio, vis est insita, quae deorum veneratione, et caeremoniis hominum ducat. Pietas est, quae erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium servare moneat. Vt exul proscribitur, iuramento adactus, ne unquam redeat; is in patriam rediit, ut eam hostilis incursionis admoneret.

Accusatus periurii, iuste se fecisse contendet, per locum a pietate sumtum: ut qui patriae opem, qua poterat, tulerit. Gratia est, quae in memoria, et remuneratione officiorum impensorum consistit, et per quam amicitiae conservantur. Hoc est, quod in iure civili dicitur, *eum*, *qui officium*, id est beneficium, *acceperit*, *naturali obligatione ad antidota*, id est ad gratuitam vicem, quae hic *gratia* nominatur, *teneri*. Finge, libertum patrono pecuniam pro obsequiis per errorem praestitisse; libertus hanc pecuniam repetit, tanquam indebitam, ut qui patrono nihil promiserit; patronus iuste solvisse dicet, nempe in gratiam recepti beneficii libertatis; ut est in l. si non sortem, §. libertus, ff. de condictione indebiti. Ea igitur gratuitae vicis reddendae obligatio tantum efficit, ut, quum a rep. legatus mittitur, cui (ut assolet) sumtus dantur itineris: is, quum nihil in itinere expendisset, quod ubique amicorum hospitiis exhibitus est sumtus, tamen imputabit reip. ac si expenderit: is si accusetur peculatus, iuste se fecisse dicet, qui sumtus imputarit; nam teneri eum ad paria hospitibus, vel forte paria fecisse, dicet. Et excusabitur obligatione gratuiti, per locum a gratia sumtum; de quo est elegans argumentum in l. Idemque, in fine, ff. mandati; ubi, licet creditor fideiussorem liberet gratuito, debitor tamen cogetur sarcire fideiussori, ac si pro eo solvisset. Ista mutua gratitudo nominatur *permutatio*, in l. sed et si, §. consuluit, ff. de petitione hereditatis. Vindicatio, per quam vim et contumeliam defendendo, aut ulciscendo, propulsamus a nobis, et a nostris, qui nobis esse cari debent, et per quam peccata punimus. Per hunc locum defendet se Orestes, quod matrem interfecerit: nempe patrem vindicavit, et puuivit delictum. Sic miles Marianus, accusatus homicidii, quod cognatum Marii consulis interfecerat; nam, se iuste fecisse dicet, ut qui propulerit a se stuprum illatum, et delinquentem punierit. Observantia, per quam aetate, aut sapientia, aut honore, vel aliqua dignitate praestantes reveremur et colimus. Sic excusari poterant milites Mariani, quibus datum erat negotium, ut M. Antonium oratorem interficerent; nam dignitate hominis perterriti, retrocesserunt, quamvis hircosus centurio eum interfecerit. Veritas, per quam damus operam, ne quid aliter, quam confirmaverimus, fiat.

*Lege*) Lex, νόμος a Graecis dicitur, quia id ius est, quod populi iussu sancitur. Hoc ius ἔγγραφον scriptum est: cuius exemplum unum ponit: Vt in ius eas, quum voceris. Differunt inter

se Lex et Natura, in iure; ut Ars et Natura, in praeceptis. Ars naturam vel imitatur, vel emendat, ac perficit, vel utrumque facit. Sic etiam Lex naturam emendat ac regit. Quum enim principium naturale est, quod bono et aequo non repugnat, veniam habet: ut in defensione sui, et suorum, in procreando, in amplificatione facultatum, et in his similibus, iu quibus natura duce utimur. Sed permittit aliquando natura malum, non solum ratione non praeditis, ut quum lupus, aut leo ovem devorat; sed etiam homini, quum is nimium in sese vindicando saevit, quum vagas libidines sequitur, quum per fas et nefas facultates suas amplificat, et aliorum utilitatibus obstat. Vt haec in rebus publicis caverentur, latae sunt a populo leges, quae naturam emendant ac coërcent. Vnde illud: Ex malis moribus leges bonae nascuntur. Comprehenduntur autem sub lege, prudentum responsa, plebiscita, principum placita, edicta praetorum etc. Variis enim modis olim leges fiebant; et, quae populi iussu, id est voluntate, sancita erant, ea violari non decebat; ideo etiam *leges sanctae* dictae sunt.

*Consuetudine* ) Iustinianus lib. I Institutionum dividit Ius omne, in scriptum, et non scriptum. Scriptum vocat legem, plebiscitum, senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentum: Graeci ἔγγραφον appellant. Non scriptum, ab his ἄγραφον dicitur, et in duas dividitur partes: in morem, quum auctor ignoratur; et in institutum, quod est, quum de auctore constat. Vtrumque sub consuetudine comprehenditur, qua id ius est, quod sine lege, aeque ac si legitimum sit, usitatum est: quoniam diuturni mores consensu utentium adprobati, legem imitantur. Ius scriptum ab Atheniensibus ortum habet; Consuetudo vero a Lacedaemoniis, qui ea, quae pro legibus observabant, memoriae mandabant. Consuetudinis duplicem esse rationem, scribit Cicero de Inventione; quaedam ab omnibus sunt recepta gentibus: quo in genere sunt iura gentium: alia sunt, quae ideo sunt certa, quia consueta: sicut sunt quotidianae consuetudines.

*Iudicatum* ) Iudicatum recte sequitur, ut enim lex et consuetudo naturae sunt emendatrices, sic iudicatum legem vel emendat, vel explicat, vel etiam lenit. Si enim lex obscura est, nec probe intelligitur, sublata iudicum sententia ἀμφιβολία explicatur: si vero est iniqua, aut omnino dura, rigor eius τῷ ἐπιεικεῖ lenitur. Primum, hic definit iudicatum: deinde, illud saepe diversum esse ostendit: postremo quo modo illud sit

tractandum, indicat. Iudicatum est, de quo sententia lata est, aut decretum interpositum. Id enim fit, quum ex lege, aut consuetudine res intelligi non potest. Sunt autem iudicata saepe diversa, ideo quod aliud alii iudici, praetori, consuli aut tribuno pl. placitum sit: ut de eadem re saepe alius aliud decreverit, aut iudicaverit. Huius rei duo ponit exempla; unum, de actione mandati; alterum, de iis, qui alios in scena nominaverant. Sacrosanctum erat mandati officium: ideoque is infamis erat, qui mandatum susceptum non summa fide atque diligentia perficiebat, atque conficiebat. Quamobrem mandati iudicium constitutum est, in quo dubium erat, si is, qui mandatum susceptum non fecisset, mortuus esset, possetne cum herede mandati agi. Itaque M. Drusus iudicium reddidit, id est contra illum iudicavit; Sex. vero Iulius non reddidit. Alterum exemplum est iniuriarum; quum enim poëtarum licentia in comoedia veteri, in qua conviciis quoslibet proscindebant, a potentibus tolerari amplius non posset, primum Alcibiadis opera lata lex est, ne quem liceret in scena nominatim laedere. Quidam laesit Lucilium: C. Coelius eum absolvit; alius laesit Attium poëtam: P. Mucius eum condemnavit. Quum igitur possunt res simili de causa dissimiliter iudicatae proferri, orator explicabit illas συγκρίσει, et iudicem cum iudice, tempus cum tempore, numerum cum numero iudiciorum proferet; plus enim auctoritatis habebit iudex gravis, virtute et sapientia praeditus, quam corruptus aut imprudens. In tempore etiam observanda est necessitas, quae vel iubet, vel vetat aliquid fieri: res vero semel iudicata, minus valebit, quam ea, quae est iudicata saepius. In his igitur discernendis, et oratorem et iudicem peritum esse oportet. Est ergo Iudicatum, de quo vel sententia lata, vel decretum interpositum est. Quod genus iudicati hic variare dicit, quod varii iudices diversas proferunt sententias. Quapropter haec pars iuris infirma est, si rebus iudicatis pro exemplis utimur.

*Ex aequo et bono*) Aequum et bonum Latini dicunt, quod Graeci τὸ ἐπιεικὲς, ἡ ἐπιείκειαν, id est *aequitatem*. Priora omnia fuerunt praeteritarum rerum, Aequum autem et bonum futurarum est: cuius consideratio plane λογικὴ est, id est mentis atque rationis. Vbi enim neque lex est aliqua, neque iudicatum ullum fuit, ibi iudex aequitatem debet habere propositam. Quamquam etiam in legibus, consuetudine atque iudicato locum habet. In hac autem, ut ex definitione intelligitur, αἶτια τελικὴ,

id est *causae finales* duae sunt spectandae, veritas et utilitas communis. Vt, Lex est: Qui caedem facit, capite puniatur; aliquis occidit aliquem: orator eum defendit, quod ira motus eum occiderit: idque verum esse potest: deinde addit, reum suum, qui occiderit alterum, utilem esse reipublicae, patriaeque semper fuisse studiosum. Est enim illorum habenda ratio, quorum praeclara in remp. exstant merita, ut in Miloniana etiam Cicero tractat. Hac etiam ratione poëta Aeschylus a fratre Arystea, ne a populo lapidibus obrueretur, liberatus fuit. Verum hoc etiam observandum est, nihil de lege, iure naturae, consuetudine atque iudicato remittendum esse, nisi aequum bonumque locum habere possit: ut et de veritate et de utilitate constet. Cognitorem vocat eum, qui causam alicuius suscipit, cognoscit, et in foro ac iudiciis tuetur: nunc *Procuratorem*, vocabulo novo nec bono, appellant. Addit autem, novum ius constitui oportere, propter differentiam legis atque aequitatis. Lex enim et probati et concessi iuris est; aequitas vero nec probato, nec praeiudicio aliquo confirmati. Item: Lex est rerum praeteritarum, Aequitas autem futurarum. Ex tempore et hominis dignitate constitui aequitatis ius oportere dicit: quoniam duo sunt ἡγούμενα, in quibus finales aequitatis causae spectantur: in homine veritas, in tempore vero utilitas. Tanta autem est Aequi et boni ratio, ut Ius nihil aliud esse dicatur, quam ars aequi et boni.

*Ex pacto*) Superiora fuere magistratus, pactum vero est privatorum: est enim pactum, quod privatim inter duos constituitur, atque in compromissione ac stipulatione est positum. Sed omne pactum vel est comprehensum legibus, quod legibus est expositum et notatum: ut nuptiarum, mandati et similium rerum; ut: Rem ubi pagunt, oratione pagunt: id est, quum de re aliqua inter se paciscuntur, oratione id confirmant: sic enim ego simpliciter intelligo. *In comitio aut in foro causam coniicito*, id est agito, aut cognoscito. Sunt autem haec ex XII tabularum legibus sumta. Vel pactum est natura, quod sine legibus ex conventu observatur: neque enim legibus omnia comprehendi possunt, propter personarum qualitates, rerumque exitus. Haec iuri praestare dicit, quia quasi naturae iuris sunt. Nam pacta etiam scripta saepe continent calumnias: propterea, quae sine legibus ex conventu observantur, legibus praestant propter interpretationem ambiguam.

*Idque in absoluta* etc. Praeter autem partes iuris, et alii loci

in hac constitutione iuridiciali inveniuntur. A personae conditione, id est, quum qualitas personae tractatur. Pictor enim, qui se defendit ab artificio, iam qualitatem, vel conditionem personae considerat. Item a ratiocinatione, quum utraeque partes ratiocinando colligunt, quae pro se facere videntur. Deinde a comparatione, quando inter se conferuntur, quae ratiocinatione collecta sunt. Et hi duo loci saepenumero sese consequuntur, et sunt communes utrisque partibus. Item ab absolutione locus, qui semper rei est, et a principio venit. Item a repulsione locus accusatoris proprius; ut qui contradicat absolutioni. Incidit et locus a definitione, sed non semper: quum utraque pars, vel altera per se definit. Alii nominantur complures loci, tam non necessario, quam si in caeteris includantur. Adde tamen locos communes qualitatis et intentionis, qui in peroratione et epilogo veniunt. Verum huiusmodi locorum tractatio non eodem modo observatur: nam partes iuris in hanc constitutionem semper veniunt, et ita veniunt, ut vel depulsionem rei ratione fulciant, vel accusatoris intentioni velut firmamento succurrant: et erit usus eorum vehemens, si, quidquid vel ex ipsa re, vel simili, aut maiore minoreve, commodi nasci potest, ex iisdem partibus is, qui utitur, eliciat: ut eleganter Cicero in II de Inventione docuit. Vt Orestes, quum a natura se defendit, tum fortius urgebit, si a minori colligat: fratrum iniurias ulcisci licere, quanto magis patris caedem. Caeterum alii loci nec in omnem controversiam iuridicialem, nec omnes veniunt, sed nec eodem ordine observantur, ut quae ad partium iuris tractationem respiciunt, quas partes bifariam tractari invenio: aut enim Positione, aut Remotione. Positione, si reus ideo se iuste fecisse dicat, quod natura, lege, consuetudine se tueatur etc. Remotione, si factum ideo reus licitum defenderit, quod nulla nec natura, nec lege, nec consuetudine, aliave parte iuris prohibeatur. Vt, si contra eum agatur, qui rem conductam non custodivit diligentissime: is enim reus ad talem se custodiam nec natura, nec lege, nec consuetudine obligatum esse dicat: quae remotiva dicitur partium iuris tractatio. In primo genere postquam reus depulsionis rationem a partibus iuris sumsit, dicens se iuste fecisse, quippe natura, lege etc. munitum, quae est absolutio quaedam: accusator rei defensionem per locum a repulsione infirmabit: quae repulsio conficitur dupliciter, aut Infitiatione aut Obsistentia. Prius illud tunc relucet, quum accusator negat reum

ulla vel natura, vel lege adiuvari. Quo casu saepenumero incidere solent constitutiones legitimae, si super scripto aliquo dissentiretur, quum reus ex scripto nititur: accusator sententiam legis praefert, quae ab reo abhorreat, vel quum accusator contrarium legem adducat, vel dicat legem a reo allegatam esse ambiguam: et sic de caeteris partibus iuris. Ea in controversia consultissimum erit accusatori, si nolit incidere in status legitimos, ut non infitietur naturam, legem, consuetudinem etc. quod impertinens infitiatio multum deformet, prematque infitiantem. Est ergo alia species repulsionis in accusatore, scilicet ab Obsistentia. Dicit enim: Sit sane, quod factum rei a natura, lege, consuetudine aut pacto non abhorreat: eo tamen modo, quo res patrata est, eoque tempore, loco, his mediis te hoc facere non decuerat: quod a loco ex comprehensione colliget. Et eo fine Orestes premetur, qui, etsi natura quadam et lege ad vindicandum patrem propelli potuerit, alio tamen, et meliori modo debuisset: dum innititur naturae, ne non innitendo naturae naturam offendat: et quum lege utetur, utendo in eam committeret. Unde tutius fuisse, matri litem intendere, quam manu propria interficere: qui est locus ab Obsistentia validus sane et firmus, si recte usurpetur. In alio genere, ubi quadam remotione reus statum facit, ut de Mimo, qui, a poëta accusatus, quod eum in scena nominaverit, potuisse dicet, et iuste potuisse, qui eo in facto nec natura, nec lege, nec consuetudine etc. vetitus sit: omnia autem licere, quae non sint illa iuris parte prohibita. Hoc genere accusator, si firmamento usurus, contendere poterit, iuris partes ea in re offendi, facile vincet, dummodo hoc liquidum faciat. Et incident etiam ea in specie litigantes iterum status legitimos, quod illa pars a scripto, a sententia alia se tuebitur. Sic de aliis statibus. Et, quod in absolutam iuridicialem legitimi status incidant, Sulpicius Victor docet: cui addo ego, Legitimos status per se nunquam venire in controversiam, semper esse incidentales. Quapropter Cicero de Inventione post coniecturam, definitionem et iuridicialem, legitimos status incidenter examinet, et seorsum: quod et Quinctilianus fecisse videtur: ut ita probabilis sit eorum assertio, qui tres tantum status ponunt praecipuos, *An sit*, *Quid sit* et *Quale sit*. Reversi ad propositum nostrum, videmus in superiori controversia etiam incidere locum a definitione: quum accusator contra leges fieri dicet, quidquid ad scandalum insignium personarum attentetur. Nam hoc casu in-

cidit definitio: scandalumne sit, pronunciare poëtam in scena. Potest et per Obsistentiam accusator rem suam firmare; ut si dicat: etiam ubi licuerit nominare nomen poëtae, tamen non a mimo, a gesticulatore: non in scena, loco theatrali, ubi populari sannae boni viri exponantur: non huiusmodi ioculari, risorio, histrionicoque apparatu: honestorum hominum nomina honeste esse, et loco honesto pronuncianda, non per ludibrium. Hic locus semper est vehemens. Hac in specie etiam loci incident a personarum qualitate, a ratiocinatione, a comparatione. Incident etiam loci a definitione, Quid sit remp. laedere. Accusator a factis definiet, videlicet, quamcumque occasionem praestare, ut reip. commoda minuantur: reus e diverso definiet a derelictis, nempe laedere remp. esse, in magistratum dolum committere, civitatem tradere hostibus, aerarium depilare. Quem definitionis conflictum commode consequetur locus a ratiocinatione per accusatorem, qui argumentis colliget utrumque esse reip. damnosum, sive directe, sive ex occasione noceas. Et potest in his et similibus controversiis grandis concertationis silva verborum divitiis, et Rhetoricae praeceptis consarcinari. De locis communibus, qualitate et intentione, sciendum, per eos locos qualitatem facti, et intentionem facientis vel sustolli per accusatorem, vel elevari et minui per reum: ille, ut in odium trahatur, exaggerat omnia; hic, ut ab odio eximatur, factum attenuat: qui sunt commodi loci materiae amplificandae. Hoc in calce non est praetereundum, in constitutione absoluta reum ex coniunctis criminibus posse appeti, quae separata statum non facerent; ut accusatur, quod in consessu parens semper aliis contradicat, ipse nihil consulat. Iam si separaveris, causa utraque per se licet, coniuncta non licet: quae dicitur duplex absoluta. Quo loco reus contendet, ut crimina separet, ac singulis ad coniuncta arguat. Accusator e diverso crimina separari non patietur: nec enim ex singulis reum defendi posse, qui non nisi ex coniunctis sit accersitus. In divisionis fallacia huiusmodi disceptationes incidi, quum accusatio ad coniuncta respiciat, et erit summa utrobique contentio, summus conflictus, an a singulis separatis ad coniuncta liceat arguere: incidentque iterum status legitimi: quia pro utraque parte sunt leges, et quod liceat, et quod non liceat: l. miles, §. 1, ff. de re iudicata: et l. scire, ff. de verb. oblig. Et posset hac specie constitutionis absolutae attentari testator, in l. si mihi, in fine, ff. de legatis primo. Quasi non liceat coniunctim sub alia et

alia conditione legatum adimere: quod tamen separatim licuerat: sed lex est pro reo.

## CAPVT XIV

*Quum ex comparatione*) Iuridicialis assumtiva, quam Graeci προσληπτικὴν nominant, est, quum per se defensio infirma est, sed assumta extranea re comprobatur. In hac versatur Cicero, ubi, Clodium ex usu totius reip. et interfectoris gloria oppressum fuisse, multis argumentis probat. Ex comparatione constitutio nascitur, utrum facere satius fuerit. Hermogenes appellat hanc partem ἀντίθεσιν, quasi *contrapositionem*, sive compensationem honestatis: habet enim concessionem rei illicitae: cuius tamen defensio sumitur a re extranea. Partes eius sunt *Comparatio*, *Translatio*, *Concessio* et *Remotio*. Hermogenes στάσεις ἀντιθετικοὺς appellavit, et uno in loco omnium tractationem coniunxit: quoniam omnes sese invicem complectuntur, non solum in his, quae sunt inter se communes, sed etiam in aliis statibus. Verum hic non inutiliter separavit. Σύγκρισις comparatio est, quum aliquod factum, quod per se ipsum non sit probandum, ex eo, cuius id causa factum est, defenditur. Lib. I ad finem comparationem ultimo loco posuit: in hoc tamen secundo libro eam priori sede dignatur, et recte: quia in comparatione excusationis ratio non ab extra sumitur, sed ex ipso facto: et sic potius ad absolutam accedit, quae propriis armis nititur, quam quod sit assumtivae portio, quae nisi adiumento ab extra sumto non consistit: et ideo Assumtiva nominatur. Est autem Comparatio, rei per accusatum factae, ad eam, quam accusator fieri oportuisse contendit, collatio.

*Primum quaeri convenit*) Comparationis capita sunt quatuor. Primum est ἀντεξέτασις, quae est diligens et accurata finium publicorum inter se consideratio atque comparatio. Versatur haec circa huius rei finem proprium, cuius tria ponit capita, Venustum, Facile, Conducibile: quae tamen sub utili comprehendit, et utriusque accusatoris ac defensoris praecepta coniungit. Venustum vocat honestum, pulcrum, quod demonstrativi est generis. Facile, quod fieri potest, et in deliberativo genere in primis necessarium est: ideoque praecedere debet.

Conducibile, quod Vtile vocant, quod prosit: quod ad deliberativum genus pertinet.

*Deinde oportebit quaeri*) Caput secundum comparationis est, ποιότης, *qualitas*, quae est τοῦ ἀξιώματος potestatis, atque iuris: an illi licuerit iudicare, utrum fuerit utilius, id est, maiori malo minus praeponere. Est igitur hoc caput δικαιολογικόν: in quo accusator non licuisse, defensor vero licuisse praeponere maius malum minori dicet: quoniam, quid faciendum esset pericula reo ostenderunt, de quibus magistratum certiorem reddere non potuerit.

*Deinde interponetur ab accusatore*) Tertium est, τὸ τέλος, rei propositae consilium atque ratio. Differt a primo, quod in illo finium publicorum comparatio est, qui rei conficiendae facultatem ostendunt: in hoc vero privati commodi spectatur consilium. Accusator igitur suspicione coniecturali contra reum pugnabit, non eum melius deteriori praeposuisse, sed dulo malo sui commodi gratia negotium gessisse. Vt quum imperator militnm dicitur arcem, vel oppidum, non alimoniae inopia, sed pecunia corruptus, tradidisse. Videtur hic locus a librariis esse corruptus. Quum enim boc caput magis inserviat accusatori, quam defensori, omnino sequi hoc in loco debet praeceptum, quod dat defensori separatim, neque interponi caput quartum necessitatis. Defensor igitur contra refellet argumentationem coniecturalem aliqua probabili causa. Ostendet autem reum ante semper fortiter prudenterque pugnasse: nunc vero ut non pugnaret, causam fuisse τὴν τῶν κακῶν ἀποβολήν, *incommodorum evitationem*: eumque nihil inde privati cummodi consecutum, sed exercitus salutem spectasse, quem salvis impedimentis salvare non potuerit.

*Deinde quaeretur*) Quartnm caput est τοῦ ἀναγκαίου, *necessitatis*: an fuerit necesse facere id, quod fecit: an potuerit in eum locum venire, in quo ab hostibus fuerit circumdatus: et his similia.

*Ab defensore contra refelletur* etc. Intellige, signa suspicionis supra in contrarium adducta refellentur: nempe, falsa se premi suspicione: porro, nullam rem esse, quam non suspicionibus criminari possit homo inimicus: nihil firmamenti in talibus esse coniecturis, si desinit testes: proinde, nisi quid duli probari possit, taceat. Caeterum haec signa et argumenta talia esse possent, quod reus gravaretur: ut, si constaret, hostes aliquid reo pollicitos esse, ut clandestina cos colloquia mi-

scuisse, vel reum ardenti in exercitum odio id ei ignominiae comparasse: quod factitatum legitur de Appio Claudio.

*His locis ita tractatis*) Quintum et postremum caput est, κοινὸς τόπος, *locus communis* cum accusatori, tum defensori. Accusator enim ἀπορίᾳ utetur, sive *communicatione* cum iudicibus, quid ipsi facturi fuissent, si in eo fuissent loco: et ostendet, inutile esse, temere aliquid facere, cuius statuendi potestatem non habuerit. Defensor etiam loco communi utetur, in quo primum ὀδυρμὸν, *querelam*, instituet: deinde κοινωνίαν, *communicationem* cum iudicibus, quid ipsi fuissent facturi: tertio, ἀπαρίθμησιν, *enumerationem* temporis, loci, rei ac deliberationis suae.

## CAPVT XV

*Translatio criminis*) Causa constat ex translatione criminis, quum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus: ut Orestes, quum se defendit, in matrem confert crimen, quod ei patrem necasset. In hac tam ab actore, quam a reo, *diligenter* quaerendum est, iurene in alium crimen transferatur: ut in causa Orestis, primum quaerendum est, an Clytemnestra Agamemnonem per insidias occiderit: nisi enim factum esse constet, nihil Oresti translatio criminis proderit. An aeque magnum sit illud peccatum, quod in alium transferatur, atque illud, quod reus suscipere fateatur: ut, num aequale crimen sit Clytemnestrae, quod ei patrem necaverit, Orestis crimini, qui eam occidit. Oportueritne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit. Turpe autem et indignum putant magni rhetores, eos consectari imitando, quos apud iudices improbamus. Si nulla valebat apud te excusatio unius peccati Clytemnestrae, cur ipse simile committebas? Oportueritne iudicium ante fieri, priusquam patris ulciscendi causa supplicium de matre sumsisset. Quum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transferatur, oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit. Hac in causa locus communis Accusatoris est, quum dicet, contra eum, qui plus censeat vim, quam Clytemnestrae Orestes intulit, quam iudicia valere oportere, et ab adversariis percunctabitur, quid sit futurum, si caeteri quoque de indemnatis supplicia sumant, quod eos idem

fecisse dicat, quos accusat, et dicet: quid, si accusator idem facere voluisset? Quid, si eadem ratione Menelaus Orestem indemnatum necasset? Defensoris est, si proferet eorum peccati atrocitatem, (ut Orestes Clytemnestrae) in quos crimen transfertur: rem, locum, tempus ante oculos ponet, ut ii, qui audient, existiment aut non potuisse, aut non fuisse utile rem in iudicium venire. Translatio a Graecis ἀντέγκλημα vocatur, id est, quasi mutua quaedam accusatio, quum culpa in alium confertur. Est autem duplex, στοχαστικόν, et δικαιολογικόν. Illud est in coniectura, quum factum non solum a nobis factum esse negamus, sed etiam ab adversario factum esse dicimus: cuius est exemplum in Rosciana. Δικαιολογικὸν vero est, cum ipsa qualitate, qua nos iure defendimus: quum factum concedimus, sed facti causam in adversarium transferimus; ut, Orestes se matrem occidisse fatetur, sed matrem praebuisse causam dicit, quoniam illa patrem suum occiderat, cuius necem ultus sit iure. Huiusmodi etiam Milonis fuit defensio. Pertinet igitur hic status ad ius et aequitatem. Sed omnis causa transfertur vel in personam alienam, et μετάθεσις, id est *remotio* dicitur: vel in rem, vocaturque *purgatio:* ut quum quis tempestate impeditus, venire ad diem constitutum non potuerit: vel in adversarium, et appellatur ἀντέγκλημα, id est *translatio*, sive accusatio mutua. Sunt autem sex translationis capita. Primum est κοινὴ ποιότης, *qualitas communis*, quando absolute consideratur, an iure aliquid in alium conferatur: ut, an, quia patrem illa prius occiderit, recte matrem occiderit Orestes: An, quia Clodius insidiator fuerit, iure eum occiderit Milo. Habet igitur hoc caput τῶν αἰτίων διάσκεψιν. Alterum est σύγκρισις, *comparatio*, quae circa utriusque facti qualitatem versatur. In hac enim spectandum est τὸ ἴσον ἀντιπέπονθος, *aequalitatis proportio:* An aeque magnum sit illud peccatum, quod in alium transfertur, atque illud, quod reus suscepisse fatetur: ut Milo occidit Clodium, quoniam hic Milonem occidere voluit. In Orestis autem exemplo dubium esse potest, utrum maius sit peccatum, maritum ab uxore, an matrem a filio occidi. Quum igitur aliqua est inaequalitas, ἀντέγκλημα locum non habet. Tertium est, τὸ ἀναγκαῖον, quod in causarum efficientium consideratione est positum: an illae sint absolutae ac necessariae. Oportueritne in ea re peccare, in qua alius ante peccarit, et an vim effugere potuerit. Est enim vis, quam effugere non possumus. Hoc igitur in loco opus est distinctione temporis, quod vel intervallum habet,

vel continuationem. Haec est in causa Milonis, qui Clodium occidit, quum ei insidias struxisset. Intervallum vero est in causa Orestis, qui matrem longe post occisum patrem interfecerit, quum illam in iudicium vocare potuisset: τὸ συνεχὲς igitur, id est *continuatio*, excusationem habet: sed διαχωρισμένον, id est *intervallum*, ad caput sequens referendum est. Quartum caput est κρίσις, *iudicium*: an illud ante fieri oportuerit. In hoc primum διαχωρισμένα locum habent: deinde ea, quae non omnino continuata sunt. Continuata enim vel omnino continuata sunt, ideoque sunt necessaria, quae locum in iudicio non habent: vel modicum habent intervallum, et non sunt necessaria: eaque in iudicium deduci possunt. A primo capite hoc differt qualitate, quae in illo est spectanda. Quintum est πρόκρισις, *praeiudicium*: an lex exstiterit de ea re, aut simili: ut, quum factum iudicium non sit de illo crimine, quod in alium transfertur, oporteatne de ea re iudicium fieri, quae res in iudicium non venerit. Sic Orestes se defendere poterit: de quo vide in Rosciana. Sextum et postremum caput est κοινὸς τόπος, qui in utramque partem valet, et ab accusatore et a reo usurpatur. Nam ex firmamento accusatoris, et ratione defensoris pendet, ideo utrique dat praecepta. Accusator primum utetur συγκρίσει, iudiciorum, aut legum cum ipsa vi. Deinde ἐπιπλήξει, *comminatione*, quae sumetur ex conglobatione consequentium, quam tractabit κατὰ τὸ πύσμα ὑποθετικῶς, id est, per interrogationem in re una vehementem, in qua etiam utetur ἐπιμονῇ, *immoratione* conglobationis multarum rerum, ex quibus ipsa cognoscetur qualitas. Defensor etiam συγκρίσει utetur, et vim eorum peccati proferet, in quos crimen transferetur, eamque cum rei facto conferet. Vocat autem hoc in loco atrocitatem, vim: quae nihil est aliud, quam atrox rei necessitas, quum mors est quasi ante oculos. Deinde utetur conglobatione τῶν περιστάσεων, et rem, locum ac tempus ante oculos ponet: ut, aut non potuisse, aut non fuisse utile, rem in iudicium venire, existimetur. Hic autem status pro tanto assumtivus est, quia non consisteret nisi ope extrinsecus petita: ut, qui excusat se homicidii, dicet se aliter defendi non potuisse, violentia alterius urgente. Et, quamvis etiam hoc statu reus defendatur iuste fecisse, et ex partibus iuris forte nitatur, tamen non ex solis partibus iuris, si aliorum peccata causam non instruerent. Vt sic non sit magna differentia inter translationem criminis et absolutam iuridicialem: atque adeo exemplum Orestis, quod huc pertinet,

illuc deduximus. Habet haec constitutio acrem utrimque conflictum: nam accusatoris loci sunt vehementes. Primo, exponet: deinde intentionem rei repellet per locum ab obsistentia, cui subiungitur locus a comparatione: item ratiocinatio, qua accusator reum premet ab absurdo: item locus a contemtu iudicii, vehementer strenuus; quae omnia exemplo patebunt iam supradicto. Nam accusatur Orestes, quod matrem interfecerit: is se defendit, coactum crimine matris, quae auxilio Aegysthi adulteri parentem interfecerit. Hic accusator urgebit repulsione ab obsistentia. Sit sane, quod mater parentem interfecerit, non propterea matrem debebas occidere: sic enim crimina non excusari, sed multiplicari. Porro non erat tantum facinus matris, quantum tuum est: haec enim irritata, quod Agamemnon Iphigeniam filiam immolarit, quod amasset Cassandram etc. facile posse mulieres talibus rebus irritari. Tu vero quam causam interficiendae matris habuisti, cui summam pietatem debueras? qui est locus a comparatione. Deinde, quum mater caedis culpabilis fuisset, patebat locus iudicii: hanc viam quum tu contemseris, et auctoritate tibi ipsi iudicaveris, quo modo iam in iudicium crimen matris vocas, qui locum iudicii a principio deseruisti? Hic locus est validus, teste Cicerone in libro de Inventione. Possunt addi loci a definitione: ut non vindicta parentis, sed latrocinium sit facinus Orestis. Ad haec accedent loci communes: quod, si ea licentia concedatur, ut de indemnatis supplicium sumere liceat, sese sine iudice vindicare, quo tibi cum iudiciis? quo Areopagus? quid forum? quis tandem caedium finis? quae civilis communionis tranquillitas? Hic defensor primum a causis facinoris se tuebitur, non tam facta, quam causam, inspici oportere. Item ab intentione se fundabit, armabitur a pietate, ut nihil minus, quam latrocinii, vel parricidii facinus intenderit. Porro per locum ab opportunitate, amore, periculo, se potenter defendet: saepe enim praeripi facultatem vindicandi criminis, si semper ad iudicia spectes: licere etiam iure scripto sine iudice sese vindicare, ubi mora sit allatura periculum: denique potentiam matris, familiam, patrocinatores et clientelam vereri potuisse, et ne per sordes, ne per gratiam iudices moverentur: proinde iudicii aleam non contemsisse, sed opportunitate fuisse usum. Nec ipse, crimen matris in iudicium deducet, ut super eo iudicetur, quia manifesta non egent iudicio; sed ut exemplo sese tueatur, sese excuset. Nec sane verum esse, quod parricidio sese contaminaverit, sed id

ipsum perpurgaverit, adulterii foeditatem everterit, domum patris deiectam erexerit, reparaverit: quae est contraria violenta definitio.

## CAPVT XVI

*Concessio est* etc. Concessio a Graecis dicitur Συγγνώμη, id est *Venia*, inde etiam a Latinis *Status venialis* dicitur. Estque quum reus non id, quod factum est, defendit, sed, ut ignoscatur, postulat. Haec, ut diximus, in Purgationem et Deprecationem dividitur. Purgatio est, quum factum conceditur, culpa removetur: causa enim rei in rem alienam transfertur: ideo a Graecis Μετάστασις dicitur. Differt a superioribus, quod in illis ius et leges spectantur, in hac vero sola clementia et misericordia iudicis. Haec partes habet tres. Necessitudinem, Imprudentiam, Fortunam. Necessitudo vehementissima est, ideoque ad purgationem plurimum valet. Est autem quinquepartita. Primum enim considerandum est τὸ τῆς ἀνάγκης αἴτιον, id est *necessitatis causa*: utrum per culpam ventum sit in necessitudinem: num culpam veniendi necessitudo fecerit. Culpam hoc in loco vocat, causam malam necessitudinis: ut, si quis sua negligentia passus esset se ita includi, ut vel cum periculo pugnandum illi fuerit, vel impedimenta amittenda. Deinde ὁ τῆς ἀποβολῆς τρόπος, id est, ratio quaerenda est, ecquo modo vis illa vitari potuerit, ac levari. Derivatur hoc ex primo, in quo quaeritur, unde necessitatis causa venerit. Tertio, τὰ πραχθέντα, *res gestae* sunt spectandae: in quibus etiam τὰ παραλειφθέντα, *ea, quae omissa sunt,* considerantur: utrum is, qui in necessitudinem causam conferet, expertusne sit, quid contra facere, aut excogitare posset. Quarto, βούλησις, num volens venerit in periculum: hoc totum est στοχαστικὸν ἐκ τῶν ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων: sumuntur enim suspiciones ex coniecturali constitutione, id est τεκμήρια, καὶ εἰκότα, quae significent, id consulto factum esse, quod necessario accidisse dicitur. Postremo, τῆς ἀνάγκης μέγεθος est spectanda, si maxime necessitudo quaepiam fuerit, conveniatne, eam satis idoneam putari. Est enim necessitas, vis quaedam ἄφευγος, quae vitari minime potest. Imprudentiam Graeci ἄγνοιαν vocant, quum quis per ignorantiam in

malum labitur. Ea quatuor habet capita. Primum est, τοῦ δυνατοῦ, utrum potuerit scire, an non potuerit: id est an imprudentia ibi fuerit. Alterum est, τῶν πραχθέντων, utrum data sit opera, ut sciretur, an non. Tertium est, διακριτικόν: distinguendum enim est utrum casu nescierit, an culpa. Quoniam, qui se affectu peccasse dicet aliquo, is animi vitio videbitur nescisse, non imprudentia: quamobrem nova se culpa contaminabit. Vocat autem casum τὸ αὐτόματον, quod fortuito accidit. Quartum est, στοχαστικόν: coniecturali enim constitutione quaeretur, utrum scierit, an ignoraverit. Tractantur tamen etiam tres partes στοχαστικῶς. Differt autem prima ab hac quarta, quod illa est πραγματικὴ περὶ τοῦ δυνατοῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος, haec vero est praeteritarum. Postremum caput est συγκριτικόν: conferetur enim factum cum imprudentiae qualitate, satisne in hac ad defensionem praesidii debeat esse, quum de illo constet. Praecepta sunt in hac parte communia, ut etiam in prima fuerunt. Nam et accusator reum his capitibus gravare, et defensor illis eumdem tueri conabitur. Ἐν τῇ τύχῃ, *in fortuna* eadem sunt spectanda, quae in necessitate. Etenim hae tres partes purgationis inter se finitimae sunt, ut in omnes eadem fere possint accommodari. Habet autem ut necessitas, ita etiam fortuna, obiectum ac fundamentum, ipsam vim: terminum vero, evitationem. Quare, quum et necessitas et fortuna satis est magna, evitari non possunt.

*Loci communes*) Post praecepta generalia, nunc etiam locos communes huius status tractat. Accusator finem habet propositum, saevitiam: ideoque omnia exaggerabit, et facta potius, quam orationem, spectanda esse dicet. Defensor clementiam et misericordiam iudicis propositam habet. Is primum διακρίσει utetur, et non facta, sed voluntatem potius spectandam esse in omnibus rebus contendet. Deinde ostendet, nullam in iis fraudem esse posse, quae consulto facta non sint.

## CAPVT XVII

*Deprecatione utemur* ) Deprecatio proprie Συγγνώμη vocatur, quae est, quum et factum confitemur, et concessionis partibus non utimur, sed veniam petimus. In concessione est defensio aliqua, qua in iudicio reus potest consistere: in hac vero nulla est: quamobrem ignoscendi ratio in deprecatione sex quaeretur locis: 1. Επιδείξει, *demonstratione* personae, quis sit, quid pro rep. egerit, quae de illo in futurum spes sit. 2. Συγκρίσει παραδειγματικῇ, eum, qui iam supplex sit, mansuetum et misericordem fuisse etiam aliis, quum in magistratu esset. 3. Διακρίσει τῶν αἴτιων, *causarum distinctione*; malas enim facti causas tollet, et bonas ac veras ponet; non odio aut crudelitate, sed officio et recto studio commotum fecisse. 4. Exemplis, aliis quoque in simili causa veniam esse datam: ut in causa Marcelli apud C. Caesarem fecit Cicero. 5. Τοῖς ἐκβησομένοις, primum hoc tuto, deinde etiam honeste fieri posse: ut nec periculum, nec vituperatio metuenda sit. 6. Postremo, locis communibus, de humanitate, fortuna, misericordia, rerum commutatione, quibus defensor iudicem ad clementiam flectet. Sunt autem omnes illi loci defensoris; quare in fine breviter monet, accusatorem, qui contradicet, his locis omnibus ex contrario uti debere cum amplificatione, et enumeratione omnium peccatorum: ut, atrocitate sceleris animadversa, iudex a misericordia avertatur. In hoc statu Deprecationis (si saltem status est, sicuti non est) novem locos colligas, 1. Ab officiorum excessu. 2. A vita inculpata. 3. A natalium splendore. 4. A spe utilitatis futurae. 5. A digna retaliatione mansuetudinis per eum exhibitae. 6. A remotione fraudis. 7. A lapsu officioso. 8. Ab exemplo. 9. A sublata periculi formidine.

*Quum a nobis crimen removere* ) Remotio, μετάστασις, postremus est inter status assumtivos. Ea est, quum facti nostri causam vel in rem, vel in personam conferimus. Si causa in hominem conferetur, quadripartita eius consideratio erit. 1. Primum enim de personae auctoritate quaeretur, potueritne tantum, quantum reus demonstrabitur, is, in quem causa conferetur: ut, Tribunus occidit militem iussu imperatoris: quaeritur,

an indicta causa occidisse imperator potuerit. 2. Τὸ δυνατὸν, an honeste et sine periculo potuerit obsisti: hoc στοχαστικὸν est: ut, an suadere tribunus imperatori potuerit, ne occideret militem. 3. Ποιότης, *qualitas*, an si maxime ita sit, ea re concedi reo conveniat, quod alieno inductu fecerit. 4. Στοχασμὸς, *coniectura*, num consulto fecerit. Si causa in rem quamdam conferetur, eadem praecepta observanda sunt, quae supra de necessitudine tradidit. Coniunxit praecepta etiam in hoc statu, sed utentur contraria methodo accusator, et defensor, et quisque ad suum omnia finem accommodabit. Differt autem Remotio a Purgatione, quod fortuna, et necessitas quasi divina sint, et imprudentia etiam in voluntate hominis non contineatur: in remotione vero omnia sunt humana. Hermogenes tamen haec duo coniunxit. Haec autem remotio criminis convenit cum translatione, eo quod ambae removent crimen, sed in eo differunt, quod translatio transfert peccatum in rem puuitam, Remotio vero criminis in rem non punitam.

*Potueritne tantum* ) Locus est vehemens, quo urgetur reus: quum dicimus, non potuisse iubere, non fuisse tantae auctoritatis eum, qui iussit peccatum tantum. Et hoc est etiam iure civili provisum, ut non excusetur remotione criminis a facinore illicito, qui paruit illicita iubenti: immo utrique teneantur, et iubens, et faciens, l. prima, §. quoties, ff. de vi et vi armata. Excusabit igitur iussu consulis, vel praetoris, quod et ius scriptum dicit, iuste eum possidere, qui iussu praetoris possideat, l. iuste, ff. de acquirendis possessionibus. Item iussu dictatoris. Sic Servilius Ahala, magister equitum, quum confodisset Sp. Melium, excusatus est iussu Cincinnati dictatoris. Sic, ex Iurisconsultorum sententia, excusatur is magistratus, qui iussu Imperatoris suspendit hominem sine ulla causae cognitione; quod satis colligitur in cap. qui resistit, 11 q. 3.

## CAPVT XVIII

*Quoniam satis* etc. Proponit non simpliciter, sed κατ' ἐνθύμημα: quoniam satis ostendisse videtur, quibus argumentationibus in unoquoque genere causae iudicialis uti conveniret. Atque hoc est τὸ ἡγούμενον; sequitur ἑπόμενον. Consequi videtur, ut doceamus, quemadmodum ipsas argumentationes ornate atque absolute tractare possimus. ἡγούμενον αἰτιολογικὸν est, ἑπόμενον vero καταστατικόν: rem enim proponit breviter.

*Haec enim res*) Κατασκευή, ab utili, quod ostendit κατ' ἀφαίρεσιν τῶν κακῶν. Enumerat enim argumentationum quinque vitia, quibus vitatis, facile virtutes atque utilitates argumentationum possumus consequi. Primum est κακὴ, καὶ ἄτακτος ἐπιμονή, quum diutius, quam satis est, in iisdem locis commoramur. Alterum, ἐπανάληψις τοῦ αὐτοῦ, ὅταν τὴν ἀρχὴν ἐπιλαμβάνομεν, quum eamdem rem dicimus, et nos diversa dicere putamus. Tertium, ἀτελὲς ἐπιχείρημα, argumentatio inchoata, nec dum perfecta. Quartum, incommoda ad aliam deinceps transitio: quum argumentationes ac conclusiones inter se non distinguuntur. Hoc apud oratores vitiosum est: sed tamen, quum fit apud dialecticos κρύψεως ἕνεκα, laudem habet. Illi enim ornate ac dilucide dicunt, hi argumentose. Quintum est, ἡ λήθη τῶν ῥηθέντων, *oblivio eorum, quae dicta sunt*, quum nescimus, quid quo loco dixerimus: ut nec auditor cum totius causae, tum uniuscuiusque argumentationis distributionem percipere, et meminisse possit. Ex his vitiis facile est videre virtutes, quae ex contrario sumuntur.

*Ergo absolutissima* etc. Argumentatio quinquepartita est amplissima, brevissima tripartita, quae fit, quum argumentatio brevis, et res tenuis atque humilis non opus habent exornatione atque complexione. At mediocris est quadripartita, omissa vel exornatione, vel complexione. Quorum illud contingit, quum res parum locuples videtur ad amplificandum, vel exornandum: hoc, quum res brevis, et memoria comprehendi poterit. Argumentatio oratoria est, qua ex rebus probabilibus aliquid probabile efficitur, quod ante minus probabile ac dubium fuit. Rhetores Graeci ἐπιχείρημα vocant, id est, rei probandae aggressionem: quae vox est Sophistarum, et tortam

argumentationem significat: est enim syllogismus dialecticus. Quidam etiam ἐνθύμημα vocant, sed breviorum illud conclusionum est. Philosophi συλλογισμὸν *ratiocinationem* appellant. Quum autem in omni argumentatione res sint multae, εὔτακτον eam esse necesse est. Quamobrem recte nunc de partibus, quibus constet, et quid harum quaeque sit docet. Omnis igitur argumentatio vel est perfecta et plena, vel contra, imperfecta et non plena. Plena est quae est, πιστοτικὴ, καὶ ὀγκώδης, id est, quae vires et elegantiam habet. Vires ab argumentis sumuntur, quae Graeci πίστεις; elegantia vero ab ornatu, quem illi ὄγκον appellant. Non plena est, quae ornatu caret: ideoque non delectat, sed ad πίστιν, *fidem*, solummodo est accommodata, qualis est etiam dialecticorum. Omnis autem plena argumentatio, quam hic absolutissimam et perfectissimam appellat, in quinque distributa est partes, *Propositionem*, *Rationem*, *Rationis confirmationem*, *Exornationem*, *Complexionem*. 1. Propositio πρότασις dicitur ab oratoribus et dialecticis, Rhetores etiam κατάστασιν vocant: a non nullis ἐπιχείρησις, quasi ad rem ipsam aggressio, appellatur. Est autem id, quod in argumentatione ponitur primum, et in conclusione repetitur postremum, de quo dubitatio fuit. 2. Ratio, κατασκευή, sive αἰτία est, propositionis confirmatio: demonstrat enim, id verum' esse, quod intendimus, id est, quod est ἐν ὑποθέσει', brevi subiectione, hoc est, una atque altera sententia. Haec par est magnitudine, quoniam in eadem re ac persona versatur, sed fide maior est. Propositio enim τὸ ζήτημα πολιτικὸν, id est, quod in quaestione est, continet, de quo adhuc dubitatur. Ratio autem affert aliquid probabilius, quod conclusionis causa esse potest. Omnis propositio vel est ἁπλῆ, id est *simplex*: vel συμπεπλεγμένη, *coniuncta*. Simplex est, quae summatim id, quod in quaestione est, ostendit: quod tum fit, quum res ipsa non est multiplex. Coniuncta est, sive copiosa, quae ἐπεξεργασίαν, ἢ ἐπιμονὴν habet: quae duas ob causas fiunt: Primum, propter rem multiplicem, quae vel partitione habet opus, vel ornatum ac splendorem, propter magnitudinem, requirit. Deinde memoriae causa, ut ipsa repetitio, sive immoratio memoriam adiuvet. Eodem autem modo propositionis ratio tractabitur, quo ipsa est tractata propositio: ut, si haec simplex sit, etiam illa erit: sin tractata copiosius, etiam ratio vel ἐπεξεργασίαν, vel ἐπιμονὴν habet. Oratores enim semper aequalitatem observant, ut paria reddant paribus. 3. Rationis

confirmatio, προσυλλογισμὸς, προκατασκευὴ, vel ἐπικατασκευὴ, est, quae pluribus argumentis corroborat breviter expositam rationem. Differt a ratione ἀριθμῷ, καὶ πίστει: quod haec unum habet medium: estque ὑποθετικὴ, ut etiam propositio: et plerumque breviter, hoc est sine amplificatione, quum propositio simplex est, rem exponit: adprobatio vero, quia θετικὴ est, pluribus, magisque probabilibus argumentis ac mediis copiosius rationem corroborat. Est enim causa *sine qua non*, ut dialectici loquuntur, ideo αἰτιολογία dicitur, rationis adprobatio, quia rationi est addita ratio. Exornatio, ab aliis Επεξεργασία, ab Aristotele προσοικοδόμησις, dicitur, quasi *altera coaedificatio*; ab Hermogene ὄγκος appellatur. Est autem Exornatio, qua utimur rei cohonestandae et locupletandae causa, confirmata argumentatione. Differt a reliquis, quod propositio simplex est, et nuda: ratio plus valet probabilitate: adprobatio vi et robore argumentorum: exornatio autem vehementior est propter amplificationem. Omnis enim exornatio aut viribus valet, aut ornatu: viribus ea valet quae est argumentosa: ornatu, quae habet amplificationem. Ea autem, ut in Partitionibus inquit Cicero, et verborum genere conficitur, et rerum. Verba ponenda sunt, quae vim habeant illustrandi: in quibus decorum observandum est, ne sint graviora, quam causa postulat. Rerum amplificatio sumitur ex iisdem locis omnibus, quibus illa, quae dicta sunt ad fidem: maximeque definitiones valent conglobatae, et consequentium frequentatio, et contrariarum, et dissimilium, et inter se pugnantium rerum conflictio, et causae, et ea, quae sunt de causis orta, maximeque similitudines et exempla, fictae etiam personae, muta denique loquuntur. Atque haec omnia magna esse debent. Sed, quamquam in cursu ipso orationis locus, declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehensa: tamen, quum proprius amplificationis locus sit in perorando, nihil de ea hic dicemus amplius. Complexio, Συμπέρασμα, est, quae concludit breviter, colligens partes argumentationis. Est enim oratoriae argumentationis terminus. Atque haec tractatio partium argumentationis etiam in ipso exordio observari potest, non minor, quam in confirmatione aut in reprehensione.

# CAPVT XIX

*Inimicum* ) Propositionis κατασκευή, ratio, non minus, quam ipsa propositio simplex. Habet tamen in se hunc συλλογισμόν: A quo summum metuendum est periculum, is inimicus est acerrimus: Ab Aiace Vlyssi summum periculum metuendum fuit: Ergo Vlyssis hostis acerrimus Aiax fuit. Minor facti impulsionem et causam habet.

*Summum periculum* ) Hic duae subiiciuntur causae, et quod inimicus erat, et quod metuebat summum periculum.

*Videbat, illo incolumi, se incolumem non futurum* ) Προκατασκευή, sive προσυλλογισμός, *rationis adprobatio*, quae tractatur contrario, exemplo, conclusione et θέσει. Primum contrarii medium ex circumstantia personarum ac causae sumitur. Personae sunt, Aiax et Vlysses: causa est ὀρεκτική, *impulsiva*, incolumitas Vlyssis, quae altero incolumi esse non potuit. Alterum medium ex eodem sumitur loco: est enim τῶν αἰτίων ἀντιστροφή: mors Aiacis, salus Vlyssis. Tertium medium est: consueverat, si non iure, quavis iniuria inimico exitium machinari. Hoc quasi ad παραδείγματα pertinet: ab ingenio enim, et vita Vlyssis anteacta sumitur. Exemplum est ὑποθετικόν, a persona Palamedis, quo ante uniuersalem conclusionem concludit. Sumitur hoc ex historia, cuius etiam in secundo Sinon Virgilianus mentionem facit. Conclusio et causam repetit: metum scilicet periculi et Vlyssis consuetudinem in peccando. Θέσις, id est sententia uniuersalis, habet ratiocinationem a minori ad maius. *Videbat*: Rationis confirmatio, quae pluribus argumentis corroborat breviter expositam rationem.

*Si multos* ) Sequitur in Exornatione, ἐπεξεργασία: quae habet primum σύγκρισιν: deinde ὁμοίωσιν. Pars prima συγκρίσεως prior est ἀόριστος, καὶ ὑποθετική, in qua plures, minores et extraneae res cum maiore conferuntur infinite: nullam enim personam nominat. Longe minora sunt pecuniae, imperii cupiditas et leve compendium, quam formido acerrima, quae Vlyssem ad maleficium impulit. Pars altera, ipsa videlicet προσαπόδοσις, tractatur ἐρωτήσει, *interrogatione*, propter vim maiorem.

*Virum fortissimum* ) Altera comparatio, ὡρισμένη, *finita* est, in qua personas inter se confert Aiacis et Vlyssis. Habet autem haec ἐπαύξησιν, *incrementum* in utraque parte, *Virum fortissimum*, *integerrimum* etc. pars altera: *Homo timidus*, *nocens* etc. Huic etiam subiungit interrogationem, vehementiae causa.

*Nam quum feras bestias* ) ὁμοίωσις, *similitudo*, qua in rebus diversitatem ostendit, et comparationem proximam probabiliorem facere conatur. Habet autem etiam haec ipsa similitudo ἐνθύμημα συγκριτόν: cuius παραύξησιν quoque, id est *exaggerationem*, κατ' ἀντίθεσιν subiungit, qua rebus similibus diversitatem ostendit. Huius pars prior ἀφαίρεσιν habet, praesertim quum in bestiis nullam neque bonam, neque malam rationem videamus. Altera θέσιν: in isto plurimas et pessimas rationes semper fuisse intelligamus. Est haec exaggeratio eo firmior, quod, quum prima ἀντιθέτως parte, omnem rationem a bestiis removerit, in altera parte quantitatem cum ipsa qualitate coniunxit: nec pessimas tantum, sed etiam plurimas Vlyssi rationes tribuit.

*Si ergo* ) Συμπέρασμα, *Complexio*, quae cum propositione medium comprehensum habet. In hoc enim conclusio dialectica differt ab oratoria, quod dialecticus medium omittit, orator vero et illud ipsum repetit, et ad hoc rationem eiusque exornationem addit.

## CAPVT XX

*Genera duo sunt vitiosarum* ) Tradit hic περὶ τῆς ἀνασκευῆς καταλήψεις, praecepta, quo modo argumentationes vitiosae sint reprehendendae. Ac primum, quot sint earum genera, et quid unumquodque sit, docet: deinde, se exemplis omnia explicaturum esse promittit: tertio, usum huius praeceptionis indicat: postremo, quibus in rebus vitia illa sint, considerat. Genera duo sunt vitiosarum argumentationum: unum πρὸς θέσιν, ad causam pertinens, alterum μὴ πρὸς θέσιν, ad causam non pertinens. Primum, tametsi necessarium non est, tamen, quia ad causam pertinet, in qua aliquando orator probabili pro necessario utitur, ideo aliquo modo tolerabile est. Reprehenditur tamen propter materiam, quia aut est falsum, aut infirmum. Alterum nugatorium est, hoc est σοφιστικόν: quod quoniam est ἀσυλλόγιστον,

id est, in ipsa forma peccat, nec ad causam pertinet, reprehensione non eget, sed tacite contemnitur atque vitatur, sine reprehensione. Hoc triplex est: falsum, leve, alienum. Vtuntur tamen huiusmodi poëtae, idque artificiose ac laudabiliter: quoniam in personis, quas loquentes introducunt, τὸ πρέπον maxime observare solent. Vtriusque generis exempla se subiecturum esse promittit.

*Quae tacite contemni, atque vitari sine reprehensione*) Eius autem generis sunt argumenta nugatoria, quae prima literarum figura se prodant, ut si dicas, Iura sequi oportere, ut pecuniam lucremur; vel si dicas, Magistratum venerari oportere, quia vestibus splendidis et longo famulorum comitatu incedit.

*Expositio vitiosa est*) Enumerat modo omnium partium vitia: ac primum Propositionis, quam hoc in loco vocat Expositionem, quae Propositionis est correlativum: est enim Propositio, rei concludendae expositio, et subiectum habet conclusionem, terminum vero expositionem: a Graecis dicitur ἔκθεσις, ἡ πρότασις, ἡ ἐπιχείρησις. Omnis autem propositio, vel simplici constat sententia, ut: *Omnes, qui in paupertate sunt* etc. vel divisione, aut disiunctione, ut: *Duae res sunt, iudices* etc. Hoc in loco de simplici agit propositione, et, quae eius vitia sint, ostendit. Est igitur primum propositionis vitium, quum universale pro particulari, vel aliquando contingens pro plurimum contingente ponitur. Id Dialectici in sophisticis elenchis appellarunt *a dicto secundum quid ad simpliciter.* Quum dicit *a maiori parte*, intelligit contingens plerumque. Quum dicit *quod non necessario est omnibus attributum*, intelligit id, quod re vera non est universale. Quaecumque ante complexionem sumuntur, possunt Expositionis appellatione contineri, si Ciceroni credimus de Inventione. Et in hunc finem hic intelligendus Cicero. De Inv. lib. II argumentatione reprehendi posse quatuor modis docet. Aut si ex his, quae sumta sunt, id est ex argumentis (ut Victorinus explanat) non conceditur unum plurave: hunc primum modum hic prosequitur, appellatione Expositionis. Deinde, si concessis, quae sumta sunt, complexio confici ex his negatur. Tertio loco, si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur. Tandem, si contra firmam argumentationem, alia aeque firma ac firmior ponitur. Tres posteriores modos hic non prosequitur: nos non tacebimus. Circa primum modum argumentationis, advertendum est, quod aliquando res esse credibilis negatur: ut, si pro credibili propo-

sitione dicam, neminem esse, qui pecuniam malit, quam sapientiam, iam negatur credibile. Aliquando negamus comparabile, cuius tres sunt species: ut si dixero a Gallis ad Germanos argumentum perfidiae sumi, quod sint proximi, affines, vel confines: hoc enim negare iuste possumus. Aliquando iudicatum negatur: ut, si ex eo, quod iudex ali prolem decreverit, arguamus, vel evincamus agnitionem prolis: nam hoc iuste negamus: habet enim vitium. Aliquando arguimus a signo, ubi necesse est primo, ut probemus signum esse: deinde, ut constet signum accommodari crimini: quorum utrum defuerit, iam argumentatio vitium habet; ut: *Habuisti vestem cruentam sanguine, ergo occidisti*: hoc argumentum habet vitium. Quae omnia Cicero de Inventione latissime, et ex pari elegantia tractat. Dicit porro Cicero, a rebus in specie iniuste argui ad universalia.

*Omnes, qui in paupertate sunt*) Hoc primum vitium etiam Cicero de Inv. lib. II inter alia connumeravit. Videndum autem, ne isthaec vitia probe excusari possint tribus modis. 1: Nam in moralibus, in positivis universalitas sumitur ex communiter accidentibus. Quo casu expositio necessario non urgeret, potest tamen defendi tanquam probabilis: quae est receptissima doctrina totius iuris scripti. 2. Si universalis propositio ad actus humanos sese accommodaret: quia tunc semper coërcetur ad materiam subiectam, ad habilitatem, ad naturae conditionem. Sic fere dicimus, omnes homines timere in mari, in periculis: licet Stoicus hoc non reciperet, tamen veritas sumitur ex communiter accidentibus: ita, quum dicimus, nemo odit carnem suam; nam multi sunt, qui oderunt, ut Medea. Hac secunda specie potest defendi exemplum huius, de pauperibus: nisi dicas, ibi non esse communiter accidentia, sed actus medios, quod verius est. Tertius modus est tropicus, quia huiusmodi universalitates (si ita loqui licet) saepe tropum habent, et ex hyperbole intelliguntur.

*Si quis*) Causas ponit, quibus oratores saepe in hoc incurrunt vitium. Primum enim id fit, quum non quaerunt, quae sit ratio eius, quod est in quaestione. Deinde, quum etiam rationis confirmationem non investigant.

*Qualis ratio*) Nam, quum ratio sequatur expositionem, et pendeat, et eodem modo de reliquis partibus, ut a ratione rationis confirmatio: necesse est, si propositio sit vera, rationem quoque esse veram; sin falsa, falsam item esse rationem. Eo-

dem modo, si ratio vera, veram esse rationis confirmationem, et e contrario. Iure igitur reprehendemus in hoc exemplo, non convenire omnibus pauperibus id, quod exponitur, quum ostendimus, id, quod in aliquo paupere improbo fit, in omnibus esse pauperibus, falso quidem, et iniuria.

*Item vitiosa* ) Secundum vitium vitiosae propositionis, quum negatur, omnino fieri posse id, quod raro fit: quod vitium in eo convenit cum superiori, quod ambo peccant per falsam consequentiam; sed in eo discrepant, quod illud affirmat, hoc vero negat.

*Quum id, quod raro fit, fieri omnino negatur* ) In iure civili ea, quae raro fiunt, intelliguntur nunquam fieri: ius enim scriptum, ea, quae raro fiunt, non curat: l. iura, cum lege seq. ff. de legibus. Inde Imperator in Authenticis dicit, propter bonas mulieres non oportere legem constitui, quia rarae sunt: malas autem multas esse. Ne ergo iura dissideant ab hoc, distinguamus inter tria causarum genera: nam, si iudiciale tractes, et maxime in criminalibus, utraque ea vitia, quae iam tractavimus, recepta sunt: nec enim reus condemnari ex eo debebit, quod vel frequenter, vel raro fiat, regula ex universo sumta. Sed nec ex coniecturis ullis, nisi evidentem faciant probationem. Praeterea multa circa locos in coniecturali in criminalibus non procederent: et creditur eo nomine processisse constitutio Imperatoris, in l. sciant, C. de probation. In civilibus res temperamento eget; ex frequentia enim, et raritate actuum, si contractus, vel ultimas voluntates disceptaveris, in dubio iuste arguitur: ut ita non sit tutum, ea, quae pro vitiis hic scribuntur, tueri tanquam vitia, siquidem communiter, vel raro accidentia, item natura rei, et conditio materiae, saepe evincunt aliquid vel esse factum, vel non esse factum: ne negotia hominum relinquantur ambigua, etiam si nihil necessario colligas: quod tamen latiorem tractatum habet. Caeterum in genere deliberativo, et demonstrativo superiora vitia tantum abest, ut vitia putentur, ut etiam arti detur, et universo enunciata sumere, etiam si ex frequentia, vel raritate sumantur, dum ex natura, vel conditione rei, vel per hyperbolem pronunciata defendi possint. Nam, si deliberes, num homo inops, ignotus, ad munera recipiatur; nihil absurdi feceris, si ab eo abstineas, motus ea sententia, quae ex universo sumitur, quod pauperes sese vel scelere ab inopia redimere, quam eam officio tueri pergant. Nam et ita ius nostrum iudicat, Inst. de suspectis tutori-

bus, ad finem l. 3, §. Tu magis, ff. de testibus. Quod vel maxime in demonstrativis receptum est, in quibus nihil aliud, quam laudamus, aut vituperamus. Eum in sensum illud Quinctiliani dicitur, aequitatem optimo cuique notam esse: et illud sapientis, iustum hominem nulla re contristari. Sic Iuno Virgiliana quum quereretur Ilium in Italiam portari. Sic Cicero in oratione pro Flacco, reiecit testes Asianos ex universo, quod Graecae nationi fides negaretur. Concludo, quae utrobique vitia ex hoc tractamus, in criminalibus semper recipi, a civilibus iudiciis frequenter removeri: in deliberativo et demonstrativo raro esse recepta, si per supradicta temperamenta expurgari possunt. Sed, quod ad legislatorem attinet, id est, ad iura condenda, tunc non curantur ea, quae raro fiunt, per iura supra a principio allegata: quod Accursius ibi latius explicat.

## CAPVT XXI

*Item vitiosa expositio est* ) Hactenus simplicis expositionis vitia duo indicavit: tertium est propositionis compositae, quae διαίρεσιν ἀπαρίθμησιν habet. Haec vitiosa est, quum non est plena et sufficiens, sed ἐλλείπουσα.

*Quoniam igitur* ) Enumerationis, sive expeditionis expositio, quae primum habet κατάστασιν, *Hominem occisum esse constat:* deinde διαίρεσιν, *Necesse est, aut a praedonibus* etc. tertio ἀφαίρεσιν, *Praedones illo loco* etc. postremo conclusionem, quae tractatur καθ' ὑπόθεσιν, cum eiusdem adiuncta ratione.

*Nam in huiuscemodi expositione* ) Docet etiam hoc vitium reprehendendum esse ἐν στάσει: si quos praeter eos, quos ille dixerit, potuisse suscipere maleficium ostenderimus.

*Quum hoc modo* ) Monet in hoc loco, primum, de utilitate, quam ex huius vitii reprehensione capimus: deinde, ut in expositione caveamus, ne quam idoneam partem in colligendo relinquamus.

*Item vitiosa* etc. Quartum expositionis vitium est, quod constat ex falsa enumeratione; idque duplex est: vel enim plura sunt, et pauciora dicimus; vel sunt pauciora, et plura dicimus. Differunt inter se abundantia. Primum enim enumerationem habet, ut in scholis vocant, non sufficientem: et idem est cum

tertio, nisi quod illud quasi formam argumentationis habet: in hoc vero extra argumentationem expositio simpliciter proponitur. Alterum vero, quum scilicet pauciora sunt, et plura dicimus, enumerationem habet abundantem. Examinatur igitur enumeratio omnis defectu atque abundantia.

*Quae constat ex falsa enumeratione* ) Praeter hoc vitium, Cicero de Inventione alia duo vitia adiecit: aut quia enumeramus, cui contradici potest, aut causa non est, quare non honeste possimus contendere: id est, nulla nos causae turpitudo impedit, vel moratur, quin honeste possimus unam ex partibus concedere. Exemplum prioris, ut: *Nec emisti, nec suscepisti, nec tibi donatum est: relinquitur, te mala fide habere:* hic nego, quod non sit mihi donatum. Iam tota argumentatio cecidit. Exemplum posterioris: *Non stetisti frustra in diverticulo: aut enim furari volebas, aut assectari puellas, aut insidias ponere vicino: hoc ultimum sine pudore concedes: verum esse, te locavisse insidias, si tibi ex professo inimicus fuit.* Sic, quum Roscius accusaretur interfecisse Saturninum, Cicero in oratione cupide se hoc crimen confessurum dicit, si ei ex veritate liceret.

*Item falsa enumeratio* ) Aliud vitium, quod fit, quum enumerando ponimus superfluum. Differt autem a superiore, quod illud paucitatis est, hoc vero pluralitatis. In eo tamen conveniunt, quod utrumque fit per enumerationem, quum dixerit, *Duas res*; et hic dicat, *Tres res.* Non vitio vertendum, quod iterum de enumeratione hic tractet: nam hic tractatur vitium partitionis, non enumerationis; quae partitio ab enumeratione differt; quia enumeratio ex particularibus negative collectis infert positionem alterius particularis: at partitio ex partibus totum infert, si sit iusta.

*Tres res sunt* ) In hoc exemplo vitium est ἐν τῷ περισσῷ, in *abundantia*: aegritudo enim et metus, et cupiditatis genus est. Hoc igitur, quum τὸ περισσὸν ostenditur, reprehendi potest.

## CAPVT XXII

*Item vitiosa expositio est*) Quintum vitium est τῶν αἴτιων: quum causae nimium longe repetuntur. Id etiam duplex est. Vel enim causae remotae, omissis proximis, hoc est, non verae pro veris ponuntur; id, quod et vitiosissimum est, et intolerabile: vel remotae cum proximis et coniunctis coniunguntur, quod sunt verae. Hoc non perinde vitiosum est, ut illud: itaque illo cum poëtae, tum philosophi uti possunt. Hi enim, quum perfecta demonstratione opus habent, Sorite utuntur, in qua coacervatio atque repetitio fieri solet ultimorum principiorum; ut in hoc exemplo: *Omnium malorum stultitia est mater* etc. et multis aliis animadvertitur. Poëtae vero, quum ita loquuntur, personarum decorum observant. Neque ancilla aliter loqui potest, ut in hoc exemplo Ennii loquitur, quia causarum imperita est.

*Hic id, quod extremum dictum est*) Sed nonne hoc argumentum alio etiam vitio laborat, etiam si cesset praesens vitium? Nam hic ad omnes confertur, quod non est necessario verum: in omnibus scilicet avaritia hominem ad quodvis maleficium impellit, haec non est necessario vera, et tamen reus ex ea impellitur. Videndum igitur, quod non sit tutum haerere primo vitio: ad quod nec hic adverterat. *Extremum*: scilicet, inducti avaritia.

## CAPVT XXIII

*Vitiosa ratio est*) Quinque sunt rationis vitia. Primum est, quum ratio non est sufficiens, id est, non accommodata ad expositionem, vel propter infirmitatem, vel propter vanitatem. Infirma est, quae non potest necessario concludere: est enim ἀσυλλόγιστος, ut:

*Amicum castigare ob meritam noxiam*
*Immane est facinus, verum in aetate utile,*

*Et conducibile:*
Sequitur ratio:
*Nam ego amicum hodie meum*
*Concastigabo pro commerita noxia.*

Haec ratio ideo est infirma, et ἀσυλλόγιστος, quod ex puris particularibus nihil sequitur. Huiusmodi etiam illa est Horatii lib. I, od. 22: *Namque me silva lupus in Sabina* etc. Vana, ψευδής, est ratio, quae non est perpetua, atque vera; id est, ut hic inquit, *Quae ex falsa causa constat*: ut *Poëtica in rep. ferenda non est, quoniam etiam Plato non tulit.* Plato enim eos poëtas eiecit, qui non sui meminere muneris: hoc est, qui neque Deum auctorem tanti muneris celebrarunt, nec virtutem docuerunt, sed rebus turpibus carmina sua impleverunt. Differunt haec duo vitia inter se, veritate, atque falsitate. Primum enim, tametsi ἀσυλλόγιστον est, nec conclusionem efficit, tamen verum est; alterum autem falsum est, etiam si ex eo aliquid concludatur. In primo igitur conceditur propositio, ratio vero negatur: in altero negatur utraque propositio, atque ratio. Quoniam enim ratio falsa est, expositionem etiam falsam esse necesse est. Noster autem Auctor exsecutis vitiis expositionis, nunc exsequitur vitia rationis. Caeterum, etsi haec vitia ex caeteris partibus orationis possint inveniri, tamen, quoniam frequentius inveniuntur in ratione, adscribuntur ei, quod pro ratione inducitur. Sciendum est, plura inveniri vitia in propositione, quam sint ea, quae antea exposuit: nam vitia ipsa propositionis posuit, quae fiunt vel affirmando, vel negando, vel dividendo, vel repetendo, vel ultimo principio; inveniuntur et alia plura: verum, quoniam frequentius usitata sunt, et saepius inveniuntur in propositione, ea enumeravit vitia, caetera vero, quae rarius inveniuntur, tacuit. *Ratio:* hic dicitur argumentum, quod adducitur ad probandum propositum: est autem ratio vitiosa duabus de causis, vel propter infirmitatem, quum ea debilis est ad probandum, nec sufficiens, vel propter vanitatem, quum id, quod adducitur ad probandum, falsum est, iccirco non valet ad probandum.

*Item infirma ratio est*) Alterum rationis vitium est, quum causa expositionis non est necessaria, sed in utramque partem concludit. Habet hoc cum primo commune, quod est ἀσυλλόγιστος: differt ab eo, quod in illo unum, in hoc vero contraria concluduntur. Vt in illo Iuvenalis versu:

*Si Fortuna volet, fies de rhetore consul:*
*Si volet haec eadem, fies de consule rhetor.*

Et Claudianus contra Rufinum:

*Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem* etc.

## CAPVT XXIV

*Item infirma ratio est*) Tertium est principii repetitio, ut in Elenchis appellatur. Fit autem tribus modis: primum per eadem verba, quae ταυτολογία dicitur: ut *anima est immortalis, quia est immortalis:* deinde κατ' ἰσοδυναμοῦντα, verbis diversis, sed idem significantibus, ut: *Recte agit, vita enim innocens et pura est*: utrumque dubium est: postremo verbis et rebus diversis; atque illud erat, quod erat in quaestione, ut: *Socratis anima immortalis est, quia hominis anima est immortalis.* Hoc rursus multis fit modis: aut enim genus assumitur dubium, aut totum, aut partes, aut universale, aut etiam aliud consimiliter dubium, aut aliquid posterius inverso atque mutato ordine. Hoc vitium parum curant Iurisconsulti, non cum maxima laude. Sic in l. fin. ff. de off. procons. *Curatores Caesaris ius deportandi non habent, quia huius poenae constituendae ius non habent.* Sic in l. 2 §. mutui ff. de rebus creditis: *Mutui datio consistit in his rebus, quae numero, pondere, mensura consistunt, quoniam earum datione possumus in creditum ire*: sic in l. quaesitum, in fin. ff. de peculio: *Post tempus actionis de dolo non potest dolus obiici, quia nec de dolo actio post tempus datur.* Fit autem, quum idem dicimus in ratione, quod dictum in propositione: quod vitium appellatur *Identitas*, sive *Nugatio* quaedam, repetens idem, quoad rem et vocabula; quaedam, quae repetit idem quoad sententiam: quae dicitur *Redargutio*: hic vero fit Nugatio.

*Item infirma ratio est*) Quartum est, quum ratio non est idonea. Est autem ratio non idonea, quae non est plena. Ea est, quum vel non id probat, ad quod adhibetur vel non totum probat. Vt in Dialogis Luciani Ganymedes Mercurium interrogat, num etiam lac in coelo sit: nam, si non sit, se adscensurum negat. Mercurius respondet, nectar et ambrosiam eum esse habiturum. Sed hoc loco Lucianus decorum observavit,

dum infirma ratione Mercurius apud puerum utitur. Alioqui neque nectar ibi est, nec ambrosia: tametsi id a poëtis fingaturt Versatur igitur in duobus: primum est, quum id, quod es. maximum, non ponitur; alterum, quum non omnia ponuntur, quae in expositione sunt proposita.

*Non universali* ) Μὴ ἀντιςρόφῳ: debet enim ratio cum ipsa propositione converti, ut omnia, quae in hac comprehensa sunt, exponat: quae non respicit omnes partes expositionis, ut de sapientia, quam ille dicit esse utilem: propterea quod sapientes consueverunt colere pietatem; neque plura exposuit sapientiae commoda, quae longe plura sunt.

*Item infirma ratio est* ) Quintum est Rationis vitium, quum est κοινὴ πολλῶν προτάσεων, quae multis propositionibus accommodari potest. Dicitur hoc vitium improprium, quoniam ratio est communis: ut, *Iurisprudentia est discenda: facit enim divites.* Ratio communis est: nam id etiam medicina facit: iuxta illud Distichon:

> *Dat Galenus opes, fulvum dat Bartolus aurum;*
> *Plato pedes peditem ducit Aristotelem.*

Hoc vitium est, si dices: *Laudandam esse Rhetoricen, eminentia nominis, quia per eam persuademus. At et puella persuadere potest, et histrio*: quod vitium adnotavit Quinctilianus lib. II circa definitionem Rhetorices. Tu adde sextum vitium non absimilis formae: quum id, quod pluribus commune est, uni praecipue vitio datur. Quo vitio lapsus est quidam, qui Iustiniano ideo dicam scripserat, quod purpuram suam adorari iussit. At hoc, quum sit omnibus Imperatoribus commune, ut passim edocetur in libris Codicis, inepte soli Iustiniano vitio vertitur. Ergo vitiosa est ratio simpliciter, tum quia impertinens, item vana, id est falsa: deinde, non necessaria: quarto, quum ratio idem est cum dicto: et praeterea, si sit minus accommoda: sexto si sit vulgaris: et novissime, si a communi vitio aliquis criminetur. Nec dubitate, plura ex his coincidere nomina: tamen distingnuntur, ut res sit clarior.

*In confirmatione rationis* ) In confirmatione Rationis duo sunt consideranda: primum, ut in nostra ratione vitemus vitia, deinde eadem in adversariorum ratione observemus: idque eo diligentius, quod accurata confirmatio rationis totam vehementissime comprobat argumentationem. Pluribus enim haec, et firmioribus rationem argumentis comprobat; ideoque etiam

plura de ea dat praecepta, in qua diligenter sese exercere utile est; plura enim eius sunt vitia. Primum est dilemmatis, in quo vitium est, quum vel utraque pars, vel altera tantum deprehenditur. Hic duplicem vocat conclusionem, quia partes habet duas: duas nempe propositiones ac totidem redditiones, quas conclusionem vocant. Quum pars utraque reprehenditur, ἀντίστροφον διλήμμα vocatur; quoniam ex contrario convertitur, et in adversarium retorquetur; ut hoc in exemplo, pater filiae dilemma in ipsam convertit. Hoc quum fit, vitiosissimum est dilemma. Quum pars altera reprehenditur, ex simplici parte reprehendi dicitur: sive prima, sive altera reprehendatur. Vtriusque hoc in loco exempla ponit. Ἀντίστροφον διλήμμα ostendit esse acutius, ideo maior in illo locus est: posterius autem ad excogitandum facilius.

*Iniuria abs te afficior indigna, pater*) Poterant olim de vetustiori iurisprudentia patres matrimonia filiarum separare, etiam invitis filiabus. Sed Marcus Imperator, vir optimus, Philosophus dictus, prohibuit huiusmodi separationes, coërcuit patriam potestatem, nisi ex magna et evidenti causa; l. dissentientis, C. de repudiis. Caeterum videamus, ne non sit tuta haec reprehensio, quam eludet filia alio dilemmate: *Aut enim scivisti Chresphontem improbum, aut ignorasti. Si scivisti, impius es, qui me ei locasti; si ignorasti, in culpa es, in tam ardua re non providendo ea, quae necessaria fuerant. Nec potes dicere, erravi: iste enim error non mihi, sed tibi nocere debebit.* Igitur haec dilemmatis dissolutio tuta non videtur. Sic in iure civili propter dilemma artificiosissimum dissolutione proferunt textum, ut solent Iurisconsulti. Textus putatur difficillimus omnium iuris civilis, in l. rationes, §. si filio, ff. ad legem Falcidiam, qui §. plenus est rhetorico artificio; nam illic arguunt dilemmate legatarii: *Aut substitutus filio deducet quartam legatorum ex persona sua, et non potest, quia eam prius habet: aut ex pupilli persona, et non potest, quia nec ipse pupillus possit.* Sed e regione substitutus egregie dissolvit, inversione rhetorica, quam iam tractamus, nempe conversis prohibitionibus; dicit enim: *Aut ex persona pupilli solvenda sunt mihi legata, et deduco quartam, quum legata proprie me onerent: aut ex persona mea sunt solvenda, et iterum deduco quartam, quum legata pupilli me gravent.* Haec latius habentur in glossa in dicto §. Eius farinae est argumentum Protagorae contra Evathlum, qui, quum eum docendum suscepisset, pepigerunt mercedem post primam

causam, quam Evathlus obtineret. Evathlus noluit causas agere, ut frustraretur Protagoram. Quo nomine conventus Evathlus a Protagora, sic urgetur ab eo: *Aut vinces, aut vinceris; si vinces, dabis mercedem ex pacto; si vinceris, dabis mercedem ex sententia.* E regione Evathlus pari argumentatione iugulum praebet. *Disce, magister, neutro loco tibi deberi; aut enim vinco, et defendor sententia; aut vincor, et defendor pacto.* Istae sunt argutae dissolutiones, quibus dilemmata repelluntur; sed Evathli dissolutio vitium habet, ut statim dicam. Ergo, ut in summa habeatis, quo pacto possit complexivi argumenti iugulum averti, primo advertendum est, ut hic dicit, si vitium in utraque parte sit, vel in altera; extra textum videndum est, si altera pars possit distinctione tolli; ut fecit Augustinus libro de Ordine: *Aut stultum adibis, aut sapientem; stultus non docet vitare stultitiam: sapiens non intelligit.* Hanc ultimam partem distinguite. Res enim dupliciter intelligitur, aut ex distantia, aut ex communione. Priori loco sapiens intelligit stultitiam, sicut fortis timorem, sicut videmus tenebras. Si posteriori loco, id est communione, tunc sapiens non intelligit stultitiam, quia nihil commune habet cum ea; tunc etiam diluetur dilemma, si in alium finem alteram ex partibus adflectas. Sic Evathlo praebetur iugulum, quum colligit: *Aut vinco et nihil debebo ex sententia: aut vincor et nihil debebo ex pacto.* Hic posterior pars potest adflecti in alium finem. Sic enim dicet Protagoras: *Si vinceris, agam contra te ex sententia, quia victus es, non ex pacto; nec mihi obiicies pactum, quod nihil commune habet cum sententia.* Potest et dissolvi hoc argumentum, si perpendas naturam, alternative, an ex contrariis mediatis pugnet: quia tunc facile eluditur, neutrum inferendo. Qua dissolutione infinita dilemmata, quae colorem habent, infirmabuntur, et quidem non difficile. Et denique Cicero in orationibus non semel ex contrariis mediatis hoc argumentum contexuit, et maxime pro Quinctio. Item, si vim partium complexionis aequivoces. Potest et dissolvi dilemma, si utrasque partes partitione concordemus; ut: *Aut insanire fas est, aut non; si fas est, cur non omnes insanimus; si non est, cur tu insanis?* Dissolve ex ea partitione, quia aliquando insanire conceditur, aliquando non conceditur. Et tandem dissolvitur dilemma, si ratio, in quam partes complexionis fundantur, possit alia ratione expurgari; ut: *Quum accusas hunc reum, aut enim veretur, et probus est: aut non veretur, et nihil proficit accusatio.* Hic dices: *Immo eo magis*

*accusandus est, quia eius inverecundia coërcebitur, aut probitas ex accusatione augebitur.* Cicero aliter dissolvit. Hae sunt cautelae et effugia, quibus hoc urgens argumentum vitatur.

## CAPVT XXV

*Item vitiosa est confirmatio* ) Alterum in Confirmatione rationis vitium est, quum ea re, hoc est σημείῳ, quod plura significat, abutimur pro certo: quum id adducitur ad probandum, quod pluribus possit adaptari; quod vitium dicitur Excessus, quod excedit rationem vocabuli.

*Vnius rei signo* ) Τεκμήριον. Talia sunt ἐνθυμήματα, atque συλλογισμοὶ in secunda figura, in qua alteram praemissarum negativam esse oportet.

*Necesse est* ) *Quicumque diu aegrotavit, pallet: Hic pallet; ergo aegrotavit.* Vitiose concluditur; primum enim in ipsa forma peccatur, quia in secunda figura negando omnia efficiuntur. Vaga igitur est conclusio, si ambae propositiones affirmatione informentur. Deinde etiam in materia vitium est; pallor enim commune est multarum rerum signum, morbi, defatigationis, amoris, metus, studiorum, inediae: quae, nisi conglobentur, infirma erunt. Eodem modo de altero etiam exemplo iudicandum est: non enim quia infantem sustinet, ideo eam peperisse necesse est: sed quia uterum gessit, quia lac habet etc. Quamobrem praecipit huiusmodi signa accumulanda esse: quoniam sua natura firma non sunt, si non etiam caetera concurrant; quod si concurrerint, nonnihil huiusmodi signa adaugent.

*Item vitiosum est* ) Tertium est, quum vel in alium nobis amicum, vel eum ipsum, qui dicit, id, quod in adversarium dicitur, potest convenire. Est igitur hoc vitium non in veritate, sed in offensione: id enim cavere debemus, ne etiam nobis aut nostris noceamus. Dicitur *Communitas.*

*Item vitiosum est* ) Quartum est, quod vulgarem, hoc est infirmam defensionem habet, quum vitium purgamus vitio: neque ἀδίκημα, sed ἁμάρτημα factum esse concedimus. Fieri solet in deprecationibus. Et dicitur *Vulgaritas.*

*Item vitiosum est* ) Quintum in Rationis confirmatione vitium est, quando est probata ab omnibus, sed tantum a qui-

busdam. Sunt autem varia τῶν ἐνδόξων apud Aristotelem genera; vel enim omnibus aliquid videtur esse, vel maiori parti, vel meliori. Apud oratores autem maxime vitiosum est, si quid non probatur omnibus, quoniam illi populo loquuntur. Ideoque huiusmodi Chresphontis ratio de deorum pace ac concordia, imbecillis est: quia non poëtae solum, sed etiam Socratici, discordes deos, et bella inter illos fingunt, et alios aliis favere, aut adversari statuunt. Fit, quum rem maxime dubiam adducimus ad alterius rei probationem. Vt de Chresphonte: qui, quum hortaretur socerum suum ad pacem concordiamque secum faciendam, adduxit pro rationis confirmatione, deos esse inter se concordes; quod quum sit a nobis longe remotum, non ita oculis nostris patet.

*Item vitiosum est*) Sextum est, quod est intempestivum, quia quasi iam sero et peracto negotio dici videtur, quum sero alicui rei providemus: ut si quis id parti suae adducit adiumentum, post iudicium; quae dicitur *sera probatio.* Quamobrem idoneum non est ad rem praesentem defendendam. Dubitari de hoc exemplo posset, propositio ne, an ratio, sive eiusdem confirmatio sit: sed esse rationis confirmationem, facile apparet.

*Quod iam, quasi sero*) Haec ratio non tam est vitiosa, quam nugatoria, dicere: *Provisurus eram, si scivissem.* Seneca dicebat: *Non esse sapientis dicere, non arbitrabar hoc futurum.* Hinc illud proverbium: *Sero sapiunt Phryges.* In rebus tamen gerendis dixerat Brutus ad Romanos: *Satius esse sero fieri, quam nunquam.* Et: *Turpe est dicere, non putaram*, ex Demosthene sumtum.

*Item vitiosum est*) Septimum est, impar, sive inaequale: quum peccatum manifestum est, et magnum: defensio vero levis est et impar. Vtitur hac defensione Davus apud Pamphilum: ita enim hic inquit: P. *Ehodum, bone vir, quid ais? viden' me consiliis tuis Miserum impeditum esse?* D. *At iam expediam.* P. *Expedies?* D. *Certe, Pamphile.* Item scena sequenti: *Hac non successit, alia aggrediemur via* etc. Levis est defensio manifesti delicti, quoniam promissio illa impar est priori consilio, quo eum in nuptias insperatas coniecit. Idem de exemplo hoc sentiendum est, quod ex poëta veteri sumtum est. Differt hoc a quarto, quod illud plerumque est malorum, et rationes infirmas et malas habet: in hoc vero etiam viri boni possunt incurrere, ut se ratione inaequali defendant. Exemplum est de quodam principe, qui, quum fuisset ab hostibus profli-

gatus, et regno eieetus, ab omnibus et amieis et servis derelictus est; inter quos unum invenit, quem aeeusat non recte fecisse, quod eum deseruerit. Talis esset propositio: *Si peccavi, tuum est ignoscere.* Ratio: *Nam ego te deserui, quando omnes te sequebantur; nunc, quando solus es, paro, ut restituam te in regnum.* Haee est rationis confirmatio; quod vitium dieitur *defensionis levitas.*

## CAPVT XXVI

*Item vitiosum est*) Octavum est, quod aliorsum potest accipi. Id variis modis fieri solet; primum, propter offensionem aliorum, ut in hoe exemplo: deinde, propter ridiculum: tertio, obiurgandi causa. Propositio est: *Reip. statum mutandum esse censeo.* Ratio: *Nullus enim ordo facit officium suum.* Rationis confirmatio: *Satius est uti regibus, quam malis legibus.* Haec, tametsi vera est, et πολιτικὴ, tamen quia affectatae tyrannidis suspicionem affert, odiosa est: praesertim, si is sit potens, qui id dixerit.

*Item vitiosum est*) Superiora oratoria fuerunt, quoniam ad personas pertinent: hoe vero dialecticum est, de definitionibus vitiosis, quarum praeeepta ex Sophisticis elenchis sumta sunt. Duo autem genera ponit definitionum vitiosarum: unum falsum, alterum vulgare. Falsae sunt quae in quantitate peccant: id enim plenum esse asseverant, quod non est plenum; ut: *Iniuria est, quae ex pulsatione, aut convicio constat.* Falsa est ἐλλείψει: nam et damno et rapina et furto iniuria eonstat. Vulgares sunt, quae quia aliis etiam rebus aecommodari possunt, nimium sunt eommunes; ut: *Omnis quadruplator eiiciendus est e rep.* Ratio: *Est enim capitalis:* id est, capitale est quadruplatorem esse. Confirmatio rationis per definitionem: *Est enim improbus et pestifer civis.* Nimis est eommunis definitio, quum fures, adulteri, foeneratores, latrones non minus sint pestiferi. Falsae igitur nimis sunt arctae, nec vere conveniunt definito, et ideo etiam mendacium habent: vulgares nimis sunt amplae et communes.

*Item vitiosum est*) Decimum vitium est, τὸ ἐν ἀρχῇ, ut ab Aristotele dicitur, *repetitio principii*: ἢ τὸ ζητούμενον ἀντὶ τοῦ μέσου.

Aristoteles τὸ προκείμενον appellat, id est, quod in disquisitione est positum. Repetitur autem principium vel per eadem verba, vel idem fere significantibus, vel verbis et rebus diversis. Hoc etiam supra inter vitiosas rationes habuimus. Nulla exempla in scriptis sophistarum colligi possunt.

*Item vitiosum est* ) Potest hoc vitium cum proximo coniungi, et utrumque sub principii repetitione comprehendi. Nam etiam hic per quaestionem aeque dubiam, diversam tamen, res dubia, hoc est quaestio, probatur.

*Item vitiosum est* ) Duodecimum est, μὴ ἐπιμένειν ὅπου ἀνάγκη ἐπιμένειν; non enim in re, sed in tractatione rei est positum. Duo sunt dubiorum genera; unum re vera; ut: *Fui aegrotus, ideo venire, ut iuraveram, non potui.* Id antequam probetur, re vera dubium est. Alterum ignoratione, quum res non est ita tractata atque expolita, ut possit intelligi. Contra hoc vitium oratores pulcherrimo illo τῆς ἐπεξεργασίας, expolitionis schemate utuntur in iis rebus, quae expolitionem atque immorationem requirunt. Huius venustissimum est exemplum in oratione pro Milone, ubi Cicero copiosissime docet, Clodium Miloni fuisse insidiatum. Sunt autem res non solum fidei et intelligentiae, sed etiam memoriae ac motus gratia saepe copiosius tractandae atque repetendae. Quum igitur in rebus magnis ac gravibus non immoramur expoliendo, sed quasi transactas relinquimus, vitiosum est: quemadmodum ex hoc apparet exemplo veteris poëtae, in quo Aiax, id quod maxime expoliendum erat, arma fratris esse sua, propter industriam suam et res praeclare gestas, paucissimis verbis proponit: rationem brevem reddit, eamque brevissime confirmat διαιρέσει.

*Item vitiosum est* ) Decimumtertium vitium est, oblivisci eorum, quae dixerit aliquis, et sibi contraria dicere. In hoc vitio saepe errant imprudentes, ut: *Frustra me laborare sentio, iudices, in hoc accusando: nam, si probus est, male ago, quod accusem probum; sin impotenti est animo, nihil proficiam: non enim inde erit melior. Sed detegam te, et tuis depingam coloribus, quam sis impudens.* Mox enim oblitus sui, quum non incommoda ratione ostendisset, cur eum accusare nollet, contrarium se facturum esse ostendit. Ita enim, ut Horatius inquit:

*Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.*

Est, quum primum, vel medium discrepat imo. Et dicitur *inconstantia*; nam, quod sumit, numquam probat.

## CAPVT XXVII

*Item vitiosum est* ) Decimumquartum πρὸς τὴν λῆψιν, hoc est, *ad delectum*, et ad ipsam iudicationem argumentorum pertinet, unde praeceptum est: οὐ δεῖ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀποβάλλειν: non sumenda illa argumenta, quae offenduntur, sed reiicienda esse. Omne autem argumentum vel ad rem refertur, vel ad personam; quod ad rem refertur, ad quaestionem pertinet infinitam, docendi ac probandi causa: quae vero ad personam referuntur, finita sunt, et vel laudandi aut vituperandi, vel accusandi aut defendendi causa adhibentur. In his igitur adhibenda oratori diligentia est, ne laedatur ab eo iudex odiosis rationibus; id enim maxime obstat benevolentiae; et, qui id faciunt, vitiorum suorum ipsi sibi poena sunt. Offenditur autem iudex, sive ii, quos ille sibi advocavit, sive ii, qui audiunt laudantem, aut consulentem aliquid, vel per se, quum eius dignitas, auctoritas, aut existimatio laeditur; vel per alios, quum laeduntur ii, quos ipse defendit, aut caros habet. Id Cicero pro Milone, in Rosciana, et aliis in locis diligentissime cavit: dicitur *offensum*.

*Item vitiosum est* ) Est hoc vitium priori contrarium, et ad ἐργασίαν pertinet: in illo sunt quaedam omittenda, quia laedunt; in hoc reprehenduntur ea, quae omissa sunt. Est igitur hic vitiosum, non omnes res, et quae partitus es membra, confirmare, quae pollicitus sis in expositione, sub artis tegmine. Expositio omnis duplex est; vel enim est simplex, vel multiplex. Simplex est, quae ut unius est rei, ita unica tantum confirmatione habet opus. Multiplex multas in se partes continet confirmandas. Quum igitur non confirmantur ea, quae in expositione es pollicitus, vitiosum est. Hoc si vitio ingenii facis, imperite te arguis: sin ex proposito, quia in altera parte nihil habes, quod firmes; si industria feceris, id pulcre praetereas; quo casu, tutissimum est, in altero membro vel ad fastidium morari, digredi, exornare, ut ita iudicis memoria, uni rei fixa, alterius partis obliviscatur; quod tamen nolo fieri, nisi cum iustitia.

*Pollicitus sis* ) Vt si pollicitus sum, me tribus rebus confirmaturum, et non fecero, nisi duabus. Vocatur hoc vitium *imperfectio*.

*Item verendum est* ) Decimumsextum vitium est, quod ab Aristotele vocatur τὸ μὴ ἐν θέσει, *quod non est in controversia*, nec ad eam pertinet. Semper enim τὸ πρόβλημα, ἢ τὸ ζήτημα respiciendum est. Versatur hoc vitium in tribus; primum, ἐν τῇ προσθέσει, quum ad rem additur quidpiam alienum: deinde, ἐν τῇ ἐλλείψει, quum quidpiam de re detrahitur necessarium: tertio, ἐν τῇ παραλήψει, καὶ μεταβολῇ, in praeteritione necessariorum, ac totius causae in aliam mutatione. Aliena ponere, mediocre vitium est: nam et oratores nonnumquam κρυπτικῶς, *occultandi causa*, huiusmodi argumenta admiscent. Vti non necessariis, saepe etiam oratoribus conceditur; sunt exempla in Verrinis, et alibi. Sed omittere necessaria, aut mutata causa in aliam causam derivare orationem, id vitiosissimum esse solet. Vetustissimum est hac de re Martialis lib. VI Epigramma, quod hic adscribere, exempli gratia, visum est:

*Non de vi, neque caede, nec veneno:*
*Sed lis est mihi de tribus capellis:*
*Vicini queror has abesse furto:*
*Hoc iudex sibi postulat probari:*
*Tu Cannas, Mithridaticumque bellum;*
*Et periuria Punici furoris;*
*Et Sullas, Mariosque, Muciosque,*
*Magna voce sonas, manuque tota.*
*Iam dic, Postume, de tribus capellis.*

His igitur tribus modis in hoc vitium delabimur, quod est μὴ ὁρᾷν τὸ ἐν τῇ θέσει; *non videre id quod ad quaestionem pertinet.* Est igitur, quum de re certa controvertitur, disputandoque in alia extranea incidimus, quae sunt extra controversiam; ut, si furem te criminetur, tu causam commodati insinues, ut ita, relicto furti crimine, causa commodati disceptes; quod faciunt arguti Logici, qui disputatione utuntur, tanquam equo desultorio, si adversarius sit improvidus. Hoc vitium supra caveri iusserat, quum vetuerat coeptam relinqui argumentationem, et incommode transire ad aliam. Datque exemplum de Zetho, et Amphione fratribus, qui, quum disceptassent de Musica, inciderunt in certamen sapientiae.

*Item vitiosum est* ) Decimumseptimum est, μὴ ὁρᾷν τοῦ ἐναντίου λόγου: *non videre adversarii criminationem.* Recte ergo hoc vitium sequitur. Praemittimus autem, atque dissimulamus dicta adversariorum, vel prudentes, ut Demosthenes contra Aeschi-

nem, dissimulato utilitatis capite, honestatem urget; huiusmodi dissimulatio magnam habet apud oratores laudem, praesertim si ab adversario non animadvertatur. Quae enim, ut Quinctilianus inquit, dicendo refutare non possumus, quasi fastidiendo calcanda sunt. Vel praeterimus imprudentes: idque aut oblivione, aut ignorantia, aut negligentia. Hoc maximopere vitiosum est; nam, quemadmodum gladiatores mali sunt, qui vulnera solum cupiunt facere, ictus vero aliorum non repellunt: ita etiam oratores vitiosi sunt, qui tantummodo adversarium criminantur, nec crimina sibi obiecta refellunt. Videntur igitur huiusmodi, quum de aliis fit sermo, de cepis respondere. Id vituperat Persius etiam Satyra prima, quum inquit:

> *Nilne pudet, capiti non posse pericula cano*
> *Pellere, quin tepidum hoc optes audire decenter?*
> *Fur es, ait Pedio: Pedius quid? crimina rasis*
> *Librat in antithetis: doctas posuisse figuras*
> *Laudatur.*

Praecipit igitur de hoc etiam vitio; primum, ut ipsi illud vitemus; deinde, ut in adversariorum hoc orationibus observare, et reprehendere possimus. Contra oblivionem opus est memoria, quae non solum est naturae, sed artis quoque: ut ordinem observet orator, tam in sententiis atque verbis, quam in totius orationis partibus. Non est enim minima oratoris virtus, ταχτιχὸν εἶναι. Ignorantiam studium et doctrina tollunt, hoc vitio Cicero Caecilium et Erutium laborasse ostendit. Negligentiae diligentia est opposita, quam orator in causis summam adhibere debet: ut in Divinatione Cicero Caecilio ostendit. Est igitur, quum criminatio accusatoris aliud continet, quam ab reo, id est nomine rei respondeatur; ut, si furti accusatus respondeat, fama se esse ubique cognitum, claris ortum natalibus, saepe laudstas res gessisse, fuisse iudicibus utilitati; quod vitium callidi oratores frequenter usurpant, propter angustam ab reo, id est a causa rei defensionem. Et in huiusmodi communibus locis versatus, crimen defendere negliget. Facit id et Davus Terentianus Simoni interroganti:..... *Quid istic tibi negocii est?* Da. *Modo introivi.* Si. *Quasi hoc te rogem.* Da. *Modo cum gnato una introivi.* Sed certe non est modicae industriae, apud rethores hoc flexus feliciter quaerere, vel alia miscendo, vel generalibus nitendo, ne capiaris; quod et hic significatur, et saepissime observatur.

*Item vitiosum est*) Decimumoctavum est, quum res ipsa propter personam vituperatur. Est hoc vitium omnino ἀσυλλόγιστον: quoniam ex particulari concludit affirmative, id quod est contra dialecticorum praecepta. Non enim, quia oratores quidam mali sunt, etiam dicendi ratio mala est: nec, quia iurisconsulti quidam, et medici sunt avari, idcirco etiam iurisprudentia, et medicina vituperanda est. Pertinet autem hoc vitium ad coniugatorum locum, in quibus diligenter considerandum est, quae aliquid concludunt, quae vero minus: id vero in ipsa re, et materia animadvertitur. Vere enim dicitur: *Si morbus malus est, etiam aegrotus est malus.* Contra falsum est: *Si nullus morbus est sanitas, ergo nemo aegrotus potest convalescere.* Vocatur hoc vitium apud Dialecticos Παραλογισμός *accidentis.* Refutat alicubi hoc vitium etiam Ptolemaeus, quod artes propter eos, qui male his utuntur, aut inhoneste vivunt, vituperari minime debeant. Est igitur perversum, scientiam aut studium vituperare, si quid in eis naevi inveniatur. Dicitur *communis damnatio.*

*Item vitiosum est*) Decimumnonum est, quum qualitas pro coniectura tractatur: ideoque decimosexto simile est. Nam etiam in hoc a re necessaria ad rem non necessariam digreditur, aut status causae mutatur; ut contra Roscium fecit Erutius, qui, relicta coniectura, qualitatem tractavit. Est igitur, si reum criminis convincere pergas, ex eo solo, quod evincis crimen esse commissum. Non enim sufficit, constare de crimine, nisi et reus auctor criminis convincatur. Est ergo non mediocris stultitia, dicere hominem esse enectum veneno, quod cadaver lividum sit, pallidum, deforme, et crimen veneni verbis attollere: de reo autem, an is fecerit, nihil evincere. Appellatur *vana commutatio.*

## CAPVT XXVIII

*Item vitiosum est*) Vicesimum est, comparatio vitiosa, quae fit, quum pars altera enunciationem habet copiosam; alterius vero commoda aut amittuntur, aut dissimulantur. Pertinet igitur hoc etiam vitium ad tractationem: in qua rursus est sciendum, nos amplificare commoda nostra, adversariorum vero aut dissimulare, aut deprimere: idque vel prudenter, quod est oratorum, vel imprudenter, quod est vitiosum. Facit hoc vitium

neglecta propositio rerum comparatarum: ut si dicas, satius esse studere rhetoricae, quam iuribus: et alteram partem prosequaris, et taceas de altera: verum in oppositis hoc non daretur vitio, quod eleganter dicit Iurisconsultus: *Probationem unius relucere alterius improbatione*: in l. Qui accusare, ff. de accusationibus: in l. Iulia, ff. de testibus.

*Item vitiosum est*) Est hoc vitium cum superiore coniunctum: Omnis comparatio vel est differentium rerum, vel contrariarum. Res differentes sunt, quae aliquam in se habent similitudinem: ut Iurisprudentia, et Ars militaris, Artis nomine continentur: differunt tamen cum ipsa materia, tum etiam fine. Iuris enim prudentia leges docet, et in pace illa utimur: res vero militaris arma tractat, et in bello locum habet. Res contrariae sunt, quae nihil habent commune, semperque inter se sunt oppositae: ut doctrina literarum, et earum ignoratio. In differentibus comparatio quantitatis fit, non qualitatis: in contrariis alterum tantum laudatur, quod hic vituperat. Quum igitur res differentes ita comparantur, ac si essent contrariae, aut contra, vitiosum est. Est igitur, si pergas alterum praeferre alteri: ita, quod, quum hunc laudes, vituperes alterum: quod maximum est vitium, et non nisi illepidi hominis: quum omnis comparatio ultro sit odiosa. Vocatur *inconsultum*, et differt a superiori, quod illud sit in deliberativo, hoc in demonstrativo.

*Item vitiosum est*) Postremum Confirmationis vitium est, consentire rebus, verbis autem discrepare. Fit hoc vel ignoratione, vel desidia, vel occultandi gratia. Ignoratio excusatur, quum nos in causa non sumus, sed obscuritas rerum, quam studio, atque diligentia nostra tollere non potuimus. Sic, tametsi non consentiunt, tamen ignoscendum est Stoicis, Academicis, ac Peripateticis, quoniam in inquisitione veri strenue laborarunt. Desidia excusari minime potest; debet enim orator diligens esse, et causam probe cognoscere. Occultatio laudem habet ingenii, quum adiuvare causam nostram potest. Oratores enim verum nonnunquam ex rebus falsis conantur elicere: quod quum fit, hac confirmatione, licet vitiosa sit, uti possunt. Id hic in fine ostendit, his verbis: Verum illi fortasse ignoscimus, si cum causa fecit. Est igitur, ex verborum mutatione naturam mutare controversiae: nam saepe contingit, ut diversa nomina eamdem rem significent: ut, si quis furem te accuset, postea mutando, rem te amovisse causetur: fatuitatis est, nisi in marito, et uxore. Sic Sulpicius tribunus, quum intercessisset, ne

lex de exsulibus revocandis promulgaretur, ductus post poenitentia, forte donis corruptus, legem tulit, quod vi eiecti revocarentur, soli verborum immutationi nixus. Hoc est, quod nos in iure dicimus: Verba servire oportere legibus, non leges verbis. Hactenus de vitiosa Rationis confirmatione. Possunt autem eius vitia omnia ad tria redigi: ad omissionem rerum necessariarum, quae proprie ad causam pertinent: ad positionem rerum levium, quae vel falsae sunt, vel verae, sed tamen offendunt: et ad tractationem, ut vel copiose tractentur ea, quae paucis absolvenda sunt, aut contra: vel in argumentorum collocatione peccetur, cuius orator studiosissimus esse debet.

*Quoniam exornatio* ) Pars quarta argumentationis est Exornatio, quae est id in oratione, quod in aedificiis est, quidquid non necessitatis, sed ornatus tantum causa fieri solet. Quamobrem etiam ab Hermogene Επεξεργασία, id est, *secunda superstructio*, et ab Aristotele Προσοικοδόμησις, id est aedificium ornatus gratia additum, μεταφορικῶς appellatur. Ait, eam positam esse *in similibus, exemplis, rebus iudicatis, et amplificationibus.* Addit deinde: *Et rebus caeteris*, quoniam non solum iudicis sententiam sub indicato comprehendimus, verum etiam leges, scripta, et huiusmodi. Possunt haec ad duo redigi, ad testimonia, et amplificationem. Testimonia triplicia sunt: rerum naturalium, quae similia dicuntur: personarum, quae appellantur exempla: et orationis, quae res iudicatae vocantur. Amplificatio in partes quatuor distribuitur, Σωραισμὸν, Διαίρεσιν, Σύγκρισιν, καὶ Αὔξησιν. Σωραισμὸς est, totius in sua membra, aut partes, sive generis in species partitio. Διαίρεσις est, rerum diversarum ad eamdem rem pertinentium distributio. Σύγκρισις est, maiorum et minorum comparatio. αὔξησις est, incrementum, quum res verbis augetur gravioribus. Exornatio igitur vitiosa non alio nomine, quam ingenii divitiis, felix est. Et omnino copiam sumit ex similibus, dum non sint vitiosa. Habent autem vitium, si maior sit rerum dissimilitudo, quam similitudo: ut saepe nocuit exquisita interpretatio; nam et affectata novitas placet. Modica est similitudo inter interpretationem, et novitatem, licet ambo sint exquisita. Porro et vitium habet, si ea similitudine exornes, quae tibi nocent: ut Caesar Iulius, si aerarium nulla ratione exauriat, ea se tueatur, quod et ipsum hoc Pompeio fugiente fecerit. Item accusatus adulterii, defendat, quod multas se vitiasse impune dicat.

*Simile vitiosum est* ) Ομοίωσις, *Simile*, est res differens ab alia

re, natura tamen, et qualitate aliqua cum eadem conveniens: ut canis nocturnus, et accusator forensis, differunt specie, quod alter brutum, alter rationalis est. Conveniunt autem qualitate, quod, ut canis fures noctu ab aedibus arcet, ita accusator forensis cives a rep. scelcratos depellit. Ideo aut *Simile* dicitur, quod in aliquibus ab illa re, cui accommodatur, differt: si enim omnino cum illa conveniret, non *simile*, sed *idem* diceretur. Duplex est illius vitium. Primum est, quod ex aliqua parte dissimile est, nec parem rationem comparationis habet: id est, quod cum illa re, ad quam in comparando assumitur, non convenit, ideoque negari potest. Alterum est ἀντίςροφον, quoniam in eum ipsum, qui affert, retorqueri potest.

*Exemplum vitiosum est* ) Παράδειγμα, *exemplum*, vitiosum est, quod vel in veritate, vel in honestate, vel in quantitate peccat. In veritate peccat, quod falsum est: id ἀρνήσει refutatur: ut, *in honestate*, *tametsi est verum*, *tamen non est sequendum*: ut si quis afferat exemplum Iulii Caesaris, quo confirmare velit, imperii gratia ius violari posse. In quantitate vero peccat, quum aut maius est, aut minus id, quod exempli loco affertur, quam res postulabit; ut: *Romulo licuit fratrem occidere*, *et Torquato filium*; *ergo etiam mihi. Huic privato ignovistis*, *ergo etiam praetori dabitis veniam*. Est enim vitiosum, personam magnam cum inferiore et humili conferre; aut contra, hanc cum illa. Exemplis instruitur, tanquam per latiores divitias; quia, *quod exemplo fit*, *id iure fieri creditur*, dicit alicubi Cicero. Habent autem exempla vitium, si falsa sint; ut: *Convivandum nobis*, *et potandum est*, *nam et sapientes id faciunt*. Denique vitiosum est exemplum, si sit improbum; ut: *Si praetori scortari liceat*, *quo modo non et nobis licuerit?* Porro exempla vitium trahunt, si maius quiddam in exemplum trahatur; ut: *Magistratus nostri sunt immunes a muneribus*, *iam nec ego subibo munera*. Item, si minus sit; ut: *Pueros nucibus ludere videmus*, *quin nos non ea specie ludimus?*

*Res iudicata vitiose* ) Res iudicatae κρίσεις dicuntur a Graecis, sub quibus comprehendimus, quidquid decretorum est: ut absolutiones, condemnationes, ψηφίσματα, et huiusmodi. Res iudicatae vitiose proferuntur, quum vel sunt dissimiles, vel diversae, vel improbae, vel inferiores numero, vel tractatione vitiosae. Dissimiles sunt quae, tametsi sub eodem genere comprehensae sunt, tamen aliquam habent dissimilitudinem, et dissimili de re prolatae sunt: ut fur, et sacrilegus, uterque alienum abstulit,

sed differunt specie, quoniam alter privatum abstulit, alter rem sacram. Diversae, sive alienae, remotae sunt a iudicio: quia de ea re, de qua proferuntur, controversia non est. Hae non genere solum, sed etiam specie differunt: ut absolutio furti, et exsulis in urbem revocatio. Improbae sunt, quae cum natura, ac honestate pugnant: ut, sceleratum liberare in iudicio. Non enim, quia Verrem defendit Hortensius, idcirco defendendus fur est. Numero inferiores sunt, vel impares, quum res, raro facta, cum re saepius facta confertur. Tractatione vitiosae sunt, quum status mutatur in alium: idque fit dupliciter. Primum, quum, qualitate omissa, qualis res iudicata fuerit, honestane, an utilis, orator totus est in tractanda coniectura, et quod adversarii confitentur, planum facere studet. Deinde contra, quum, omissa coniectura, qualitatem rei iudicatae ostendimus: quum non, utrum indignum sit, sed factumne sit, quaeratur. Sumitur porro Exornatio a rebus iudicatis: quae res in vitium incidit, si sit utrobique dissimilitudo. Vt, si quis neget, probari minus, quam septem testibus, exemplo sumto, quod nuper contra testamentum sit iudicatum, quod septem testibus caruerit: sed testamenti causa est dissimilis, habet enim proprium. Item vitium habet res iudicata, si afferatur super ea re, de qua non est controversia. Vt, si contendas, tibi legata deberi ex testamento non sollemni, quod et aliis sint legata soluta, tu dices, aliis non esse factam controversiam, tibi controversiam fieri. Simile est, si quis petat se furti absolvi, et afferat rem iudicatam a Lacedaemoniis, per quam fures sint absoluti, nihil ad rem facit; quia apud Lacedaemonios furta non culpantur, non habent controversiam. Item vitium habet, si res afferatur improbe iudicata: ut: *Clodius fuit criminis incestus absolutus, longe plus ego adulterii absolvar.* Sed tu dices*: corrupte esse absolutum :* qua defensione saepe utitur Cicero in Verrinis, contra corruptos iudices. Item vitium habet, quum proferas rem indicatam, si ab adversario in diversum plures aliae proferantur; ut, si contendas, unico testi esse credendum, rem iudicatam proferendo, in qua super uno teste iudicatum est. Adversarius dicet, non esse hoc exemplum sequendum: et plures alias res iudicatas producit, in quibus uni testi non est creditum. Praeterea vitiosa est exornatio, si quod confitetur adversarius, pergas argumentis planum facere, quum iam res sit confessa: debet enim augeri potius exornando, quod confessum fuit, quam probari; ut: *Occidisti Aiacem Vlysses : occidi*: iam exornando

vitiose inferas, dicens: *Ne ulla sit criminis commissi latebra, signis et coniecturis hoc ostendam.* Sed quid attinet, quum ego rem confitear? Vltimo vitium est in exornatione, quod habuimus supra in Confirmatione rationis, vitio secundo; quando probatur, et augetur crimen, antequam constet de auctore criminis.

*Complexio vitiosa est* ) Pars postrema epichirematis, id est syllogismi oratorii, est Complexio, sive Conclusio, quam Aristoteles Συμπέρασμα appellat. Ea nihil est aliud, quam argumentationis terminus. Tria sunt eius vitia: perturbatio, prolixitas, et obscuritas. Conclusio perturbata est, quae non servat ordinem argumentationis. Debet enim Complexio propositionem, rationem, rationis confirmationem, et exornationem repetendo comprehendere: quae perfectae argumentationis partes sunt. Si igitur ordo invertatur, nec repetantur ea, quae dicta sunt, vitiosa erit complexio. Prolixitas est, quum nimis operose repetuntur ea, quae dicta sunt: ea caveri potest, si in repetendo abhibebimus συντομίαν. Obscuritas fit tribus modis: genere verborum, quum sententiae verbis obscurantur: enumeratione, quum plura, quam sunt proposita, enumeramus: omissione eorum, quae sunt ad intelligendum necessaria. Est igitur Complexio vitiosa, quae male ex antecedentibus cohaeret, quae non ordine a principio proposito complectitur, quae nimis est prolixa. His enim vitiis fit, ut nihil constans, nihil certum concludatur, non appareat, quid sit in argumentatione propositum: quae ratio, quae confirmatio, quae exornatio auxerit.

## CAPVT XXX

*Conclusiones*, *quae* etc. Hactenus tradidit, quae ratio posset inventionem ad unamquamque constitutionem, aut partem constitutionis accommodare: et item, quales argumentationes sequi, et quales vitari oporteret; quorum utrumque ad confirmationem et confutationem pertinet. Nunc docebit, cuiusmodi conclusionibus orationum uti oporteat: qui locus erat postremus de sex orationis partibus. Conclusio a Latinis dicitur Peroratio, τοῦ ὅλου λόγου συμπέρασμα, *totius orationis terminus*. Apud Graecos Επίλογος nominatur, quasi τῷ πρώτῳ λόγῳ additus. Vt enim Εργασία καὶ Επεξεργασία, item Κατασκευὴ καὶ Επικατασκευὴ differunt, ita etiam Λόγος καὶ Επίλογος. Est enim Επίλογος ὕστερος λόγος τῷ πρώτῳ λόγῳ ἐπικείμενος.

*In quatuor locis*) Quatuor genera Epilogorum tradit: unum Exordii, alterum Narrationis, tertium Confirmationis, quartum Causae; quorum distinctio ex accidentibus sumitur. 1. In Exordio dicitur Εκβασις, id est Exitus, sive Terminus: quoniam causae finem ostendit: hic plerumque Αξίωσιν, Υπόσχεσιν, et Κατάστασιν habet. Nam et postulamus nonnunquam aliquid a iudice, vel auditore: et vicissim aliquid promittimus: et postremo ad narrationem causae aditum nobis praeparamus. 2. Narrationis conclusio Εκτευσις; ἢ Εξήγησις dicitur, et plerumque τὴν τῆς στάσεως ἐντάδειξιν habet, id est *indicationem status*: quum videlicet causa simplex est et partitione opus non habet. 3. De Argumentationum termino supra dictum est. 4. Causae vero ἐπίλογος τοῦ λόγου ὕστατός ἐστι λόγος, id est, *orationis pars postrema*, de qua nunc praecipue agit. Constat autem Επίλογος Causae enumeratione, Amplificatione, et Commiseratione. Primum enim intelligentiae iudicis serviendum est: deinde res augenda est, ut magna videatur, ne contemnatur: tertio, etiam victoriae gratia (quoniam haec oratoris finis est) affectus sunt movendi.

*Enumeratio est*) Enumeratio Επαναρίθμησις, καὶ Ανακεφαλαίωσι dicitur, id est rursus enumeratio eorum quae antea dicta sunt. Haec Συντομίαν, Ευταξίαν, et Κρύψιν habere debet: quae ex definitione colliguntur. Συντομία praecipua Enumerationis virtus est. Primum enim facit, ut res melius et intelligatur, et in me-

moria retineatur: deinde artem occultat: tertio habet elegantiam, et εὐταξίαν. Ea renovaudo fit, nou redintegrando. Est autem Renovatio, rerum ante dictarum indicatio, επανακαίνωσις, ἢ Επανάληψις τῶν λεχθέντων. Haec igitur, ut brevitatem assequamur, nou a narratione, sed a confirmatione, sive partitione repetitionem incipit. Redintegratio est, quando tractationem rei eodem modo, ornatu et quantitate repetimus; Graece Ανεξεργασία appellatur. Εὐταξία est ordinis conservatio, ut eo ordine, quo res collocata fuit in divisione, et in confirmatione tractata, repetatur. Κρύψις est ipsius artis occultatio. Haec virtus facillime ex contrario vitio intelligitur, quod est, nimia artis ostentatio. Tametsi enim Enumeratio occulta esse non debet, sed habere σύλληψιν, ἢ συλλογὴν, id est, praecipuarum quaestionum repetitionem: tamen non individua, sed species tantum, neque omnes repetendae sunt, ut ars ipsa occultetur. Nam, qui ad infinita descendit: et enucleate omnia repetit, is indicat artem, quae occultanda est, primum propter offensionem iudicis, deinde propter ingenii venditationem, postremo ne memoriam ostentare velle videatur, quod est puerile. Est autem enumerationis usus in omnibus causis, sed utetur ea laudator non necessario: quoniam libera Exornationis est oratio, et fere semper adversario caret. Vtilis tamen est, primum quum quaedam conglobata pondus maius sit habitura. Deinde, quum est utile, capita causae quasi uno adspectu intueri. In suasione non saepe adhibenda est, quoniam huius causae minus multis sunt implicatae controversiis. Sed, quum est causa multiplex, et rationibus numerosa, Enumeratione est utendum. In iudiciis accusatori saepius, ac reo necessaria est. Sunt enim duo Enumerationis tempora: unum, quum memoriae diffidis eorum, apud quos agis; alterum, quum sparsa per orationem firmiora argumenta, singulatim, et seorsum sunt tractata: tum enim frequentata magis movent. Diffiditur autem memoriae, vel quum una causa a pluribus acta est, idque per intervallum: id quod in magnis accidit controversiis: ut in Quinctiliano factum est, vel quum prolixa causa est habita, et longa oratio. Est igitur Enumeratio, per quam colligimus, et commonemus, quibus de rebus verba fecerimus breviter, ut renovetur, non redintegretur oratio: et ordine, quidquid dictum erit, referemus, ut auditor, si memoriae mandaverit, ad id quod ipse meminerit, reducatur.

*Amplificatio est res*) Quemadmodum enumeratio memo-

riae, ac docilitatis causa in Epilogo adhibetur, ita etiam Amplificatio attentionis, atque excitationis gratia, ut res magna videatur. Posteaquam igitur enumeratione iudici in memoriam revocata sunt ea, quae ad causam praecipue spectant, ex quibus rem plane iam intelligit, contra contemtum atque negligentiam excitandus est. Fit autem illa excitatio amplificatione, quae rei magnitudinem ostendit. Est enim Amplificatio, res, quae per locum communem instigationis auditorum causa sumitur: vel, ut Cicero inquit in Partitionibus: *gravior quaedam affirmatio, quae motu animorum conciliet in dicendo fidem.* Tametsi autem in ipso orationis cursu declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua, aut reprehensa; tamen proprius est augendi locus in perorando. Conficitur autem Amplificatio et verborum genere, et rerum. Verba ponenda sunt, quae vim habeant illustrandi, nec ab usu sint abhorrentia, gravia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata: non vulgata, superlata, translata: nec in singulis rebus, sed in continentibus soluta, quae dicuntur sine coniunctione, ut plura videantur: item relata, iterata, duplicata, et ea, quae adscendunt gradatim ab humilioribus verbis ad superiora. Omninoque semper quasi naturalis, et non explanata oratio, sed gravibus referta verbis, ad augendum accommodatior erit. His omnibus actio vocis, vultus, et gestus, congruens, et apta ad animos permovendos accommodanda est. Sed et in verbis, et in actione decorum observandum est. Rerum amplificatio, quoniam δεικτικὴ esse debet, sumitur eisdem locis omnibus, quibus illa, quae dicta sunt ad fidem: maximeque definitiones valent conglobatae, et consequentium frequentatio, et contrariorum, et dissimilium, et repugnantium rerum conflictio, et causae, et ea, quae sunt de causis orta, maximeque similitudines, et exempla: fictae etiam personae, muta denique loquentur. Omninoque adhibenda sunt ea, si causa patitur, quae magna habentur, sive magna natura videntur, sive usu. Hoc in loco etiam hic vult, amplificationem ex locis confici communibus: qui, quantum ad accusatorem attinet, ex decem praeceptis commodissime sumuntur, adaugendi criminis causa. Indignatio vocatur a Cicerone de Inventione: et fit per communes locos, id est, per generales sententias: et ex eo dicitur Indignatio ab effectu: nam ea ampliat, sive auget malum. Cicero de Inventione ait, ex quindecim praeceptis sumi locos communes, ponitque aliquos, qui non multum valent ad amplifica-

tionem. Per hos autem decem locos commode possumus crimen augere: qui loci digniores sunt, et firmiores.

*Primus locus* ) Primus locus est τοῦ ἀξιώματος, καὶ καλοῦ, id est *auctoritatis*, *atque honestatis*: et vel in rebus est, vel in personis. Amplificatio rerum magnarum sententias habere debet: res magnae sunt, quae magnos auctores habent, ut Roma Romulum, frumenta Cererem, vinum Liberum patrem etc. Omnis igitur auctoritas vel est divina, vel humana. Divina, vel est revera, ut Deus, ut vox, ut opera, ut voluntas Dei: vel est quasi divinum, ut sunt ea, quae in voce consistunt, praecepta Dei: item ea, quorum obscurae sunt causae, ut siderum cursus, et quae in aëre, terra, mari cientur. Haec τὰ φύσει μεγάλα, id est, *naturâ magna* dicuntur. Humana etiam vel rerum est, ut instituta, decreta, responsa, res gestae regum, maiorum, sapientum, nationum, civitatum, etc. Omnis autem auctoritas spectatur vel vi, vel virtute, vet utroque. In Deo est utrumque, virtus et potentia, sive ius. Τῇ δυνάμει, vi et potentia auctoritatem habent divina scripta, propter vim Dei: τῇ ἀρετῇ, virtute vero, causae naturales, et siderum motus, fulgura, tonitrua, pluviae, tempestates. In humanis etiam magnam vim habent reges, maiores, sapientes, nationes: virtute, auctoritatem habent leges Solonis, Lycurgi, Minois, et huiusmodi. Priore autem loco res divinae erunt, quae semper maximam auctoritatem habere debent. Omnes autem sententiae, quae de auctoritate afferuntur, vel habent εὐχὴν, *votum*, et precationes, ut in oratione pro domo: *Nunc te*, *Iupiter* etc. vel habet ἐκπλήξιν, *comminationem*, ut in II Verrina: vel διδασκαλίαν, quae docent. Exempla in Cicerone passim obvia sunt.

*Secundus locus est* ) Secundus locus est τοῦ χρησίμου, *utilitatis*, quam recte auctoritas praecessit. Primum enim viri boni honestate moventur, deinde etiam aliorum calamitate afficiuntur: quare utilitas non est negligenda. Ea vel est publica, δημόσιον, καὶ κοινὸν ἀγαθὸν, ut patriae: vel τῶν ἀμεινόνων, κρειττόνων, *meliorum*, atque *superiorum*, ut magistratus: vel ὁμοίων, parium, in eisdem partibus animi: corporis, fortunarum: vel est τῶν πολλῶν, ut plebis, et caeterarum nationum. Hoc postremum genus multum valet apud viros bonos, apud quos turpe admodum videtur, inopi et calamitoso opem non ferre. Primum est gravissimum, quoniam ad omnes pertinet: ut Catilinae parricidium. Secundum etiam apud bonos praecipue locum

habet: ut pro Equitibus saepe dixit Cicero. Tertium paucorum etiam est: ut propagatio atque interitus literarum.

*Tertius locus est* ) Hic locus priori est contrarius: ille enim τὸ χρήσιμον, *utilitatem* spectat, ut rem bonam: hic vero τό βλαβερὸν, *damnum*, ut rem malam. Debet autem tractari πυσματικῶς, quoniam τὰ ἐκβησόμενα plerumque καθ' ὑπόθεσιν proponuntur: quae vim maiorem habet, quum fit interrogando. Habet igitur etiam hic locus τὸ τελικὸν αἴτιον, damnum ipsum: quod non solum positum est in ablatione utilitatis, sed etiam in periculi metu. Non satis est igitur videre, quid sit utile, sed etiam, quae pericula, aut commoda consequantur.

*Quartus locus est* ) Vt res, et persona, ita hic locus differt a proximo. In hoc enim τὰ πρόσωπα ἄχρηστα, *personae inutiles*; in illo vero res incommodae spectantur: uterque est τῶν ἐκβησομένων. Si utile est, in republica esse viros prudentes atque literatos, incommodum est, aliquo illos malo interire. Sunt autem multa passim in orationibus Ciceronis huius loci exempla.

*Quintus locus est* ) Quintus locus est ποιότητος, qualitatis specialis, quae ex generibus incommodorum sumitur, et ad causas pertinet conservantes atque corrumpentes. Tractabitur hic locus συγκριτικῶς ex ista divisione: *Bona amissa vel recuperari possunt, ut pecunia, et huiusmodi; vel recuperari non possunt, ut parentes, liberi, maritus, uxor et fama semel amissa; vel difficulter recuperantur, ut regnum amissum, aut fides* etc. Eadem est in malis ratio: quaedam enim sunt medicabilia; ut, intendere tributa, necessitate belli: amittere omnia, quae habes, honestatis causa: quaedam immedicabilia sunt; ut, cicatrix, dedecus et infamia ex culpa contracta. Inter haec ea numerantur, quibus difficulter mederi possumus, ut perfidiae, etc. Ostendemus igitur, alias res posse aut vetustate sedari, aut consilio corrigi: huius rei aut leniendae, aut corrigendae nullam rem adiumento futuram.

*Sextus locus est* ) Est etiam hic locus qualitatis specialis; sed differt a quinto; quod ille causarum est conservantium, aut corrumpentium; hic vero causas habet efficientes. Omnis autem causa efficiens hoc in loco vel est voluntatis, quae in iure civili maxime spectari solet. Vocantur a Graecis huiusmodi facinora ἁμαρτήματα ἑκούσια: de quibus multa etiam in Ethicis Aristoteles. Pertinet enim hic locus ad iurisconsultorum ac philosophorum doctrinam, qui περὶ τῶν ἑκουσίων, καὶ ἀκουσίων ἁμαρτιῶν multa disputare solent. Vel efficiens est imprudentiae: ut, quum Arcas matrem pro ursa, et Cephalus Procrin

uxorem pro fera occidit. Tractatur etiam hic locus κατὰ σύγκρισιν: voluntatem enim cum imprudentia conferet, quae excusationem meretur, et veniam, etiam apud iuriscousultos, si absit negligentia, quae misericordiae locum non habet.

*Septimus locus est* ) Superiores duo loci qualitatem habuere specialem: hic qualitatis est generalis ac communis κοινῆς ποιότητος. Habet hic locus ἀπαρίθμησιν, qua ostenditur facinoris qualitas: esse facinus crudele, nefarium, tyrannicum. Ostendit exempla: iniurias mulierum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum causa bella suscipiuntur, et cum hostibus de vita dimicatur. Talis fuit iniuria Paridis, quum Helenam rapuit: quae res causam dedit belli Troiani. Talis etiam fuit libido Tarquinii Superbi, quum Lucretiae vim intulit: propter quod scelus reges sunt exacti.

*Octavus locus est* ) Octavus locus a qualitate comparata sumitur; ut pro Ligario: *Novum crimen, C. Caesar, et ante hunc diem inauditum, propinquus meus Q. Tubero detulit* etc. Si vindicanda sunt vulgaria et communia scelera, maturius et atrocius vindicanda sunt ea, quae sunt singularia, spurca, nefaria et inusitata, quale hoc est maleficium. Qualitas comparata vel habet comparationem perfectam, vel imperfectam. Perfecta est, quum facinoris qualitatem ostendimus cum re comparata; ut: *Rarum hoc est crimen, et simillimum C. Fimbriae sceleri* etc. Item: *C. Verres piratis ac barbaris fuit immanior*, addito comparativo. Haec perfecta est, quoniam est finita. Imperfecta est, quae est infinita superlativo gradu; ut: *Crudelissimum facinus admisit Verres;* etc. deest enim res comparata.

*Nonus locus est* ) Nonus locus comparationem habet absolutam, quam rhetores Ἀντεξέτασιν vocant: quum utraque pars comparando excutitur. Sumitur autem haec comparatio ex loco differentium, ac primo habet propositionem: *Maius est maleficium stuprare ingenuam, quam sacrum laedere.* Deinde αἰτιολογίαν, rationem. *Nam, qui sacrum laedit, propter egestatem id facit; qui ingenuam stuprat, propter intemperantem superbiam id facit, in qua legum est contemtus.*

*Decimus locus est* ) Postremus locus amplificandi rem habet τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, id est, comprehensionem eorum, quae a principio ad finem gesta sunt. Hic locus omnes circumstantias comprehendit, in quo hic tria ponit, Materiam, Genus dicendi, et Tractationem. 1. Materia est, σύλληψις τῶν πραχθέν-

των, *comprehensio omnium, quae gesta sunt* in negotio gerendo. 2. Genus dicendi debet esse ὀγκῶδες καὶ ἀξιωματικόν, id est grave, ut res acriter exponatur: item αὐξητικὸν accommodatum ad amplificationem, ut omnia criminose exponantur. 3. Tractatio debet esse diligens, et habere ἐνάργειαν, sive ἐνέργειαν. Ita enim orationis gravitas, et ornatus ad crimen adaugendum adhiberi oportet, ut agi res et geri negotium videatur, rerum consequentium enumeratione, quae est expositio copiosa in unum locum contracta. Habet autem illa ἐνάργεια primum ὑποτύπωσιν, quum omnia ad rem ipsam exprimendam ita exponuntur, ut quasi ante oculos poni videantur. Deinde ἐπιμονὴν, id est, in re eadem immorationem. Orationis igitur cultus ἐν τῇ ἐνάργεια, potissimum versatur: de quo vide Quinctilianum lib. IIX, cap. 3. Est hoc in loco discrimen suffigurationis: nam in confirmatione lata est, in peroratione contracta.

## CAPVT XXXI

*Misericordia commovebitur*) Tertia pars Epilogi *Commiseratio* dicitur, Ἔλεος a Graecis; et nomen habet a re meliore. Perinde enim, ut defendere melius et honestius est, quam accusare: ita etiam melius est misereri, quam irasci. Hanc partem Cicero in Partitionibus sub Amplificatione comprehendit, quoniam amplificationi in peroratione semper motus est adiunctus. Sunt autem duplicia πάθη: quaedam enim προκατασκευαστικὰ dicuntur, quae sunt inchoata quidem in iudicum animis, nondum autem perfecta. Huiusmodi sunt ea, quae ante rationem fiunt: ut Demosthenis, qui fere perorationem non habet. Graeci enim ἄνευ προοιμίου, καὶ ἐπιλόγου solebant dicere; quaedam vero ἐπιλογικὰ, ἢ συμπεραστικὰ appellari possunt, quae in peroratione fiunt. Tria autem nobis spectanda sunt hoc in loco. Primum, materia, ex qua sententiae sumuntur: deinde, modus, sive tractatio: tertio, dicendi genus. Prima sententia habet μεταβολὴν τῆς τύχης, *fortunae commutationem*, quam Aristoteles περιπέτειαν appellat: ut, si ostendamus nos semper beatos fuisse, nunc subito factos esse miseros. Nihil est autem tam miserabile, ut in Partitionibus inquit, quam ex beato miser. Plurimum igitur huiusmodi sententia movet. Altera est συγκριτική: superior enim felicitas et miseria praesens, inter

se comparari debet. Tertia habet συναθροισμὸν τῶν ἐκβάντων, καὶ ἑπομένων, conglobationem, aut congeriem consequentium: quum mala omnia, quae eventura sunt, nisi causam obtinuerimus, in unum congerimus. Quarta ducitur a casu, necessitate, aut imprudentia, quae τῆς συγγνώμης sunt κεφάλαια. Quinta convenit cum tertia: utraque enim consequentium conglobationem habet, sed differunt personis: tertia enim, quae nobis eventura sint, indicat: quinta vero, quid amicis. Est igitur plane ἠθική: quoniam ad pietatem pertinet, atque idcirco maxime movet. Sexta habet ἔπαινον τοῦ φεύγοντος, *rei nostri laudem* a clementia, humanitate, misericordia sumtam: qua in alios usus est: quae laus ad causam proprie pertinebit. Qui enim aliquando misericors fuit, is misericordiam merito assequetur. Est igitur etiam haec sententia ἠθική, qua nostram in alios miseros pietatem ostendimus. Septima contraria sextae est: ut enim illa ex bonis rebus sumitur, ita haec ex malis et adversis: estque omnino παθητική. Differt a prima, quoniam illa fortunae commutationem habet, haec calamitates enumerat, et fortunae adversae constantiam ostendit. Octava demonstrationem habet propriae virtutis, quae miseriae adversatur, quum animum nostrum fortem, et incommodorum patientem ostendimus. Videtur haec sententia quasi occupationis loco, ne reus ipse sibi miseriam comparasse putetur. Sua enim culpa mali timidique infelices sunt. Tractatio misericordiae brevis esse debet: cito enim arescit lacryma, praesertim in alienis lacrymis. Tale etiam dicendi genus erit, sed tamen copiosum affectibus.

# IN IV LIBROS RHETORICORVM AD C. HERENNIVM ALDI MANVTII COMMENTARIVS.

## LIBER TERTIVS

### CAPVT I

*Ad omnem iudicialem causam* ) Hactenus de iudiciali genere praecepit, quia illud erat difficillimum; nunc de reliquis duobus, deliberativo ac demonstrativo, praecepta dabit. Habet autem hic liber partes duas, προκατασκευὴν, καὶ πραγματείαν. Προκατασκευὴ est aditus, sive vestibulum, sive principium libri, in quo eum docet, et ad diligentem horum praeceptorum cognitionem hortatur. Est enim bipartitum: nam primum μετάβασιν habet, deinde conclusiunculam: μετάβασις transitio perfecta est: habet enim ἀνακαίνωσιν, *renovationem* eorum, quae dicta sunt: κατάστασιν, *propositionem* eorum, quae dicenda restant; earum videlicet rerum inventionem, quae ad demonstrativas ac deliberativas causas pertinent, quas in hoc libro se una cum reliquis tribus officii oratorii partibus absoluturum esse promittit: ut omnis inveniendi praeceptio Herennio quamprimum ( in his scilicet tribus prioribus libris ) persolveretur. Est enim

inventio, offici oratorii pars potissima: quoniam invenire et cognoscere, idem sunt. In inventione igitur sapientia dominatur, sine qua eloquentia nulla esse potest. Est enim Eloquentia, copiose et ornate loquens sapientia. Lingua etenim a corde dissentire non debet: id, quod in Sophistis olim reprehensum est. Quum igitur primum sit sapere, multa de Inventione praecipit.

## CAPVT II

*Deliberationes partim sunt* ) Deliberatio relativum est: fundamentum habet, res futuras: terminum, sententiae dictionem. In hoc genere nihil est potentius opinione probitatis ac prudentiae: quare is, qui consilium est daturus, vir bonus sit ac sapiens necesse est, ut coniuncta sit cum auctoritate dignitas. Partes huius generis, sive formae duae sunt, suasio ac dissuasio. Finis, utilitas, ad quem omnia in consilio dando referuntur. Materia, quam Aristoteles τὸ ὑποκείμενον appellat, id est subiectum, est consultatio de rebus futuris: ideoque etiam status est στοχασμὸς, an sit suscipiendum id, quod suadetur. Incipit hoc in loco auctor statim a deliberationum divisione, quae est bipartita. Prima enim a materia sumitur: materia omnis deliberativi generis est, vel ἁπλῆ, vel est συμπεπλεγμένη: ἁπλῆ, *simplex* est, in qua est unius rei vel affirmatio, vel negatio: ideo dicit, Vtrum potius faciendum sit: ut, *An Carthago relinquenda sit, vel non.* Hic enim et suasor rem unam affirmat, et eamdem dissuasor negat. Coniuncta est, in qua plura deliberantur, ut in Hannibalis exemplo. Primum est utilitas remanendi, deinde necessitas redeundi, tertio occasio occupandi. Altera divisio est a personis sumta. Vel enim deliberatio ad praesentem auditorem pertinet; ut: *An captivos senatus redimere debeat, vel non*: haec enim quaestio ad Romanos tantum spectat. Vel ad personam extraneam, et absentem; ut: *An C. Caesaris absentis sit habenda ratio*: nam haec quaestio magis ad Caesarem, quam senatum pertinet; ideoque non praesentis est consilii, sed rei extraneae. Vel est composita ex praesenti persona, et extranea causa; ut in Miloniana: *An Pompeio contra Mithridatem committendus sit exercitus*: haec enim quaestio et propter populum R. et propter Pompeii per-

sonam in consultationem venit: quamobrem in ea oratione Cicero et de populi salute, et de Pompeii virtutibus amplificationem instituit.

*In quibus caussis* etc. Haec praecepta ad tractationem secundae divisionis deliberationum pertinent. Rei enim natura deliberationem faciet, quum res ipsa καθ' αὑτὸ, id est, *propter se* consultanda est: ut, *An captivos senatus redimere debeat, vel minus.* In hoc exemplo rei natura est, captivitatis consideratio: de qua praecipue deliberandum erit. Extranea causa est, δι' ἄλλο, id est, quae aliunde adiungitur: ut in exemplo Scipionis deliberatur, num legum auctoritas, quae causa est extranea, potius sit frangenda, quam reip. consulendum, quum nemo sit, qui melius opponi Hannibali possit, quam Scipio. Hic propter utilitatem maiorem, legi, quae reip. conservandae gratia lata fuerat, nonnihil derogatur: et utilitas, quae, lege non servata, ex Scipionis consulatu capi potest, maxime adaugetur. Idem fit in Maniliana.

*Omnem orationem eorum* ) Divisit deliberationes, earumque ostendit materiam: nunc etiam finem, ad quem omnia in consilio dando, sententiaque dicenda referuntur, indicat. Finis est utilitas: Aristoteles τὸ χρήσιμον appellat, καὶ ἄχρηστον: hoc omittendum, illud suscipiendum est. Adhibentur tamen aliorum etiam generum fines, sed illi sunt improprii: ut iustum et iniustum, honestum et inhonestum: proprius vero finis est utilitas. Respicit autem hic auctor non philosophos, qui negant id esse utile, quod cum honestate pugnat, sed remp. in qua non solum cum senatu, ac prudentibus viris, sed etiam cum plebe agitur, quae utilitate maxime permovetur. Sed revera philosophi recte senserunt: nihilque suadendum, nedum suscipiendum est viro bono, quod utile quidem, sed non honestum esse potest. Exstant plura in historiis exempla in quibus laudatur M. Regulus, ob servatam fidem: vituperatur is, qui pactis induciis, noctu agros populabatur. Quare numquam id iudicabitur esse utile illi, qui consilium dabit, quod honestum non erit: praesertim apud expolitum genus hominum, quos Aristoteles χαριέντας appellat, qui rebus omnibus dignitatem anteponunt. Ideoque illis laus, honor, gloria, fides, iustitia, religio, pietas proponenda sunt. Sed, quia vulgus utilitatem honestati anteponit, propterea quod opinionibus regitur, orator illi utilitatem solam, et aliquando etiam voluptatem, tametsi virtuti maxime sit contraria, proponet:

non ut deteriores, sed meliores cives faciat. Sic enim decipiendi sunt, qui ad honestatem veritate duci non possunt. Vtilitatem hoc in loco auctor dividit in tutam et honestam: tuta est, quae molestiae et periculi nihil habet, χρήσιμον ἀκίνδυνον, καὶ ἄλυπον: honesta est, quae laudem etiam secum affert, τὸ καλόν. Sed, quum utilitas in discernendis bonis malisque versetur, ut Cicero in Partitionibus docet, bonorum discrimen scire oportet. Sunt autem bona quaedam οὐκ ἀναγκαῖα, non necessaria, sine quibus vivere possumus. Horum alia καθ' αὑτὸ ἀγαθά ἐστι, id est *per se bona*, ideoque expetenda: ut sunt ea, quae sita sunt in officiis atque virtutibus: alia vero δι' ἄλλο ἀγαθά, propterea quod aliquid commodi efficiunt, ut opes et copiae, quae instrumenta sunt comparandarum ac colendarum virtutum. Rursus eorum, quae per se bona sunt, quaedam honestate censentur, quaedam vero commoditate aliqua tantum. Honestate expetuntur ea, quae proficiscuntur a virtutibus, earumque actionibus, quae sunt per se laudabiles, nemoque illis abuti potest. Commoditate aliqua censentur, quae tametsi utilia sunt, tamen abuti illis aliquis potest; huiusmodi sunt ea, quae sunt in corporis, aut fortunae bonis expetenda: quorum alia sunt quasi quodam modo cum honestate coniuncta, ut honor et gloria: alia diversa, ut vires, forma, valetudo, nobilitas, divitiae, clientelae, amicitiae. Horum omnium divisio in demonstrativo ad laudandum instituitur: hic vero ad cohortandum, in quo valent plurimum, quemadmodum in dehortando contraria. Habent enim multa inter se communia demonstrativum et deliberativum genus, differunt forma dicendi. Sed maior labor in his est insumendus, quae per se expetuntur: ut sunt virtutes, quarum vim et dignitatem pauci intelligunt. Suasori autem, aut dissuasori illa prima sunt videnda, quid aut possit fieri, aut non possit: et quid aut necesse sit, aut non necesse. Quae enim omnino fieri nequeunt, aut quae factu sunt facillima quaeque magnam ac perspicuam vel utilitatem, vel incommoditatem habent, ea sunt ἀσύστατα, nec in deliberationem cadunt. Deliberatio igitur in suadendo est eorum, quae sunt utilia, necessaria, facilia: τὸ χρήσιμον, τὸ ἀναγκαῖον, τὸ δυνατὸν, in dissuadendo contra τὸ ἄχρηστον, τὸ μὴ ἀναγκαῖον καὶ τὸ ἀδύνατον. Sed suasori simplex ratio proponitur, ut, si et utile est, et fieri potest, fiat: dissuasori duplex, una, si non utile est, ne fiat: altera, si non fieri potest, ne suscipiatur. Sic suasori utrumque docendum est, dissuasori alterum in-

firmare sat est. Verum τὸ δυνατὸν duplex est: vel enim per se est facile, vel comparatione, quum difficile quidem est, sed, quia maior est utilitas, quam difficultas, pro facile habetur. Fiunt etiam difficilia facultate facilia: facultas autem vel in vi, vel in dolo consistit; quae duo, si coniunctae sumuntur, perfectam utilitatem faciunt: si alterum eorum separatim, imperfecta utilitas erit. Vis autem vel est moderata, ut sunt pecunia, arma, instrumenta militaria et evocationes hominum, id est imminutiones hostium, quum evocantur ab hostibus quidam, ut eorum vis infringatur: vel est violenta, ut sunt exercitus, classes, tormenta et potentia nimia. Dolus consumitur maxime in pecuniam numeratam, in pollicitationes, scilicet pecuniae et aliarum rerum: in dissimulationes, quum milites fugiendo dissimulant se esse animosos, ut hostes e loco meliore evocent: in maturationes, id est, celeritatem, quae in Alexandro Magno, et Iulio Caesare maxime laudatur: et in mentitiones, ut, quum non posset Troia vi expugnari, Graeci equum sunt fabricati, quem mentitionibus in urbem introduxerunt. Huiusmodi multa in re militari docentur: eo enim res pervenit, ut dolo magis, quam virtute pugnetur.

*Avocationes hominum*) Alias *Revocationes*, id est, restaurationes: nam saepe contingit in bello, dividere milites per turmas et centurias: sed, quia aliquando una quaevis centuria per se parum est firma, adduntur duae, vel tres simul, ut firmiores sint: quae res appellatur a nonnullis *Restauratio*, ut a Vegetio; ab hoc, *Revocatio*, quum exsules ad tutelam patriae revocantur. Sunt, qui legunt, *Evocationes*, ut dixi, id est, imminutiones hostium, quum evocantur ab hostibus quidam, ut eorum vis infringatur.

*Dolus*) Pro bono consilio accipitur: fit enim, quod is tutus esse possit, et cautus per pecuniam, per quam facit hostes et inimicos expugnari, et ita fit tutus per cautelam: fit item tutus per promissiones, per dissimulationem.

*Honesta res dividitur*) Pars utilitatis altera, est res honesta, quae in virtute spectatur. Vtitur autem hoc in loco methodo tripartita. Primum enim dividit rem honestam in suas partes, deinde easdem definiendo explicat, postremo singularum ostendit tractationem. Atque id fieri solet, quum rem aliquam plene docere volumus. Honestas igitur in rectum dividitur et laudabile: rectum appellat id, quod sine controversia bonum est. Graeci κατόρθωμα, καὶ ἀναμφισβήτητον ἀγαθὸν appellant. Dividitur

in habitum et actionem, id est in virtutem et officium: est enim κατόρθωμα φυσικὸν naturale, quod est donum divinum, ut sunt habitus virtutis, ingenium prudens, iustum, temperans, moderatum, etiam ἀνθρώπινον, ut actio et officium hominis, quod habitum in homine probet et exerceat, ne sit otiosus. Officium autem illud in quatuor versatur rebus, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia. Prudentia a Graeco φρόνησις dicta est, ἀπὸ τῶν φρενῶν, id est *a mente:* est enim mentis calliditas et acumen et ingenii rectitudo, quae versatur circa bona comparanda, augenda atque conservanda: mala vero abiicienda, compensanda, depellenda. Ponit hoc in loco tres eius definitiones: in prima, quae est generalis, prudentia ἕξις est ἠθικὴ: in secunda ἐπιστημονικὴ, sive διανοητικὴ et significat τέχνην: huiusmodi prudentiam omnibus mechanicis possumus attribuere. Aristoteles apibus et araneis tribuit. In hac autem definitione habitus corporis pro intellectu sumitur: in tertia pro ἐμπειρία, id est *experientia* ponitur: quae neque ingenio, neque artificio, sed longo rerum usu comparatur. Posteriores igitur definitiones factae sunt κατὰ κατάχρησιν: Iustitiam appellat aequitatem, eiusdem prope significationis verbo, quae ius unicuique suum tribuit, id etiam iurisconsulti dicunt. Quum addit, *Pro dignitate,* id est conditione et statu cuiuslibet, maxime respicit eam iustitiae partem, quam distributivam philosophi appellant. Fortitudinis tria ponit genera: priora duo inter se sunt contraria: neque enim appetere magna potest, nisi humilia contemnat. Perpessio laboris, consequens est appetitionis. Sed haec omnia cum utilitatis ratione fieri debent, pro patria, pro libertate, pro religione, pro liberis etc. ne audacia potius et temeritas, quam fortitudo sit. Modestiam Cicero continentiam atque temperantiam, Aristoteles ἐγκράτειαν, καὶ σωφροσύνην appellat: quia τὰς φρένας σώζει, hoc est, *mentem atque rationem conservat.* Eius est officium, sedare animi perturbationes, rerum modum perscribere, et in omnibus τὸ πρέπον observare. Vult hoc in loco auctor, moderationem esse continentem, quia perpetua est cum cupiditatibus pugna rationi. Prolixior virtutum tractatio ex Ethicis est petenda, quae oratori in omni causarum genere magnam suppeditant copiam.

## CAPVT III

*Prudentiae partibus utemur*) Ostendit iam singularum virtutum tractationem et locos, ex quibus et suasori et dissuasori emendae sunt sententiae, quantom est necesse in hoc genere causae. Prudentiam dividit in προτροπὴν, καὶ δίδαξιν: nam et cohortandus atque excitandus est ad rem aliquam auditor, et quo modo ea res confici possit, docendus. Προτροπή, *cohortatio* duo habet, σύγκρισιν καὶ παράδειγμα: primum enim commoda, quae ex ea re, quam suademus, cum incommodis, quae patimur, comparanda sunt, ut haec vitemus, illa vero sequamur. Vt, si quis bellum suadeat contra Turcas, quae ille enumerabit damna, quas miserias, qoae futura pericula? contra vero, quae commoda ostendet ex locis recuperatis? Deinde, exemplo illato, id, quod volumus, persuadebimus facile. Exempla ponit duplicia, recentia et praesentis temporis, si habere illa possumus, et vetera, quae plerumqoe auctoritatem habent maiorem. Inter comparationem et exempla posuit δίδαξιν, *doctrinam*: haec etiam duplex est: primum enim τὰς δυνάμεις, *facultates*, ostendet: deinde modum, qua ratione id, quod suademus, fieri oporteat, terrane, an mari, an utroque looo etc. Sed, quum nemo id docere possit, quod non novit, ideo Aristoteles lib. I Rhetoricorum prudenter docet, maximum et potentissimum esse ad persuadendum et bene consulendum, nosse rerumpubl. status, mores, leges, utilitates, vectigalia, proventus, impensa et quaecumque in remp. importantur et exportantur.

*Iustitiae partibus*) Iustitia locos habet decem. Primus ex contrariis constat, misericordia in innocentes, et saevitia in nocentes: ut enim illi defendendi sunt, ita hi puniendi, ut pax et tranquillitas in rep. conservetur. Alter est, relatio gratiae: vix enim aliquid magis alienos reddit homines, quam beneficiorum oblivio: contra animus gratus facile impetrat quidquid volet. Tertius est vindictae: est enim turpe multos mori, et acceptam iniuriam non ulcisci. Quartus, fidei est; ut praestetur, si quid est promissum. Quintus est, quum leges, iuraque conservanda esse dicemus: quod fieri non posse ostendemus, nisi resistamus. Sextus est, societatum atque amicitiarum, quae

plurimum in suadendo bello ponderis habent. Septimus locus cum quinto potest coniungi: si enim pro legibus ac moribus civitatis est pugnandum, etiam pro pietate ac religione pugnandum erit. Octavus est, necessitudo cum hospitibus, clientibus, cognatis et affinibus: quae sancte nobis est colenda, si homines esse velimus. Nonus, integritas, quum non patimur nos nulla re corrumpi. Postremus est aequitatis, qui est generalis, quoniam superiora omnia complectitur. Ea enim praecipit, ut, quae nobis velimus fieri, ea aliis ipsi faciamus.

*Sin fortitudinis* ) Fortitudo duos habet locos προτροπὴν, καὶ ἀνασκευήν. Προτροπὴ est ipsa adhortatio et confirmatio ad res fortiter gerendas: haec σύγκρισιν habet rei, ad quam hortamur, cum re simili, dissimili, differente vel pugnante: sic, ut res magnae et excelsae sequi et appeti, humiles et indignae viris fortibus contemni oportere videantur: ita comparatio rerum est contrariarum. Ἀνασκευὴ est eorum, quae obiici possunt, refutatio. Haec fit primo προτάσει, *propositione*: a nulla re honesta, periculi aut laboris magnitudine, deduci oportere: deinde συγκρίσει κατ' ἀντικατάλλαξιν, antiquiorem mortem turpidine haberi: nullo dolore cogi, ut ab officio recedatur: nullius etc. προτροπὴ et bonarum et malarum est rerum: ἀνασκευὴ vero duorum tantum malorum, quae inter se conferuntur: ut, habet quidem fortitudo multa proposita pericula, sed ignavia affert infamiam.

*Modestiae partibus* ) Habet huius virtutis tractatio primum ψόγον, deinde δίδαξιν. ψόγος vituperatio est rei nimiae et excedentis modum: cuius haec virtus conservatrix est, ut refrenet cupiditates. Si autem modus exceditur, et cupiditates nimiae sunt in pecunia, avaritia dicitur: si in voluptatibus, libido et luxuria: quae duo sunt eorum, quos Aristoteles φορτικοὺς appellat; si vero bonorum est, ambitio dicitur, estque πολιτικῶν. Sunt autem et pecunia, et voluptates, et honores média: fiuntque bona usu, mala vero abusu. Δίδαξις ostendet verum usum, postquam satis vituperatus est abusus, et modum praescribet in his omnibus, quod tum bona sint pecunia, voluptas et honores, quum ad salutem atque utilitatem patriae comparata sunt. Id indicat his verbis: Si unamquamque rem certo naturae termino definiemus, si denique, quod cuique satis sit, ostendemus: et nimium progredi dissuadebimus, et modum unicuique rei statuemus. Terminus vero et modus iste virtus est, cuius formae sunt: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia: quae sunt his contraria, vitia appellantur, quia modum excedunt.

*Huiusmodi partes sunt* etc. Hactenus praecepta dedit τῆς προτροπῆς, quae αὐξητικὴ esse debet: nunc etiam περὶ τῆς ἀποτροπῆς, *de dissuasione* praecepit, quae methodo utitur contraria, et omnia quae sunt amplificata, attenuat. Huius duae sunt partes μείωσις ἢ ὑποκορισμὸς, *attenuatio:* et σοφιστικὸς ὁρισμὸς, *rhetorica verbi depravatio*: quae ex disputatione sophistarum Protagorae, Gorgiaeque nata est, qui dixerunt, homines ignavos invenisse iustitiam, quum non possent resistere fortioribus, ut eos legibus ac iudiciis coërcerent atque interimerent.

*Item, si quo pacto* ) Nunc docet, quo modo utendum sit ὁρισμῷ τῆς λέξεως σοφιστικῷ: debet enim dissuasor verbum depravare; quod tamen viro bono in rebus veris nunquam faciendum est. Neque enim decet ex albo nigrum facere, aut contra: id quod omnibus gentibus semper fuit abominabile.

## CAPVT IV

*Laudabile est* ) Altera honesti pars est Laudabile, quod a recto proficiscitur, et a Graecis Ἐπαινετὸν dicitur. Hoc in loco auctŏr primum definit, quid sit Laudabile: deinde causas indicat, cur a recto separaverit: tertio docet, quo modo laudabile aliquid esse, ostendendum sit. Laudabile autem est, quod cum virtute et officio coniunctum est, et nos, ut ait Cicero in II de Inventione, cum dignitate, tum fructu quoque suo ducit ad se: ideoque honestam commemorationem conficit, et praesentem et consequentem, propter gloriam, dignitatem, amplitudinem atque amicitiam; de quibus copiosius in II de Inventione docet.

*Hoc nos a recto* ) Ostendit iam causas, cur a recto separaverit, cuius partes etiam laudabili conveniunt. Causa autem separationis est, quod rectum sequi convenit propter se, non laudis tantum gratia, quae ultro consequitur. Ita enim, ut hic inquit, duplicatur appetendi recti voluntas. Quamquam autem laudabile ex recto nascitur, tamen ab eodem duobus modis differt: primo, ut effectum a causa efficiente. Habitus causae sunt efficientes: actiones vero, propter quas homines aut laudantur, aut vituperantur, sunt effecta. Vt sapientia rectum est, et causa efficiens: factum sapienter, laudabile est, et effectum. Sic etiam

Fides, quae iustitiae fundamentum est, rectum dicitur: fides autem Poenis a Regulo servata, laudabile appellatur. Altero modo differunt, quod rectum cognitionem habet certam, laudabile incertam, quia non solum virtutis, sed etiam vitii speciem habet: ideoque laude ac defensione opus habet, ut rectum esse videatur. Sunt enim actiones hominum ἀμφισβητήσιμαι: et, quod hic faciendum censet, ille negat. Hinc etiam in demonstrativo genere status oritur. Manlius victoriam filii sui reprehendebat, non quia fortitudo vituperari posset, sed quod edicto non paruerat. Virtutem enim nec laudamus, nec vituperamus, sed virtutis actiones: ideoque laus est personarum, unde etiam dictum est laudabile. Sed qui noverit, quid sit Rectum, ille etiam sciet, quid sit Laudabile.

*Quum igitur*) Iam docet, quo modo Laudabile demonstrandum sit: id ita fiet, quum demonstratum est rectum iis rationibus, quas supra tradidit, tum etiam laudabile demonstrandum erit, quod ex iisdem fontibus nascitur, ex quibus rectum. Id quinque fiet modis: quum aut idoneis hominibus, aut sociis, aut omnibus civibus, aut exteris nationibus placere, aut posteris nostris id placiturum esse ostendemus. Non ita percurrit partes laudabilis, ut recti: quoniam eamdem habent considerationem, et ex iisdem locis sententias sumunt.

*Quum huiusmodi locorum* etc. Quae hactenus praecepit, fuerunt generalia, et ad inventionem pertinent; nunc ad singularum partium tractationem accedit, quam Hermogenes ἐργασίαν appellat. Partes huius generis quinque constituit: exordium, narrationem, partitionem, confirmationem et perorationem. Praecipiunt quidam, in hoc genere vel omnino brevia, vel nulla esse exordia; id ita est intelligendum, quod in hoc genere exordia ita plerumque cohaerent cum confirmatione, ut discerni difficulter possint: quemadmodum in Demosthenis quarta Philippica perspicue videmus. Sumuntur enim plerumque ex ipsis causae visceribus, ut quasi confirmationis pars quaedam esse videantur. Si igitur in hoc genere exordiemur, id iisdem rationibus faciemus, quas supra in iudiciali causa tradidit. Nam, si res est honesta, quam suademus, et auditor sibi consilium dari cupit, προοιμίῳ, hoc est exordio libero ac tuto, sed tamen brevi aut nullo utemur. Quum vero sibi consilium dari non vult auditor, sive quod personam odio habet, sive quod res, ad quam suscipiendam hortamur, aut vetita, aut turpis est, idque vel re vera, vel opinione hominum, ἐπαγωγῇ, id est exor-

dio insidioso utemur. Vt Solon, quum vetitum esset lege, ne quis ea de re ageret, insaniam simulavit, ut consilium patriae salutare contra Salaminios daret. In Partitionibus inquit Cicero: *Principia autem in sententiis dicendis brevia esse debebunt. Non enim supplex ut ad iudicem venit orator, sed hortator, atque auctor. Quare proponere, qua mente dicat, quid velit, quibus de rebus dicturus sit, debet, hortarique ad se breviter dicentem audiendum. Tota autem oratio simplex et gravis, et sententiis debet ornatior esse, quam verbis.* Hoc est, oratio deliberationis non debet esse περιβολική, id est circumducta dilatatione verborum, et assumtione rerum extranearum: sed rebus magis, quam earum exornationibus expolita, ut prudens et sapiens ornatus sit, et magis veritas, quam elegantia appareat. Quamquam quammaxime remotum ab omni affectatione in deliberativo genere Theophrastus voluit esse sermonem, tamen nihil inesse debet in oratione nec impurum, nec inconcinnum, nec abiectum, nec male collocatum. Habet multa hac de re Quinctilianus: sed exempla in oratoribus lectores diligenter observabunt, e quibus omnia ista perfectius discent. Quum inquit hoc in loco auctor, *Vel a principio, vel ab insinuatione*, intelligit praecepta generalia, quae libro primo de exordio tradidit: quum vero, *Vel iisdem rationibus, quibus in causa iudiciali*, praecepta specialia respicit, quae de solo iudiciali genere dedit. Habent enim haec duo genera eamdem prope tractationem.

*Si cuius rei*) Praecipit de narratione. Ea vel non incidit in hoc genere, vel, quum incidit, eadem ratione narrare oportebit, qua in iudiciali genere. Duplex est apud Quinctilianum genus narrationis: unum generale, quod causae proprium est, et ad rem praesentem dicendam pertinet; hoc genus deliberatio non habet, quoniam vel simplici expositione, vel partitione absolvitur, quum distinguimus causam. Alterum speciale est, quod interdum in hoc genere incidit. Adhibetur enim vel confirmandi causa, et κατασκευαστική dicitur, ut sunt multae pro Cluentio et in Verrinis; vel refutandi, ἀνασκευαστική, ut pro Roscio de liberis Clodii; vel excitandi ad audiendum, προτρεπτική; vel deprimendi et dehortandi, ἀποτρεπτική; vel laudandi, ἐγκωμιαστική; vel vituperandi, ψεκτική; vel amplificandi gratia, αὐξητική appellata.

*Quoniam*) Quum breviter exordiendi et narrandi praecepta dederit, de partitione nunc agit; praecipit enim, partitionem nonnunquam simplicem fieri, nonnunquam vero coniuncte. In

partitione igitur considerandus est finis, quem supra in rem tutam et honestam divisit. Omnis autem partitio vel habet divisionem, vel simplicem tantum expositionem, id est propositionem. In causa multiplici, hoc est, in qua et tuta et honesta utilitas ostendi potest, utemur divisione, et utrumque nos in dicendo demonstraturos esse pollicebimur. Si vero alterum solum demonstrabimus, simpliciter, quod dicturi sumus, ἐκθέσει, expositione ostendemus: quam tamen deinde etiam divisio sequetur.

*At, si*) Eamdem divisionem retinet in utilitatis partibus, quam ante proposuit: ut rem tutam post expositionem partis unius, in vim et dolum: rectam vero in partes quatuor, prudentiae, iustitiae, fortitudinis ac modestiae, si omnes incidant, dividamus. Admonet autem hoc in loco eos, qui scripturi sunt, ut artis vocabula vitent, quae scholis relinquenda sunt, quoniam ars est occultanda. Quamquam enim dolus etiam bonus est apud iurisconsultos, tamen, quoniam id vulgus non intelligit, ideo vocabulo gratiore corrigit, et vocat *Consilium*. *Vim* retinet: uam et in bonam partem accipitur, ut *Vis dicendi;* et in malam, ut quum Caesar inquit: *Ista quidem vis est*; et in utramque, ut: *Vim vi repellere licet*; priore enim loco pro violentia, posteriore pro honesta defensione usurpatur. Sic Cicero nonnunquam, sed modeste, vocabulis artis utitur.

## CAPVT V

*Argumentationis*) Docet expolitionem; nam, si quis velit, inquit, argumenta expolire, confugiat necesse est ad librum secundum, in quo tradita est doctrina de expolitione; quoniam non secus fieri oportet in hoc genere, quam in iudiciali, in consultatione, in genere deliberativo. Quae hactenus praecepit, fuerunt ὑποθετικά: quoniam ostendendum fuit, quod tutum, et honestum sit in causa praesenti: quae iam sequuntur, θετικά sunt, id est utrique parti, suasori scilicet et dissuasori communia. Fit enim saepe, ut res tuta cum dedecore, honesta cum incommodo coniuncta esse, et haec cum illa pugnare videatur; quod quum fit, locis utendum est communibus, hoc est sententiis universalibus, quas Graeci θέσεις, ut dialectici suas

maximas et στοιχεῖα appellant. Vocat autem hic argumentationem artificiosam quinquepartitam, de qua copiose in secundo praecepit.

*Sed si* ) Exponit iam, proposita rhetorica ὑποθέσει de Romanis a Poenis circumsessis, locos, qui sunt ἀόριστοι, *infiniti*: ideoque communes dicuntur, quoniam in utramque partem usurpari possunt; nam et affirmationem et negationem habent; nec sunt universales, sed tanquam universales defenduntur. Nam, sive affirmes universaliter, sive neges, falsi sunt: quamobrem etiam rhetorici dicuntur; ut: *Omnibus testibus est credendum*, *nullis testibus est credendum.* Vocat autem *tutam rationem*, quae cum dedecore; *honestam*, quae cum incommodo est coniuncta: si utraque scilicet seorsum ponatur. Qui igitur rationem tutam defendet, quatuor utetur sententiis, quarum prima est τοῦ προκειμένου, ac confirmationis huius πρότασις: Nullam rem utiliorem esse incolumitate. Altera est συγκριτικὴ, ἢ ἀντιστατικὴ: Virtutibus uti neminem posse, qui suas rationes in tuto non collocarit Tertia est ὑπερβολικὴ; pugnat enim cum fortitudine, quae saepe temeritatis habet speciem: Nec deos quidem esse auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittant. Quarta est ὁριστικὴ: Honestum nihil oportere existimari, quod non salutem pariat. Habet ὁρισμὸν falsum atque oratorium.

*Qui tutae rei* ) Ponit rationes arguendi per honestum. Et sequuntur sententiae eius, qui pro honestate sola dicet. Prima est τοῦ προκειμένου, καὶ πρότασις confirmationis: id est, rei propositae propositio: Virtutem nullo tempore relinquendam. Altera est συγκριτικὴ, ex contrariis et pugnantibus: Vel dolorem, si is metuatur; vel mortem, si ea formidetur, dedecore et infamia leviorem esse. Tertia est τῶν ἐκβησομένων, considerandum (ita enim legi debet) quae sit turpitudo consecutura. Quarta est διαβλητικὴ, id est adversariae definitionis, καὶ τῆς ὑπερβολῆς maligna interpretatio; haec sententia est αὐξητικὴ: κατὰ σύγκρισιν enim tractatur, cuius pars prima μείωσιν habet, quae fit ἀρχιρίσει: At non immortalitatem, neque aeternam incolumitatem consequi; nec esse exploratum, illo vitato periculo, nullum in aliud periculum venturos. Ostendit utilitatem non esse tantam, quantam adversarius proposuerat. Pars altera συγκρίσεως habet ἐπανάληψιν primae sententiae, quae fit ἐγκώμιῳ: Virtute vel ultro ad mortem proficisci, esse praeclarum. Quum autem, ut Aristoteles docet, maiora bona semper sint minoribus anteponenda, ideo non utilitatem, sed virtutem sequi oportebit. Quinta est ἀντιστατικὴ; est autem ἀντίστασις, quando vel malum malo comparamus: unde

illud: Inter duo mala minus esse eligendum; vel, malum cum bono: ut, si dicimus, periculosam esse rem, quam suscipimus, sed compensari periculum eventu: quia fortes fortuna adiuvet. Sexta est ὁριστική. Tractatur autem definitio vel solitarie, quum rem unam definimus, ut in methodo utilitatis tutae: vel συγκριτικῶς, quum rem utramque definimus, ut in hoc loco, qui tres habet sententias definitivas. Prima est affirmativa: Eum tute vivere, qui honeste vivat; altera negativa: Non tute vivere eum, qui in praesentia incolumis sit. Atque hae duae sunt definitiones recti. Sequitur tertia, qua turpitudinem definit; et eum, qui turpiter vivat, incolumem in perpetuum esse non posse. In Partitionibus inquit Cicero, persaepe evenire temporibus, quae vim habent maximam, ut utilitas cum honestate certet, earumque rerum contentio plerumque deliberationes efficiat, ne aut opportuna propter dignitatem, aut honesta propter utilitatem relinquantur. Ad hanc difficultatem explicandam praecepta omnia referenda esse monet, quod, quo modo faciendum sit, eodem in loco docet.

*Conclusionibus*) Docet, cuiusmodi Peroratio esse debeat. Eius partes tres esse dixit in iudiciali genere, Enumerationem, Amplificationem et Commiserationem; eas fere partes etiam in hoc genere esse dicit, quoniam magnam inter se coniunctionem habent. Differunt tamen conclusiones huius ab illius, quod in hoc genere maxime debet elucere prudentia: quae quum memoriam praeteritarum, iudicium praesentium, et providentiam futurarum rerum habere debeat, ideo in deliberativi generis conclusionibus maxime conducit, quamplurima rerum ante gestarum exempla proferre. Haec maxime in amplificatione adhibenda sunt. Nec est negligenda ratio movendi animos in hoc genere, quod saepe id causa ipsa requirat: ut in deliberatione belli adversus Christiani nominis hostes. Vtrumque etiam in Partitionibus docet Cicero, quum inquit: *Vterque vero ad augendum habeat exemplorum, aut recentium, quo notiora sint, aut veterum, quo plus auctoritatis habeant, copiam.* Maximeque sit in hoc genere meditatus, ut possit vel utilia ac necessaria honestis, vel haec illis anteferre. Ad commovendos autem animos maxime proficient, si incitandi erunt, huiusmodi sententiae, quae ad explendas cupiditates, aut ad odium satiandum, aut ad ulciscendas iniurias pertinebunt. Sin autem reprimendi, de incerto statu fortunae, dubiisque eventis rerum futurarum, et retinendis suis fortunis, si erunt secundae: sin autem adversae, de periculo commovendi. Atque hi quidem sunt perorationis loci.

# CAPVT VI

*Quoniam haec causa* ) Absoluto genere deliberativo, nunc agit de demonstrativo, quod ἐπιδεικτικὸν Graeci vocant, in primis enumerando locos, ex quibus sumuntur argumenta in causa demonstrativa; deinde docet tractatione eiusdem generis unamquamque partem rhetoricae orationis. Dividitur itaque Demonstrativum genus in laudem et vituperationem; et, quibus locis laudabimus, per contrarios poterimus vituperare; quod genus causae praesens tempus considerat, quod olim in campo Martio agitabatur; cuius finis est honestum. Genus autem nullum est orationis ( ut docet Cicero in Partitionibus ) quod aut uberius ad dicendum, aut utilius civitatibus esse possit, aut in quo magis orator in cognitione virtutum vitiorumque versetur. Nemo enim negat, oratori virtutum omnium cognitionem, sine qua laudatio ac vituperatio effici non possit, esse necessariam. Etsi separatim haec causa minus crebro tractatur, in iudicialibus tamen, et deliberativis causis saepe magnae partes versantur laudis et vituperationis. Cuius omnino partes sunt duae: Vna est laus, quae rerum bonarum, quas in aliqua persona orator esse dicit, continet amplificationem. Altera vituperatio, quae rerum malorum, cum certae personae designatione, amplificationem habet.

*Laus igitur* ) Quoniam personae propter virtutem, et ea, quae cum virtute sunt coniuncta, laudantur: virtus autem inter bona numeratur, ideo recte bonorum divisionem instituit, id quod etiam in Partitionibus fecit. Sunt autem bonorum tria genera: unum rerum externarum, alterum corporis, tertium animi; in quibus virtus sese maxime conspiciendam praebet. Is enim laudandus est, qui id agit, quod aut genus, aut formam, aut fortunas suas decet: contra, qui his abutitur, vituperandus. Erit igitur haec confirmatio et confutatio nobis, id est, confirmationis ac confutationis materia: de quibus paullo post. Haec divisio ut in hoc genere necessaria est, ita etiam deliberativo valde utilis.

*In huiusmodi causa principium* etc. Partes et materiam exornationis indicavit: nunc eiusdem ostendit tractationem in sin-

gulis orationis partibus. Aristoteles in tertio docet, principia in causas demonstrativas multipliciter posse accipi a laude, a vituperatione, suadendo, dissuadendo, ab his, quae ad personam audientium attinent. Deinde inquit: Δεῖ δὲ ἢ ξένα, ἢ οἰκεῖα εἶναι τὰ ἐνδόσιμα τῷ λόγῳ. Sunt enim, ut idem inquit, in demonstrationibus prooemia maxime libera: et quod quisque vult, initiis dicere potest, et continenter sequentibus committere. Sumitur autem, ut hic docet, vel a personis, vel a rebus. Personae sunt aut nostra, aut eius, de quo loquemur, aut eorum, qui audient. A nostra, respicimus primum τὸ καθῆκον, *officium*: quum dicemus nos officio facere, quod causa necessitudinis intercedat, aut bene de nobis, aut rep. meritus sit. Haec igitur sententia τοῦ προσώπου habet σύςασιν. Deinde βούλησιν, *studium* atque voluntatem: quum dicemus nos ultro id facere, quod eiusmodi virtutis sit, ut omnes commemorare debeant velle. Differunt haec duo, quod officium coactum est, voluntas vero libera atque promta. Tertio κρίσιν, *iudicium*: quod rectum sit ex aliorum laude ostendere, qualis noster animus sit. A nostra igitur persona plane ἠθικὸν sumitur principium: cuius tractatio τριμέρης est. In vituperatione μέθοδος est contraria, sed eosdem habet locos. Nam aut merito id nos facere, quod male de nobis et rep. meritus sit: aut studio, quod utile putemus malitiam eius cognosci, ut Verris atque Catilinae: aut voluntate, ut ostendamus, ex aliorum vitiis, quid nobis displiceat. Prima igitur sententia hic a iusto sumitur, altera ab utili, tertia ἐκ τοῦ ἤθους Ab eius persona, de quo loquemur, μονομερὲς est principium: habet enim tantummodo ἔπαινον σὺν τῇ ἀπορίᾳ, *cum dubitatione*: quum vereris, ne non possit satisfacere illius, quem laudas, virtutibus. Si vituperabimus, paucis verbis commutatis, ostendemus eadem figura, nos non posse satis vituperare. Ab auditorum persona διμέρης est tractatio: is enim, qui laudatur, aut vituperatur, vel notus est, vel ignotus. Si notus est, etiam vitia eius nota erunt: ideo opus erit καταλήψει ἐπαγωγικῇ, nempe ὑποσχέσει συντομίας: nos pauca de eo dicturos esse monendi causa, quoniam non apud ignotos laudemus. Si erit ignotus, primum ἀξιώσει, *postulatione* utemur, ut talem virum velint cognoscere: deinde ὑποσχέσει utilitatis, quam ex commemoratione laudum illius percepturi sint, cum indicatione spei ac fiduciae, quam de illis habeamus. Quum enim ignoti nihil ad nos pertineant, maxime opus est utilitatem ostendere, quae in exemplo posita est, ut eos imitemur, qui virtutibus clari sunt: vitia vero fugiamus,

dum eorum turpitudinem in aliis conspicimus. Vituperatio eamdem habet μέθοδον. Primum enim promittemus pauca de eius nequitia nos dicturos: deinde si ignorent, petemus, ut cognoscant, ut vitare malitiam discant. Indicabimus etiam fiduciam nostram de illis, quod est ἠθικόν. Atque haec tractatio sententiarum a personis, tota ad benevolentiam comparandam pertinet. A rebus ipsis praecipue φιληκοΐα, *attentio* captatur, ut audire velint: quod ut fiat primum ὑποσχέσει, *promissione*, κατασκευαστικῇ utemur, rei magnae ἄνευ τῆς αὐξήσεως, *sine amplificatione*. Deinde ἀπορίᾳ, *dubitatione* facultatis, nos nescire, quo modo rei tantae possimus satisfacere.

## CAPVT VII

*Principio tractato* ) Duo sunt, ut dictum est, Narrationum genera: unum generale, quod causae proprium est, ut pro Quinctio et Milone; alterum speciale, quod sic dicitur, non quod sub generali comprehensum sit, sed quod sit alicunde accersitum, et variis de causis adhibeatur, de quibus supra dictum est. In hoc igitur genere proprie nulla est narratio, neque ab re sumta, cuius gratia laus et vituperatio instituitur: neque ab aliqua harum rationum, quae ad personas pertinent: sed quasi perpetua quaedam est narratio omnium eorum, quibus ille est ornatus, quem laudamus, cui recte adhibetur partitio. Si qua tamen narratio specialis incidat de facto aliquo, quod vel laudem, vel vituperationem mereatur, eam servabimus narrandi methodum, quae libro primo indicata est. Divisio in hoc genere διμερής est: habet enim μερισμόν, *partitionem*, et ἔκθεσιν, *expositionem*, sive declarationem. Partitio indicabit, quas res laudaturi, aut vituperaturi simus. Quia autem Partitio declaratione opus habet, ideo expositio, ἔκθεσις, est addenda, quae trium partium est. Primum enim ἔνδειξιν habet τῆς τάξεως, *indicationem ordinis*, quo modo unumquodque gestum sit: deinde significationem τῆς ἀρετῆς, *virtutis*, quam tute cauteque omnia egerit; tertio expositionem bonorum animi, corporis et fortunae. Hoc idem est cum primo, nisi quod hoc est paullo clarius.

*Ordinem hunc adhibere* ) Maximam Confirmationis vim et

hodie necessariam in genere demonstrativo, civilibusque causis ab amplificationum ornatu sumi constat, quas in ipsa causa crebras et breves esse magni rhetores oportere praecipiunt. Est enim Amplificatio, Cicerone definitore, vehemens argumentatio, et huius generis propria quasi, quae valet non solum ad augendum et extollendum aliquid, sed etiam ad extenuandum et abiiciendum. Accedit iam κατασϰάσει ad praecepta τῆς οἰκονομίας, quae in exornationum ἀποδείξει observanda est. Deinde, quem ordinem in demonstranda vita adhibere debeamus, per omnia bonorum genera ostendit. Tertio concludit hanc praeceptionem admonitione, ut observemus, quae partes in laude aut vituperatione recipiantur, et quae non. Confirmationem, Aristotelem secutus, qui ἀπόδειξιν appellat, demonstrationem vocat: in qua maxime spectandum est, quid dicendum sit, et quo ordine. Huius principium recte fit ab externis bonis, non quod dignitate prima sunt, sed tempore, quoniam prima animadvertuntur ab hominibus, et laus ipsa magis se in his, quam in aliis, explicat, si rectus accedat usus. Ab his ad corporis transeundum commoda, a quibus ad res extraneas revertendum, et quae in his virtutes, aut quae vitia fuerint, considerandum erit. Ad omnes autem res, sive fortunae, sive corporis, in quibus animus hominis maxime consideratur, illae quatuor animi virtutes accommodandae sunt. Vt, si laudemus, aliud iuste, aliud fortiter, aliud modeste, aliud prudenter factum esse dicamus. Si vituperemus, e contrario. Virtus enim unumquodque in suo conservat statu: et, quae per se media sunt, ea virtutis actionibus fiunt laudabilia: quoniam virtute nemo potest abuti. Haec de ordine. Sequitur tractatio. In externis igitur rebus primum genus consideratur, quod vel maiorum virtute clarum est, vel infame, eorumdem aliquo scelere, aut conditione vitae; vel humile et obscurum, tamen bonum virtute domestica, vitaque privata. Clarum dicitur εὐγένεια, *nobilitas*, propter virtutes, famam et nomen maiorum: estque triplex, gentis, civitatis et familiae. Gentis, ut Graecorum, Romanorum et olim Iudaeorum. Civitatis, ut Athenarum et Romae. Familiae, ut Marcellorum, Fabiorum, Scipionum. Obscurum duplex est: vel enim est ἀγένεια, *obscuritas*, in qua nec virtus est, nec vitium; vel δυσγένεια, quae est vitiosa. Sed ea praecipue nobilitas in hoc genus cadit, quae est familiae propter personam. Haec principium, incrementum ac temporis diuturnitatem habere debet. Principium a virtute, non di-

vitiis male partis, aut rapinis erit: ut, nobilitas Ciceronis a magistratibus praeclare gestis coepit. Deinde augenda est liberalitate, et conservanda εὐτυχίᾳ, quae Ciceroni defuit. Tertio debet in multa secula durare, ut auctoritatem sibi comparet antiquitate. Si igitur illustre genus est et clarum, quod hic bonum vocat, laudandum est, sed modice: parem eum, et excelsiorem fuisse suis maioribus, virtute et industria; commune enim genus est, et agnoscitur, non comparatur. Si infame est, praetermittere oportet. Si humile, vel omittetur, si nihil adiumenti affert; vel tractabitur, si ad augendam eius, quem laudare velit, gloriam pertinet. Non enim solum maiorum virtuti respondere gloriosum est, sed etiam praeclarum sui generis atque nobilitatis auctorem esse. In vituperatione duplicem ostendit methodum: Si bono genere natus sit, dedecori maioribus fuisse: ut de M. Antonio, et Catilina dixit Cicero. Si malo, etiam his ipsis fuisse detrimento. Permagni refert, quibus quis natus sit maioribus; quamobrem a genere prudenter sumitur principium. Alterum est educatio, quae est institutio pueri, ac prima virtutis exercitatio. In ea est considerandum, quae nutrix fuerit, qui paedagogus, qui magistri, quibus artibus ac disciplinis institutus aliquis sit. Proposuit supra septem; hic duo tantum tractat, ut ostendat, quid sit faciendum. Quia enim minor est copia, et materia tenuior bonorum corporis, quam fortunae, et varietas plurimum delectare solet: ideo, uno atque altero fortunae munere tractato, corporis commemoranda bona erunt. Deinde ad res externas revertendum, quibus ubique animi dotes adiungendae sunt; ut quemadmodum in acie fieri solet, infirmiora in medio collocentur.

## CAPVT VIII

*Ad omnes autem res* ) Docet laudare a bonis animi. Hactenus enim de externis et naturae bonis, quibus animi sunt accommodanda: nunc etiam de factis, quae virtutum sunt indicia, et a virtute proficiscuntur. Non enim virtus in homine esse creditur, nisi quid extet, quod ab eo aut iuste, aut fortiter, aut modeste, aut prudenter sit actum. In his tripartita est collocandi ratio. Vel enim est directa servato temporis or-

dine, qui dilucidus est, et memoriam adiuvat, quia naturalis est, quum scilicet a primis ad ultima fit progressio: ut in secunda Philippica. Vel immutata, quum ab ultimis ad prima progreditur: ut in tertia Philippica Ciceronis, de Augusti genere, hoc loco: *At quam contumeliosus* etc. Vel mista, quum singula facta in genera virtutum digeruntur: ut in Maniliana, de Pompeii scientia rei militaris, virtute, auctoritate et felicitate. Possent adhuc multa ex aliis adiici; sed haec sufficiant.

*Conclusionibus brevibus utemur* ) Explicavit Principium, Narrationem, Partitionem, Confirmationem, ( omissa confutatione ) demonstrativi generis, nunc etiam de Peroratione agit. Eam vult esse brevem, et habere tantum ἀνακεφαλαίωσιν, *enumerationem.* Brevitatis duae sunt causae. Prima est, quia motus vehementiores hoc genus non requirit, propterea quod altercationes, ut superiora genera, non habet. Altera est, quod copiosius explicare res in conclusione, taedium afferat, quum eaedem in confirmatione satis amplificatae sint. Enumeratio propter varietatem rerum instituenda est, in qua tamen etiam adhibendus est modus. Quum enim hoc genus in tribus bonorum et malorum generibus versetur et unumquodque horum sit multiplex, prodest paucis, breviter ea, quae vel laudata, vel vituperata sunt, in peroratione renovare. Conclusio tres partes habet, Enumerationem, Indignationem et Conquestionem. De Enumeratione tamen sola nunc agit, quae breves amplificationes et communes locos in se debet habere, et consequitur praecipuos aliquot confirmationis locos et affectus, quibus homines huc et illuc rapimus.

*In ipsa causa* ) Tria hoc loco statuit. Primum tradit utilissimum praeceptum, quod ad confirmationem pertinet, de amplificatione quae est proprie exornationis: deinde de huius generis usu dicit: tertio transit ad reliquas officii oratorii partes. Ostendit autem quantitatem et modum amplificationum, dum vult eas esse crebras, breves, ac θετικάς. Crebras esse oportet, quia in omnibus debent adhiberi partibus, quae possunt amplificari. Brevitas servanda est, primum, ne fiant μειρακιώδεις: est enim adolescentiae fere proprium, rem augere nimium, et ὑπερβολαῖς uti, quod tamen poëtis in sua arte est concessum. Deinde, ut in affectibus non nimis diu immoremur, sive quod cito arescit lacryma, sive quod fletus videtur esse fictus, si modum non habeat. Tertio, ut absolvi reliqua

etiam possint, quae sunt unius causae. Quemadmodum enim fabulae unius diei periodo debent peragi, ita etiam partes causarum omnes actione una absolvendae sunt: qua in re peccant, qui rem, de qua dicturi sunt, in plura membra partiuntur, quam una oratione possint expedire: ut illi etiam, qui in duos, tresque dies fabulas extendunt. Quod ad modum attinet, docet αὐξήσεις, per locos communes interpositas, id est non ὑποθετικὰς finitas, sed θετικὰς infinitas esse debere: ut oratio magis ad reip. et omnium utilitatem, quam ad unius, accommodata esse videatur. Plus enim movet auditorem, si de iustitia, aut iniustitia dicas, quid haec mali, illa boni rebuspub. afferat, quam si Aristidem iustum, aut Catilinam iniustum fuisse demonstres.

*Nec hoc genus* ) Occurrit quaestioni: et de usu huius generis agit, κατὰ προκατάληψιν: nam, quum raro hoc accidat genus in vita, fuit ab eo supersedendum, quod eius usus non necessarius videri poterat. Primum ostendit usum eius, deinde modum. Separatim, inquit, haec causa minus saepe tractatur: scilicet apud Romanos, qui illud in funeribus saepe usurpabant, et actionibus gratiarum: ideo nullum habemus exemplum perfectae exornationis. Apud Graecos autem fuit usitatius, apud quos erant παναθηναϊκοὶ, ἐπιτάφιοι, καὶ πανηγυρικοὶ λόγοι: et crebro sophistae illo utebantur: quare etiam exempla plura habentur. At in iudicialibus et deliberativis causis saepe magnae partes versantur laudis, aut vituperationis. Exempla sunt in oratione pro lege Manilia et pro M. Marcello, in quibus Pompeium ac Caesarem ornat. Modus in duobus consistit, ut non negligentius, quam caetera, consideremus, et ut nonnihil industriae in illud conferamus, non autem nimium exerceamus. In Partitionibus Cicero duplicem huius generis usum indicat, quod non solum ad benedicendum, sed etiam ad honeste vivendum valeant laudandi, vituperandique rationes. Primum enim complectitur hoc genus doctrinam prope omnem de moribus: ob honestatem enim, atque virtutem celebrantur homines: virtus vero ipsa fons omnis est officii et honoris atque gloriae: quam qui habet, is et dignus est, ut laudetur, et laudari hunc utile est. Excitat enim laus reliquos cives ad honestatem: nemoque est ita sui contemtor, ut non honeste potius, quam scelerate vixisse videri velit: quamobrem utilissimum est hoc genus civitatibus. Deinde ad dicendum et ad eloquentiam plurimum affert adiumenti. Nam copiosa virtus laus

est, et se sinit ipsa amplificari: et cadunt in hoc genus ornamenta et verborum et sententiarum omnia. Ac sane utile est, in exercitatione stili hoc primum occupare locum.

## CAPVT IX

*Quoniam dispositio est* ) Absolvit difficillimam officii oratorii partem, hoc est inventionem, eamque ad omne genus causae accommodavit: nunc ad alteram accedit partem, quam hic *dispositionem*, in Partitionibus *collocationem* vocat: a Graecis τάξις, καὶ οἰκονομία verbo translato dicitur. Primum hic proponit, se de Dispositione acturum esse: deinde eamdem dividit in duas partes: tertio singularum partium tradit praecepta: postremo etiam usum indicat collocationis. Propositio habet αἰτιολογίαν, quae a definitione sumitur. Quoniam enim dispositio est, per quam illa, quae invenimus, in ordinem redigimus, ut certo quidque loco pronuncietur, videndum est, qui in disponendo sit observandus ordo. Ita coniuncta est cum propositione ratio, quae est ὁριστική. Dispositio duplex est: una verborum, altera rerum. Verborum ad elocutionem pertinet: rerum, vel omnino perturbata atque vitiosa est, a Graecis ἀταξία dicitur, cui vitio imperiti sunt obnoxii: vel est in aliquibus partibus vitium, κακοταξία: ut, quum id, quod est levius, initio pro graviore ponitur: vel omnia recte collocata sunt εὐταξία: qua oratores utuntur. Huic Antonius tantum fere in II de Orat. tribuit, quantum Demosthenes pronunciationi fertur tribuisse. Absoluta igitur inventione, statim de causarum, statuum, argumentationum, locorumque omnium dispositione agendum erit. Huius genera sunt duo: unum ab institutione artis profectum, alterum ad casum temporis accommodatum: hoc a Graecis περιστατικὸν ἢ τὸ κατὰ συμβεβηκός, illud τεχνικὸν appellatur. Primum enim ex vi et natura causae, id est, rei de qua agimus, consideratur: alterum personis, locis, temporibus attributum, ordinem ipsius rei artificiose commutat propter utilitatem.

*Ex institutione artis disponemus* ) Divisit dispositionem in duo genera: nunc illud, quod artis est, explicat et concludit. Est autem Collocatio τεχνική, quum praecepta artis, eorumque ob-

servamus ordinem, ut hoc in loco ostendit. Sed, ut sciamus, quando sit hoc utendum ordine, considerandum est, simplexne an duplex sit causa proposita. Simplex est, quae unam tantum constitutionem, aut constitutionis partem habet. Duplex, quae duabus aut pluribus constitutionibus, aut constitutionum partibus, aut etiam unica duplicata consistit. Huius tres sunt partes: prima, quum quaestiones duae pluresve afferuntur; altera, quum res quidem simplex ab accusatore affertur, multitudine autem rationum defensionis constitutiones quoque multiplicantur, quas omnes principales nominamus. Tertia est, quum quaestio quidem ita est unica, ut nec rationibus defensoris multiplicentur, sed tamen et aliae accidunt. Accidentes sunt, quae non ex prima depulsione defensoris, sed aut a rationis, aut a loci cuiuspiam depulsione nascuntur. Quinque igitur modis fit causa duplex: quaestionum multitudine, rationum varietate, diversitate firmamentorum, firmamenti depulsione et incidenti statu. In simplici igitur causa dispositio artificiosa dupliciter consideratur: primum per partes orationis, quum utimur principio, novatione, divisione, confirmatione, confutatione, conclusione, quemadmodum libro primo praeceptum est; deinde per argumentationes, de quibus libro secundo docuit, ut eas in expositionem, rationem, confirmationem rationis, exornationem et complexionem disponamus. In causa vero duplici tribus modis: primum per orationis partes; deinde per argumentationes, ut in causa simplici; tertio per constitutiones et earum partes. Sed in singulis etiam orationis partibus observandum est, quo modo quaelibet collocandae sint.

*Est autem alia dispositio*) Alterum dispositionis genus est, τὸ ἐκ περιστάσεως, collocatio temporis: quae tametsi non sit ex institutione artis, tamen id sine magno fieri artificio non debet. Orator enim non rem solum, de qua agitur, sed personas, tempus, locum caeterasque circumstantias considerare solet: quibus fit, ut eum ordinem, qui ab arte proficiscitur, aliquando servare non possit, sed orationem ad casum temporis cogatur accommodare. Id quando faciendum sit, propter varietatem casus praecipi difficulter potest: sed facile intelligitur, quum reliqua praecepta, et quid in quaque causa utile sit, observamus. Non igitur hoc genus priori est oppositum; sed, quum maxime artificiosum sit, idcirco est ab illo distinctum, ut certior magisque perspicua praeceptorum utriusque esset ratio. Ostendit autem primum, quod sit alterum collocationis genus; quod ad

casum temporis accommodatur, deinde quando illo sit utendum. Hoc genus vocatur τὸ κατὰ συμβεβηκὸς ἢ περιςατικόν: quoniam nonnunquam ab ordine artificioso recedendum est, propter aliquam circumstantiam, quod quum fit, orator suo indicio dispositionem ad tempus accommodabit. Oratorem enim prudentem esse decet, ut intelligat, quid utile sit, et quid causa requirat. Quemadmodum enim imperator bonus multa agit ex improviso, quorum ante nec exempla vidit, nec praecepta didicit: ita etiam orator bonus facile animadvertit, quo ei sit utendum ordine, non modo in ipso principio, sed in omnibus totius causae partibus. Nam auditorum aures (ut in Partitionibus inquit Cicero) moderantur oratori prudenti et provido: et, quod respuunt, immutandum est.

## CAPVT X

*In confirmatione et confutatione* etc. Praecepta communia iam tradidit utrique generi: primum de contentione, deinde de collocationis utilitate. In contentione primum illud animadvertendum est, saepe confirmationi praeponi confutationem, quum ea, quae obstare plurimum videntur, removenda sunt: ut in Milouiana fecit Cicero. Deinde status etiam mutari, ut accessorius principaliorem antevertat: incidens aut praeoccupetur, aut postponatur. Principales quoque commisceri sic posse, ac maxime si locos finitimos atque consimiles habeant, ut legitimae fere omnes et assumtivae: et cum his definitio, ut nunc ex istius, modo ex illius loco vicissim arguatur. Tertio sciendum est, argumentorum collocationem similem esse debere aciei militari. Optimos enim milites imperator in principio ac fine statuere solet, tirones ac triarios in medio: ut a prioribus defendantur, et a posterioribus cohibeantur in officio, ne fugam meditentur, et ne hostes post principia impetum faciant. Eodem modo orator faciet, ut firmissimas argumentationes in primis et in postremis causae partibus collocet, mediocres in medio. Nam, ut ille inquit: *si non prosunt singula, iuncta iuvant.* Huius praecepti rationem reddit, quod, re narrata, statim expectat animus auditoris, ex qua re causa confirmari possit

Quare continuo firmam aliquam oportet inferre argumentationem, quod etiam in fine facere utile est: quoniam nuperrime dictum, facile memoriae mandatur. In Partitionibus praecipit, omnem collocationem ad finem quaestionis esse accommodandam: quare genus quaestionis considerandum est. In infinita enim, ut sunt Tusculanae, Academicae, et de Finibus bonorum et malorum, libera est collocandi ratio: θέσεις enim personarum ac temporum notationem non habent; quoniam earum finis est fides tantum, quae firma est opinio, ex argumentis nata. Υποθέσεις autem circumstantiarum habent complexum, inter quas persona est praecipua, quae semper affert aliquid, de quo vel metuas, vel cupias, vel laeteris, vel angaris animo. Res autem ipsae movent quidem, sed si ad personas referuntur. Quare in quaestione finita non solum rerum, sed etiam motuum est habenda ratio: quoniam et fides ipsa et motus finis est causae, id est ὑποθέσεως. Primum igitur orator in singulis causarum generibus in collocando res ipsas, τὰ πράγματα deinde motus, τὰ πάθη considerabit, ut in laudando delectationem, in iudicio saevitiam et clementiam, in suadendo spem atque metum.

*Haec dispositio*) Nunc effectum atque usum indicat collocationis, κατὰ σύγκρισιν, sed γενικῶς, huiusmodi dispositionem facillime in dicendo, sicut instructionem militum in pugnando, parere posse victoriam. Habet autem tres utilitates εὐταξία. Primum affert lucem et illustrat cogitationem: magis enim perspicua sunt bene collocata, quam confusa. Deinde confirmat memoriam: quia facilius tenentur, quae dicuntur intelligenter. Tertio prodest ad persuadendum: sunt enim saepe multa, quae si in principio collocantur, auditorem offendunt: si alio loco ponantur, grata erunt. Inservit igitur collocatio τῇ εὐμαθείᾳ, τῇ εὐμνηστείᾳ, καὶ τῇ πίστει, et magnam cum inventione utilitatem habet.

## CAPVT XI

*Pronunciationem multi* etc. Pronunciatio est tertia pars officii oratorii, quam alii *actionem* nominant: sed prius nomen a voce, sequens a gestu habet: utraque appellatione indifferenter uti licet. Graeci eam ὑπόκρισιν appellant. Ἔστι δὲ ὑπόκρισις, μίμησις τῶν πραγμάτων, καὶ τῶν πράξεων διὰ φωνῆς, καὶ τῆς τοῦ σώματος

κινήσεως γενομένη. Id est: *Pronunciatio est imitatio rerum atque actionum, quae fit voce ac motu corporis.* Primum autem aliorum ostendit sententiam, qui senserunt, pronunciationem esse utilissimam. Quinctilianus illam moram quamdam in orationibus, vim ac potestatem habere inquit: quia non tam referat, qualia sint, quae intra nosmetipsos composuimus, quam quo modo efferantur. Nam ita quisque, ut audit, movetur. Quare neque probatio ulla, quae modo venit ab oratore, tam firma est, ut non perdat vires suas, nisi adiuvetur asseveratione dicentis. Affectus omnes languescant necesse est, nisi voce, vultu totiusque prope habitu corporis inardescant. Documento sunt vel scenici actores, qui et optimis poëtarum tantum adiiciunt gratiae, ut nos infinite magis eadem illa audita, quam lecta delectent: et vilissimis etiam quibusdam impetrant aures, ut, quibus nullus est in bibliothecis locus, sit etiam frequens in theatris. Quod si in rebus, quas fictas esse scimus et inanes, tantum pronunciatio potest, ut iram, lacrymas, solicitudinem afferat: quanto plus valeat necesse est, ubi et credimus? Equidem vel mediocrem orationem commendatam viribus actionis, affirmaverim plus habituram esse momenti, quam optimam eadem illa destitutam. Siquidem et Demosthenes, quid esset in toto genere dicendi summum, interrogatus, Pronunciationi palmam dedit, eidemque secundum ac tertium locum, donec ab eo quaeri desierit: ut eam videri possit non praecipuam, sed solam iudicasse. Ideoque ipse tam diligenter apud Andronium hypocritem studuit, ut, admirantibus etiam eius orationem Rhodiis, non immerito Aeschines dixisse videatur: *Quid, si ipsum audissetis?* Et M. Cicero unam in dicendo actionem dominari putat. Hac Cn. Lentulum plus opinionis consecutum, quam eloquentia, tradunt. Haec ideo ex Quinctiliano exscripsi, ut cognoscatur, quantum veteres Pronunciationi tribuerint, qui nihil crediderunt esse perfectum, nisi ubi naturam cura adiuvaret.

*Nos quid*) Επίκρισις auctoris: suam enim etiam fert de hac parte sententiam ἠθικῶς. Non enim nihil, ut quidam, nec nimium, ut olim, Pronunciationi tribuit: sed partes omnes vult ex aequo esse utiles. Vt enim reliquae partes sine hac, ita etiam haec sine illis nihil valet.

*Quare, quia*) Concludit iam, pronunciationem non negligenter esse considerandam. Causas affert duas. Prima, quia nemo de ea re diligenter scripsit: quod omnes vix putarint

posse de voce, vultu et gestu dilucide scribi, quum hae res ad sensus nostros pertinerent. Altera, quia magnopere ea pars a nobis ad dicendum comparanda est.

*Dividitur igitur pronunciatio* ) Pars secunda huius capitis, in qua primum dividit Pronunciationem, deinde partes eius quomodo comparentur, indicat. Dividitur igitur Pronunciatio in vocis figuram et corporis motum. Figura vocis est τῆς φωνῆς ἦθος, ἢ σχηματισμός, *conformatio*: sunt enim variae eius species, ut magna, parva, clara, rauca, alta, pressa, lenis, firma etc. Eius causas efficientes tres ponit, naturam, rationem et industriam. Natura est causa absoluta, sine qua non, quae dat, ut hic loquitur, habitum quemdam et instrumenta vocis. Lingua enim vocem secat atque moderatur: arteria aspera iter et vehiculum eius est: pulmones vocis sunt receptacula, qui, quia sunt fungosi, septo transverso premuntur. Addidit etiam latera, ne pulmones premendo nimium infirmentur. Sed haec physicorum sunt, qui diligenter omnia tradiderunt: neque ad oratorem pertinent. Ratio et industria sunt causae adiuvantes atque conservantes. Est autem ratio nihil aliud, quam ars quaedam vocis conservandae. Quia enim natura vocem dat aequabilem et informem, qualis puerorum est, ratio illam informat, ut intelligi queat. Est enim vox, imago et simulacrum nostrarum cogitationum, quae lingua exprimuntur. Docet igitur ratio primum, quis cibus ac potus sit servandus: deinde, cuiusmodi vox esse debeat in omnibus partibus, sive in interrogando, sive in respondendo, sive in altercando. Industria est ipsa exercitatio, quae fit declamando. Ars certas vocis species tradit: sed industria illas conservare solet. Quamobrem crebra debent esse declamandi exercitia: quae hoc tempore magna studiorum iactura passim negliguntur. Dividit hoc in loco vocem in tres species, *magnitudinem*, *firmitudinem*, *mollitudinem*. *Magna*, μεγάλη est, quae aures ferit atque implet. *Firma*, στερεὰ, καὶ ἰσχυρὰ est, cuius magnitudo continuatur: est enim vox aequabilis. Vtriusque causae duae sunt, natura, quae est absoluta: et cura atque exercitatio declamationis, quae est causa adiuvans: quoniam augent conservantque maxime naturam. Consistit firmitudo in instrumentis et continuatione: ut sit eadem magnitudo, ne pars aequabilitatis remittatur aut inclinetur. *Mollitudo*, εὐκοινία, est flebilis vox; modo enim gravior esse debet, modo remissior, modo ad contendendum inclinet, modo ad concludendum. Est enim torquenda, id est flectenda vox pro nostro commodo. Huius causam dicit esse exercitationem declamationis.

## CAPVT XII

*De ea parte firmitudinis* ) Dividit vocem in tres species, singularum etiam causas indicavit: nunc, quo modo conserventur, docet. Firmitudinis duae sunt partes: una, quae histrionum cura comparatur, cuius praeceptionem prius reiecit: altera, quae ratione declamationis conservatur, de qua hoc in loco dicit. In ea quinque observanda sunt: primum, ipsa quantitas, ut sit vox sedata, neque nimis magna, aut alta. Est enim vox sedata, quae nec velocitatem, nec clamorem habet, sed depressa est et humilis. Ea in exordiis decet, quoniam laeduntur arteriae, si ante, quam leni voce permulsae sunt, acri clamore compleantur. Non debet igitur pronunciatio esse Satyrica. Deinde interspirationes, quas hic *intervalla* vocat. Fiunt haec vel incisis, vel membris, vel periodis. Incisa igitur intervalla modica; membra autem magna; sed periodi maiora intervalla habebunt. Spiritu enim vox ipsa recreatur, et arteriae reticendo acquiescunt. Tertio mutatio, ut clamorem continuum remittamus, et ad sermonem transeamus. Commutationes enim faciunt, ut, nullo genere vocis effuso, id est consumto, in omni voce integri simus. Clamore enim auditor fatigatur, sermone vero spiritus vires suas colligit: ἀμοιβὴν igitur esse oportet. Clamor vocis est contentio, Sermo vox sedata. Quarto, ut acutae vocis exclamationes vitentur. Ictus enim fit, et vulnerantur arteriae acuta atque attenuata nimis acclamatione. Habent enim eiusmodi exclamationes intentionem, ut audiantur, et exilitatem, qua arteriae comprimuntur. Hinc larinx et arteriarum valvulae debilitantur. Quamobrem, si vox est clara, quam hic *splendorem* vocis appellat, in qua nulla est raucedo, consumitur clamore universa. Arteriis enim debilitatis, excitatur tussis: haec raucedinem facit, raucedo vocem fuscam et obscuram. Quinto, continuatio spiritus, ut multa continenter uno spiritu dicantur, in extremis periodorum membris, in fine confirmationum, et in ipsa peroratione. Rationes reddit tres: primum enim fauces calefiunt: deinde arteriae complentur: tum vox, quae varie tractata est, (in principio scilicet, et reliquis orationis partibus, depressione, interspiratione, mutatione, continuatione etc.) reducitur in quemdam sonum aequabilem atque constantem, id est, sui similem.

*Saepe rerum naturae*) Quinque rebus docuit firmitudinem vocis conservari: nunc illorum omnium ἀνακεφαλαιώσει probat, easdem etiam ad suavitatem pertinere. Facit hoc συγκρίσει; praecepta enim firmitudinis cum iis, quae suavitatem efficiunt, confert. Primum igitur, ut sit εὐφωνία, id est, *vox suavis*, sedate est loquendum. Clamores enim non solum aures non ferunt in principio, sed ne mens quidem: quoniam hominem arguunt impudentem. Deinde intervallis uti, et in sententiis concinnitatem parit divisione, hoc est, interspiratione, et dum auditori spatium cogitandi relinquunt, memoriam adiuvant; idque gratum et iucundum est, tum, quemadmodum continui clamoris remissio vocem conservat; sic varietas auditorem maxime delectat. Est igitur interdum animus auditoris sermone retinendus, interdum clamore exsuscitandus. Quarto, quemadmodum voces faucesque exclamatio acuta vulnerat, ita eadem laedit auditorem: vel quia illiberalis est, vel quia ad muliebrem vociferationem, non virilem dignitatem accommodatur. Postremo spiritus continuatio et oratorem delectat et auditorem; illum quidem, propter ipsam continuationem, sunt enim iam arteriae calefactae: hunc vero, quia iam excitatus est, et, quae dicuntur, cogitatione potest consequi. Atque hactenus de firmitudine vocis, et de suavitate pronunciationis.

## CAPVT XIII

*Mollitudo igitur vocis*) Firmitudo vocis, ne facile formam suam immutet, oratori omnino necessaria: quamobrem prudenter docuit primo loco, quibus illa rationibus conservanda sit. Verum quia firmitudo haec non agrestis, aut barbara esse debet, qualis Cyclopum fuit, aut Stentoris, sed εὐκίνητος, *flexibilis* ad nostrum commodum: ideo nunc de vocis mollitudine, quoniam omnis ad Rhetoris praeceptionem pertinet, diligenter dicendum fuit. Supra dixit, orationem contentiosam cum sedata commutandam esse: quamobrem in voce molli κίνησις, καὶ ἐνέγκλισις, id est *inflexio* facilis esse debet. Quemadmodum enim ii, qui statuas faciunt, ex signis aliquando alia signa fundunt: sic etiam orator vocem, ut res ipsa postulat, pro arbitrio suo mutabit. Hanc primum in tres partes dividit: deinde singularum species defi-

niendo, dividendoque explicat: tum ordine omnium pronunciationem demonstrat. Mollitudinem vocis dividit in sermonem, contentionem, amplificationem. Non igitur in extenuatione et humiliatione, sed in clamore, vociferatione et remissione consistit mollitudo. His enim tribus orator utetur, quum est necessarium: primo in contentione, altero in amplificatione, tertio in sermone. Sermo est, inquit, oratio remissa, et finitima quotidianae locutioni. Orationem vocat σχῆμα, id est *habitum* atque formam pronunciationis. In sermone remissa esse debet forma vocis, et finitima quotidianae locutioni: qualis est ἐν τοῖς ἐντεύξεσι, ὁμιλίαις, καὶ διαλόγοις, in congressibus et colloquiis quotidianis amicorum, et hominum doctorum ac prudentum. Contentio, ἀγὼν, est oratio clamosa, acris, et ad confirmandum et confutandum accommodata. Acre est, quod mordet linguam, et pungit ut acetum: sic translate vox dicitur acris, quae σφοδρότητα, καὶ ακμὴν, id est *vehementiam et vigorem* habet, ad graviter concludendum. Fit haec acrimonia vel continuando, vel dividendo. Continuatio est, veluti vulneratio, caesim facta: divisio, sicut vulneratio facta punctim. Adhibetur acrimonia, ad confirmandum atque confutandum: quamobrem συλλογιστικὴ, καὶ διδακτικὴ, καὶ συμπεραστικὴ esse debet. Amplificatio est oratio, quae aut iracundiam inducit, aut ad misericordiam trahit auditoris animum. Quemadmodum contentio est διδακτικὴ, sic amplificatio est παθητικὴ: solo enim affectu differunt. In omni amplificatione est contentio, sed non in omni contentione amplificatio.

*Sermo dividitur*) Ὑποδιαίρεσις: nunc enim sermonem subdividit in quatuor species, sive partes: dignitatem, demonstrationem, narrationem, iocationem. Dignitas τὸ ἀξίωμα, est in sola vocis conformatione, quae gravitatem et remissionem habet. Grave est, quod est ponderosum, ut aqua, plumbum, et his gravius aurum; sic vox gravis est, a pondere metaphora sumta, quae aures onerat, atque implet numero. Fit haec gravitas plenis buccis, arteria dilatata, et inflatis pulmonibus. Remissio est, quum oratio est sedata: non enim clamosa gravitas esse debet. Demonstratio, ἀπόδειξις, sita est in prudentia, quae gravitatem ad rem praesentem prudenter applicat. Neque enim dignitas illa σκυθρωπὸς, sed διδακτικὴ, καὶ ἐπιστημονικὴ esse debet, ideoque accommodanda rebus est, ut auditorem aliquid doceat. Est igitur demonstratio dignitas perfecta, quoniam περιστατικὴ esse debet, ut, quid fieri, et quibus ex causis aliquid fieri potuerit, ostendat. Habet autem etiam haec remissionem non minus, quam

dignitas. Narratio demonstrationem sequitur, ut causa adiuvans, quoniam est rerum obscurarum explicatio: qua nonnuoquam in demonstratione, quum aliqua in ea est obscuritas, opus est. Iocatio est oratio iucunda, quae ex aliqua re risum prudentem et liberalem potest comparare. Dignitatem amabilem esse oportet, non agrestem: oon igitur cum Simone semper, atque Demea est loquendum, sed iocari etiam decet, in oratione praesertim longiore, in qua medicina atque recreatio adhibeoda est.

*Contentio dividitur*) Nunc enim cuntentionis ponit ὑποδιαίρεσιν, cuius partes dicit esse duas, continuationem atque distributionem. Continuatio, περιβολὴ, est arccleratio clamosa, id est, clamor continuatus atque acceleratus in coniuogendis membris: membris enim pluribus inter se connexis constat. Distributio, διαίρεσις, est tarditas in membris dividendis: absolvitur igitur membratim et incisim. Quod io elocutiooe membrum et incisum dicitur, id in pronunciatione appellatur intervallum et interspiratio. Rara intervalla sunt, quae non suot coudeosata, aut frequentia, sed seorsum posita, id est διηρημένα, ideoque singulis vel incisis, vel membris absolvuntur. Frequens est, quod est condensatum. In periodis est membrorum densitas, in incisis raritas; non igitur hic inter se pugnant rarum atque frequens. Observatis autem circumstantiis, eadem oratio vel cootinuari, vel distribui potest.

*Amplificatio distribuitur*) Amplificatio est oratio, quae aut ad iracuodiam ioducit, aut ad misericordiam trabit auditoris animum. Ex bac definitione videmus duos esse amplificationis fioes, iracundiam et misericordiam: unde etiam duae sunt eiusdem partes, sive formae, cohortatio et cooquestio, προτροπὴ, καὶ ὀδυρμός. Προτροπὴ adhibetur ad iracundiam ac saevitiam, cuius causa efficiens est peccatum rei, quod est amplificandum vel vere, vel probabiliter. Quum eoim haec duo exceduotur, amplificatio fit μυθώδης. In saevitia iudicis officium, in peccato qualitas est consideranda. In utroque tamen moderatio adhibenda est, non secus ac in elocutione, ne histriones esse videamur, nimiumque clamaudo iudicem offendamus. Ὀδυρμὸς misericordiam habet propositam, cuius causa efficieos est incommoda, quae non minus, quam peccatum, amplificanda sunt, ut ea iudex intelligat. Est hoc in loco observandum, φράσιν, καὶ ὑπόκρισιν multa babere vocabula commuoia: et idem esse iu pronunciatione, quod est in formis diccndi, quia orationis vox aggregata esse debet. Quamobrem similitudine quadam naturali,

sermo, contentio, amplificatio, earumque omnium partes tam sunt elocutionis, quam pronunciationis. Quoniam enim genera vocis nuncupari commode non possunt, nominibus rerum pro denominanda voce abutimur.

## CAPVT XIV

*Quoniam igitur mollitudo vocis*) Quae hactenus docuit de vocis mollitudine, eiusdemque partibus, sermone, contentione, amplificatione, ad rhetoris praeceptionem quidem omnia pertinuerunt: sed obscuriora sunt propter eam, quam cum elocutionis praeceptis habent, similitudinem. Quamobrem nunc, quae singularum partium sit pronunciatio, clarius explicat. Sunt autem huius loci partes tres, propositio, explicatio et transitio. Propositio est ἐνθυμηματική, cuius τὸ ἡγούμενον αἰτιολογίαν habet, quae ἐκ τῆς διαιρέσεως sumitur. Quoniam igitur mollitudo vocis in tres partes divisa est etc. τὸ ἑπόμενον κατάστασιν habet: Harum octo partium, quae cuiusque idonea pronunciatio sit, demonstrandum videtur.

*Sermo quum est*) Explicatio: exponit enim nunc, quae sit in singulis partibus adhibenda pronunciatio, ut actio omnis sit conveniens et venusta. Quum igitur sermo dignitatem requirit, quatuor nobis observanda sunt: gravitas, tarditas, humilitas, modus. Gravitatem fauces efficiunt plenae: quae quum non currere, sed incedere debeat, ne in dignitatem peccet, ideo primum tarditate vocis, deinde humilitate opus est. Vocem tardam hic sedatissimam appellat, quae non habet anfractus et praecipitationes, id est accelerationem: metaphora a fluminibus sedatis sumta, quae intra suos manent alveos. Vox humilis est, quae non est alta: eam hic depressissimam vocat, id est maxime remissam. Modum ostendit, quum inquit: Ita tamen, ut ne ab oratoria consuetudine ad tragicam transeamus. Vt enim comica nimis sunt humilia, ita tragica sunt maiora, quam dignitas admittit, quae requirit mediocritatem.

*Quum autem est in demonstratione*) Quum sermo requirit demonstrationem, primum vox debet esse attenuata, quae fit faucium contractione: est igitur contraria gravitati, quae fit

faucibus plenis. Deinde utendum est intervallis et divisionibus crebris, membrorum scilicet, et incisorum. Causam affert, ut ipsa pronunciatione eas res, quas demonstrabimus, inserere atque intersecare, id est singillatim inferre videatur in animis auditorum.

*Quum autem*) Dignitas atque demonstratio aequabilem semper vocem habent: illa gravem, haec continuatam. Sed narratio varietatem vocum postulat, ut, quo quidque pacto gestum sit, ita narrari videatur. Narratio enim περιςάσεις complectitur, personae, loci, temporis, modi, causae etc. unde rerum exsistit varietas, ad quam etiam vox accommodanda erit. Quum igitur strenue aliquid volumus ostendere, celeriuscule dicemus, ut illud est: *Veni*, *Vidi*, *Vici*. Laudatur enim celeritas in viris fortibus maxime. Ignavius autem gesta otiose retardabimus. Sed tamen et ille habet laudem in re militari summam, qui non manu, sed consilio Hannibalis conatus fregit; unde ille etiam placet numerus:

*Vnus cunctando Romanam restituit rem.*

Deinde, quum res aliae clementer, aliae crudeliter gestae sint, aliae tristitiam afferant, aliae hilares efficiant, aliae mediae siut; in omnes partes ipsam pronunciationem, non minus, quam verba rebus, accommodabimus. Quod si qua inciderunt in narratione dicta, rogata, responsa, si quae admirationes, de quibus nos narrabimus, τὸ ἦθος, καὶ τοὺς λογισμοὺς τῶν προσώπων voce exprimemus. Id facile praestabit is, qui se diligenter ἐκ ταῖς ἠθοποιΐαις, καὶ προσωποποιΐαις exercebit.

*Sin erit*) In locutione quatuor observanda sunt. Primum enim vocem levem, id est, sedatam esse oportet, et remissam: deinde tremebundam, id est pudicam, ut vitetur scurrilitas: tertio, parvam habebit significationem risus, qui vel amorem ostendet erga amicos, vel amarulentiam ad exagitandum adversarium, vel calliditatem; ne iocus videatur stultus, quum videris intellexisse, quod alius non intellexit. Postremo vox moderata esse debet, sine ulla suspicione nimiae cachinnationis, ut iocus sit liberalis.

*Quum autem*) In contentione talis erit pronunciationis ratio, qualis est membrorum atque incisorum. Nam in periodis ac circumductionibus, continuandus clamor est: quum vero aut membratim, aut per incisa aliquid dicendum erit, pronunciatio dividenda est. Quum igitur duae sint contentionis partes, con-

tinuatio atque distributio: in continuatione tria observanda sunt, incrementum, detorsio et celeritas vocis. Incrementum a clamore mediocri incipere debet: vox torquenda est in fine, ut aures feriat, quum adversarius urgetur: celeritas cum clamore verba conficiet, ut vim volubilem orationis vociferatio consequi possit. In distributione membra sunt et incisa: quare intervalla habet rara et brevia, vociferationem acrem, quam hic vocat exclamationem clarissimam ab imis faucibus. Inchoatur igitur, et simul absolvitur in distributione clamor.

*In amplificationibus* ) Partes amplificationis etiam duae sunt, cohortatio et conquestio: illa saevitiam iudicis, haec misericordiam habet propositam. In cohortatione quinque observanda sunt: primum, ut sit vox attenuatissima, quae fit faucibus contractis: deinde clamor lenis, non obstreperus: deinde sonus aequabilis, id est, sui similis, non subsultans: deinde commutationes crebrae, quae fiunt sermone graviore in remissionem et contra: postremo celeritas; neque enim apta est ad iracundiam tarditas. In conquestione totidem observanda sunt, ut utamur voce depressa, inclinato sono, crebris intervallis, longis spatiis, magnis commutationibus, ut in illo pro Milone: *Valeant*, inquit, *valeant cives mei*, *sint incolumes*, *sint florentes*, *sint beati. Stet haec urbs praeclara*, *mihique patria carissima quoquo modo merita de me erit. Ego cedam atque abibo: si mihi rep. bona frui non licuerit*, *at carebo mala.* Monent hoc in loco quidam, haec pronunciandi genera non semper simplicia inveniri, sed multa ex his nonnunquam inter se misceri. Deinde illa octo, quamvis quibusdam partibus orationis, exordio, narratione etc. convenire videantur, tamen non ibi solum adhibenda sunt, sed in quacumque orationis parte inveniuntur, aut sermonis, aut contentionis, aut amplificationis sententiae, eaedem in illa parte adhibebuntur.

## CAPVT XV

*Motus est* ) Ὅρος, definitio motus corporis: in qua consideranda sunt genus, differentia, effectum. Genus duplex est, gestus et moderatio, quia motus etiam duplex est: vel enim est concitatus et conspicuus: ut quum caput, humeri, brachia, digiti, pedes moventur; vel est quietior, minusque conspicuus: ut motus, qui in vultu est, qui pars corporis praecipua est κατ' ἐξοχὴν, qui multarum rerum significationem habet. Debet autem is motus pronuncianti convenire, ut ab histrionum, aut operariorum motu differat. In vultu igitur primum verecundia esse debet, ne in benevolentiae καταλήψεις pecoet. Omnis enim impudentia odiosa est, et offendit iudicem. Deinde acrimonia, ut pudor non sit stolidus et illiberalis: sed virtutis, prudentiae, sapientiae, calliditatis significationem habeat, ut pungat et mordeat animum auditoris, et orator prudens, patriaeque studiosus esse videatur. Quod enim in aëre lumen est, id est in vultu acrimonia; quae in oculis consistit. In gestu vero corporis venustas conspicua esse debet, id est moderata, non nimia, qualis histrionum est; nec illiberalis, aut servilis, ut est operariorum, quam hic turpitudinem vocat. Motus igitur corporis liberalis, et venustas probabiliora reddit ea, quae pronunciantur, propter imitationem veritatis.

*Ad easdem igitur partes* ) Demonstravit, quae partium vocis pronunciatio sit: nunc etiam corporis motum ad easdem accommodat. Debet autem corporis motus ἀντιστρέφειν, id est vocis inflexionem respicere: ut, quocumque inclinat vox, eodem quoque motus inclinetur corporis. Quum igitur sermo erit in dignitate, in qua est auctoritas, status oratoris erectus erit, ut non modo vultus, sed corpus etiam totum conspiciatur: deinde non sinistrae, quod est malae educationis indicium, sed dextrae motu loqui oportebit; sed ut absit gesticulatio: ideo hunc motum sive lenem, sive levem, id est tranquillum, esse oportebit: potest enim utrumque legi. Tertio, vultus ad sermonis sententias accommodandus erit, quae vel sunt hilares, vel tristes, vel mediae. Sin erit in demonstratione sermo, cervices ad auditorem inclinandae sunt. Rationem reddit: quia est a natura datum,

ut quam proxime vultum admoveamus ad auditorem, si quam rem docere eos, et vehementer infligere velimus. Est enim demonstratio, oratio aliquid docens, ac firmiter vehementerque probans, ac concludens. In narratione idem motus est formandus, qui in dignitate, ut varietati rerum accommodetur. In iocatione, in qua risus est, qui hilaritatis est index, nulla debet esse gestus commutatio, quae histrionibus est concessa: quoniam eorum imitantur vitam atque mores, qui multa indecore faciunt. Si contendemus, id est, si ipsa pronunciatio habebit contentionem per continuationem, primum utemur brachio celeri, ut motus par sit membris et incisis: deinde vultu mobili, quia cum ipso brachio moveri vultus debet: tertio, acri aspectu, quoniam est contentio: id autem fit, quando vel curam et sollicitudinem, vel saevitiam ostendemus. Per distributionem vero si contentio fiet, utemur primum celeri porrectione brachii, ut in continuatione: deinde inambulatione, erant enim longa oratorum subsellia, in quibus modo sedebant, modo inambulabant; id autem illis licebat in distinctione rerum, quoties membrum unum distribuebatur: tertio, pedis dextri rara supplosione: frequens enim et attentionem impediret, et inquietum ac stultum animum ostenderet: postremo adspectu acri et defixo vel in iudicem, vel in adversarium. In amplificando, quum utemur cohortatione, primum gestus debet esse tardior, ut appareat aliqua prudentiae gravitas, cui celeritas est contraria: deinde etiam consideratior, ut nullum videare membrum movere sine causa: tertio utemur brachio celeri, mobili vultu, adspectu acri, non secus ac in continuatione. Quum vero utemur conquestione, primum femineo plangore, moesto et conturbato vultu uti oportebit, quoniam conquestio finem habet misericordiam. Sed, quia in conquestione etiam incommodorum est commemoratio, ideo nonnunquam sedato et stanti gestu, nonnunquam capitis ictu uti conveniet, quo significamus indignationem. Fit autem illa capitis concussio vel inclinatione, vel declinatione.

# CAPVT XVI

*Memoria utrum habeat* etc. Postrema officii oratorii pars est Memoria, de qua nunc agit, ut nihil Rhetoricae praeceptionum omisisse videatur. Est enim Memoria omnis eloquentiae, sapientiaeque thesaurus; quia fideliter ea omnia, quae vel ipsi nobiscum meditamur atque legimus, vel ab aliis audimus ac percipimus, custodit. Hanc ob causam et Sapientiam usus et memoriae filiam esse poëtae dixerunt: sine hac enim quidquid in artibus, quidquid in rep. quidquid in tota hominis vita praeciperetur, frustra omnino praeciperetur. Quamobrem, quum natura non modo in aliis rebus, sed in hac etiam animae facultate non parum ab arte adiuvetur, recte etiam huius artificium Herennium postremo loco docuit. Non enim aliarum modo partium officii oratorii, sed pronunciationis etiam custos memoria esse debet. Eius organum est posterior cerebri ventriculus: quare, obliti alicuius, scalpimus caput, qua parte sunt nervi, a cella memoriae protensi, unde refricatur vis memorativa. Obiecta eius sunt species et intentiones, vel imagines. Duplex eius est officium: facile apprehendere, et firmiter retinere. Memoramus autem praeterita, cognoscimus praesentia, praevidemus futura.

*Sunt igitur* ) Dividit nunc memoriam in partes duas in naturalem, et in artificiosam. Naturalis est ea, quae nostris animis insita est, et simul cum cogitatione nata. Huius causae duae sunt: natura, quae aliis prope stupendam, aliis mediocrem, aliis fere nullam dedit: et ars aliena, ut est dialecticorum, quorum praecepta plurimum iuvare solent, propter ordinem, cuius dialectica mater est. Deinde medicorum, qui de victus ratione praecipiunt; adiuvatur enim memoria cibis, potionibus, exercitamentis, quiete, somno et similibus. Exercitatione maxime conservatur, sine qua fere laudabilis esse non potest. Plura de hac medici scripsere.

*Artificiosa est ea* ) Memoria artificiosa est ea, quam confirmat inductio quaedam, et ratio praeceptionis. Inductio illa, et praeceptio, est locorum et imaginum, quibus haec memoria artis constat. De hac arte, praeter hunc auctorem, etiam alii scripserunt: quae quum et operosa, et difficillima sint intel-

lectu, praesertim ubi fidelis deest praeceptor, suadeo, ut memoria, qualiscumque hominibus contingat, aliis rationibus exerceatur.

*Constat igitur artificiosa memoria*) Graeci huic arti tribuere plurimum: Romani minus exercuerunt, quia magis laboriosa est, quam utilis. Primum autem in hoc loco artificiosae memoriae partes ostendit, easdemque explicat: deinde de locis agit. Partes igitur huius artis sunt Loci et Imagines. Licet enim, ut sibi fingat unusquisque regionem, aut aedificium tale, quale voluerit, in quo locos suos collocet. Imagines sunt simulacra earum rerum, quae meminisse volumus.

## CAPVT XVII

*Quemadmodum igitur*) Probat similitudine μνημονικοὺς posse in his locis, quae audiverunt, collocare, et ex his memoriter pronunciare. Ratio est, quia loci cerae, aut chartae similes sunt, imagines literis, quae cerae, chartaeve inscribuntur: dispositio et collocatio imaginum scripturae, pronunciatio lectioni.

*Oportet igitur*) Decem praecepta dat de locis. Primum est, ut multos nobis locos comparemus, ut multorum meminisse possimus: in quibus cavendum est, ne nimis minutim extendamus.

*Item putamus*) Secundum praeceptum, de ordine locorum: numerum reliquit liberum cuiusvis arbitrio: alius enim plures, alius pauciores habere potest. Sed, quia multitudo confusionem parit, unde etiam imagines locis impositae confunderentur, ideo opus est ordine, ut in collocandis imaginibus non impediamur.

## CAPVT XVIII

*Et locos* ) Tertium est, de locorum exercitio: quia enim loci ut cera remanere debent, imagines vero, ubi nihil illis utimur, sicut literae delentur: egregie commeditari, aut, ut alii legunt, *commoditer notare* oportebit, ut perpetuo nobis haerere possint. Sunt enim loci perpetui, imagines vero temporariae.

*Et, ne forte* ) Quartum est, ut quintum semper locum insigni aliqua re notemus, similiter etiam decimum.

## CAPVT XIX

*Item commodius* ) Quintum est, de regione locorum, quam desertam esse, non celebrem oportet: quoniam hominum frequentia imaginum notas turbat, solitudo vero integras conservat.

*Praeterea dissimiles* ) Sextum est, ut comparentur dissimiles forma et natura, ut melius distingui queant. Similitudo enim perturbationem parit.

*Et magnitudine* ) Septimum est, de magnitudine, ut sint mediocres, ne aut nimis magni amplivagas imagines reddant, aut nimis angusti imaginum collocationem capere non possint.

*Tum nec* ) Octavum est de locorum qualitate, ne vel nimis illustres, vel nimis obscuri sumantur. Hi enim imagines tenebris obcaecant, illi vero nimium splendidas efficiunt.

*Intervalla* ) Nonum est de intervallis, quae etiam mediocria esse debent, sive modica, ut ait Quinctilianus.

*Sed, quamquam facile est* ) Postremum est, licere cuilibet et regionem et locos, locorumque ordinem pro suo arbitrio fingere.

## CAPVT XX

*Quoniam ergo rerum similes imagines*) De imaginibus iam agit, quarum receptacula Loci sunt. Primum illas dividit, deinde easdem explicat, tertio quae eligendae sint ostendit, postremo concludit. Duplices inquit esse imagines, sive similitudines: unas rerum, alteras verborum. Rerum est, quum summatim ipsorum negotiorum similitudines comparamus, ut aut nota, aut pluribus res tota comprehendatur. Verborum similitudines constituuntur, quum uniuscuiusque nominis et vocabuli memoria imagine notatur. In his difficilior ratio est, quam in illis: facilius enim rerum, quam verborum, meminimus. Est autem omnis imago aut similis, aut dissimilis, aut media. Similes imagines maxime memoriam renovant; ut, si Quinctilianus sit tenendus, referamus ad illum Cunctatorem etc. Dissimiles locantur, aut translatione, aut gestu, aut scriptura, aut consuetudine. Media vero imago, quam ex parte similem vocat, quatuor similiter rebus efficitur: additione, subtractione, transpositione, mutatione.

*Rei totius*) Nunc exemplis declarat utramque speciem: deinde monet, hanc imaginum conformationem tum valere, si naturalem memoriam hac notatione exsuscitaverimus. Vtraque enim separata minus firma est; ita tamen, ut plus in doctrina atque arte sit praesidii, quam in natura.

## CAPVT XXII

*Docet igitur*) Ostendit, exemplo rerum naturae, quid in imaginibus eligendis fieri debeat. Vult enim artem imitari naturam, et sequi, quod haec ostendit.

*Imagines igitur*) Concludit hunc de Imaginibus locum, eas eligendas esse, quae diutissime maneant in memoria. Ostendit id accidere, si quam maxime notas similitudines constituerimus etc. Est enim utendum imaginibus aliquid agentibus, acribus, insignitis, quae occurrere, celeriterque percutere animum pos-

sint. Sint igitur imagines, quae aut risum moveant, aut misericordiam, aut iram, aut admirationem. Facile enim huiusmodi figurae inveniuntur, quae animum movent affectu. Deinde simile per simile, aut per contrarium, aut per proprietatem figurabimus. Praeterea a teneris annis imaginum locationi assuescamus. Postremo, quoniam valde prodest repetitio, omni quinario rerum signandarum, quaecumque signata sunt, a principio repetemus.

## CAPVT XXIII

*Scio plerosque Graecos*) Ἀνασκευή, pars tertia, in qua primum vituperat Graecorum rationem, qui, de memoria scribentes, in verborum imaginibus nimium fuere curiosi. Deinde de verborum memoria suam dicit sententiam, ne aut nimis difficilem, aut parum utilem Herennius arbitretur. Sed, quum omnia sint in hoc loco facilia, nos, omissa eorum explicatione, Quinctiliani de hac re sententiam adscribemus. Libro enim XI de Memoria ita inquit: *Quo magis miror, quo modo Metrodorus in duodecim signis, per quae Sol meat, trecenos et sexagenos invenerit locos. Vanitas nimirum fuit atque iactatio circa memoriam suam potius arte, quam natura, gloriantis. Equidem haec ad quaedam prodesse non negaverim, ut si rerum nomina multa per ordinem audita reddenda sint. Namque in iis, quae didicerunt, locis reponunt res illas: mensam, ut hoc utar, in vestibulo, in atrio pulvinum, et sic caetera: deinde relegentes inveniunt, ubi posuerint. Et forsitan in hoc sunt adiuti, qui auctione dimissa, quid cuique vendidissent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt: quod praestitisse Hortensium dicunt. Minus idem proderit in ediscendis, quae orationis perpetuae erunt. Nam et sensus non eamdem imaginem, quam et res, habent, quum alterum fingendum sit, et horum tamen utrumque commonet. Sed sermonis alicuius habiti verborum contextus eadem arte quomodo comprehendetur? Mitto, quod quaedam nullis simulacris significari possunt, ut certe coniunctiones: habeamus enim sane, ut qui notis scribunt, certas imagines omnium, et loca scilicet infinita, per quae verba, quae sunt in quinque contra Verrem secundae actionis libris, explicentur, ut meminerimus etiam omnium quasi depositorum: nonne impediri qui-*

*dem eorum, quae dicit, decursum, necesse est duplici memoriae cura? Nam, quomodo poterunt copulata fluere, si, propter singula verba ad singulas formas respiciendum erit? Quare et Carneades, et Scepsius (de quo modo dixi) Metrodorus, quos Cicero dicit usos hac exercitatione, sibi habeant sua, nos simpliciora tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes ediscere: (laborat enim maxime onere) et hae partes non sint perexiguae: alioqui nimis multae erunt, et eam distinguent atque concident. Nec utique certum imperaverim modum, sed maxime ut quisque finietur locus: nisi forte tam sit numerosus, ut ipse quoque dividi debeat. Dandi sunt certi quidam termini, ut contextum verborum (qui est difficillimus) continuet crebra meditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo coniungat. Non est inutile, quo facilius haereant, aliquas apponere notas, quarum recordatio commoneat, et quasi excitet memoriam. Nemo enim fere tam infelix, ut, quod cuique loco signum destinaverit, nesciat: ut, si erit tardus ad hoc, eo quoque adhuc remedio utatur, ut ipsae excitent notae. Hinc est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos, qui exciderunt, sensus: anchoram (ut supra posui) si de nave dicendum esset; spiculum, si de proelio. Multum enim signa faciunt, et ex alia memoria venit alia: ut, quum translatus anulus, vel alligatus, commoneat nos, cur id fecerimus.* Et paullo post subiungit: *Illud neminem non iuvabit, iisdem, quibus scripserit, ceris ediscere. Sequitur enim vestigiis quibusdam memoriam, et velut oculis intuetur non paginas modo, sed versus prope ipsos, qui tum dicit, similis legenti. Iam vero, si litura, aut adiectio, aut mutatio aliqua interveniat, signa sunt quaedam, quae intuentes, errare non possumus.* *1 *Haec ratio, ut est illi, de qua primum locutus sum, arti non dissimilis, ita, si quid me experimenta docuerunt, et expeditior et potentior.* Hactenus Quinctilianus, cuius non parva apud studiosos auctoritas esse debet.

*1 *Haec ratio — potentior*) Haec Quintiliani verba praeposita erant loco paulo inferius adducto: *Ediscere tacite etc.* Nos, recepta Spaldingii lectione, rectius fore putavimus, si illa disiungeremus et huc transponeremus, sententia et loco aptiori. *Ed. Taur.*

## CAPVT XXIV

*Sed quum in omni disciplina*) Προτροπή, pars postrema, in qua Herennium ad diligentem horum praeceptorum exercitationem cohortatur. Habet προτροπή ista primum πρόσληψιν τοῦ καθόλου πρὸς τὸ μέρος, artis praeceptionem, cum in omni disciplina sine summa assiduitate exercitationis infirmam esse; tum vero in Mnemonicis minimum valere doctrinam, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur. Deinde, ἐπανάληψιν, repetitionem generalem superiorum, de locis et imaginibus: locos quam plurimos, et quam maxime ad praecepta accommodatos, esse comparandos: in imaginibus vero collocandis quotidie exerceri oportere. Tertio ponit ἐπίλογον, qui constat ἀφαιρέσει causarum, cur non pluribus eum ad exercendam memoriam adhortetur. Postremo προκατασκευάσει ad quintam officii oratorii partem accedit. Nunc pauca de exercenda memoria ex Quinctiliano et aliis in eorum gratiam colligemus, qui haec praecepta non possunt apprehendere. Dico itaque plurimum memoriae vim iuvari arte dialecticorum. Qui enim ordinem novit, hoc est, qui scit recte definire, dividere atque argumentari, is facile apprehendit res et continet: quoniam novit antecedentia, consequentia, media. Ordo igitur in primis memoriam adiuvat, post rationem victus, in quo sobrietas maxime consideranda est: quoniam ebrietas et crapula non modo memoriam, sed ingenium omne obruunt: de qua re consulendi sunt medici. Ad ordinem, earum rerum intelligentia, quae memorandae sunt, et cura et exercitatio accedere debent. Impedit memoriam curarum varietas, negotiorum turba, tumultuaria diversorum voluminum lectio, immodicus pudor, auditorum novitas: quae duo vincuntur assuetudine. *Ediscere tacite* *1 (*nam id quoque est quaesitum*) *erat optimum, si non subirent velut otiosum animum plerumque aliae cogitationes, propter quas excitandus est voce, ut duplici motu iuvetur memoria, dicendi et audiendi. Sed haec vox sit modica, et magis murmur. Qui autem legente alio ediscit, in parte tardatur, quod acrior est oculorum, quam aurium sensus. In parte iuvari potest, quod, quum semel aut bis audierit, continuo illi memoriam suam experiri licet, et cum legente contendere. Nam et alioqui id maxime faciendum est, ut nos subinde tentemus: quia continua*

*1 Quintil. XI, 2, 33, cuius etiam superiora cum his coniugenda.

*lectio, et quae magis et quae minus haerent, aequaliter transit. In experiendo teneasne, et maior intentio est, et nihil supervacui temporis perit: quo etiam, quae tenemus, repeti solent: ita sola, quae exciderunt, retractantur, ut crebra iteratione firmentur: quamquam solent hoc ipso maxime haerere, quod exciderunt.* Et paullo post inquit: *Si quis tamen unam, maximamque a me artem memoriae quaerat, exercitatio est et labor: multa ediscere, multa cogitare, et, si fieri potest, quotidie, potentissimum est. Nihil aeque vel augetur cura vel negligentia intercidit. Quare et pueri statim, ut praecepi, quamplurima ediscant: et quaecumque aetas operam iuvandae studio memoriae dabit, devoret initio taedium illud et scripta et lecta saepius revolvendi, et quasi eumdem cibum remandendi. Quod ipsum hoc fieri potest levius, si pauca primum, et quae taedium non afferant, coeperimus ediscere: tum quotidie adiicere singulos versus, quorum accessio labori sensum incrementi non afferat, in summam ad infinitum usque perveniat.* Deinde: *Mirum dictu est, nec in promtu ratio, quantum nox interposita afferat firmitatis.* Postea, an ad verbum ediscendum sit, *in universum pronunciari non posse* dicit. *Nam, si*, inquit, *memoria suffragatur, tempus non desit, nulla me velim syllaba effugiat: alioqui etiam scribere sit supervacuum. Idque praecipue a pueris obtinendum, atque in hanc consuetudinem memoria exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignoscere. Ideoque et admoneri, et ad libellum respicere, vitiosum, quod libertatem negligentiae facit, nec quisquam se parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat, non timet. ..... Si vero aut memoria natura durior erit, aut non suffragabitur tempus, etiam inutile erit, ad omnia se verba alligare, quum oblivio unius eorum cuiuslibet, aut deformem haesitationem, aut etiam silentium inducat: tutiusque multo, comprehensis animo rebus ipsis, libertatem sibi eloquendi relinquere. Nam et invitus perdit quisque id, quod elegerat, verbum: nec facile reponit aliud, dum id, quod scripserat, quaerit. Sed ne hoc quidem infirmae memoriae remedium est, nisi in iis, qui sibi facultatem aliquam dicendi ex tempore paraverunt. Quod si cui utrumque defuerit, huic omittere totum actionum laborem, at, si quid in literis valet, ad scribendum potius suadebo convertere.* Hactenus Quinctilianus: cuius ego praecepta hac in re potiora esse iudico, quam huius auctoris. Est enim ars (ut vocant) memorativa, ubi magister abest, difficillima, quam paucissimi assequuntur. Quare adolescentes hortor, ut Quinctiliani praecepta sequi velint.

IN IV LIBROS

# RHETORICORVM

AD

# C. HERENNIVM

## ALDI MANVTII

## COMMENTARIVS.

### LIBER QVARTVS

### CAPVT I

*Quoniam in hoc libro* ) Superioribus libris explicavit partes officii oratorii quatuor, Inventionem, Dispositionem, Pronunciationem et Memoriam, hoc libro περὶ τῆς φράσεως, id est *de elocutione*, dat praecepta, quae reliquis partibus omnibus animam atque vitam dat. Dividitur autem hic liber in partes tres: προοίμιον, πραγματείαν, sive ἐξηγησίαν, καὶ ἐπίλογον. Prooemium prolixum est, in quo primum genus, deinde ἐργασία *tractatio* eius est consideranda. Defendit autem se auctor ad Herennium in hoc exordio, quod suis in hoc libro usus sit exemplis, non aliorum, ut in prioribus fecit: et simul aliorum rationes refellit, qui ex aliis scriptoribus exempla sumi oportere contendunt. Est igitur ἀπολογητικὸν, καὶ ἀνασκευαστικὸν προοίμιον, tractatum διδασκαλικῶς. Docet enim suas rationes veras, aliorum autem falsas esse, et se ἀντιλήψει defendit. Sed maiori tamen ex parte totum hoc prooemium est sophisticum: nec minus refelli huius aucto-

ris sententiae possent, quam illorum, quos ipse reprehendit. Vt enim Hermogenes, quum de ideis, id est, dicendi formis, scriberet, earum quasi perfectum exemplar ex Demosthene ostendi posse non dubitavit; ita etiam hic auctor ex iis, quos ipse paullo ante enumeravit, suarum de elocutione praeceptionum exempla facile elegisset. Sed excusari tamen potest, quia non doctis, sed rudibus rhetoricae artis scribit. In tractatione partes sunt spectandae, quarum docendi gratia tres esse possunt, ἀρχὴ, ἀπολογία, καὶ ἐπίλογος. Principium huius prooemii est ἐφόδικον, id est κατὰ προκατάληψιν tractatur. Poterat enim arrogans videri, quod non aliorum, ut ante, sed suis usus esset exemplis: id necessario defendendum fuit.

*Compluribus de causis*) Partem prooemii alteram dixi esse ἀπολογίαν, quae bipartita est: prima enim pars est ἀντίθεσις, προηγουμένη, id est explicatio rationum adversariorum, qui arbitrantur in praeceptis elocutionis a poëtis, aut oratoribus exempla sumenda esse. Altera pars est ἀνασκευαστική: refutat enim aliorum opiniones, ut suam defendat. Est autem duplex: primum enim refutat argumenta singula ordine: deinde separatim contra adversarios dicit, alienis exemplis non utendum esse.

## CAPVT VII

*Bipartita erit igitur nobis elocutionis praeceptio*) Pars altera huius libri est ipsa πραγματεία, sive ἐξήγησις, *expositio* atque expeditio rei, in qua de Elocutione, pulcherrima officii oratorii parte, praecipit, quae a Graecis φράσις dicitur. Accedit ad hanc partem καταστάσει κατὰ διαίρεσιν: Bipartitam esse elocutionis praeceptionem. Primum enim dicit, quibus in generibus semper omnis oratoria elocutio debeat esse; deinde ostendit, quae res semper habere debeat. Est autem Elocutio, nostrarum sententiarum, quas in animo nostro reconditas habemus, congruens et apta rebus ipsis explanatio. Fit haec definitio ex relatione; fundamentum enim est sententiae animo nostro conceptae ac reconditae: terminus, explanatio; addita est differentia congruens: quoniam εὐσχήμων esse, et cum rebus ipsis, dicendique genere convenire debet, cuius poëtae veteres studiosissimi fuerunt. Eloquentia igitur, quam φράσιν Graeci vocant, ut et eloquentiae

nomen ortum esse putant, omnium partium ut pulcherrima, ita quoque utilissima atque difficillima est, in qua oratoris vis illa divina virtusque cernitur, quam cum Cicerone, optimo doctore, in Partitionibus *copiose loquendi sapientiam* definimus. Nam et ea profusae et immensae rerum omnium inventioni varietatem plenitudinemque addit, et certis dicendi luminibus, res in orationibus explicat atque exornat: et flumen gravissimis sententiis et optimis verbis, propriis, apte translatis, sonantibus ad dicendi genus adducit. Nec solum ex flumine isto elocutionis eligere verba oportet, sed etiam collocare. Vis enim ac facultas elocutionis in simplicibus verbis et coniunctis versatur, quarum illa invenienda sunt, haec collocanda; est enim quidam ornatus, qui ex singulis verbis est: alius, qui ex coniunctis constat. Eligere autem, et suo quidque loco collocare de sententia Ciceronis in Oratore, et Quinctiliani libro Instit. Orat. VIII nequaquam facile est. Sic M. Antonius dicere solebat, disertos se vidisse multos, eloquentem adhuc neminem. Et M. Tullius (ut ait Quinctilianus) inventionem quidem et dispositionem prudentis hominis putavit, eloquentiam vero oratoris. Ratio enim inveniendi et collocandi communis omnium esse potest, qui vel antiquitatis clarissima monumenta in codicillos referunt, atque historias literis memoriaeque mandant, vel qui de re aliqua loquuntur: eloqui apte, distincte ornateque admodum paucis concessum est. Sed, quoniam bipertita nobis elocutionis est praeceptio, primum dicemus, quas res omnis oratoria elocutio habere debet; quae pars in sermone latino atque perspicuo, et compositione et dignitate posita est: deinde quibus in dicendi generibus versetur. Elocutio commoda et perfecta tres res in se habere debet, Sermonem latinum et perspicuum, Compositionem, Dignitatem. De his autem, quae in Elocutione posuimus, haec sit prima cura, ut Latine et perspicue ad rerum dignitatem atque naturam loquamur, et verba efferamus ea, quae (ut ait de Oratore) nemo iure reprehendat. Latinus autem sermo et perspicuus ex grammaticis discitur, qui orationem puram, atque ab omni vitio intermissam conservat, et facit, ut unumquodque pure et aperte et dilucide dici videatur. Constat autem latinus sermo usitatis verbis, quae in usu quotidiani sermonis versantur: et propriis, quae eius rei sunt, de qua loquetur. Nec vero proprietates ad nomen dumtaxat, sed multo etiam magis ad vim significationis referri, ac potestatem oportet: nec auditu, sed intellectu perpendi. Ita trans-

latio quoque, in qua fere maximus est elocutionis usus, verba non suis rebus accommodat; sed tamen aliquando habet etiam in oratione inusitatum aliquod verbum, aut pretium, dignitatem, quibus loco positis, (ut Ciceronis verbis utar) grandior atque antiquior oratio saepe videri solet. Poëtas enim omnino quasi alia quadam lingua loqui, nemo est, qui ignoret.

## CAPVT VIII

*Sunt igitur tria*) Nunc Elocutionem in tria dividit genera, deinde eadem definit: φράσις, *elocutio*, duplex est; vel est enim εὐήθης, *bona*; vel κακοειδής, *vitiosa*. Bona aut generalis est, cuius genera sunt grave, mediocre, attenuatum; aut specialis, cuius septem Hermogenes species tradit, de quibus paullo post. Vitiosae tres sunt species: inflata, fluctuans et arida. Primum hic de elocutione bona praecipit, tum de vitiosa. Omnis igitur non vitiosa elocutio in tribus dicendi generibus consumitur, gravi, mediocri et attenuato. Quae hic genera et figuras vocat, Graeci τοῦ λόγου γένη, χαρακτῆρες, πλάσματα, τρόπους, καὶ στύλους appellant: Hermogenes ἰδέας, Platonem secutus, et Aristotelis verbo nonnunquam εἴδη nominat: de quibus scripsit separatim copiose. Gravis a Graecis σφοδρὸν, σεμνὸν, ἁδρὸν, καὶ εὐσχηματισμένον dicitur: ea est, quae περιβολὴν, ὄγκον, et ἀξίωμα habet. Constat enim ex verborum gravium magna et ornata constructione. Constructionem vocat σύνθεσιν, quam Hermogenes συνθήκην appellat. Omnis autem constructio incipit a connexione verborum, et membrorum connexione desinit. Est ergo σύνθεσις, apta verborum, commatum et membrorum collocatio et connexio. Hanc vult esse magnam ad vincendum ac movendum, quia animum ferit; est enim magna vel sono, vel significatione, vel utroque: idcirco ad violentiam pertinet, in qua motus et victoria est, ut ornata ad delectandum. Mediocris, Graecè μέσον, ἔμμεσον, ἀνθηρὸν, καὶ μονοειδὲς dicitur; mediocritatem habet inter infimum atque summum dicendi genus: eamque ob causam a Cicerone *Temperatum* dicitur. Attenuata, tenuis, gracilis, infima, ἁπλοῦς, ἰσχνὸν, βραχὺς, ἀσχηματιστὸν, λεπτότης: in usitata dicendi consuetudine manet; puritate enim contenta, elegantia atque pulcritudine caret. Quamvis simplex illa puritas per se formosa est, ut cultus

mulierum naturalis, qui ipsa placet munditie. Haec divisio universalis est, et Latinorum propria, et ab Antonio etiam in III de Oratore usurpatur: quo in loco haec tria dicendi genera, sub ipso orationis habitu, id est aptitudine, comprehenduntur. In eo enim libro, principio quatuor dicendi modos tradit: purum, planum, ornatum, aptum. Hermogenes magis specialem habet divisionem, qui et plura proposuit, et aliis nominibus. Nam in libris περὶ τῶν ἰδέων septem facit species, σαφήνειαν, μέγεθος, κάλλος, γεργότητα, ἦθος, ἀλήθειαν, δεινότητα. Sunt illae tres Latinorum communes, ad quas reliquae omnes conferendae sunt. Quod est inventione difficile, observatione suave, imitatione necessarium, usu admirabile. Redeo ad Hermogenis divisionem, quae septem fuit partium. Prima enim orationis virtus est, ut sit perspicua, cui ἀσαφία, καὶ σκότος, *obscuritas*, est contraria. Quia vero ex nimia perspicuitate sit ἐντελία, id est contemta orationis humilitas, propter λεπτολογίαν: ideo magnitudo sequitur, quae orationem, ne humi repat, in sublime tollit. At, ne magnitudo sit deformis, pulcritudo et venustas additur: cui mox celeritas adiungitur, ut sit pulcritudo virilis, agilis atque vehemens. Et quia oratio moribus, institutis ac conditionibus hominum convenire debet: mos ipse, quem Graeci ἦθος vocant, observandus est: quo ingenia hominum, aetates, sexus ac conditiones explicantur. Alia est Achillis irati oratio, alia Nestoris consilium dantis: quod non minus oratori, quam poëtis, observandum est. Etsi autem humanum est errare ac decipi: tamen, ne aliquid dissonum rebus dicatur, veram esse orationem et probabilem decet, ne contradici illi possit. In his vero omnibus decorum dominatur: quod si negligitur, oratio fit inepta. Non enim omni causae, auditori, personae, tempori, oratorum genus unum congruit; quare figura orationis ad id, quod agitur, accommodata, deligenda est: ornamentis iisdem fere uti licebit; alias contentius, alias remissius, qualis scilicet dicendi figura erit. De hac re vide lib. III de Oratore. Atque hae septem orationis formae speciales sunt ac simplices, et tribus latinorum generibus inserviunt: ac fere nunquam solitariae, sed mixtae inveniuntur. Alia tamen est frequentior alia; ut apud sophistas κάλλος regnat, apud Demosthenem μέγεθος: ita tamen, caeterae etiam sunt admistae. Quibus autem ex rebus illae constituantur, etiam observandum est. Hermogenes illas ex octo rebus confici docet: sententiis, methodo, verbis, figuris, membris, iunctura, clausula, numero. Sententiae, ἔννοιαι, hoc in

loco sunt quaelibet cogitationes, non γνώμαι, quae ad vitam atque mores hominum accommodantur. Omnes autem sententiae sunt vel magnarum, vel parvarum, vel mediarum rerum. Magnae sunt divinae et humanae: in divinis est religio et res coelestes, et opera Dei universa, et quaecumque de Deo dici possunt: in humanis, quae de virtute, republica, bello, pace et similibus dicuntur. Parvae sunt, vel parvarum rerum, ut sunt descriptiones ruris, fontium, montium, arborum, locorum, temporum: qualis etiam turris mobilis apud Caesarem; vel sunt parvarum controversiarum, ut de stillicidiis et similibus. Mediae sunt, quae ad mores et vitam hominum pertinent. In sententiis observandum est, ut pro earum varietate oratio varietur, ne ubique sui simile esse videatur: quod Lysiae vitio versum est. Suam autem unaquaevis sententia collocationem habet, quam Hermogenes μέθοδον appellat: aliae enim primo, aliae secundo, aliae ultimo loco poni debent. Sunt enim tria sententiarum genera: unum ἠθικόν, alterum διδακτικόν, tertium παθητικόν: primum ad conciliandum, postremum ad movendum, medium ad docendum pertinet. Sunt etiam in collocatione propositio, divisio, transitio, commutatio, vel conservatio ordinis naturalis spectandae. Non solum autem sententiarum, sed etiam verborum μέθοδος esse solet, quae εἰκόνες, et σημεῖα, id est *notae* atque *signa* rerum sunt. Aliud autem paucis, aliud pluribus verbis est tractandum; deinde res magnae sonantibus verbis et gravibus atque plenis efferri volunt: parvae propriis, mediae humilioribus, neque tamen promulgatissimis. Figurae rerum et verborum ornamenta sunt, ac vivus orationis color; quamobrem non minus auditorem delectare solent, quam colores in imaginibus. Membra sunt periodorum, in quibus colores atque ornamenta, tanquam in certis quibusdam partibus cernuntur. In his spectandum est, quae coniungere, quae separare, quae praeponere, quae vero postponere, et an longis, aut brevibus uti velis. Clausula est membrorum ac periodi pars extrema, qua tandem mens hominis acquiescit. In principio enim occupata est, in medio fatigata, in fine quid orator sit dicturus, quo delectetur ac reficiatur, expectat. Postremum est numerus, qui etiam ad rei naturam est accommodandus. Alius enim iratum, alius lenem, alius gravem, alius remisse dicentem numerus decet. Constat autem συνθέσει, καὶ ἀναπαύσει, in qua perficitur.

*In gravi figura consumetur oratio*) Divisit Elocutionem in

tria dicendi genera, eademque breviter definivit: nunc, quibus unumquodque in rebus consumatur, indicat, et singulorum exempla subiungit. Hermogenes figurae gravi, quam ἰδέαν μεγάλην appellat, dignitatem, asperitatem, vehementiam, splendorem, vigorem, circumductionem tribuit. Dignitas, σεμνότης, aestimatur ornatu sententiarum, quum de rebus divinis, de naturalibus, de republica, de bello, de virtute loquimur. Asperitas, τραχύτης, in dissolutione sententiarum constat, ne oratio sit composita et continuata, sed intervallis diremta, ut in divisionibus, et exclamationibus fieri solet. Quod enim in humano corpore exstantes humeri, pectus hirsutum, barbatus vultus, atque horror est, id est in oratione asperitas; quae idcirco additur dignitati, ut sit virilis, senatoria ac forensis, non sophistica, lenis atque theatralis. Vehementia, σφοδρότης, firmam facit gravitatem, ne asperitas sit spinosa. Vt enim saxa cursum fluminis non impediunt, sed augent: ita etiam asperitas orationem impedire non debet, sed concitare, quod fit vehementia. Ne vero cursus ille nimium vorticosus sit, splendor, λαμπρότης, additur, ut oratio fiat luminosa. Vigor ἀκμή orationi sanguinem tribuit iuvenilem, hoc est, succum bonum, plenum ac vigentem. Sed circumductio, quae in longis membris ac periodis consideratur, haec omnia maiora atque digniora facit. Has partes gravi dicendi formae Hermogenes subiicit: sed hic auctor, quia quaedam propria tradere voluit, verba, sententias et figuras tantum, quae partes sunt praecipuae, posuit: non quod reliqua etiam necessaria non sint, sed quia quasi communia sunt aliis etiam generibus, his autem tribus grave dicendi genus ab aliis potissimum differat; deinde hic auctor membra ac periodum infra inter exornationes recenset. Gravitas igitur, quam Crassus in III de Oratore plenam appellat, et tamen teretem esse vult, secundum hunc auctorem praecipue spectatur in verbis, sententiis ac figuris. Verba dividit in propria et translata. Propria, ἰδία, a quibus est incipiendum, saepe magis numerosa sunt et gravia, quam translata, ut, quum parricidam dicis, plus dicis, quam si perniciem, labem, aut pestem dicas. Futurus igitur orator in delectu verborum diligenter sese exercebit, ut graviora eligat: quod ex amplificationibus, incrementis, distinctione propriorum, atque ἰσοδυναμίᾳ facile assequetur; ut: *Facinus est vincire civem*; *scelus*, *verberare*; *parricidium*, *necare*; *quid dicam in crucem tollere?* Humile est, *vincire*; mediocre, *verberare*; grave, *necare*; gravissimum, *in crucem tollere*: adeo,

ut nesciat, quo illud appellet nomine. Hoc ex loco ordo intelligitur, quae primo, medio, ultimo loco poni debeant. Est in coniunctione observanda Latinitas, qua multa fiunt barbara, quae simplicia sunt Latina; ut *privignus filius*, *vitricus pater* barbare dicuntur: quum recte dicantur, *pater vitricus*, et *filius privignus*: ut *gemini fratres*, si sint uterini et eodem nati tempore, si contra, vitiose. Translata τετραμμένα aut sunt propria, quae ex propriis fiunt, aut aliena. Propria, ut περίφρασις, quum pro *parricida* dico *eum, qui luce privavit, per quem ipse lucem adspexit.* Aliena sunt ὑπαλλαγὴ, συνεκδοχὴ, κατάχρησις etc. Translatis verbis duabus de causis utimur; primum, ne eodem semper verbo utamur, quod gravitati est contrarium; deinde propter utilitatem: commodius enim translato verbo, quam proprio aliquid efferimus. In deligendo quaerenda sunt cum ornatissima, tum gravissima. Ornatus autem verborum spectatur in potestate, in sono et in utroque. Potestas, quae est ipsa significatio, animum ferit, quum rem magnam atque gravem significat: ut *sceleratus* pro *malo*, *impurus* pro *improbo.* Sonus aures implet, ut *parricida* gravius est, quam *homicida.* Quum et potestas et sonus coniunguntur, verba faciunt plana, quae et animum et aures simul movent. Fit autem illa plenitudo primum mutatione verborum, ut si pro *timere* dicas *extimescere.* Deinde inflexione, mutato modo, aut tempore, ut, *extimescebam.* In his omnibus τὸ πρέπον observare est necesse, ut oratio apta sit, verbaque ipsa ad unamquamque rem accommodentur, ne gravitas sine causa affectata esse videatur.

*Et si graves*) Verba rebus convenire debent: quae quia in hoc genere gravia esse oportet, ideo graves etiam eligi vult sententias, quae magnarum et gravium solent esse rerum de quibus dictum est. Omnis autem sententia vel est simplex atque solitaria, quae tantummodo docet, ut: *Vos istaec intro auferte, abite* etc. vel est παθητικὴ, quae auditorem etiam movet: ut illud:

*Degeneres animos timor arguit: heu, quibus ille*
*Iactatus fatis! quae bella exhausta canebat!*

Ostendit autem, huiusmodi sententias eligendas, quae in amplificationibus atque commiserationibus tractari solent: quae quia non solum docent, sed etiam movent, graves appellantur.

*In hoc genere*) Indicavit, quibus rebus ipsa gravitas conficiatur; nunc etiam exemplo rem ostendit. Habet hoc exemplum

partes quinque, πρότασιν, αὔξησιν, ἐκφώνησιν, ὑποτύπωσιν, καὶ συμπέρασμα.

*Nam quis est vestrum* ) Πρότασις figurata ἐρωτήματι. Habet autem primum membrum περιβολὴν, estque περιοδικὸν, ac σχοινοτενές. Nam et opinionem iudicis assumit, et περιφράσει orationem dilatat, dum non nominat *perduellem*, sed his eum verbis circumscribit: *Eum, qui prodere hostibus patriam cogitarit.* Fit enim περιβολὴ vel ἐκτάσει, *extensione* atque dilatatione verbi, quum pro verbo utimur περιφράσει. Vel fit προσλήψει, *assumtione* rerum extranearum, quum aut genus ad speciem assumimus, ut pro Domo Cicero: *Quum multa divinitus, pontifices, a maioribus nostris inventa atque instituta sunt, tamen nihil praeclarius, quam quod vos eosdem* etc. Aut partem ad totum; ut: *Cum omnibus membris dolet, tum praecipue pedibus.* Aut personae qualitas; ut: *Vir fortissimus Milo, Cato homo sapientissimus.* Aut eventa et res gestae; ut:

> *Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris*
> *Italiam, fato profugus, Lavinaque venit*
> *Littora.* Pro *Aeneam.*

*Quod maleficium* ) Επιμονὴ, *immoratio* in eadem re; ter enim idem dicit: *Quae poena? quod maleficium? quod supplicium?* Verba sunt diversa. Fit enim ἐπιμονὴ vel ἰσοδυναμία, quando in eadem re iisdem verbis immoramur, ut: *Fugit, excessit, evasit:* pro *liberatus est.* Vel quum diversis verbis ac sententiis rem eandem saepius efferimus, ut illud de Ciceronis genero: *Quid tuus ille, Tubero, gladius* etc.

*In iis* etc. Αὔξησις συγκριτικὴ: est autem comparatio ingens et accumulata a minori ad maius. Omnis comparatio vel est simplex, quum singula singulis comparantur; ut *Parricida* cum *perduelli*; vel est composita, quum aut plura uni comparantur, ut in hoc loco, aut plura pluribus, ut bina binis, terna ternis; raro enim ad quaterna ascendimus. Exempla passim in Cicerone sunt obvia. Habet autem comparatio προκείμενον, id quod comparatur, et συγκρινόμενον, id cum quo comparatur. Ac, quia orator gladiator, non saltator esse debet, ἀντιμεταστάσει, *verborum transpositione*, vitabit ὁμοιοτέλευτον, quae figura suavitati atque auribus inservit.

*Huic truculentissimo* ) Προσαπόδοσις, quae ratiocinationem habet; maximum enim esse scelus oportet, cui poenam maiores non invenerint.

*Atque in aliis* ) Prior comparatio fuit τῶν εἰδῶν: tres enim alienas species cum praesenti contulit, ad ostendendam maleficii magnitudinem; haec vero comparatio est ποσότητος.

*O feros animos* ) Ἐκφώνησις. Proposuit rem graviter, eamque comparationibus auxit; nunc etiam motum addit, κατ' ἐπιμονήν, in qua gradatio est, et incrementum; incipit enim aperte, scilicet *ab animo:* deinde ad partis transit actionem, *cogitationes:* postremo ponit totum, *ipsum hominem.* Sed est etiam in epithetis gradatio ac distinctio: *feros, crudeles, derelictos ab humanitate.* Atque hoc postremum παρὰ τὴν φύσιν dicitur, ut *Clementia inclemens, Concordia discors.*

*Quo pacto* ) Ὑποτύπωσις, sive ἐνδιασκευή, parva quidem, sed tamen huic loco apta. Brevis est totius maleficii distributio Habet autem ἐνέργειαν, quae solet, ut inquit Aristoteles, πρὸ ὀμμάτων ποιεῖν, rem ipsam ante oculos ponere: ut in hoc loco indignitatem rei exprimit commemoratione incommodorum, quae in eversione rerum publ. eveniunt.

*Qui se non putant* ) Sententia συλλογιστική, quam ideo postremo posuit, quoniam est gravissima atque vehementissima. Ex re enim minima rem iudicat maximam. Differunt autem ὑποτύπωσις et συλλογισμός; illa enim plura maximaque ponit: hic vero unicum atque simplicissimum, quod maxima illa nobis tanquam in speculo proponit.

*Nequeo verbis consequi* ) Conclusio παθητική atque acris, ut iudices ad vindicandum hostes patriae excitet. Habet autem haec prima sententia ἀποδίωξιν ἀγανακτικήν. Huic adiungit ἐπανόρθωσιν ἠθικήν, ut de iudicum virtute nihil videatur dubitare.

*Vester* ) Αἰτιολογία correctionis in qua primum iudicibus sapientiam tribuit, et amorem erga patriam: deinde sententiam suam dicit cum quadam acrimonia, quae fit tractatione sententiarum. Est enim sententiae dictio in medio: *Praecipitem perturbetis ex civitate.* Vtrimque affectu est munita in fronte: *Qui fortunas omnium voluerit prodere*; a tergo: *Quam iste spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere.* Est etiam hoc observandum, quod postremus affectus, qui oratoris habet ἐπίκρισιν, prolixius, gravioribus verbis ac epithetis, quam prior, est tractatus, ut aculeos in iudicum animis relinquat.

## CAPVT IX

*In mediocri figura* ) In mediocri dicendi genere eadem retinet, quae figurae gravi attribuit, verba, sententias et figuras. Sed vult haec omnia esse mediocria, ut ita demittantur, ne ad infimum descendamus.

*Quibuscum* ) Propositio. Differt autem hoc exemplum a superiori quinque rebus. 1. ὕλη, *materia*: superius enim rem horribilem et calamitosam habuit; hoc, audacem ac stultam, minusque periculosam. 2. πάθει, *affectu*; in priore enim omnia tragica, indignatio atque ira fuit: in hoc est contemtus adversarii, quem stultitia peccasse dicit. 3. λήψει, *verborum delectu*: prius enim habuit verba gravissima, propter materiam tragicam, hoc mediocria; sunt enim verba rebus accommodanda. 4. σχήματι, *figuris*: in illo fuerunt ἐπιμονή, σύγκρισις αὐξητική, ἐκφώνησις ἀγανακτική, ὑποτύπωσις: in hoc sunt tantum interrogationes, occupationes disceptatoriae σύγκρισις. 5. *tractatione*, ἐργασίᾳ, prius habuit commemorationem rerum pessimarum: hoc investigationem causarum, quae nonnihil de gravitate remittit; in illo fuit amplificatio, in hoc est disputatio; illud brevius fuit tractatum, hoc prolixius. Figura autem dicendi non ex magnitudine universi, seu prolixitate compositionis cognoscitur, sed ex observatione singulorum: ut homo robustus ex proceritate, pectore, lateribus ac reliquis membris convenientibus; quae omnia sunt consideranda. Prima propositionis huius sententia est ex attenuato dicendi genere. Altera sententia dignitatem habet, quoniam est πολιτική, qua oratio paullatim assurgit. Est enim sententia dilatata προσλήψει primum totius, quum dicit, *Nobiscum*: deinde τοῦ τρόπου, *Virtute et industria.* Ita oratio quidem habet περιβολὴν, sed tamen mediocrem, et priori sententia, quae est ex genere humili, et sequenti διασκέψει temperata.

*Hi quum se* ) Sententia ista lenitatem habet, et ab anteactis, et officio sociorum sumitur.

*Hi quum delib.* ) Διασκέψεις τῶν αἰτίων, *causarum inquisitio*, quae quia est consuetudinis quotidianae, orationem facit remissiorem, propter praecedentem περιβολήν. Addit tamen rursus orationi gravitatem causarum ἀπαρίθμησις, ut ex utroque genere mediocritas constet. Investigat causas temeritatis, et ostendit, eos nihil ad

tantum bellum conficiendum habuisse parati. Primum autem partes enumerat ac tria potissimum ponit ad bellum necessaria: multitudinem militum, idoneos imperatores, pecuniam publicam; ea omnia removet negando. Deinde etiam totum negat, eos rem nullam babuisse, quae res ad bellum administrandum pertineat: unde eorum stultitia et temeritas apparet. Est igitur διάσκεψις illa carnosa quidem, non tamen ossea, quia vehementia caret.

*Si cum finitimis*) Αὔξησις, quae fit συγκρίσει ὑποθετικῇ. Differt haec amplificatio a superiore; in genere enim gravi fit ad perturbandum atque commovendum iudicem, ut propter rei magnitudinem atque indignitatem irascatur: in hoc vero genere humilis est, et placida: unde etiam affectus movet leniores, ut in hoc loco adversariorum stoliditatem atque imprudentiam ostendit.

*Quaeret* etc. Ἀποφορὰ κατ' ἐρώτησιν, ad disceptandum instituta: quae figura rursum ad subtilitatem pertinet. Sumitur autem ab exemplo aliorum, qui idem sunt conati.

*Eo quidem*) Ἀνασκευὴ τῆς ὑποφορᾶς, quae acumen habet propter adversariorum reprehensionem.

*Nam rerum imperiti*) Αἰτιολογία κατὰ σύγκρισιν συμβουλευτικήν: confert enim consilia prudentum cum imprudentibus. Quare, tametsi oratio etiam hoc in loco nonnihil ad gravitatem assurgit, tamen haec comparatio magis docendi ac distinctionis rerum gratia, quam ornatus, adhibetur, quia non forensis, sed deliberativa est oratio.

*Nulla igitur*) Conclusio figurata ἐπιμονὴ bimembri, et continuata, ut in mediocritate maneat. In gravi enim genere trimembrem fecisset, et diremtam, ut: *Nulla igitur re inducti arma sustulerunt; nulla spe freti, hostes esse coeperunt; nulla iniuria lacessiti, cum oppugnare populum conati sunt, a quo semper defensi fuerunt.*

*Quis hoc* etc. Ερώτησις μακροχολή, pulcherrimis verbis facta, ne oratio humi reperet.

*Ergo aliquid*) Ἐπίλογος, quo concludit, temeritate eos arma sustulisse. Vtitur autem ἐρωτήσει τῆς αἰτίας, ἀντὶ τοῦ ἀφαιρέσεως: *Quid aliud, nisi id, quod dico, esse potest?* id est, stultitiam ac temeritatem. Ita secundum genus omnia habet ex primo; sed mediocria, ut neque nimis sint gravia, neque remissa: et quaedam ex tenui; utriusque enim generis particeps mediocritate quadam laudatur.

*In attenuato figurae genere*) Attenuatum dicendi genus, quod etiam *tenue*, *humile* ac *subtile* dicitur, sanum est, et nudum

atque simplex; sed non sine nervis ac viribus, ut de Oratore inquit Crassus; caret enim exornationibus, sermonis quotidiani puritate, collocatione simplici, figuris non magnis, sententiis philosophicis, moratis ac prudentibus, numeris levibus, clausulis, quae vel incisim, vel membratim fiunt, constans. Exemplo sunt Terentius, Virgilii Bucolica, epistolae Ciceronis etc.

## CAPVT X

*Alia in gravitate, alia* etc. Contrariam omnino habent constructionem, attenuatum et grave dicendi genus: in illo enim omnia sunt humilia, in hoc vero gravia. Est autem triplex apud auctores gravitas: nam et poëtae, et historici, et oratores graves sunt: qui tamen omnes inter se differunt. Apud poëtas enim tragici utuntur verbis poëticis, recens factis, antiquatis, et, ut Aristoteles appellat, γλώτταις. Historici propria quidem habent, sed tamen etiam multa habent accommodata temporibus et moribus vetustis: ut Livius in duobus prioribus libris. Oratores autem sua e media populi consuetudine sumunt, et propriis atque usitatis utuntur. Sed hi primum delectum habent, et significantiora eligunt. Est enim delectus in ipsa significatione: ut scelus et flagitium idem sunt, et tamen orator eliget postremum. Deinde in collocando diligentiam adhibent, dum interdum verbum humile reddunt gravius additione; ut, *Concidere urbem*, est quotidianum et humile: additione, fit gravius, ut in mediocritate tamen maneat: *Vrbem concidere incendio:* fit gravissimum congregatione verborum: *Vrbem incidere incendio conflagratam*. Haec collocatio vocatur σεσωρευμένη, *condensata* atque coacervata. Hactenus de generibus dicendi: nunc de vitiis eorum dicit.

*Est autem cavendum*) Solent fideles doctores non solum ea tradere, quae sequamur, sed etiam, quae nobis fugienda sunt, ostendere. Id quum hic auctor in superioribus studiose fecerit, hoc quoque in loco sibi non esse negligendum putavit. Quum igitur hactenus dicendi generum virtutes exposuerit; (nam, quod virtutibus evenire solet, ut sua habeant adiuncta vitia, id etiam orationi accidit) nunc de propinquis eorum vitiis agit.

*Quum aut novis, aut* etc. Ostendit, quibus verbis oratio fiat

inflata; scilicet novis, priscis, duriter translatis et gravioribus, quam res postulat. Constant vitia ex iisdem rebus, quibus virtutes: sed verba tantum ponit, quod in iis potissimum tumor conspiciatur. Nova sunt Thrasonica, et arrogantiae speciem habent: quae non modo inventione nova sunt, sed etiam compositione, quum ex simplicibus inusitato modo nova facimus. Prisca propter personarum nimis antiquam gravitatem, tumidam reddunt orationem, ut Hercules, aut Romulus loqui videatur. Duriter translata sunt, quae sunt longe petita, nec similitudinem habent convenientem; ut *montes belli*, *campus pacis*, *lacus Neptuni*. His loquendi consuetudo, tametsi similitudo nota sit, repugnat. Est enim consuetudo, ut in propriis, sic etiam in translatis observanda. Verba graviora sunt ὑπερβολικά, quibus fides adhiberi non solet, aut etiam sonantiora, ut in hoc loco, *perduellionibus* pro *perduellione*: est enim gravior pluralis singulari. Talia sunt, quae Horatius in propositione scriptoris Cyclici reprehendit:

*Fortunam Priami cantabo, et nobile bellum.*

Sententiae etiam et exornationes orationem faciunt tumidam: quum sententiae falsae, leves, nullae sunt, aut non aptae rei, cui accommodantur, et quum exornationes non adhibentur suo loco: quod quum fit, orationem non magis decent, quam pastorem purpura. Dicitur autem inflatum orationis genus et tumidum, metaphora sumta a corporibus humanis. Nam, ut in corporibus habitus boni saepe in malum convertuntur: ita etiam oratio gravis vicinam habet sufflatam et tumentem: quae tametsi sit carnosa, tamen nec nervos bonos, nec lacertos firmos, nec sanguinem verum habet. Facile autem vitia possunt vitari, si, quibus ex rebus virtutes constant, de quibus est ante dictum, animadvertimus.

## CAPVT XI

*Qui in mediocre genus orationis*) Mediocritas confine habet vitium, fluctuans atque dissolutum orationis genus: illud ab aquis, hoc vero ab humano corpore μεταφορικῶς appellationem sumit. Vt enim neque aqua fluctuans tenere cursum suum, ne-

que membra se movere, et officio suo fungi possunt, si nervis et articulis, quibus connectuntur, careant: ita etiam oratio pendula, fluctuans atque dissoluta erit, nisi nervis et articulis recte coniungatur. Est enim hoc vitium, non ut superius, in verbis, quae bona sunt: sed in verborum, incisorum ac membrorum connexione vitiosa: qua ipsa continuatio, ut in aqua cursus, aut in humano corpore motus, impeditur.

*Socii nostri*) Exemplum dissolutionis. Sunt haec elegantia quidem, sed numero et articulis carent. Deinde etiam cum propositione ratio est coniuncta, quae commodius dirimi potuissent. Incurrunt hoc vitium complures huius temporis scriptores, dum compositionem plane negligunt.

*Qui non possunt in illa*) Hoc in loco primum ostendit subtilis, sive attenuatae orationis vitium: deinde figurarum proprium: postremo dicendi genera commutanda esse monet. Subtilitatis vitium, orationis genus aridum, exsangue et exile vocat: ab humano corpore, ut in aliis, sumta metaphora. Habet hoc vitium verba quidem propria, sed abiecta, et compositionem ineptam atque puerilem: quare ad contemtam omnino eloquendi formam, ab illa facetissima verborum attenuatione declinat.

*Omne genus orationis*) Principio in omnibus artibus forma constituenda est, tum partes et materia tradenda. Quum igitur hactenus de tribus dicendi generibus praecepta tradiderit, eorumque partes ac materiam, verba, sententias et figuras ostenderit, tum, quae singulorum generum vitia essent, indicarit: nunc eorum ostendit proprium, et genera inter se miscenda esse docet. Est autem et gravis et mediocris et attenuati proprium dignitas: ea vero aestimantur ex figurarum quantitate. Nam, si rarae disponentur, distinctam, id est convenientem, sicuti coloribus: si crebrae collocabuntur, oblitam, id est, unguentosam et inflatam reddunt orationem. Sumta est metaphora a rebus, quae unguentis, aut pinguedine oblinuntur.

*Sed figuram*) Nulla est oratio Ciceronis, quae ex una tantum dicendi forma constet. Nam, tametsi pro Caecina subtilis, pro Milone vero gravis sit: tamen et illa multa habet gravia et haec attenuata. Quare prudenter hoc in loco monet, figuras esse miscendas: cuius rei duae sunt causae; nam aut necessitas cogit, aut delectatio suadet. Illam res afferre solent, pro quarum natura ac varietate oratio quoque varianda est, ut parva remisse, magna graviter, mediocria neque nimis attenuato, neque

nimis subtili orationis genere efferamus. Spectatur autem necessitas vel in toto, ut in Milonis Rosciique causa gravitas orationis requiritur, quoniam utraque causa gravis est: vel in aliqua tantum parte, quum dicendi figura mutatur, eius rei gratia, quae extra causam incidit: ut in Caeciniana, de socio malo etc. Huiusmodi loci multi sunt in Verrinis, quae alioqui graves sunt. Delectatio auditoris gratia admittitur, ne defatigetur satietate, quae varietate figurarum ac periodorum facile vitabitur. Nam, quum in periodis potissimum dignitas spectetur, quae orationem gravem reddunt, quum sunt productae, ideo variandae sunt, ut sex, aut quinque membrorum: quadrimembris, huic trimembris, aut bimembris succedat, quae sunt mediocritatis et attenuationis.

## CAPVT XII

*Quoniam quibus in generibus* ) Elocutio oratori accommodata tres res in se debet habere, Elegantiam, Compositionem, Dignitatem. In Oratore addit *aptitudinem*, sed hic sub dignitate comprehenditur: quoniam dignitas nihil est aliud, quam ornatus conveniens et decorus. Elegantia est, orationis εὐκοσμία, *ornatus bonus*, id est puritas et perspicuitas. Cicero *Elegantiam*, Hermogenes σαφήνειαν appellat. Distribuitur autem in Latinitatem et Explanationem. Latinitas ab Hermogene appellatur καθαρότης, ab Aristotele ἑλληνισμός, ab Atticis *Atticismus* dicebatur, a Latinis *Puritas*, quoniam sermonem purum conservat ab omni vitio remotum: de quo grammaticorum exstant praecepta. Aristoteles in Rhetoricis in particulis positum esse tradit; quarum sane observatio etiam apud Latinos non modo utilis, verum etiam necessaria est. Vitia, quae sermonem non latinum faciunt, duo sunt, Solecismus et Barbarismus. Solecismus in verborum connexione fit, quum accidentia partium orationis, genera, casus, tempora, modi, persona, etc. perturbantur. Barbarismus est in pronunciatione vitiosa, quum aut corripimus, aut producimus syllabam vel non producendam, vel non corripiendam. Quamquam pluribus modis fieri solet, idque in singulis verbis: de quo vide Quinctil. lib. I, cap. 5. Excusantur haec aliquando consuetudine, auctoritate, vetustate, vicinitate virtutum: quod

observandum est, ne fallamur. Explanatio εὐκρίνεια est, quae reddit apertam et dilucidam orationem, si verba recte collocentur, si sententiae sint apertae, si partitiones perfectae. Hoc in loco verba tantum ei tribuit κατ' ἐξοχήν: quoniam, si caetera omnia sunt perspicua, verba autem sint obscura, totam orationem obscuram esse necesse est. Quae de Latinitate praecipiuntur, ad grammaticam pertinent; quae vero de Explanatione, ea orationis sunt. Compositio συνθήκη, ἡ σύνθεσις, ἐςὶ πάντων τῶν μερῶν εὐταξία: fit enim collocatione verborum non immutata. Qualis autem esse debeat, ex vitiis ostendit. Tria enim in componendo maxime sunt cavenda: ne oratio sit hiulca, ne sit aspera, ne sit obscura: his enim tribus κακοσυνθεσία fieri solet.

*Si fugiemus*) Hiulcus sonus orationis vocalium fit concursu, quum et incipit a vocali verbum, et in vocalem desinit, ut in hoc exemplo: *Baccae aeneae amoenissimae impendebant.* Duplex autem observanda est exceptio: nam aut in una tantum dictione lenis vocalium est concursus, aut in diversis. In una dictione vocales aut simpliciter coëunt, ut in *Orion*, *Ouxes*, *Deus* etc., aut figurate, quum vel una fit ex syllabis duabus, vocali in consonantem transeunte, ut in *abiete* apud Maronem, vel diphthongus constituitur, ut apud eumdem in *Relice capellas;* non enim sunt proceleusmatici, ut Grammatici opinantur, sed illud figura fit trisyllabum, hoc vero dissyllabum. In diversis leniter concurrunt I, et E, ut:

*Et succus pecori, et lac subducitur agnis.*

Item I, et V, ut:

*Vt vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.*

Sic etiam O, et A, ut:

*Te Corydon, o Alexi*, etc.

*Et si vitabimus*) Asperitas orationis tribus modis fieri solet, et continuatione consonantium, et assidua eiusdem verbi repetitione, et verborum fine. Continuantur consonantes, vel concursu aspero et scabroso: ut, *Felix Xerxes*, *Vrbs Zacynthos.* Vel puerili et inepta repetitione, ut in versu Ennii allato ab Auctore.

*Et si eiusdem verbi*) Repetitione verbi eiusdem vitiosa, fit oratio aspera. Est autem vitiosa repetitio, quum fit sine ratione ac necessitate, vocaturque ταυτολογία, ut in hoc exemplo: *Nam, cuius rationis ratio non exstat*, etc. Si vero eam necessitas

exigit, non solum suavis est et grata, sed ornata quoque, vocaturque πλοκή, de qua infra.

*Et si non* ) Finis verborum orationem reddit asperam, quum verbis utimur continenter similiter cadentibus, ut:

*Non cauponantes bellum, sed belligerantes.*

In membris, sive incisis laudem habet, et inter ornamenta numeratur ὁμοιόπτωτον, de quo infra.

*Et si verborum transiectionem* ) Tertium compositionis vitium est obscuritas, quae fit vel συγχύσει, vel περιβολῇ. σύγχυσις, ἡ ὑπέρθεσις, verborum transiectio est, quum ea disiunguntur, quae sunt coniungenda: in quo Lucilium fuisse assiduum dicit. Fiunt enim ὑπέρβατα laudabiliter, quum aut consuetudo, aut virtus aut necessitas. Consuetudo in verbis est, ut, *Per mihi humanum videtur*, apud Ciceronem. Virtus ornatu aestimatur, quo vitatur vitium: ut, quum adiectivum a substantivo separatur: quod apud poëtas fere semper, apud oratores saepe est laudabile. Necessitas est, quum vitari ὑπέρβατα non possunt: quod fit, quum sententiae, quae omitti non possunt, interponendae, sunt. Vitatur autem aut praepositione, aut postpositione, quod semper faciendum est, quum fieri potest.

*Item* etc. Longa verborum continuatio est, quae a Graecis Περιβολή dicitur: ea fit nimia periodorum longitudine, quae vel membrorum prolixitate, vel multitudine censentur. Causam ostendit huius vitii, quod auditoris aures, et oratoris spiritum laedat.

## CAPVT XIII

*Dignitas est* ) Elocutionem commodam in Elegantiam, Compositionem atque Dignitatem divisit. Inter primum et ultimum hoc interest, quod Elegantia necessaria, Dignitas vero honoraria est. Quod hic *Dignitatem* vocat, Quinctilianus *Ornatum* appellat, Graeci ἀξίωμα, καὶ μεγαλοπρέπειαν. Omnis autem dignitas vel ex singulis verbis est, vel ex continuatis coniunctisque constat. Singula vel sunt propria, vel translata, vel novata. Propria dicuntur certa, quia rem certam designant; et fere una cum ipsis rebus nata, quia usu omnium ita principio sunt recepta. In his delectus est quidam habendus: sunt enim propria,

aut usitata, aut non usitata: illa rursus sunt aut lecta atque illustria, aut abiecta. Abiecta sunt, quae continuata orationem contemtam reddunt: qualia sunt, vel nimis trita vulgo, vel vilia, vel impudica, vel sordida. His prope omnibus epigrammatographi et satyrici frequenter utuntur: ut etiam saepe medici, et rusticarum, atque aliarum rerum scriptores, quibus id turpe non est, quod illos materia excusat. Lecta sunt, quae caetera eiusdem rei vocabula praecellunt, sic dicta, quod a doctis sint ex aliis eiusdem generis delecta. Illustria orationi lumen ac splendorem afferunt. Inusitata etiam sunt duplicia: vel enim sunt obsoleta, vel a consuetudine ferri possunt, et sunt illustria. Obsoleta sunt, quae sunt ita antiquata, ut in usum sine reprehensione non possint revocari. Illustria sunt, quae tametsi sunt prisca fere, ac vetusta, et ab usu quotidiani sermonis iam diu intermissa, non tamen sunt omnino a doctis relicta; quibus suo loco positis, fit oratio grandior et antiquior. In propriis est igitur verbis illa laus oratoris, inquit Crassus, ut abiecta atque obsoleta fugiat, lectis atque illustribus utatur, in quibus plenum quiddam et sonans inesse videatur. In his omnibus delectus est habendus, qui et animi iudicio, et aurium trutina, ac bene loquendi consuetudine ponderatur. Inusitata igitur illa vetusta, a poëtis atque aliis doctis hominibus usurpata, orationem illustrant atque exornant; cuiusmodi sunt, *proles*, *soboles*, *tempestas*, *effari*, *nuncupari*, *rebar*, *opinabar* et similia. Nam, tametsi poëtis tantum concessa videantur, qui liberiores sunt, quam oratores: tamen his etiam eiusmodi verbis uti licet, quum orationi dignitatem afferent. Quod fieri solet, quum aut rerum, aut morum, aut personarum amplitudo et antiquitas illa requirit: quod non modo Virgilius, diligentissimus compositionis ac proprietatis poëta, sed etiam Livius in prioribus libris observavit. Hactenus de propriis. Novata, vel nova (utraque enim appellatione Cicero utitur) sunt ea, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac fiunt: vel coniunctione, ut *expectorare*, et *versutiloquus*, apud Ennium: vel sine coniunctione aliqua novitate, ut *indigenitalis* ab *indigena*, *incurvescere* ab *incurvo*: in his, auribus ac consuetudini parcendum esse Crassus monet. Translata in Partitionibus vocat *modificata* et *inflexa*, Graeci τετραμμένα καὶ τρόπους, quod verbum Crassus secutus, *modos* appellavit: quae tanquam stellis quibusdam notant et illuminant orationem. Ea late patent: nam in III Rhetor. Aristoteles omnes modos, quibus significatio propria in alienam

mutatur, sub metaphora comprehendit. Duo sunt genera translationis: unum necessitatis, alterum voluptatis: illud quasi mutuatio est, cuius causa est inopia et angustia verborum, quum, quod non habes, aliunde sumis: ut quum *gemmare vites*, et *laetas* atque *sitientes segetes* agricolae dixerunt. Hoc vero genus, quod non inopiam indicat, sed orationi splendoris aliquid accersit, audacius est: quia delectatione frequentatum est. Vt igitur causae et genera duo sunt translationis: ita etiam usus duplex est: unus necessarius, alter delectationis ac iucunditatis, qui est laudabilis, quum translationes propriis sunt venustiores, sive claritate, sive significatione, sive brevitate. Omnis autem μεταφορὰ fit in verbis propriis, quae aliquam cum iis, ad quae transferuntur, habent similitudinem. Plura de translationis modis, virtutibus, vitiis, vide apud Ciceronem in III de Orat. Aristotelem in III ad Theodecten, et Quinctilianum in VIII. Atque hactenus de verbis singulis, in quibus egregium atque mirabile aliquid praestat orator, si translatis utatur frequenter, interdum factis, raro autem pervetustis. Sequitur verborum continuatio, συνθήκη, in qua primum consecutio, deinde numerus, postremo habitus quasi quidam est spectandus. Consecutio, sive collocatio, quae a Graecis σύνθεσις dicitur, est verborum compositio, qua et Latini sermonis puritas conservatur, et effingitur concinnitas, et aurium comparatur oblectatio. Concinnitatis est, componere et struere verba sic, ut sit oratio iuncta, cohaerens, lenis, aequabiliter fluens. Id assequimur, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungimus, ut neve aspere concurrant, neve latius diducantur, neve generibus, numeris, temporibus, personis, casibus, in quibus Latini sermonis puritas consistit, perturbetur oratio. Hac de re supra etiam dictum est in partibus elegantiae. Numerus oratorius, qui a Graecis ῥυθμὸς dicitur, ex verborum quodam modo atque forma nascitur. Habet enim unumquodque verbum modum suum atque cantum, qui constat ex acuto et gravi, medioque vocis sono: habet etiam numerum, ut *dicere* - ᵕ ᵕ *patulae* -*fagi* - - *Deus* ᵕ ᵕ, etc. Forma verborum *conclusio* a Crasso appellatur, qua sententia modis illigata atque vincta, immutatione ordinis relaxatur, ne quasi certa aliqua lege versus esse videatur. Ex his igitur duobus, modo atque forma, numerus constat oratorius, qui non pedes, sed tempora metitur. Huius exercitatione efficitur, ut oratio neque fluat, neque vagetur, neque insistat interius, neque excurrat longius: sed ut membris di-

stinguatur, et conclusiones verborum, hoc est periodos habeat. Consideratur igitur numerus oratorius in incisis, in membris, in periodis, et in ipsis potissimum clausulis. De his vide Aristot. Ciceronem in III de Orat. Sequitur habitus orationis, et quasi color quidam venustatis, non fuco illitus, sed sanguine diffusus, qui verborum ac sententiarum constat conformatione, quam hic auctor *exornationem* vocat, Graeci σχῆμα, quae nihil est aliud, quam εὐσχημοσύνη τοῦ λόγου. Exornatio enim a Graecis σχηματισμὸς dicitur: quos secutus Cicero, *conformationem* appellavit, qua oratio quasi luminibus sententiarum ac verborum distinguitur, atque frequentatur. Eius enim haec duo genera sunt. Inter verborum, τῶν λέξεων, ἢ τῶν ῥημάτων, καὶ ὀνομάτων, ut Aristoteles appellat, et sententiarum, τῆς διανοίας, conformationem hoc interest, ut Fabius indicat, quod verborum exornatio tollitur, si verba mutaris: sententiarum permanet, quibuscumque verbis uti velis. Verborum autem exornationes rursus bipartitae sunt, aut enim verborum potestatem ostendunt, aut ad eorum tractationem referuntur. Potestatem ostendunt verborum λέξεις τετραμμέναι, ut Hermogenes appellat, Aristoteles μεταφορὰς, Quinctil. et alii τρόπους vocant. Ad tractationem vero referuntur eae, quae delectum habent, ut vel ponas verba, ut in repetitione et conversione; vel omittas, ut in dissoluto et reticentia; vel transponas et immutes, ut in traductione et aliis; vel continues atque comprehendas, ut in incisis, membris ac periodis etc. idem enim in caeteris etiam observari potest. Sed hoc in loco auctor *figurae* appellatione, qua generaliter, non proprie utitur, etiam τρόπους comprehendit, quos tamen infra a verborum exornationibus videtur distinguere.

*Repetitio est*) Dignitatem divisit in exornationes verborum et sententiarum: nunc, easdem tractaturus, principium sumit a repetitione, quae est non modo venustissima, sed omnibus etiam dicendi generibus conveniens. Coniungit autem quatuor eiusdem generis figuras, Repetitionem, Conversionem, Complexionem, Traductionem: quamvis multo plures sint repetendi verba species. In singulis figuris tria sunt spectanda: primum, quid sint: deinde earum ἐργασία: postremo usus. Primum et ultimum in singulis prope figuris indicat: ἐργασίαν vult ab exemplis intelligi. Est igitur Repetitio ἀναφορὰ, ἢ ἐπιβολὴ, τῆς πρώτης λέξεως ἐπανάληψις, *primi verbi resumtio*: quae fit συνεχῶς, *continenter*, id est, absque sententiarum interpositione. Hanc ostendit auctor in rebus similibus et diversis fieri: sed multo plures sunt eius

divisiones, ut in exemplis perspicitur. Omnis enim repetitio vel est verborum, vel est rerum. Rerum est aut continens, aut habet intervalla, ut ἐπεξεργασία, quae fit vel in eodem loco, vel post rem ante tractatam. De hac nihil in hoc loco dicit, sed infra inter sententiarum ornamenta tractabit. Verborum repetitio varia est: primum enim fit vel in similibus rebus, ut in congerie, et ἐπιμονῇ, quum immoramur, aut res unius generis tractamus: ut in primo exemplo, et in illo Horatii:

*Non, Torquate, genus, non te facundia, non te*
*Restituet pietas*, etc.

Vel fit in diversis rebus, ut in secundo exemplo. Deinde Repetitio vel est simplex, vel coniuncta: simplex est, quum unum tantum verbum repetitur, ut in duobus prioribus exemplis. Coniuncta est, quum plura repetuntur verba, ut in tertio exemplo: est enim quadripartita repetitio. Tertio, omnis repetitio vel fit eodem manente verbo, ut in his tribus exemplis: vel fit aut verbi inflexione, ut in illo Virgilii:

*Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?*
*Quam sese ore ferens, quam forti pectore, et armis!*

Aut κατ' ἰσοδυναμίαν, ut apud Demosthenem, quemadmodum Rutilius transtulit: *Dolui, Athenienses, ubi illum clandestinum hostem impune intra murum vidi vagari: aegre tuli, quod omnium vestrum facilitatem unius fallacia tentatam intellexi: commovit me, quod in accipienda iniuria plerosque laetitiam ostentantes cognovi.* Quarto, omnis repetitio vel est pura, vel mixta: pura est, quae cum aliis schematibus non est coniuncta: ut in prioribus duobus exemplis huius auctoris. Mixta est, quae cum aliis exornationibus coniuncta et permixta est; ut in tertio exemplo, cui est interrogatio addita, quae acrimoniam habet.

*Haec exornatio*) Ostendit iam duplicem huius figurae usum: vel enim adhibenda est ad ornatum, vel ad αὔξησιν, ad augendam orationem. Causas tres praeposuit: quod habeat multum venustatis, multum gravitatis, et plurimum acrimoniae. Quas ad res adhibeatur, Hermogenes in methodo gravitatis his verbis indicat: Ἐπανάληψις γίνεται κατὰ τρόπους τρεῖς, ἐπὶ πράγματος διδασκαλίᾳ, ἐπὶ προσώπου συστάσει, ἢ διαβολῇ, καὶ ἤθους βεβαιώσει. Exempla ex Homero et aliis affert, quae prudens omisi, quoniam satis est notasse locum. In hac exornatione multum venustatis, gravitatis atque acrimoniae est, eaque Demostheni et Ciceroni fami-

liaris, et insignis ad illustrandam atque exornandam orationem, praesertim quum vehementi quadam incitatione orator inflammatur: atque hoc maxime fit in contentione, ubi amplificationibus, quae inducunt, aut ad misericordiam trahunt auditoris animum, et quasi gravioribus argumentis tractanda quaeque res est.

*Conversio est* ) Conversio a quibusdam Επιφορᾶ, a Rufiniano Επιφορὴ, ab Aquila Αντιςροφὴ dicitur: ἐςὶ δὲ ἐπιφορᾶ, ὅταν τὸ ἔσχατον ῥῆμα ἀναςρέφεται, *quando postremum repetitur.* Similis est priori: nam et hic idem verbum continenter repetitur. Differt tamen ab illa multis modis. Primum enim contrariam habet collocationem; quoniam invertitur: unde Αναςροφὴ dicitur. Deinde haec minus habet virium, quam illa. Tertio repetitio naturalis est, quod etiam in sermone quotidiano usurpatur: haec vero non est naturalis, sed est tamen usurpanda varietatis gratia. Cicero pro Fonteio: *Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimae copiae e Gallia.*

*Hoc modo* ) Εργασία. Primum conversio vel est in similibus: huius exemplum nullum ponit, nisi quod tertium quamdam videtur habere immorationem: mihi iam aliud non succurrit. Vel est in diversis: ut in primis duobus exemplis. Deinde vel est pura, ut in prioribus duobus exemplis: vel est mixta cum aliis figuris, ut in duobus postremis exemplis: utrumque enim est ἐνθυμηματικὸν. Apud Rutilium constat ex antithesi, ut: *Ad bellum impulit nos Philippus, in ipso belli periculo deseruit nos Philippus.* Tertio, vel in longius effertur: ut pro M. Marcello: *De nobis, quos in repub. salvos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de tuis maximis beneficiis, toties de incredibili liberalitate, toties de singulari sapientia cogitabis.* Vel verbum omnibus membris redditur, ut si ita dixisset Cicero: *De nobis, quos in repub. salvos esse voluisti, quoties cogitabis, toties de tuis maximis beneficiis cogitabis, toties de incredibili liberalitate cogitabis, toties de singulari sapientia cogitabis.* Haec festivitatem habet puerilem: illa gravior est et iucundior. Possunt fortasse etiam huius figurae plures inveniri in exemplis divisiones: quae in Cicerone lector diligens observabit.

## CAPVT XIV

*Complexio est* ) Complexionem Συμπλοκὴν vocant Graeci, et Κοινότην, quia utramque superiorem complectitur: nam et primum verbum, et postremum repetit: unde quidam illam etiam Κύκλον appellant, sed non recte. Est enim complexio non idem, quod Κύκλος, sed cum eo similitudinem habet. Differunt autem inter se, quod complexio diversa verba, Κύκλος eadem repetit, ut: *Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.* In III de Oratore *adiunctionem* vocat. Deinde, quod in primo statim sententia; illa vero in secundo demum membro, ut etiam repetitio, animadvertitur. Recte igitur poterat etiam circulum cum his figuris coniungere.

*Hoc modo* ) Εργασία Est et huius figurae non una forma. Nam aut plura verba in principio repetuntur, quam in fine: ut in primo exemplo tria, *Qui sunt, qui*: aut unum tantum in utroque loco repetitur, ut in secundo exemplo. Ita contra Rullum: *Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis praefuit? idem Rullus.* Deinde, vel pura est complexio, vel mixta. Haec figuras alias et fere semper interrogationem habet admixtam, propter acrimoniam: ut in his exemplis. Pura nulli est permixta figurae, ut: *Quem senatus damnarit, quem populus Rom. damnarit, quem omnium existimatio damnarit, eum vos sententiis vestris non absolvetis.* Sed haec minus habet virium, quam si adiunctam habeat interrogationem. Tertio, vel fit complexio iisdem verbis, ut in superioribus exemplis, vel κατ' ἰσοδυναμίαν, idem significantibus: ut illud in II Philipp. *Doletis tres exercitus populi Rom. interfectos: interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives: eos quoque eripuit vobis Antonius. Auctoritas huius ordinis afflicta est: afflixit Antonius.* Sed haec minus habet virium, quam si adiunctam habeat interrogationem: tametsi quidam interrogationi hic locum esse putant. Quidam enim Complexionem esse volunt: at nisi ἰσοδυναμία esset in principio, non complexio, sed conversio tantum esset: quamquam quidam confundunt has figuras, dum hanc eandem esse cum praecedenti proxima volunt.

*Traductio est* ) Hanc Μεταγωγὴν, sive Πολύπτωτον, vocant, quae est, ὅταν ἡ αὐτὴ λέξις πρὸς ἕτερα τόπα μετάγεται: *quando idem verbum*

*ad loca diversa traducitur*: quamvis *traductionis* vox magis τῷ ὑπερβάτῳ respondet. Appellatur etiam aliis nominibus, sed est tamen inter illa diversitas. Nunc de huius figurae varietate ac tractatione. Primum omnis traductio vel est simplex, vel coniuncta. Simplex est, quae uno verbo, una sententia ac periodo absolvitur: ut in primo exemplo. Coniuncta est, quae fit, quum vel pluribus verbis et sententiis, diversisque periodis perficitur: ut in secundo exemplo, quod verbis duobus, scilicet *hominis et inimici*, ut etiam sententiis ac periodis geminis absolvitur. Huius elegans est exemplum pro Quinctio, ubi et verba plura in sententiis ac periodis pluribus traducuntur: *Tu id semper facis, quia semper potes: ego in hac causa faciam, propterea quod in hac videor posse facere. Quod tibi natura dat, ut semper possis, id mihi causa dat, ut hodie possim*: traducuntur enim varie: *facis, faciam, facere, potes, posse, possis, possim, dat.* Vel in eadem sententia ac periodo geminata, non separatim, sed coniunctim verba traducuntur: ut in tertio exemplo, *virtus et divitiae*. Deinde verbum idem traductione vel in eadem ponitur re, manente significatione, ut in prioribus tribus exemplis: vel in re altera, id est, significatione mutata, ut in exemplis postremis, et in illis Virgilii versibus:

*Vna salus victis, nullam sperare salutem.*

Item:

*Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.*

Videtur haec traductionis species idem esse cum παρονομασίᾳ: verum hic auctor traductionem esse maluit, quam παρήχησιν, ut Hermogenes appellat: quoniam haec fit, quum vel mutantur syllabae, ut, Inceptio est amantium haud amentium: vel adduntur, ut, In hac fama, tanquam perniciosa flamma: vel auferuntur, ut, Hanc flammam tanquam perniciosam famam. Traductio vero et easdem syllabas, et candem servat quantitatem, ut in his exemplis. Haec species etiam ἀντίστασις καὶ διάφορα nominatur.

## CAPVT XV.

*Contentio est* ) Quinctilianus *Contentionem* vocat *contrapositam*, et ἀντίθετον, aliis Αντιμετάθεσις, ἡ Αντίθεσις dicitur, id est, *contrariorum oppositio*. Intelliguntur autem hoc in loco πάντα τὰ ἀντικείμενα, adversa, privantia, relativa. Duae sunt contentionis species: una dialecticorum est, et ἐνθυμηματική, quae inter argumenta numeratur: altera σχηματισμένη, quae ornatum habet: haec rursus aut verborum est, aut sententiarum. Hoc in loco de ea loquitur, quae est verborum; alteram enim infra tractabit: est enim copiosa admodum. Primum igitur in omni contentione verba vel sunt similia, vel sunt diversa. Similitudo in syllabis est, ut *amicis*, *inimicis*, *placabilem*, *inexorabilem*, in secundo exemplo. *Implacabilem* non dixit, propter nimiam concinnitatem: sed usus est idem significante. Diversitas est in ipsis verbis: ut in primo exemplo, in quo duo duobus opponuntur: primum relativa, *principia* et *exitus*: deinde adversa, *iucunda* et *amara*. Deinde omnis contentio vel fit in iisdem verbis, vel in diversis: in iisdem verbis fit, quum binis absolvitur, quod fit transpositione μεταθέσει eorumdem; ut in tertio exemplo, *tumultu* et *otio*. In diversis fit, quum plura opponuntur, ut in primo et secundo exemplo. Tertio, omnis contentio, quae fit in verbis binis, aut repetit eadem, ut in tertio exemplo, aut ponit ἰσοδυναμοῦντα, ut in quarto exemplo, pro *calidissima* dicit *ferventissima*, verbo συνωνύμῳ. Quarto, omnis contentio, quae in binis fit per ἰσοδυναμοῦντα. vel fit in verbo altero dumtaxat, ut in exemplo quarto: vel fit in verbo utroque, ut in quinto exemplo. Sunt enim συνώνυμα, *taces*, *obmutescis*, *clamas*, *loqueris*. Quinto, vel fit contentio in oppositis, ἀντιμεταβάσει, commutatione verborum eorumdem: ut in exemplo quarto, *Tacito quum opus est* etc. item in quinto. Vel in adiunctis κατ' ἰσοδυναμίαν, ut: *In pace bellum quaeritas, in bello pacem desideras.* Vel in utroque, ut in postremo exemplo: nam et opposita, *concio* atque *proelium*: et adiuncta, *virtus* scilicet et *ignavia*, ἰσοδυναμοῦντα sunt. Videtur eadem esse cum ἀντιμεταβολῇ, sed inter se differunt, quod haec fere est αἰτιολογική, adiunctam habens rationem, sive causam, ut: *Eripis ut perdas: perdis ut eripias.* Contentio vero oppositionem habet simplicem, absque adiuncta ratione: Quinctilianus tamen

contentionem etiam κατ' ἀντιμεταβολὴν fieri sentit, apud quem adhuc aliae sunt huius figurae divisiones. Nam aut singula singulis opponuntur, ut: *Vicit pudorem libido, timorem audacia:* aut bina binis, ut: *Non nostri ingenii, vestri iudicii est.* Item contentio fit vel simplici sententiarum oppositione, ut: *Dominetur in concionibus, iaceat in iudiciis*: vel distinctione rerum, ut; *Odit populus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Item contentio fit in differentibus, vel ut singula opponantur singulis: ut illud in Miloniana, *Est igitur, iudices, non scripta, sed nata lex*: vel ut de singulis rebus propositis referatur ad singula, ut in eodem loco: *Quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.* Item contentio fit aut in similiter desinentibus, ut: *Et sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia puniatur:* aut in diversis casibus. Item omnis contentio vel est pura, vel est ὑποθετικὴ, quum propria nomina ex diverso collocantur, ut: *Si consul Antonius, Brutus hostis: si conservatur reipub. Brutus, hostis Antonius.* Sed haec ad sententiarum potius exornationem mihi videtur esse referenda. Differt contentio a contrario: hoc enim ἐνθυμηματικὸν est, quia probat et concludit; illa vero σχηματισμένη est, absque conclusione. Facit hoc σχῆμα orationem non solum ornatam, sed quadam etiam concinnitate numerosam: unde σχῆμα σοφιςικὸν dicitur. Amant enim sophistae τὰ ἴσα, ὁμοῖα, καὶ ἐναντία propter concinnitatem. Delectatus est hac figura plurimum Isocrates et Gorgias, nonnihil Cicero, minus Demosthenes.

*Exclamatio est*) Exclamatio, ἐκφώνησις a Graecis dicitur, et vel indicat nostrum, vel movet alteri affectum; sive ut amet, sive ut doleat, sive ut indignetur. Tribus modis hanc figuram fieri docet, aut hominis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellatione. Differt ab apostrophe: haec enim est ἀπάθης, et vel lucis causa, vel laudis, aut vituperationis gratia adhibetur.

*O Perfidiose*) Ἐργασία. Omnis exclamatio vel est pura, quae sententiam et affectum habet apertum, ut in primo exemplo, et in illo Persii:

*O curas hominum, o quantum est in rebus inane!*

Vel est mixta, quae aut εἰρωνίαν habet, ut: *O noster misericors' quid facis?* in Pisonem: aut ἐρωτήσει informata est, quae vehemens est, ut hoc in loco, in postremo exemplo. Altera divisio: Omnis exclamatio vel est ἠθικὴ, quae aut laetitiam ostendit, ut in

illo ad Q. Fratrem: *Hoc, o dii, nihil unquam honorificentius nobis accidit*, aut laudem, ut de harusp. responsis: *O post hominum memoriam fortissimi atque optimi consules:* aut amorem cum laude coniunctum, ut in primo exemplo. Vel est παθητική, quae aut doloris, aut odii, aut indignationis, aut querelae significationem conficit, ut: *Alter, o dii boni! quam teter incedebat*, pro Sextio. Tertia: Omnis exclamatio vel habet particulam exclamandi *o*, ut in secundo exemplo: vel particula illa caret: ut in primo et tertio exemplo. Quarta: Omnis exclamatio fit aut in principio, ut apud poëtas, praecipue vero Satyricos, ut: *O curas hominum, o* etc. in prima Persii; aut fit post rem sive narratam, sive confirmatam, ut Oratores solent: est enim et contra decorum et ingratum auribus, in prima statim cogitatione exclamare, quod etiam Persius indicat: *Quis leget haec?* sed poëtis id conceditur, maxime Satyricis, propter finem eorum: oratoribus non item, qui aliud habent propositum. Sexta: Omnis exclamatio vel est finita, quae fit vel ad personam, aut finitam, ut in primo exemplo, aut infinitam, ut in tertio: vel ad locum aliquem, ut in secundo exemplo; vel ad rem aliquam, ut in Verrem: *O consuetudo peccandi*: vel est tota infinita, ut, *O multa intolerabilia locis omnibus*. Septima: Omnis exclamatio vel est simplex, quae una sententia absolvitur, ut, *O rem totam odiosam*, ad Atticum; vel est coniuncta, quae sententiis constat pluribus, sive in una periodo, ut: *O perturbatam rationem, o libidinem refrenandam, o consilia dissoluta atque perdita*; tale est exemplum secundum: sive in duobus, ut in primo exemplo.

*Interrogatio non omnis* etc. Interrogationem ἐρώτημα, καὶ ἐρώτησιν vocant Graeci: eam Theon formam esse responsionum, et ab Addubitatione differre dicit: quod addubitans, quem ἐπαπορῶντα appellat, responsionem non requirat, quia secum ipse dubitet; Interrogatio vero, aut assensionem, aut infitiationem postulat. Habet enim interrogatio gravis et concinna, primum enumerationem τῶν ἐπιχειρημάτων, quae obstant causae adversariorum: deinde asseverationem ac conclusionem eius, quod volumus intendere: ἐςὶ γὰρ σχῆμα ἐνθυμηματικόν.

*Quum igitur*) Vnico exemplo tractationem ostendit, quod figuratum est ὁμοιοτελεύτῳ. Vt enim interrogationis iteratio ad gravitatem atque acrimoniam pertinet, sic concinnitatis causa ὁμοιοτέλευτον est adiunctum. Variae huius figurae species sunt, quarum hoc in loco non meminit. Primum igitur, omnis interroga-

tio vel est ἀσχηματιστός, quae simpliciter rogat, noscendi causa, ut:

*Sed vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris?*

Vel est σχηματισμένη, *figurata*, quae vim et acrimoniam habet. Deinde omnis interrogatio σχηματισμένη, vel est simplex et pura, quae nulli figurae est coniuncta; vel est coniuncta, cuius hoc in loco ponit hoc exemplum. Tertio, omnis interrogatio simplex vel fit in eo, quod negari non potest, ut pro Cluentio: *Dixitne tandem causam Fidiculanius Falcula?* vel quum respondendi difficilis est ratio, ut in vulgaribus: *Quo modo? qui fieri potest?* vel invidiae gratia, ut, *Quas peti terras iubes?* inquit Medea apud Senecam. Vel miserationis, sive vera sit, sive ficta: qualis illa Sinonis:

*Heu, quae me tellus, inquit, quae me aequora possunt*
*Accipere?*

Vel instandi et auferendae dissimulationis causa, ut Asinius:

*Audisne? furiosum, inquam, non inofficiosum testamentum reprehendimus.*

Vel indignationis gratia:

. . . . *Et quisquam numen Iunonis adoret?*

Vel admirationis:

*Auri sacra fames, quid non mortalia cogis*
*Pectora?*

Vel acrius imperandi, ut illud ex IV Aeneid.:

*Non arma expedient? totaque ex urbe sequentur?*

Vel ipsi nos rogamus:

*Quid igitur faciam? eamne? ne nunc quidem?*

Quarto, interrogatio mixta vel habet iterationem cum apostrophe: *Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat?* Item illud in Catilinam: *Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* etc. Vel habet apostrophem, iterationem et dilemma, quae plurimum habet vehementiae. Huius exemplum in loco posuit, simplicis atque purae non posuit. Habet interrogatio mixta usum post rerum plurium tractationem: quod tametsi hoc in loco auctor non indicat, tamen ex definitione intelligitur.

## CAPVT XVI

*Ratiocinatio est*) Vocat hoc in loco ratiocinationem, quod Graeci πύσμα, καὶ αἰτιολογίαν appellant, Cicero *percunctationem*, eamque ab interrogatione distinguit: quod interrogatio, sive rogatio, absque explicatione sententiae nostrae fiat: percunctatione sibi orator ad interrogata sive suo, sive adversarii nomine respondeat. Est igitur Ratiocinatio, ἡ τῶν αἰτίων διάσκεψις, *rationum explicatio*. Habet primum πρότασιν, *propositionem rei*: deinde ἐρώτησιν *interrogationem* rationis: tertio τὸ αἴτιον ἢ τὴν κατασκευήν, *causam*. Quum plures sunt propositiones, plures etiam sunt reddendae causae. Omnis autem ratiocinatio vel est pura, vel mixta; pura est, quae interrogatione caret; ut in Rosciana de mandati iudicio: *Itaque mandati constitutum est iudicium non minus turpe, quam furti; credo, propterea quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur.* Mixta est, quae vel interrogatione figurata est, ut in his exemplis: vel ὑποθέσει, et interrogatione simul, ut in eadem oratione: *Si spoliorum causa vis hominem occidere, spoliasti: quid quaeris amplius? si inimicitiarum; quae sunt tibi amicitiae cum eo, cuius antea praedia possedisti, quam ipsum cognosti? sin metuis; ab eone metuis, quem vides ipsum a sese tam atrocem iniuriam propulsare non posse?* Altera divisio: Omnis ratiocinatio vel est simplex, quae unius rei est, et unam tantum habet propositionem: ut in exemplo de mandati iudicio; vel est coniuncta, quae plures habet propositiones, quia rerum est plurium, ut in exemplis huius auctoris. Tertia, omnis ratiocinatio vel fit asseverando, ut in auctoris exemplis, vel fit κατὰ προκατάληψιν. Quarta, omnis ratiocinatio vel est κατασκευαστική, qua aliquid probatur: ut in auctoris exemplis, vel est ἀνασκευαστική, ut in quarta Verrina: *Quid enim vis constitui? consumtam esse omnem istam pecuniam in statuis? fac ita esse: tamen hoc ferendum nullo modo est, tantam ab sociis pecuniam auferri, ut omnibus in angiportis praedonis improbissimi statuae ponantur, qua vix tuto transire posse videamur. Verum, ubi tandem, aut in quibus statuis ista tanta pecunia consumta est? consumetur, inquies: scilicet exspectemus legitimum illud quinquennium.* Quinta, omnis

causa ratiocinationis vel est ἐπιχριτικὴ, quae alterius nomine redditur, ut in primo exemplo: vel est λογικὴ, quae simpliciter oratoris nomine redditur, ut in secundo exemplo. Possunt plures et huius et aliarum figurarum tractationes in Cicerone observari.

*Haec exornatio*) Vsum ostendit, primum quo in genere orationis usurpetur, deinde quid efficiat, postremo quibus modis. Habet igitur locum in sermone, hoc est, in altercatione, sive oratione impedita, qualis et in confirmando et confutando est; nam in exordiis, narratione, locis communibus et epilogis, quae oratione perpetua constant, locum non habet: quare generi convenit subtili. Inservit autem τῇ προσοχῇ, *attentioni*, tum venustate sermonis, tum rationum exspectatione.

## CAPVT XVII

*Sententia est oratio*) Quod Latini *Sententiam* vocant una voce, id Graeci Ἔννοιαν, καὶ Γνώμην appellant, vocibus duabus, sed inter se tamen differentibus. Ἔννοια enim quaevis est sententia: γνώμη vero, quae ἀπὸ τοῦ γινώσκειν dicitur, sententia insignis ac memorabilis, omnium iudicio et assensu comprobata. De hac loquitur in hoc loco, eamque dicit esse orationem sumtam de vita, quae, aut quid sit, aut quid esse oportet in vita, breviter ostendit. Officium duplex est: sententia enim vel est θεωρητικὴ, quae, quid sit in vita, indicat, et ad cognitionem rei pertinet, dum aut substantiam ostendit, ut definitio: aut qualitatem, ut descriptio:

*Virtus est vitium fugere, et sapientia prima.*

Vel est πρακτικὴ, quae, quid fieri debeat, ostendit, ut:

*Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam.*

Sunt autem variae sententiarum divisiones. Primum enim omnis sententia vel est ἁπλῆ, *simplex*, vel σύνθετος. Simplex est, quae est ἀκατάσκευος, quae προσαποδόσει caret, ut priora quatuor exempla. Deinde, omnis sententia simplex vel rem et personam habet unam, ut in primo et secundo exemplo: vel res et personas duas, ut in tertio et quarto exemplo. Tertio, omnis

sententia composita sive duplex, aut est ἐγκατάσκευος, id est, rationis subiectionem habet, ut in quinto exemplo: aut constat ἀντιθέσει. Quarto, omnis sententia contrario constans, vel sine ratione effertur, ut in septimo exemplo: vel cum ratione, ut in octavo exemplo. Quinto, omnis sententia duplex vel una periodo absolvitur, ut in quinto et septimo exemplo: vel duabus, ut in sexto et octavo exemplo. Sexto, omnis sententia vel est relata ad rem, ut: *Ipsa sibi pretium est virtus* etc. vel ad personam, ut: *Avaro tam deest, quod habet, quam quod non habet:* vel ad utrumque, ut: *Obsequium amicos, veritas odium parit:* Septimo, omnis sententia vel est pura, hoc est, semel tantum figurata, (omnes enim sententiae per se ornatum habent, quoniam inter σχήματα numerantur) ut pleraque exempla auctoris; vel est mixta, quae per aliam etiam figuram tractatur, ut: *Vsque adeone mori miserum est?* figuratum enim est interrogatione. Octavo, omnis sententia vel est acuta, quae ad docendum; vel arguta, quae ad delectandum; vel gravis, quae ad movendum est accommodata.

## CAPVT XVIII

*Contrarium est*) Contrarium hoc in loco vocat Ἀντίθετον, καὶ Ἐνθύμημα, contraria contrariis relata: illudque fere idem esse cum contentione docet. Sed a contentione differt tamen nomine et rebus ipsis: nam contentio simplicem tantum habet ἀπόφασιν, *enunciationem*; contrarium vero συλλογιστικὸν est, et conclusionem habet. Deinde contentio ex contrariis constat, ut: *Tacito quum opus est, loquitur; quum loquendum est, obmutescit.* Contrarium autem ex antecedente ac consequente conficitur: hoc est, ex contentione. In omni enim contrario est ἀντίθεσις: quantitate igitur, ac gravitate, hoc illam videtur superare. Contrarium autem esse inquit, quod ex rebus diversis duabus alteram breviter et facile confirmat. Diversa vocat omnia contraria et opposita, ut adversa, privantia, relata, disparata, affirmationes, negationes: item specie differentia, ut *homo* et *bestia*. Res duas intelligit, antecedens et consequens: quorum alterum, quod dubitationem habet, confirmatur breviter, id est membris paucis, per alterum scilicet, quo fit fides: et facile, id est, cum as-

sensione auditoris facili. Omne autem contrarium primum vel est ἀόριστον *infinitum*, et πρῶτον ἐνθύμημα dicitur: quae est ὁρισμένον *finitum*, est enim syllogismus imperfectus. Ἀόριστον est, quod maiorem solum propositionem τοῦ καθόλου habet, quae semper in se conclusionem comprehendit; ὁρισμένον vero, quae minorem ponit, vel in prima persona: *Ego aliis bene consulam, qui mihi consului male?* vel in secunda: *Tu aliis consules, qui tibi ipse consulere nunquam potuisti?* vel in tertia: *Hic qua ratione consulet aliis bene, sibi male semper qui consuluit?* Deinde, omne contrarium vel est simplex, sive solitarium, ut in quatuor prioribus exemplis; vel est duplex, quod προσαπόδοσιν habet, ut in quinto exemplo: cuius et antecedens et consequens geminatum est.

*Hoc exornationis*) Primum ostendit, qua ratione fieri debeat, verbis scilicet, id est membris brevibus, et in περιοδικῶς connexis. Deinde usum: primum enim commodum εὐάκουστον est, et propter brevitatem, quoniam omnis prolixitas est ingrata: et propter absolutionem, quum ad faciendam fidem nihil deest. Deinde vehementer, hoc est, magna cum fide per rem contrariam probat. Tertio, ex eo, quod dubium non est, hoc est antecedente contrario, id quod dubium est, id est conclusionem, ita expedit, ut aut necessariam, aut prope necessariam faciat.

## CAPVT XIX

*Membrum orationis appellatur*) Quae de membris, articulis atque ipsa continuatione hoc in loco praecipit, ad compositionem potius, quam elocutionem, videntur pertinere. Quamobrem etiam Quintilianus de his in lib. IX, cap. 4, ubi de compositione praecipit, post figurarum tractationem agit separatim: ut etiam ante eum Cicero fecit. Sed hic auctor, quia continuationis mentionem fecit in figura proxima, verba breviter debere continuari, ideo membra, articulos atque continuationem utiliter hic subiunxit. Omnis igitur oratio aut incisis distincta est, aut membris absolvitur, aut uno ambitu est circumducta, quem hic vocat *continuationem*. Membrorum κῶλον relativum est, correlativum vero est totum. Est enim membrum pars totius, sive integri, quod est periodus; appellatione sumta

ab humano corpore. Id dicit esse rem breviter absolutam, sine totius sententiae demonstratione: quae denuo alio membro excipitur, vel periodice, vel distinctive. Hic enim auctor membrum vel in periodo considerat, quum aliis membris est coniunctum: vel vult illud esse periodum, quae μονόκωλος dicitur. Neque putat membrum solitarium esse: quemadmodum manus resecta a corpore, membrum eius amplius esse non potest. Omne membrum vel est μικρόκωλον, vel μακρόκωλον. Μικρόκωλον est, quod aut par est, ut in hoc exemplo, aut paulo longius inciso; μεσόκωλον bis est longius; μακρόκωλον, quod est oblongum, quod ultra octodecim syllabas extenditur: a Graecis σχοινοτενὲς dicitur. Quemadmodum autem incisum et membrum μικρόκωλον idem sunt, ita parum refert, sive membrum vocètur μακρόκωλον, sive periodus μονόκωλος; tametsi quidam periodum monocolam omnino excludunt.

*Articulus*) Αρθρον Graeci, ἀσύνδετον, διάλυτον, βραχυλογίαν, καὶ κόμμα appellant: Latini caesum, articulum et incisum vocant, quia a membro est ablatum et abscissum; ut enim membrum est totius, ita membri est articulus, qui est pars membri minima. Differunt primum quantitate, quod hic paucioribus, illud vero pluribus constet syllabis, deinde viribus: membrum enim, caesim feriens, vulnera facit maiora: articulus autem punctim ferit, caesa oratione; hoc est, membro diviso et distincto: ideoque vulnerat gravius. De his duobus, ut etiam de periodis, et diligenter et longe aliter praecipit Hermogenes quam Grammaticorum vulgus adnotare solet.

*Continuatio est*) Continuationem Graeci περίοδον, ἀπὸ τοῦ περιοδεύεσθαι, *ambire*, et περιβολὴν vocant: tametsi περιβολὴν Hermogenes inter dicendi ideas numeret. Cicero et alii, Graecos secuti, *circuitum*, *circumductionem*, *comprehensionem*, *circumscriptionem et ambitum* vocaverunt: etiam *conclusionem*. Est enim periodus, quae sententiam et rationem aliquam absolvit concluditque. Hanc vult esse frequentationem densam, verbis pluribus scilicet; et continentem, cum verborum compositione, tum connexione membrorum, quae et longa et numerose connexa esse debent; est enim oratio aut διῃρημένη, *divisa*, aut καθημένη, ἢ περιοδική, *connexa et continuata*. Deinde hanc frequentationem vult habere absolutionem sententiarum. Constat periodus incisis atque membris tanquam partibus materialibus: sed differt ab his conclusione, ab illis frequentatione densa atque continenti. Formales autem partes sunt, principium, quod Aristot.

ἀρχὴν, Hermogenes πρότασιν appellat, et finem, quem hic ἀπόδοσιν, ille τελευτὴν vocat. Principium est, prima membrorum explicatio, quae sententiam inchoat, finis vero absolvit. Proponitur autem vel unum membrum, et redduntur duo, vel contra; vel paria proponuntur et redduntur, ut in tetracolo.

*Ea utemur*) Ostendit materiam atque usum, quibus in partibus uti periodis debeamus. In sententiis igitur orator periodis utetur, quum de vita moribusque hominum loquitur, sententias τεθικὰς τῇ ὑποθέσει accommodans. In contrario, hoc est in syllogismis, quum est κατασκευαστικός; et in conclusionibus, hoc est, in fine confirmationis, et in ipsa peroratione. Fit igitur periodus ante conclusionem in sententia et contrario: in conclusione vero, quum repetimus argumenta ante proposita, et id, quod volumus concludere, connectimus. Magna autem periodorum est varietas, quarum prima divisio a qualitate sumitur. Omnis enim periodus vel est vera, quae proprie periodus appellatur, vel est verae similis, et περιοδικὸν dicitur. Id rursus est duplex, aut enim verae periodi modum excedit membrorum numero, quod Graeci περιγραφὰς περιοδικὰς appellant; aut membra extra periodos sententiam absolvunt, quod genus πνεῦμα ab Hermogene nominatum est. Vtrumque vel tardum est, et τάσις dicitur, productio spiritus sedatior, qua in defendendo utimur; vel est volubile, et καταφορὰ appellatur, id est productio spiritus longior, sed vehementior etiam atque incitatior, qua in accusando utimur, ut contra Vatinium testem. Nam in accusando graviores, in defendendo affectus oportet esse leniores. Differunt igitur haec duo, ut amnis leniter fluens, et incitatus atque verticosus. Altera divisio est a forma apud Aristotelem; omnis enim periodus ἡ ἐν κώλοις, ἢ ἀφελής ἐστι, id est, *vel membratim effertur, vel est simplex;* ἡ ἀφελὴς simplex est, quae est μονόκωλος, *unius membri,* quae fit vel ὑπερβάτῳ, vel ἐπεμβολῇ, ut illa Virgilii: *Tityre, sub tegmine fagi recubans, avena musam meditaris;* placuit enim ita pueriliter resolvere. Hanc autem densam fecit primum θέσει τοῦ προσώπου, *Tytire tu*: deinde τῆς ποιότητος τῶν ἐπιθέτων, *patulae fagi, silvestrem musam, tenui avena:* tertio ἐπεμβολῇ, quae fit κατ' ὑπέρβατον: interponit enim τὸ κεῖσθαι, *situm, recubans,* καὶ τὸν τόπον, *locum,* quadam traiectione, *patulae sub tegmine fagi;* rectum enim erat, *sub tegmine patulae fagi.* Facit continentem participio *recubans*; vim enim participia continuandi atque connectendi habent. Hoc genus est aliqua longitudine informandum, ut vel hyperbatis, vel interpo-

sitionibus, ut in Virgilii exemplo vidimus, producatur. Tertia divisio, a membrorum numero sumitur. Omnis enim periodus ἡ ἐν κώλοις, quae membratim effertur, aut est δίκωλος, *duorum membrorum*, ut: *Atque antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest;* aut τρίκωλος, *trium membrorum*, ut: *Omnes bene vivendi rationes in virtute sunt collocandae, propterea quod sola virtus in sua potestate est: omnia, praeter eum, subiecta sunt fortunae dominationi;* aut τετράκωλος: *quatuor membrorum*, ut: *Si exstitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo: quia fefellit res, nihil hoc amentius esse creditur.* Quarta divisio etiam sumitur a forma. Omnis enim periodus aut est μακρόκωλος, aut μιούρος. aut ἰσόκωλος. Μακρόκωλος est, quae finem longiorem habet principio. Fit autem redditio longior vel prolixitate verborum, vel syllabarum multitudine ac productione in ipsa ἀναπαύσει. Μιούρος est, quae finem habet breviorem principio. Ἰσόκωλος est, quae parium membrorum coniunctionem habet: tametsi ἰσοκωλία etiam in periodo τρικώλῳ esse solet, quum duo sunt paria. Tertium autem aut prolixius, aut brevius, sive id sit primum, sive medium, sive postremum. Crassus μακροκωλίαν, Hermogenes μιουρίαν, Aristoteles ἰσοκωλίαν probat. Quum igitur omnia tria probentur, omnibus utemur varie, et a μιουρίᾳ incipiemus: cui μακροκωλία recte subiungitur. Corrigitur enim μιουρία ἐπισυνάψει, id est, alterius conversionis adiunctione, quae brevitati est contraria longitudine. Quinta divisio est: Omnis periodus vel est διῃρημένη, quae membrorum distinctione conficitur, ut: *Hic ego nunc non vos prius implorabo, equites Romani, quorum ius iudicio tentatur, quam vos, Senatores, quorum agitur fides in hunc ordinem.* Vel est ἀντικειμένη, quae fit contrariorum compositione, ut: *Si exstitisset in rege fides, nihil sapientius Postumo: quia fefellit rex, nihil hoc amentius creditur.* Sexta divisio: Omnis periodus vel est insistens, quae est moderata, et interspirationem habet, et minus est coacta, ut: *Satis est, homines imprudentes lapsos non erigere: urgere vero iacentes, aut praecipitantes impellere, certe est inhumanum.* Vel est cita atque velox, quae sententiam non absolvit, priusquam perveniatur ad extremum: ideoque neque cogitationis vim, neque spiritum sinunt interquiescere; ut: *Hoc ille natus, quamquam patrem suum nunquam viderat, tamen et natura ipsa duce, quae plurimum valet, et assiduis domesticorum sermonibus, in paternae culpae similitudinem deductus est.* Periodi usus apud Aristotelem lib. III de dicendi Ratione, duplex est: nam

et ἡδεῖα, *suavis* est, dum orationem suavem reddit, et auditorem delectat; et est εὐμαθής, quoniam membra ita connexa facilius mente capi, et memoria retineri possunt. Vera igitur periodus εὐσύνοπτος, εὐανάπνευστος, καὶ εὐμαθὴς esse debet. Vide Quinctil. c. 4 libri IX, Ciceronem de Oratore, Aristotelem in Rhetoricis libro III.

## CAPVT XX

*Compar appellatur*) Sequentia tria σχήματα non modo ἀστεῖα sunt, verum etiam εὔρυθμα. Compar vocat ἰσοκωλίαν, quam alii, πάρισον, καὶ παρίσωσιν appellant. Ea est, ὅταν ἴσα τὰ κῶλα, quum membra in periodo syllabarum numero paria sunt.

*Hoc non*) Haec κατάληψις quum ad omnes figuras accommodari potest, ut in iis domi nos diligenter exerceamus: tum ad hanc maxime, ut etiam ad sequentes duas. Assidua enim atque diligens praeceptis omnibus exercitatio adiungenda est: quae tametsi nonnunquam puerilis esse videatur, multa tamen seria ducit secum, ut, quum subito nobis est dicendum, minime haereamus. Primum, omne compar aut est verum, δι' ὅλου, quando non solum syllabae, sed etiam tempora paria sunt. Ad hoc conficiendum orator non est adstrictus; aut est quasi par, in quo nec tempora paria sunt, nec syllabae: neque enim hic refert, si interdum aliquae syllabae supersint. Deinde: Omne compar, quod est quasi par, vel est in binis membris, ut in exemplo secundo: vel in ternis, quod Hermogenes probat, ut in primo: vel in quaternis, cuius quia usus rarior est, etiam observatio difficilior esse solet. Tertio, ἰσοκωλία vel varietatem habet, vel non habet: sed omnia paria sunt, quae vere ἰσοκωλία dicitur, ut in binis et nonnunquam in ternis, ut hic in primo exemplo. Varietas autem est aut in ternis, aut in quaternis membris. In ternis est, quando duo latera aequalia unum inaequale habent: quae varietas ab oratoribus ἰσοσκελία dicitur, voce a mathematicis sumta. Est etiam in hoc ipso varietas; nam vel duo priora paria sunt, et tertium impar, sive sit prolixius, sive brevius, ut in principio Quinctianae: *Quae res in civitate duae plurimum possunt, hae contra nos ambae faciunt in hoc tempore, summa gratia*

*et eloquentia*; vel primum et postremum paria sunt, medium autem impar: *Quae res in civitate duae plurimum possunt, summa gratia et eloquentia, hae contra nos ambae faciunt in hoc tempore*; vel primum membrum impar est, postrema duo paria, ut: *Summa gratia et eloquentia, quae res in civitate duae plurimum possunt, contra nos ambae faciunt in hoc tempore.* Quia enim alia iam exempla nobis non occurrebant, μεταθέσει usi sumus. Distinctio ista in exercitatione compositionis, in qua omnia sunt tentanda plurimum affert adiumenti. In quaternis vel omnia paria sunt, vel varietatem habent, ut priora duo paria, aut longiora siut postremis duobus paribus, quae μειουρία dicitur: aut breviora, ut fit in μακροκωλίᾳ.

*Similiter cadens*) Similiter cadens ab Aristotele Παρομοίωσις, ab aliis Ομοιόπτωτον appellatur, quoniam τὰ τῶν ὀνομάτων τελευταῖα ὅμοια ποιεῖ. Cicero iu Partitionibus, *Verborum similitudinem* et *aequalitatem* vocat. Casus hoc in loco intelligit τῶν ὀνομάτων, καὶ τῶν ῥημάτων ἐγκλίσεις, *nominum ac verborum casus* atque modos: tametsi non eaedem semper in fiue terminationes sint: Omne autem ὁμοιόπτωτον vel in duobus verbis est, ut in primo exemplo: vel est in pluribns, nt illud Ennii,

*Moerentes, flentes, lacrymantes, commiserantes.*

et illud Aquilae Romani: *Huic igitur socios vestros criminanti, et ad bellum vos cohortanti, et omnibus modis, ut in tumultu essetis, molienti.* Deinde omne ὁμοιόπτωτον vel est *purum*, ἁπλὸν, quod solitarie ponitur, nt iu his exemplis: vel est συμπεπλεγμένον, *coniunctum*, quando cum sequenti figura, ut post dicetur, coniungitur.

*Similiter desinens est*) Haec figura Graecis Ομοιοτέλευτον dicitur, quia exitus habet similes. Ita priori est affinis, ut vix distingui possint; quare et hic recte coniunguntur, et sub verborum similitudine utramque Cicero comprehendit. Primum omne similiter desinens vel fit in verbis duobus, nt in primo exemplo: vel in tribus ut iu secundo: vel in quatuor, ut: *Neque in deliberando consilium, neque in proeliando virtus, neque in beneficio benignitas deerat, sed dumtaxat in supplicio crudelitas. Nam, quum aliqua res dubia accidisset, apparebat sapientissimus: quum autem confligendum esset cum hostibus, fortissimus: quum vero praemium dignis tribuendum, liberalissimus: at, quum animadvertendum, clementissimus.* Fiunt haec vel in duobus, vel tribus, vel quatuor membris, ut exempla

ostendunt. Deinde, vel postremas solum syllabas habet similes, ut in tertio exemplo: vel ultimas et penultimas simul, ut in primo exemplo: vel ultimas, penultimas et antepenultimas, ut in exemplo secundo, ubi tres illae syllabae, *di*, *o*, *se*, tertium repetuntur. Atque illa prima concinnitatem habent simplicem, posteriora vero duplicem. Tertio, similiter desinens vel est simplex, ut in tribus primis exemplis: vel est coniunctum, ut in proximo. Quarto, vel est purum ὁμοιοτέλευτον, ut in superioribus: vel est cum aliis figuris mixtum, ut cum priori, et cum adnotatione, ut: *In hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma.* Accidit etiam in contentione.

# CAPVT XXI

*Adnominatio est*) Adnominatio ab Hermogene Παρήχησις, ab Aristotele Παραγράμμα appellatur. Dicitur autem Παρονομασία, Προνομασία, Παρανομία, Παρήχησις, καὶ Παρήχημα in nominibus, Παρόμοιον in verbis, Παραγράμμα, καὶ Ἀντανάκλασις in utroque. Tametsi omnes hae figurae, ut etiam aliae, adhuc confusae sint. Hanc figuram multis et variis rationibus confici dicit. Primum igitur, omnis adnominatio fit aut in literis, aut in syllabis, aut in verbis similibus ad res dissimiles accommodatis. Deinde, omnis adnominatio vel σαφὴς, *aperta*, vel est ἀσαφὴς, *tecta*. Tertio, omnis aperta adnominatio, quae fit in literis atque syllabis, aut fit κράσει, ἢ συναιρέσει, attenuatione, aut complexione eiusdem literae: ut in *Veniit*, *Venit*; aut ἐκτάσει, modo contrario, id est dilatatione: ut in *Vincit* et *Vinciit*, aut διαστολῇ, productione eiusdem sive literae, sive syllabae: ut in *Avium* et *Avium*; aut συστολῇ, brevitate, ut *Curiam* et *Curiam*; aut additione literarum, quae fit vel in principio προσθέσει, ut in *Temperare* et *Obtemperare*; vel in medio ἐπενθέσει, vel in fine παραγωγῇ. Horum duorum exempla me non memini legere; aut ἀφαιρέσει demendis literis, ut *Lenones*, *Leones*; aut μεταθέσει transferendis, ut *Navo*, *Vano*: *Laudator*, *Adulator*; aut ἐναλλαγῇ, commutandis: ut in *Deligere* et *Diligere*.

## CAPVT XXII

*Sunt autem aliae* ) Μετάβασις ad alterum genus, quod dixi esse tectum, quod non tam propinquam habet in verbis similitudinem, et tamen propter literarum aut syllabarum consimilem naturam dissimile non est. Hoc genus tripartitum est. Vel enim in verbis est similitudo. Vel est in syllabis, ut in altero exemplo. Hoc exemplum potius ad apertam pertinere adnominationem videtur, quae est in literis: sed huc retulit auctor, propterea quod non solum additae, sed uno tempore demtae quoque literae sunt; ut additae, *Circum*; demtae, *Con* etc. Medium igitur est hoc genus inter apertum atque occultatum. Vel est in commutatione casuum, aut unius, ut in primo exemplo: quae παρήχησις dicitur, propter extremae syllabae commutationem; nam prima ἐπαραφορὰν efficit; aut plurium nominum, ut in secundo, quae proprie μεταπτωσία appellatur. Haec vel directa est, quum ordo grammaticus observatur, ut in primo exemplo; vel est inversa, quum ordo casuum mutatur, ut in secundo exemplo, in quo παρήχησις quasi nulla est; huc tamen ab auctore refertur, quod aliquo modo μεταπτωσία τῇ παρονομασίᾳ est affinis.

*Haec tria* ) Vsum trium praecedentium figurarum duplicem ostendit γενικῶς. Est enim duplex orationis genus; unum serium, cui veritas est proposita, quia docet: quale est deliberativum ac iudiciale; alterum non serium, in quo voluptas solum, atque delectatio spectatur: ut in demonstrativo, quod omnes concinnitatis figuras admittit: quae causa fuit, ut in eo se sophistae diligenter exercuerint. Huiusmodi sunt Isocratis orationes, et eorum, qui aetate illa, et paullo post scripserunt. In seria igitur oratione, quam hic veritatem appellat, harum usus debet esse rarus, ne oratio videatur esse elaborata, qua fides et gravitas et severitas oratoria minuitur: propterea quod lepos illis figuris, et festivitas, non dignitas inest. Raro autem hae exornationes insertae, et in causa tota varie dispersae, commode luminibus distinctis orationem illustrabunt. In orationis genere non serio, quod sophisticum est, quia festivae et concinnae

sunt, frequentius possunt usurpari. Peculiaris etiam usus est adnominationis; vel enim imitationis gratia adhibetur, quum literarum sonum rebus accommodamus,

*Et secum sola sicca spatiatur arena*:

huiusmodi enim strepitum ambulantes in arena excitant. Vel suavitatis causa, ut illud in Quinctiana: *Veritas diu iactata, aequitate talium virorum recreetur.* In hoc duo sunt vitanda vitia. Primum est, si literarum similitudo sit in principio; ut illud Ennianum: *O Tite tute Tati, tibi* etc. nisi fiat imitationis causa, ut in superiori exemplo. Alterum est, si sit in fine, ut in illo Ciceronis:

*O fortunatam natam me consule Romam.*

Hoc vitium mutatione syllabarum vitabitur. Vel propter utrumque, tametsi imitatio bona suavitate carere non potest.

*Subiectio est* ) Occupatio, quae ab Hermogene Ἀνασκευή, Προκατάληψις, Ἀντεισαγωγή, dicitur, ab aliis Πρόληψις, ea, quae ab adversario vel sunt obiecta, vel obiici possunt, occupat ac refellit: in quo oratoris prudentia requiritur. Haec vel est perfecta, quae, ut Hermogenes docet, constat quatuor partibus, προτάσει, ὑποφορᾷ; ἀντιπροτάσει, καὶ ἀνθυποφορᾷ: *propositione*, *obiectione*, *opposita propositione*, *solutione.* Huius pulcherrimum est exemplum pro Archia: *Quaeret quispiam: Quid? illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis proditae sunt, istane doctrina, quam tu laudibus effers, eruditi fuerunt? Difficile est hoc de omnibus confirmare; sed tamen est certum, quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo et virtute fuisse, et sine doctrina naturae ipsius habitu prope divino, per se ipsos et moderatos et graves exstitisse fateor. Etiam illud adiungo, saepius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam* etc. Vel est imperfecta, quae partes non omnes habet, cuius varia apud oratores exempla observari atque adnotari possunt. Sunt omnes fere orationes hac figura plenae. Ad hoc genus referenda est, quam hoc in loco *Subiectionem* vocat, Graeci Ἀπάντησιν appellant, et Ἀνθυποφορὰν, atque Ἀντεισαγωγήν. Plutarchus de locis oratoriis Ἀμειψιν vocat. De Ἀνθυποφορᾷ vide Vlpianum in I Olynth. Est autem Subiectio Ἀνθυποφορὰ, rei, quam fieri oportuit, aut quae esse debet, interrogatio primum, deinde negatio. Partes habet tres, ἐρώτησιν γενικὴν, cuius loco saepe propositio ponitur; ἀπαρίθμησιν, *enumerationem*;

et συμπέρασμα, *conclusionem.* Ἀπαρίθμησις duas habet partes, ἐρωτήσεις εἰδικὰς τῶν λημμάτων, *percunctationes speciales*, et ἀφαιρέσεις, ἢ ἀποκρίσεις λυτικὰς, *singularum interrogationum refutationes.* Primum enim quaerimus, quid pro adversario, aut contra nos dici possit: deinde singulis interrogationibus subiicimus rationes, quibus id, quod dictum est, non ita esse ostendimus. Sed est etiam haec generis non unius. Primum enim omnis ἀνθυποφορὰ vel est κατηγορικὴ, quum accusamus, ut in primo exemplo: vel est ἀπολογητικὴ, quum aut nos aut alios defendimus, ut in postremo exemplo. Deinde, omnis ἀνθυποφορὰ vel est συμπερασικὴ, conclusionem habet, ut in primo exemplo: vel est ἀπέρασος, quae conclusione caret, sed eius tamen loco propositionem habet, ut in secundo exemplo; vel habet utrumque, et propositionem et conclusionem, cuius nullum hic exemplum posuit; vel neutrum habet, id quod rarum est, ut in tertio exemplo. Propositio igitur et conclusio, vel actu, vel potestate adsunt. Tertio, omnis ἀνθυποφορὰ, vel fit in prima persona, ut in postremo exemplo: vel in secunda, ut in tertio exemplo: vel in tertia, ut in primo et secundo.

## CAPVT XXIV

*Multum inest* ) Vsum indicat; σχῆμα est δεινότητος, *gravitatis*; acriter enim atque vehementer concludit: quoniam auditorem non solum movet, sed etiam trahit, dum prudentiam oratoris ostendit. Nemo enim hac figura recte utitur, nisi qui ingeniosus est, et omnes rei partes novit enumerare; quod quum auditor animadvertit, et auctoritate oratoris, et divisione sufficienti partium, earumque remotione persuasus, concedit nihil potius, quam quod factum sit, faciendum fuisse. Debebat autem hanc etiam, ut et ratiocinationem et nonnullas alias, inter sententiarum potius, quam verborum exornationes referre.

# CAPVT XXV

*Gradatio est*) Κλίμαξ a Graecis dicitur, et Επιπλοκή. Elegans figura est, quae postremum semper verbum repetit, donec ad summum pervenitur, ut illud Virgilii:

*Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam,*
*Florentem cythisum sequitur lasciva capella,*
*Te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas.*

Dicitur Gradatio, quod veluti gradibus quibusdam oratio ad extremum verborum repetitione progrediatur. Primum, omnis gradatio vel est ἁπλῆ, *simplex*, quae unum tantummodo verbum repetit, ut in tertio exemplo: vel est συμπεπλεγμένη, *coniuncta*, quae repetit plura, ut in primo exemplo, et in illo in Vatinium: *Non ergo magis pecuniarum repetundarum, quam maiestatis; neque maiestatis magis, quam Plautiae legis; neque Plautiae legis magis, quam ambitus; neque ambitus magis, quam omnium legum iudicia perierunt.* Deinde, Gradatio vel est τῶν ῥημάτων, *in verbis*, ut in duobus primis exemplis: vel est τῶν ὀνομάτων, *in nominibus*, ut in postremis exemplis. Tertio, omnis gradatio vel est καταφατική, *affirmativa*, ut in tertio exemplo: vel est ἀποφατική, *negativa*, ut in secundo exemplo. Quarto, omnis gradatio vel est ἐνθυμηματική, ut in primo exemplo: vel est ἐκθετική, ἢ ἀφηγητική, quae simplicem habet expositionem, ut in tertio exemplo, de Africano, et in illo poëtae Tragici apud Quinctilianum. *Iove propagatus est, ut perhibent, Tantalus, ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem satus Atreus, qui nostrum porro propagat genus.* Quinto, omnis gradatio ἐνθυμηματική, vel est κατασκευαστική, ut in Rosciana: *In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat avaritia necesse est, ex avaritia erumpit audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur;* vel est ἀνασκευαστική, ut in XII Philippica: *Quid enim, per deos immortales potest reipub. prodesse nostra legatio? prodesse, dico? quid, si etiam obfutura est? obfutura? quid, si etiam nocuit?* Refellit enim legationis ad Antonium utilitatem. Sexto, omnis gradatio vel est pura, quae repetitionem solum habet, ut in postremis tribus

exemplis; vel est mixta, quae est figurata, aut ὑποθέσει, ut in primo exemplo, aut ἐπανορθώσει, *correctione*, ut in proximo exemplo de missa legatione, aut συγκρίσει, ut in laudato Virgilii loco. Septimo, omnis gradatio vel habet conclusionem, ut hoc Virgilii, *Trahit sua quemque voluptas*: vel conclusione caret, ut in reliquis; nisi forte aliquis postremum illud, quod dicitur, conclusionem esse dixerit singularem.

*Habet in se*) Vsus: suavitatis est figura, quia leporem habet; ideoque in causis seriis rarior esse debet: quoniam, ut Quinctilianus inquit, *apertam habet artem, et magis affectatam.*

*Definitio est*) Definitio ὁρισμὸς a Graecis dicitur, quae quia hic inter σχήματα numeratur, inter διδακτικὰ, καὶ πιστικὰ est ponenda. Haec amplectitur primum proprias potestates, id est διαφορὰς εἰδοποιούς, quas Aristoteles συστατικὰς appellavit: quoniam potestates proprias rerum indicant ac constituunt; multae enim sunt aliae differentiae, quae tamen singulae definitionem absolvere non possunt. Deinde breviter, hoc est genere atque proprietate, de quibus dialectici praecipiunt diligenter. Tertio absolute, tota scilicet rei natura comprehensa; debet enim definitio esse perfecta, ut nihil in ea desideretur, sed cum definito convertatur. Laudabitur igitur, si sit brevis, et si sit ἀντίστροφος. Omnis autem oratoria definitio primum vel est simplex, quae seorsum ponitur, ut in duobus primis exemplis. Sub *amplitudine opes ac potentia*, sub *dignitate auctoritas honorifica* comprehenditur; vel est coniuncta, quae habet ἀνθορισμὸν, qui est rerum inter se differentium definitio ac distinctio. Huius venustissimum est exemplum in IV Paradoxo Ciceronis, ubi copiosissime, longeque aliter definit civitatem atque Clodius, quem in civitate exsulem, se vero etiam in exsilio fuisse civem ostendit. Habet autem definitio coniuncta primum ἀφαίρεσιν τοῦ ὅρου definitionis adversarii, ut: *Non est diligentia, non est fortitudo*; deinde θέσιν τοῦ ἀνθορισμοῦ nostrae definitionis, quae fit διακρίσει συγκριτικῇ, comparatione similium ac distinctione differentium. Sunt enim similia, *diligentia* et *avaritia*; *fortitudo* et *temeritas*; quia vitia virtutum habent speciem: differentia vero sunt ea, quae in utrisque definitionibus ponuntur. Deinde, omnis coniuncta definitio vel est in re eadem, quum ad rem unam duae adhibentur definitiones. ut: *Sacrilegium est, rei sacrae ex loco sacro ablatio*; altera: *Sacrilegium est, quum res ex loco sacro etiam non sacra aufertur.* Vel est in diversis, quum ad res duas duae etiam finitiones adhibentur; ut in postremis duobus exemplis, in quibus

definitiones diligentiae atque fortitudinis, cum avaritiae ac temeritatis definitionibus conferuntur. Vel est in rebus duabus, ad quas una adhibetur definitio: ut ex loco sacro alicuius rei ablatio, et furtum est, et sacrilegium. Hoc genus rarum est, et *inversus* ἀνθορισμὸς dicitur. Tertio, omnis definitio fit vel per superiora, ut per genera ac differentias: vel per inferiora, ut per species atque enumerationem partium.

*Haec igitur*) Vsum indicat; διδακτικὴ est figura, ut ante dixi: quoniam rem ipsam, qualis sit, ante oculos quasi proponit, dum vim atque potestatem eius breviter explicat.

# CAPVT XXVI

*Transitio vocatur*) Graeci Transitionem vocant Μετάβασιν, et Μετάστασιν, quae, quid sit dictum, breviter ostendit, et, quid dicendum restet, proponit. Partes igitur habet duas, ἀνακεφαλαίωσιν, ἢ ἀμνησιν τῶν ῥηθέων, repetitionem eorum, quae dicta sunt, et κατάστασιν, ἢ ὑπόσχεσιν τῶν ῥηθησομένων, propositionem eorum, quae sunt dicenda. Quamquam autem hoc σχῆμα simplex esse, nec magnam habere varietatem videtur, tamen non modo ab oratoribus, sed a scriptoribus etiam artium varie usurpatur. Plures autem huius figurae formas me non memini legere, quam apud hunc auctorem. Itaque etiam huius figurae divisiones recensebimus. Primum igitur, omnis transitio vel est perfecta ac plena, quae et ἀνακεφαλαίωσιν habet, et ὑπόσχεσιν, ut in his duobus exemplis; vel est imperfecta, quae vel solam repetitionem dictorum habet, ut: *Hactenus igitur de prima officii oratorii parte dictum est.* Est hoc genus rarum admodum: utuntur eo tamen aliquando oratores. Hermog. ταῦτα περὶ τοῦ μερισμοῦ, καὶ μεσότητος: *Atque hactenus de distinctionibus et oratione plena.* Vel habet tantum propositionem dicendorum, ut: *Nunc ad confirmationem transeamus.* Deinde, Transitio perfecta vel est continua, ubi nihil inter repetitionem ac propositionem interponitur: qualia sunt exempla auctoris; vel est intercisa, ut prooemium totum secundi ad Herennium libri, ubi post dictorum repetitionem numerosam, multa interponit, deinde ad repetitionem redit. Tertio, omnis perfecta transitio vel est simplex, ut: *In*

*patriam cuiusmodi fuerit, habetis; nunc, in parentes qualis exstiterit, considerate.* Et pro lege Manilia: *Quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam;* vel est figurata, ut in fine primi et secundi de Inventione ἐνθυμηματικὴ est. In fine primi ad Herennium repetitio praeceptorum habet σύςασιν, propositio vero ἀποδίωξιν reliquorum in librum sequentem. Quarto, transitio perfecta vel est simplex, quae, quid sit dictum, et quid dicendum restet, ostendit ac proponit breviter, ut: *Diximus de exordio, nunc ad narrationem transeamus;* vel est numerosa, qualis illa est in prooemio secundi libri, de qua ante dixi. Haec non solum numerose ea, quae sunt dicta, repetit, sed etiam, quae dicenda sunt, copiose proponit. Quinto, imperfecta transitio vel est solitaria, quae separatim ponitur, ut: *Nunc de conclusione dicemus*, vel est coniuncta, quae cum perfecta nonnunquam copulatur, ut illa in libro tertio ad Herennium: *Nunc, absoluta nobis difficillima parte rhetoricae, hoc est, inventione perpolita atque ad omne causae genus accommodata, tempus est ad caeteras partes proficisci. Deinceps igitur de dispositione dicemus.*

*Correctio est*) Correctio Επανόρθωσις, est verbi collocati emendatio. Habet aliquam cum dubitatione similitudinem. Nam, quod haec dubitat, illa emendat. Omnis correctio vel est simplex, ut in primo exemplo; vel coniuncta, quae correctionem habet geminatam, ut: *Quas ille leges, si modo leges nominandae sunt, ac non faces urbis, et pestis reipub.* Item illud in Philippicis: *Quid enim, per deos immortales, potest reipub. prodesse nostra legatio? prodesse, dico? quid, si etiam obfutura est? obfutura? quid, si etiam nocuit?* Deinde, correctio vel fit ἐξουθενισμῷ, ἢ μειώσει, *extenuatione*, ut in primo exemplo: plus enim est *rogare*, quam *innuere;* vel αὐξήσει, *amplificatione*, ut in tertio exemplo, in quo minus est *Insequi*, quam *Insectari;* vel fit tantum μετανοίᾳ, *emendatione* verbi, quum vel idem emendatur, vel aliud substituitur, ut post dicetur. Tertio, omnis correctio vel est mentis, vel verborum, vel rerum. Mentis et sententiae est, quum nos ipsos corrigimus, quasi reprehendentes, ut in Oratore inquit: est enim ψεκτικὴ, ut: *Vna sedent, ex accusatorum subselliis surgunt, non dissimulant, non verentur. De subselliis queror? una ex domo prodeunt.* Item: *Equuleos argenteos nobiles, qui Q. Maximi fuerant, aufert. Imprudens huc incidi, iudices: emit enim, non abstulit: nollem dixisse.* Correctio verborum fit, aut eodem verbo, ἐπαναλήψει eiusdem verbi ὑποθετικῇ,

ut: *Homo temerarius, si modo hominis nomine appellandus est is, qui nil cum ratione agat;* aut diverso, sive differens sit, ut in primo exemplo: sive contrarium, ut in Rosciana: *Istius fide, ac potius perfidia decepti*, aut utrisque, ut: *Quas leges, si modo leges nominandae sunt, ac faces urbis et pestis reipub.* Primum enim *leges* repetit ὑποθετικῶς, deinde graviora ponit, φθαρτικὰ τῆς πολιτείας, *faces*, atque *pestem*; ἐπανόρθωσις τακτικὴ fit duobus modis, ut in Oratore docet; primum, antequam dixeris, quam Aquila Romanus προδιόρθωσιν appellat: *Statuit ille non inimicos, sed hostes;* item: *Quamquam sentio, quanta hoc cum offensione dicam, dicendum tamen est;* deinde postquam dixeris, quae fortasse ἐπιδιόρθωσις non male dicetur, ut: *Quamquam illa non poena, sed prohibitio fuit.* Rerum est correctio, quum aut in adversarium invehentes, et nostri, et audientium habemus rationem, ut: *Finem dicendi, P. C. faciam: saepe enim gravius vidi offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt:* aut, quum res ingratae ac prolixae reiiciuntur: alio nomine ἀποδίωξις dicitur. Quarto, omnis correctio vel est pura et aperta, ut in proximo exemplo: vel est figura aut interrogatione, aut gradatione, aut ὑποθέσει, aut εἰρωνίᾳ, aut ἀγανακτήσει, aut aliis figuris. Interrogatione, ut: *Cuius autem, qui in eo numero fuisset nomen occultatum? occultatum, dico? cuius non statim divulgatum?* Gradatione, ut supra ex Philippicis de legatione: *Quid enim, per deos immortales, potest reipub. prodesse nostra legatio? prodesse, dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid, si etiam nocuit?* Potest enim exemplum unum pluribus nonnunquam divisionibus accommodari; id, quod etiam Hermog. de Ideis ostendit; ὑποθέσει, ut: *Quas ille leges, si modo leges nominandae sunt, ac non faces et pestis reipub.* εἰρονίᾳ, ut pro Coelio: *Quod quidem facerem vehementius, nisi intercederent mihi inimicitiae cum istius mulieris viro: fratrem dicere volui, semper hic erro;* ἀγανακτήσει, ut in Quinctiana: *Qui communi studio, summis opibus, Sex. Naevium defendunt: si id est defendere, cupiditati alterius obtemperare*, etc. Quinto, omnis correctio vel est perfecta, quum aliud verbum seligitur atque substituitur; vel est imperfecta, quum idem verbum repetitur cum dubitatione ὑποθετικῶς: *Quas ille leges, si modo leges nominandae sunt: Homo temerarius, si modo homo appellandus est.* Sexto, omnis correctio vel est αἰτιολογικὴ, quae rationem habet additam, ut in IV Philipp. *Laudo vos, Quirites*

*quum gratis animis prosequimini nomen clariss. adolescentis, vel pueri potius; sunt enim facta eius immortalitatis, non aetatis* etc.; vel est ἀναπολόγητος, quae ratione caret. Septimo, omnis correctio vel fit laudis gratia, ut in proximo exemplo; vel vituperationis causa, ut: *Homo temerarius, si modo homo nominandus est*; vel alterius rei causa: *Habeo, immo habui.* Terent.

## CAPVT XXVII

*Occupatio est*) Occupationem hoc in loco vocat, non Προκατάληψιν, *subiectionem*, sed Παράληψιν, assumtionem rei, quam assumere videri noluimus; ab aliis recte appellatur *repetitio*: male autem *Occupatio*, de qua supra diximus. Et fortasse hinc etiam colligi posset, Ciceronem hos libros non scripsisse: cui opinioni plura alia adstipulantur. Dissimulationis enim est figura, et ab ἀποδιώξει, atque ἀποσιωπήσει differt: quod haec dolore, ira, indignatione, sive alio impedita affectu, orationem non perficit; illa vero aut tanquam indigna sint, de quibus loquamur, reiicit, aut in aliud reservat tempus. At Praeteritio, id quod maxime dicimus praeterire nos, dissimulat. Omnis autem praeteritio vel est simplex, unius rei, ut contra Verrem: *Omitto illam veterem libidinis iniuriam*; vel est numerosa, ut contra Rullum: *Non queror deminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturae atque damni: praetermitto illa, quae, nemo est, quin gravissime et verissime conqueri possit: nos caput patrimonii pub. pulcherrimam pop. Rom. possessionem, subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque reip. positum vectigal, servare non potuisse: cum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese et Sullanae dominationi, et Graecorum largitioni restitisset: non dico solum hoc in rep. vectigal esse, quod amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat: in pace niteat, in bello non obsolescat: militem sustentet, hostem non pertimescat; praetermitto omnem hanc orationem, et concioni reservo: de periculo salutis ac libertatis loquor.* Deinde praeteritio vel fit uno verbo, sive in re una, ut: *Omitto illam veterem libidinis iniuriam*; sive in pluribus,

ut: *Praetereo illa, quae praetereunda non sunt: nullum huius in privatis rebus factum avarum, nullam in re pecuniaria contentionem, nullam in re familiari sordem posse proferri;* vel fit pluribus verbis κατ' ἰσοδυναμίαν, ut in auctoris exemplis et in illo contra Rullum. Tertio, praeteritio vel est ὡρισμένη, quum ea, quae a nobis praetereuntur, indicantur; ut in iam dictis exemplis; vel est ἀόριςος, quum indicamus quidem nos praeterire quaedam, sed, quae sint illa, non ostendimus; ut in illa pro Quinctio: *Verum his de rebus non necesse habeo dicere ea, quae me P. Quinctius cupit commemorare, tametsi causa postulat: tamen, quia postulat, non flagitat, praeteribo.* Non enim indicat, quaenam illa sint, quae praeterit, quorum tamen generaliter meminit. Quarto, omnis praeteritio vel fit ἀποφάσει, affirmando, ut: *Omitto illam primam libidinis iniuriam;* item in primo huius auctoris exemplo; vel καταφάσει, negando: ut in secundo exemplo. Quinto, omnis praeteritio vel est pura, ut in Verrem: *In stupris vero et flagitiis nefarias eius libidines commemorare pudore deterreor*; et quaedam superiora; vel est figuris aliis permixta; ἐρωτήσει, ut: *Quid ego istius decreta, quid rapinas, quid hereditatum possessiones datas, quid receptas proferam?* quod etiam ἐπαναφορὰν habet; ἀποςάσει, ἢ ἀποςροφῇ ad adversarium, ut in oratione pro domo, ad Clodium: *Videsne me non radicitus evellere omnes actiones tuas? neque illud agere, quod apertum est, te omnino nihil gessisse iure, non fuisse tribunum plebis?* Sexto, omnis praeteritio vel est αἰτιολογική, quae rationem habet adiunctam, ut illud in Verrem: *In stupris vero et flagitiis etc. simul illorum calamitatem commemorando augere nolo, quibus liberos coniugesque suas integras ab istius petulantia conservare non licitum est.* Vel est ἀναιτιολόγητος, quae nullam habet rationem, ut in superioribus exemplis.

*Haec utilis*) Vsum ostendit, et sex indicat tempora, quibus utiliter hac figura uti possumus; primum, si res est odiosa, quam satius est innuere, quam ostendere: deinde, si longa, quae auditori parat fastidium: tertio, si ignobilis, in qua contemtus est: quarto, si plana: quinto, si est ἀδύνατος, de qua stultum esset dicere; postremo, si est λύσιμος, quam praestat suspiciose praeterire, quam, ut redarguatur, dicere. Possunt tamen sex illa ad duo redigi, si aut odiosa res est, aut facile potest reprehendi, si directo dicatur.

*Disiunctio est*) Tres figuras similes coniungit, quarum differentia ἐν τῇ τάξει, in ipsa collocatione praecipue spectatur. Dis-

iunctio enim, quae a Graecis Αλυτον, Απόζευγμα, Διάλυτον, Διάζευγμα, a Rufiniano Απόζευξις, ab Aquila *Disiunctum* et *Iniunctum* vocatur, singula singulis concludit verbis, ut: *Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur.* Coniunctio Μεσόζευγμα, Διεζεύγμενον, Ενεξαιρούμενον, atque Πολυσύνθετον appellata, verbo in medio collocato, superiores et inferiores orationis partes coniungit, hoc modo: *Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate.* Adiunctio vero, quam Graeci Συζεύγμενον, Πρόζευγμα, καὶ Επιζεύγμενον dicunt, verbum in extremis collocat, idque vel in principio, quod Προτόζευγμα dicitur, ut: *Deflorescit formae dignitas aut morbo, aut vetustate:* vel in fine, quod Υπόζευγμα vocant, ut: *Aut morbo, aut vetustate formae dignitas deflorescit.* Disiunctio igitur separat verbis pluribus ea, quae verbo uno poterant coniungi: Coniunctio et Adiunctio, quae una coniunctionis voce poterant comprehendi, contrarium faciunt.

*Populus Rom.*) Εργασίαν ostendit exemplis paucis, tametsi plura in oratoribus possunt observari: nam et hae figurae varie tractantur. Primum enim tres illae figurae aut in duabus sunt rebus, aut in pluribus; quarum unaquaeque certo verbo concluditur ac distinguitur: prioris exemplum est de forma deflorescente, quod omnibus tribus figuris accommodatur. Plurium rerum est primum exemplum disiunctionis: reliquarum non posuit, sed facile in oratoribus observantur, ut in Catil. *Nihilne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt?* Deinde disiunctio vel fit in ἰσοδυναμήσαις, *idem significantibus*, ut in exemplo allato ab Auctore: vel in differentibus, distinctione propriorum, ut: *Facinus est, vincire civem Romanum; scelus, verberare; parricidium, necare; quid dicam, in crucem tollere?* Tertio, disiunctio vel est simplex, sic: *Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur?* vel est coniuncta, quae et propositionem habet et redditionem subiunctam, quae hanc figuram facit illustriorem, ut Rutilius inquit: ut in primo exemplo, in quo singula singulis redduntur ita, ut unumquodque proprio verbo concludatur. Quarto, coniunctio omnis vel fit in principio, vel in fine, vel medio. Hanc auctor ad Herennium *Coniunctionem* vocat, Aquila Romanus Επιβολὴν, *Iniectionem* appellat: *Adiunctionem* autem vocabulo speciali, quae fit in principio atque fine. Possunt etiam hae figurae vel purae, vel mixtae esse, ut de aliis diximus, neque opus est exemplis.

*Ad festivitatem* ) Vsum indicat praecedentium trium figurarum, quibus in rebus, et quomodo illis sit utendum. Disiunctionem dicit esse appositam festivitati, id est concinnitati: coniunctionem brevitati; quare hac frequentius, illa vero rarius utendum esse censet, ne satietatem pariat. Sed hoc intelligendum est, si disiunctio sit in rebus idem significantibus: nam in differentibus est αὐξητική, et non modo ornatum, sed etiam robur atque vim habet, verbis ( ut inquit Aquila ) maius semper, ac maius aliquid significantibus, ut, *facinus*, *scelus*, *parricidium*, *vincire*, *verberare*, *necare*, *in crucem tollere*, etc. In fine has figuras de simplici genere manasse dicit: id est, de grammaticorum praeceptis, qui περὶ ζευγμάτων diligenter praecipiunt.

## CAPVT XXVIII

*Conduplicatio est* ) Conduplicationem vocat, quod Graeci Ἀναδίπλωσιν, Διακοπὴν, καὶ Παλιλογίαν appellant. Ea est vel unius, vel plurium verborum iteratio. Est enim repetitionis species quaedam, et cum primis rectius coniungi poterat. Haec vel αὐξήσεως, vel τοῦ ἐλέου ἕνεκα fieri debet: idque vel in eadem sententia, vel in proxime annexa. Prima divisio, Omnis conduplicatio vel unius verbi iterationem babet, ut in primo exemplo: vel plurium, ut in secundo et tertio exemplo. Altera, Conduplicatio fit vel in eadem sententia, vel in diversis, quum in prima sententia verbum ultimum, in sequenti sit primum, ut:

*Addit se sociam, timidisque supervenit Aegle,*
*Aegle Naiadum pulcherrima.*

Et illud eiusdem poëtae:

*Pierides, vos haec facietis maxima Gallo,*
*Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.*

Hanc conduplicationis speciem alii παλιλογίαν vocant, qua etiam Oratores utuntur, ut pro Cluentio: *Quis huic rei testis est? idem, qui sui laboris pater. Pater inquam illius* etc Item in Catilinam: *Senatus hoc intelligit, consul videt, hic tamen vivit: vivit? immo vero in senatum venit* etc. Tertia conduplicatio,

quae in eadem fit sententia, vel continuatim repetit verbum, ut:

*O Corydon, Corydon, quae te dementia cepit?*

Item:

*Me me, adsum, qui feci, in me convertite ferrum,*
*O Rutuli.*

Item illud in IV Philipp. *Laudo, laudo vos, Quirites, quum gratissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis, vel pueri potius.* Hanc Ἀναδίπλωσιν appellant, cuius hic nullum posuit exemplum, vel repetit verbum post ἐπένθεσιν; sive unius, ut: *Duc, age, duc ad nos;* item: *Scis Proteu, scis ipse;* item illud in prima contra Catilinam: *Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam:* sive plurium verborum, ut in primo exemplo: Haec ab aliis Διακοπὴ dicitur. Vel κατὰ μετάθεσιν, *per transpositionem*, quae fit in verbis pluribus, ut in secundo et tertio exemplo, et illud poëtae:

*Eripis, ut perdas; perdis, ut eripias.*

Vel repetitione principii in fine, ut:

*Ante novis rubeant quam prata coloribus ante.*

Item:

*Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.*

Vtrumque Ἐπαναδίπλωσιν appellant, Hermogenes vero Κύκλον. Quarta, omnis conduplicatio vel est simplex, ut in superioribus exemplis: vel est geminata, sive coniuncta, ut in illo pro Milone: *Valeant, inquit, valeant cives mei, et equites Romani illi, illi tui.* Nam et in principio repetit post ἐπένθεσιν idem verbum: et in fine continenter. Quinta, omnis conduplicatio vel est ἡδύς, *suavis*, ut illud apud poëtam: *Scis Proteu, scis ipse.* Et:

*Addit se sociam, timidisque supervenit Aegle,*
*Aegle Naiadum pulcherrima.*

Vel est ἠθική, ut: *Laudo, laudo vos, Quirites*, etc., vel est παθητική, quae aut dolorem, aut commiserationem, aut iram, aut indignationem, aut similes affectus indicat: vel est αὐξητική, qua amplificandi tantum gratia orator utitur.

*Vehementer*) Vsum indicat καθ' ὁμοίωσιν, similitudine a re militari sumta. Gravius vulnerat telum, si eandem saepius corporis partem laedat: sic etiam in oratione verborum duplicatio vehementius auditorem commovet, dum rem altius in animum infigit.

*Interpretatio est* ) Latius Interpretatio patet, quam ab hoc auctore accipitur, quod ex oratorum exemplis intelligitur. Habent enim oratores figuram generalem Ἐπιμονὴν, *immorationem* in eadem re: quae, quia verborum fit interpretatione, a Latinis *Interpretatio*, ut exempla indicant auctoris, appellatur: a Graecis ἑρμηνεία ac συνωνυμία dicitur. Hermogenes etiam Ἰσοδυναμίαν vocat. Est autem Interpretatio, crebra eiusdem rei verbis idem volentibus explicatio. Tametsi autem duo tantummodo exempla ponat, tamen in oratoribus maior huius figurae diversitas observatur. Primum igitur, Omnis interpretatio vel fit nominibus, ut in Philipp. *Quis tam barbarus unquam? tam immanis? tam ferus?* Vel fit verbis, ut: *Abiit, excessit, evasit, erupit*; vel fit verbis et adverbiis simul, ut in primo et secundo exemplo. Deinde, Interpretatio vel fit singulis verbis, ut: *Evasit, erupit, excessit*: vel pluribus, ut in auctoris exemplis. Tertio, Interpretatio, quae fit verbis pluribus, vel πρόσθεσιν habet, ut in secundo exemplo: vel προσθέσει caret, ut in primo: sed hoc genus minus vehemens est, quam illud. Quarto, In omni interpretatione vel simplicia redduntur simplicibus, ut in primo exemplo: vel simplicibus circumducta, ut in secundo, *Manus intulisti.* Est etiam hoc illo vehementius, quia numerosius est, et vim maiorem habet verbi dilatio atque additio. Quinto, Omnis interpretatio fit vel ἰσοδυναμούσαις λέξεσι, idem significantibus, ut in primo et secundo exemplo: vel diversa significantibus, eodem tamen pertinentibus, ut in Philipp. *Vitae suae periculo colligavit, a progressu arcuit, a reditu refrenavit.* Sexto, Omnis interpretatio vel est simplex, ut in superioribus exemplis: vel est coniuncta, ut illud in tertia Philippica: *Qui nisi in hac repub. natus esset, rempub. scelere Antonii nullam haberemus: sic enim perspicio, sic iudico, nisi unus adolescens illius furentis impetus, crudelissimosque conatus cohibuisset, remp. funditus interituram fuisse*: inter primum enim et ultimum alia interpretatio per διακοπὴν interponitur. Septimo, Omnis interpretatio vel est pura, ut in praecedentibus exemplis, vel est mixta; nam et haec figura multis aliis miscetur. Cum interrogatione, pro Ligario: *Quid enim, Tubero, tuus ille in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? quis erat sensus armorum tuorum? quae tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid quaerebas? quid optabas?* Hoc genus Quinctilianus lib. VIII, *Congeriem* vocat, non rerum, sed verborum ac sententiarum. Cum similiter cadentibus, ut illud superius: *Vitae suae periculo colligavit, a pro-*

*gressu arcuit, a reditu refrenavit.* Cum incremento atque interrogatione iterata, ut: *Si quis rex, si qua civitas exterarum gentium, si qua natio fecisset aliquid in civem Romanum, nonne publice vindicaremus? nonne bello persequeremur? possemus hanc iniuriam, ignominiamque nominis Rom. inultam, impunitamque dimittere?* Commiscetur etiam et cum aliis figuris et cum distributione atque expolitione: de quibus infra dicemus.

*Commutatio est*) Hanc figuram Graeci Ἀντιμεταβολὴν, Ἀντανάκλασιν et generali vocabulo Μετάθεσιν appellant. Haec enim sententiam per contrarium invertit, et ita transponit sententias, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur. Transiectionem vocat verborum μετάθεσιν, quae una cum sententiis sunt mutanda. Omnis commutatio vel fit manente eadem qualitate, affirmantibus utrimque, ut:

*Eripis, ut perdas; perdis, ut eripias.*

Haec proprie Μετάθεσις ἀντιστροφὴ dicitur. Vel fit qualitate mutata per negantia, quae proprie Ἀντιμεταβολὴ dicitur. Deinde, omnis commutatio vel est simplex, quae κατάφασιν unius, alterius vero habet ἄρνησιν, ut in primo exemplo: vel est coniuncta, quae utriusque sententiae et κατάφασιν habet, et ἀπόφασιν, sive ἄρνησιν, ut in secundo et tertio exemplo. Tertio, Omnis mutatio vel fit affirmando et negando, ut in tribus primis exemplis; vel fit per aequipollentia, ut sunt *adversa* et *privantia*, ut in quarto et quinto exemplo; item: *Magistratus est lex loquens, lex est mutus magistratus.* Quarto, Omnis commutatio vel est καταφατικὴ, *assertoria*, sive affirmando fiat, sive negando, ut in primis tribus exemplis; vel est ὑποθετικὴ, ut in quarto exemplo. Quinto, Commutatio vel est αἰτιολογικὴ, quae rationem habet annexam, ut in posterioribus exemplis: vel est ἀναιτιολόγητος, *ratione carens*, ut in primo exemplo. Sexto, Commutatio vel fit in una periodo, ut in superioribus exemplis: vel fit in duabus, ut in sequenti exemplo ex Philipp. de honore habito Ser. Sulpicio. Septimo, Commutatio omnis vel est pura, ut in praecedentibus exemplis; vel est cum aliis figuris mista. Cum dubitatione, ut in Philippicis: *Quaeramus igitur, utrum melius fuerit, libertati populi Romani sceleratorum arma, an libertatem nostram armis tuis cedere?* Cum dilemmate, in Philippicis: *Nam, si mors legati sine caede atque ferro nullum honorem desiderat: cur decernit honorem sepulturae, qui maximus haberi potest mortuo? Sin id tribuit Ser. Sulpicio, quod non est datum Cnaeo Octavio:*

*cur, quod illi datum est, huic dandum non censes?* Haec Ἀντιμεταβολὴ in duabus facta est periodis, quae etiam, praeter dilemma, comparationem habet maioris ad minus. Fit haec etiam nominibus ex diverso collocatis, de quo genere supra dixi.

*Non potest* etc. Primum usum ostendit, eam commode, hoc est, concinne fieri: habet enim elegantiam; quare etiam cum similiter desinentibus saepe mista est, ut in illo pro Cluentio: *Vt et sine invidia culpa plectatur, et sine culpa invidia ponatur.* Διδακτικὴ est figura atque ἠθικὴ: docet enim, et hominum mores exprimit. Deinde causam indicat, cur exempla plura subiecerit, quod materia eius difficilis sit inventu.

## CAPVT XXIX

*Permissio est* ) Συγχώρησις et Ἐπιτροπὴ a rhetoribus Graecis dicitur Permissio, quum figurate concedimus sive iudicibus, sive adversariis, ut, quod velint, faciant. Id fit, quum causae nostrae vehementer confidimus. Huius figurae eumdem paene fontem esse inquit Quinctilianus, qui est communicationis: quae duae figurae inter se distinctae sunt, tametsi quidam confundunt. Hanc autem figuram ostendit uno exemplo, sed est in ea varietas. Primum, Permissio vel rei est, quam alii Ἀντεισαγωγὴν, Aristoteles Ἀντικατάλλαξιν appellat, ut:

> *Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.*

Et:

> *O formose puer, nimium ne crede colori:*
> *Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Et in Verrem: *Verum esto, eripe hereditatem propinquis, da palaestritis, praedare in bonis alienis nomine civitatis, everte leges, testamenta, voluntates mortuorum, iura vivorum! num etiam patriis Heraclium bonis exturbare oportuit?* Hoc genus primum παρομολογίαν habet, deinde ἀντεισαγωγήν. Vel est rei et personae simul, ut in hoc auctoris exemplo: quum iudici potestatem facimus de nobis statuendi quidquid velit. Deinde permissio vel est σαφής, ἢ ἀληθής, *vera* atque *aperta*, ut in auctoris exemplo: vel est εἰρωνική, ut in Catilinam: *Quid exspectas?*

*proficiscere: nimium iam diu te imperatorem illa tua Manliana castra desiderant.* item: *I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.* Tertio, Permissio vel est pura, vel cum aliis mista, ut superius ex Virgilio:

*O formose puer, nimium ne crede colori.*

*Hoc genus*) Vsus huius figurae duplex est. Primum, generalis, in omnibus affectibus; deinde, specialis, in ipsa misericordiae tractatione, ad quam commovendam plurimum valet, propter fiduciam, πεποίθησιν oratoriam.

*Dubitatio est*) Dubitatio, Ἀπορία, sive Διαπόρησις a Graecis dicitur. Est autem dubitatio, quum simulamus quaerere nos, unde incipiendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum, ut eandem dubitationem in animis quoque iudicum commoveamus. Haec figura, tametsi in reliquis etiam orationis partibus recte usurpatur, tamen maxime apta est insinuationibus. Omnis autem dubitatio vel est de verbo, de qua hoc in loco agit auctor: quoniam adhuc de verborum exornationibus tractat: vel est de re ipsa, ut: *Itaque, quo me vertam, nescio.* Haec divisio ex III etiam de Oratore intelligitur, ubi duplicem dubitationem facit. Deinde, quae fit de verbo dubitatio, vel fit in delectu propter verborum copiam, ut in primo exemplo: vel in verbi destitutione propter inopiam, ut in secundo. Tertio, quae dubitatio fit in verbi destitutione, vel post enumerationem verbum investigat dignum: *Facinus est, vincire civem Romanum; scelus, verberare; prope parricidium, necare; quid dicam, in crucem tollere?* vel caret enumeratione, ut in secundo exemplo. Quarto, dubitatio, quae in re est, vel est simplex: *Itaque, quo me vertam, nescio*; vel habet ἐπιμονήν, *immorationem*, κατ' ἐξάρνησιν, ut Hermogenes vocat, ἐν τῇ περιβολῇ, ut pro Cluentio: *Equidem, quod ad me attinet, quo me vertam, nescio. Negem rem illam agitatam in concionibus? Evellam ex animis hominum tantam opinionem?* Item illud Terentii: *Vbi quaeram? ubi investigem? quem percuncter? qua insistam via?* Et Cicero: *Quid primum aut accusem, aut querar, iudices?* Sed hoc fit ἄνευ ἐξαρνήσεως. Quinto, dubitatio rei vel est praeteriti temporis, quum nos, ut inquit Quinctilianus, dubitasse fingimus: vel est futuri, ut in superioribus exemplis. Sexto, omnis dubitatio vel est ἀληθής, *vera*, quum propter rei aut indignitatem, aut difficultatem, aut simile aliquid dubitamus, ut illud superius pro Cluentio: vel est πλαστή, *ficta*, quum nos dubitare fingimus, ut

nobiscum etiam iudex dubitet. Septimo, omnis dubitatio vel fit καταφάσει, *asseveratione*, vel ἐρωτήσει, *interrogatione*. Miscetur haec figura etiam cum aliis figuris, cuius variationem adolescentes in auctorum exemplis facile observabunt: accommodatur πρὸς τὴν πίστιν, facile enim dubitanti iudex credit.

*Expeditio est*) Hanc figuram alii *Enumerationem* vocant, Quinctilianus *Remotionem* Ἀφαίρεσιν, quoniam, pluribus enumeratis ac remotis, tandem id quod volumus, necessario concludimus. Est autem expeditio συμπέρασμα δι' ἀπαριθμήσεως, καὶ ἀφαιρέσεως, conclusio rerum plurium enumeratione ac remotione facta. Partes igitur habet ἀπαρίθμησιν, ἀφαίρεσιν, καὶ συμπέρασμα. Ac, tametsi auctor inter σχήματα τῶν λέξεων hanc figuram numeret, tamen revera haec quoque rerum, non verborum est. Quare et Quinctilianus illam in capite de Argumentis tractat, et Trapezuntius inter argumentationis species enumerat. Sunt etiam huius figurae genera duo: nam aut simplex est et pura, quum omnia breviter enumerantur καταφατικῶς, ut in exemplo ab Auctore allato: aut est αὐξητική, quae interrogationibus crebris, obiectionibus atque aliis figuris tractatur copiose, cuius pulcherrimum est exemplum in oratione pro Deiotaro: *Is igitur non modo a te periculo liberatus, sed etiam honore amplissimo ornatus* etc. Altera divisio est, quo expeditio vel est κατηγορητική, ut in primo exemplo: vel est ἀπολογητική, ut hoc Ciceronis est.

## CAPVT XXX

*Dissolutio est*) Dissolutio a Graecis διάλυτον et διάλυσις et ἀσύνδετον dicitur: est enim oratio λελυμμένη, *dissoluta*, vel *disiuncta*: quae fit incisis, aut membris brevioribus. Coniunctiones vocat particulas coniunctionis, quibus oratio ipsa coniungitur: partes separatas appellat, sententias non connexas particulis. Poterat fortasse rectius cum superioribus coniungi. Omnis dissolutio vel fit incisis, vel membris brevioribus. Deinde, incisa vel singulis fiunt verbis, ut: *Veni*, *vidi*, *vici*; et: *Abiit*, *excessit*, *evasit*, *erupit*. Tertio, incisa fiunt vel in iisdem rebus, verbis ἰσοδυναμοῦσι, ut apud Cicer. *Quid vis amplius? quid insequeris?* etc. vel in diversis, ut: *Veni*, *vidi*, *vici;* et, *Vos istaec intro*

*auferte, abite. Sosia, adesdum, paucis te volo.* Vel in utrisque, ut in primo exemplo, in quo res diversae, verba autem ἰσοδυναμοῦντα: Quarto, membra etiam vel in iisdem fiunt rebus, ut pro Sex. Roscio: *Verum, si a Chrysogono, iudices, non impetramus, ut pecunia nostra contentus sit, vitam ne petat: si ille adduci non potest, ut, quum ademerit nobis omnia, quae nostra erant propria, ne lucem quoque hanc, quae communis est, eripere cupiat: si non satis habet avaritiam suam pecunia explere, nisi etiam crudelitate sanguinis perlitus sit: unum perfugium, iudices* etc. quamquam in hoc exemplo membra satis longa sunt. Vel fiunt in diversis, vel in utrisque: exempla passim obvia sunt in oratoribus. Est contraria huic exornationi, quam *Polysyndeton*, hoc est, coniunctionibus abundans, vocant, ut: *Tectumque, Laremque, Auraque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram.*

*Praecisio est*) A Graecis μετάνοια et multis aliis nominibus appellatur, usitatius tamen est ἀποσιώπησις: a Latinis *praecisio* et *reticentia*, *obticentia* et *interruptio* vocatur: quod reticeamus aut praecidamus, aut interrumpamus id, quod, aut pudore, aut ira, aliave causa moti, dicere non possumus. Quidam tamen, sed male, *Praecisionem* vocant ἀποδίωξιν, a qua reticentia differt, ut superius etiam indicavimus, vel quod eius sit species, vel quod in ἀποδιώξει eludimus aliquid propositum ab adversario etc. at in reticentia, prae dolore, ira, indignatione, verecundia, orationem non perficimus. Est enim haec figura cupientibus, dolentibus, indignantibus, verecundis familiaris. Partes habet duas: praecisionem atque ἔλλειψιν verborum ac sententiae, et correctionem: quamobrem etiam μετάνοια a nonnullis dicitur. Vlpianus duo genera facit, ἀποσιώπησιν, καὶ ὑποσιώπησιν, id est, *subticentiam* et *reticentiam*: et hanc quidem rem prorsus obticere inquit, illam obscure aliquid indicare. Omnis reticentia, sive praecisio, vel est ἠθικὴ, quae aut solicitudinem et quasi religionem ostendit, ut pro Milone: *An huius ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatus est, mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule? De nostrum enim omnium, non audeo totum dicere* etc. Et illud Demosthenis pro Ctesiphone in prooemio: Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν, οὐ βούλομαι δὲ δυσχερὲς εἰπεῖν, οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. *Nam ut mihi (sed nihil ominosum orationis initio dicam) sic isti supervacaneum est me accusare.* Aut verecundiam ac pudorem, ut: *Cuius etiam domi quiddam iam tum molitus est: quid dicam,*

*ipse intelligit*, in Philippicis: aut iudicium ac sententiam oratoris, ut in XII Philippica: *Quamquam, sed hoc malo dicere, audirem*: voluit enim dicere, *omnino non audirem*. Vel est παθητικὴ, quae aut iram indicat, ut in Philippicis: *A me Caesar pecuniam?* deest enim *postulat*: aut indignationem ac dolorem, ut:

> *— Mene incepto desistere victam?*
> *Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?*

aut admirationem, ut: *Tantamne patientiam, dii boni, tantam moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem et modestiam?* Vel est τεχνικὴ, quae μεταβάσεως ἕνεκα, *alio transeundi gratia* fit, ut inquit Quinctilianus, ut: *Communis autem, tametsi ignoscite mihi, iudices*. Obscurum est exemplum, neque unde sumtum invenio. Altera divisio: Omnis praecisio vel est perfecta, quando nihil exprimitur, unde intelligi id, quod omissum est, possit:

> *Quos ego: sed motos praestat componere fluctus.*

Vel est imperfecta, quum quaedam ponuntur, quaedam vero omittuntur. In imperfectis autem, aut ex altero, quod omissum est, intelligitur alterum contrarium, ut in primo exemplo: eum esse honoratum a populo, quoniam nunquam ignominia dignus ab eo sit habitus; id quod omittit quidem, sed collatione tamen alterius personae ostendit. Aut omissione rei maioris et positione minoris, maius aliquid intelligitur, ut: *Populus enim Romanus saepe me, nolo aliquid de me dicere, quod sit odiosum, amavit*: intelligit enim; *Honoribus me affecit*: quod maius est, quam amavit. Tertia Reticentia vel habet correctionem, sive ἀποδίωξιν, ut:

> *Quos ego: sed motos praestat componere fluctus.*

Variae autem sunt particulae corrigendi in praecisione, ut: *Sed, sed nolo, nolo plura dicere, non audeo totum dicere: quid dicam, ipse intelligit* etc. quae particulae a studiosis observandae sunt. Vel habet tantum ἔλλειψιν verborum, quum oratio ante sententiae absolutionem praeciditur, ut: *A me Caesar pecuniam?* scilicet *postulat*. Quarta Reticentia vel est pura, vel est mista. Cum exclamatione, ut in illo superiore ex Philippicis: *Tantamne patientiam, dii boni, tantam moderationem* etc. Cum interrogatione, quae iratis aut admirantibus maxime familiaris est, ut in proximo et illo Virgilii:

*— Mene incepto desistere victam?*
*Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?*

Quinta Reticentia vel est simplex, ut in superioribus exemplis, vel est iterata, ut: *Tantamne patientiam, dii boni, tantam moderationem, tantam in iniuria tranquillitatem et modestiam!* Sexta Reticentia vel est ἀιτιολογικὴ, ut in primo et in secundo exemplo: Vtrumque enim αἰτιολογίαν habet ἠθικὴν: vel est ἀναιτιολόγητος, ut: *Quamquam, sed hoc malo dicere, audirem*: et in aliis exemplis, quae ratione adiuncta carent.

*Conclusio est*) Tametsi Conclusio, Επίλογος, potius inter argumentationis partes numeranda sit, tamen, quia verbis fit non multis, et argumentatione brevi, inter verborum eam σχήματα non minus, quam expeditionem, potuit collocare. Sunt enim varia conclusionum genera: sed hoc in loco eam intelligit, quae secundo loco fieri solet, post argumentationem factam, a qua solum differt tempore. Repetuntur enim saepe res ante tractatae post intervallum: ideo fortasse non male συμπέρασμα ἐπιλεγόμενον dicetur: quoniam ex iis, quae ante dicta sunt, aut facta, brevi argumentatione conficit id, quod necessario consequatur. Habet igitur partes duas τῶν λεχθέντων, *eorum quae dicta sunt*, ἀνακαίνωσιν *renovationem*, et συμπέρασμα *conclusionem*. Vno igitur verbo, brevi argumentatione, id est, quum paucis argumenta repetuntur, ipse indicavit causam, quare conclusionem inter verborum σχήματα numeret: quae si verbis fiat pluribus, sententiarum erit exornatio.

## CAPVT XXXI

*Restant etiam decem*) Προκατάστασις πρὸς τοὺς τρόπους διδακτική: supra enim exornationes verborum in duas divisimus partes, quarum prior de iis figuris, quae verborum tractatione fiunt: absoluta est: sequitur altera earum exornationum, quae in significatione consistunt. Hic igitur rationem ostendit, quamobrem has decem sequentes exornationes non immiscuerit, sed a superioribus separaverit: quoniam omnes in uno genere positae sunt: hoc est in tropis, sive modis verborum, ut a Cicerone appellantur. Graeci enim τρόπους vocant, ἀπὸ τοῦ τρέπειν τὰς λέξεις, quod

verba ab usitata propriaque significatione, ad alienam immutant atque transferuot. Quare etiam ab Aristotele atque aliis μεταφοραὶ, καὶ λέξεις τετραμμέναι nuncupaotur. Cicero, Graecam secutus vocem, *verba modificata* vocat. Est autem tropus, ut Quinctilianus definit, *verbi*, *vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio.* Haoc virtutem auctor ad Herennium *venustatem* appellat: quae nisi in formandis tropis nobis sit proposita, nullam hi habebuot gratiam. Oionis autem tropus aut fit in verbis singulis, ut ὀνοματοποιΐα, et aliae; aut in coniunctis, ut περίφρασις, et aliae. Aristoteles, Quinctilianus, et alii troporom appellatione plures exornationes comprehendunt: sed hic Auctor, dum ea, quae sunt in arte praecipua, Herennio voluit indicare, non modo non distinguit omnia subtilius, sed multa etiam confundit. Meliorem ordiuem alii habent, quorum praeceptiones cum his conferri possuot.

*De quibus exornationibus*) Primus modus ab hoc auctore *nominatio*, a Graecis Ὀνοματοποιΐα dicitur, quae fit imitatione, quum non naturam, sed habitum, gestum atque sonum rerum in faciendo, sive modificaodo verbo sequimur, ut: *Sullaturire*, *mugire*, *rudere*, *sibilare* etc. Hauc Quinctiliaous Graecis inter maximas virtutes habitam fuisse, nobis autem vix permitti scribit; tametsi multa suot etiam nostro seculo huiosmodi nata, et a doctis usurpata. Omnis nominatio vel est antiqua atque osurpata, vel est nova. Deinde, omnis nominatio vel fit παραγωγῇ, *deductione* atque declinatione facta ex vocibus in usum receptis, ut: *Sullaturire*, *scripturire*, *laureati postes* etc. vel fit θέσει, *inventione* atque impositione hominum. Tertio, omois nominatio, quae fit θέσει, bipartita est; vel enim fit μιμήσει, *imitatione* habitus, gestus atque soni rei; cuius causa est necessitas, quum res ipsa nomen habet nollum, ut: *Rudere*, *mugire*, *vagire*, *murmurare*: et nostri seculi, *Bombarda*, *Sclopus*, *Campana*. Item:

*Et secum sola sicca spatiatur arena.*

est enim in ipsa παρηχήσει etiam ὀνοματοποιΐα; quum sonum imitamur rerum, ut hic in areoa ambulaotium strepitum poëta literarum sono expressit; vel fit ἐργασίᾳ, *tractatione*, significationis causa, quum rei non est satis idoneum nomen: ut fragor proprie arborum, lignorum ac saxorum est: tractatione autem fit ὀνοματοποιΐα, ut fragor civitatis, pro eversione. Tametsi mihi potius videatur esse metaphora.

*Pronominatio est* ) Latini *pronominationem*, Graeci Ἀντωνομασίαν vocarunt, quod sit ὀνόματος, *nominis* permutatio quaedam. Est autem haec figura maxime personarum, et non proprio, sed extraneo cognomine monstrat id, quod suo nomine appellari non potest, sive orationis numerus, sive ornatus, sive emphasis, sive carminis necessitas aliud postulet. Fit autem sex modis. Primum πατρωνυμικοῖς ἀντὶ τῶν κυρίων, ut: *Aeacides* pro *Achille; Dardanidae* pro *Troianis*, *Isacidae* pro *Iudaeis* ab *Isaco: Priameia virgo* pro *Cassandra*, apud Maronem. Hic etiam illa possunt comprehendi, quae fiunt περιφράσει, ut *Atrei filius* pro *Menelao*: ponitur enim ἀντὶ τοῦ πατρωνυμικοῦ. Deinde ἐπιθέτοις, quae personarum habent notationem, ut:... *Thalamo quae fixa reliquit Impius*; pro *Aenea*, in IV Aeneid. *Senex* pro *Simone*, apud Terentium. Tertio, κτητικοῖς, patriis possessivis, ut: *Tyrinthius* pro *Hercule*, *Cytherea* pro *Venere*, *Cynthius* pro *Apolline*. Quarto, προσηγορικοῖς, substantivis, aut appellativis pro propriis sumtis, quae vel studium, vel artem, vel dignitatem, vel officium κατ' ἐξοχὴν significant: ut *Philosophus* pro *Aristotele*. *Poëta* pro *Virgilio* aut *Homero*. Quinto, κυρίοις ἀντὶ τῶν προσηγορικῶν, quum propria pro appellativis sumuntur: quibus illorum aut affectio, aut proprietas inest; ut, pro *sapiente Socrates*, *Thraso* pro *glorioso*, *Sardanapalus* pro *molli*, *Midas* pro *stulto* et *avaro*, *Timon* pro *osore hominum*, *Thersites* pro *deformi*, *Crassus* pro *divite*, *Verres* pro *fure*. Sexto, ἐθνικοῖς, gentium aut nationum attributis, ut: *Poenus* pro *foedifrago*, *Cretensis* pro *mendaci*, *Sybarita* pro *luxurioso* etc. Sumuntur autem haec omnia vel ab internis bonis, quae sunt animi, ut, *cor civitatis* pro *Scipione*: vel corporis, ut, *Thersites* pro *deformi*: vel externis, ut *Crassus* pro *divite*: quae omnia facile diiudicari poterunt.

## CAPVT XXXII

*Denominatio est* ) **Denominatio a Graecis μετωνυμία, et ὑπαλλαγή, dicitur: a Cicerone *immutatio* vocatur, quum e rebus inter se propinquis et cognatis, quaeque aliquam habent relationem, quas finitimas appellat, vocabula sumimus: ut sunt causae cum effectis. Differt a figura proxima usu et materia: illa enim ra-**

rius, hac vero saepius est utendum; deinde haec est rerum diversarum quidem, sed tamen cognatarum atque etiam personarum: illa autem personarum tantum. A Translatione differt, quod haec in rebus fit remotis, ut *eloquens*, et *arbor*: a qua tamen Demosthenem Athenis, Romae autem Ciceronem floruisse dicimus. Denominatio vero in rebus fit coniunctis ac finitimis. Septem recenset species huius figurae, tametsi plures sunt, ut etiam ipse indicat in fine: quae omnes vel a causis, vel ab effectibus, vel ab eo, quod continet, id, quod continetur, aut contra, ducuntur. Causae vel sunt efficientes, vel organicae, efficientes personarum et rerum. 1. A personis igitur primum sumimus inventorem, aut praesidem, pro re inventa ac subiecta, ut: *Cererem* pro *frugibus*, *Bacchum* pro *vino*, *Martem* pro *bello*. 2. Possessorem pro eo, quod possidetur, ut: *De sene gustarit*, id est, *de pecunia senis* Horatius. *Hunc comedendum et deridendum vobis propino*, id est, *eius bona devoranda*. Ter. in Eun. 3. Auctorem pro opere, ut: *Cicero semper est in manibus habendus*. 4. Ducem pro exercitu, ut: *Hannibalem esse caesum*. 5. A rebus ipsis sumitur causa efficiens pro effectu, id, quod facit, pro eo, quod fit, ut: *Mars istud facere necessario te coëgit*. 6. Quum ipsum ὄργανον, *instrumentum*, pro dómino ponitur; ut, si quis Macedonas appellarit, hoc modo: *Non tam cito Sarissae Graecia potitae sunt;* aut, Gallos significans, idem dicat: *Nec tam facile ex Italia armatura transalpina depulsa est*. Ab effectibus contrario modo sumimus ea, quae pro causis ponuntur. Sunt hi modi illis ἀντίστροφοι, in quibus observanda est loquendi consuetudo atque usus; non enim omnia usitate dicuntur, et abhorret forum a multis, quoniam duriora sunt, quae apud poëtas tamen habent gratiam. Primus igitur modus est, quum inventum pro inventore ponimus, ut: *Vinum* pro *Baccho*; alter, quum id, quod efficitur, pro eo, quod facit, quem quidam μετάληψιν vocant; ut *tristis senectus*, *moestus timor*, *pallentes morbi*, *pallida mors*; non enim id sunt; sed, quod esse dicuntur, id efficiunt. Tertius, quum facinus, sive actus, pro eo, qui designavit, sumitur: *scelus* pro *scelesto*, apud Terent. *Vbi istic scelus est, qui me perdidit?* Item opus pro auctore, virtutes, vitia, artes, pro iis, in quibus sunt, ut: *luxuria* pro *Antonio*, *avaritia* pro *Verre*, *philosophia* pro *Aristotele* etc. Huc etiam pertinent, quae ad personam, et rem possunt referri, ut audacia ad hominem atque facinus. Ab eo vero, quod continet, id quod continetur, ὑπαλλαγή deducitur,

ut: *Armis Italia non potest vinci*, *nec Graecia disciplinis*, pro Graecis, et Italis: *Seculum felix*, *epotos cados*, *spumans patera*, pro iis, quae in his continentur. Sic et *Campus* pro *comitiis*, *Curia* pro *senatu*, κατὰ περίςασιν τοῦ τόπου ἀντὶ τοῦ πράγματος, loci pro re, quae in loco fit, aut habetur. Ab eo autem, quod continetur, ad id, quod continet, durior fit ἀντιςροφή: ut, si quis *aurum*, *argentum*, aut *ebur* nominet, quum *divitias* velit nominare. Item apud poëtas: *Eamus ad nos*, apud Terent. id est, ad nostras aedes. Et: *Iam proximus ardet Vcalegon*. Et:

*Crateras magnos statuunt, et vina coronant.*

Sed haec poëtis licent, oratoribus vero minus. Postremus modus est, quum aut signum pro re signata ponitur, ut:

*Cedant arma togae, concedat laurea linguae.*

pro *pace Toga*, pro *belli gloria*, et *triumpho Laurea*. Item:

*Et iam summa procul villarum culmina fumant:*

pro nocte imminente. Aut habitus pro persona, ut: *Plato e repub. sua eiecit poëticam*; id est, *poëtas*.

*Circuitio est*) Diximus ante, eum in tradendis figuris non observare aut numerum eum, quem debebat, aut ordinem: quod etiam hoc in loco facit. Est enim *circuitio* illis adiungenda tropis, quae in verbis fiunt coniunctis. Alii *circuitum*, alii vero *circumlocutionem* appellant, Graeci περίφρασιν. Omnes res aut simpliciter dicuntur, aut quadam circuitione. Quidquid igitur simpliciter non effertur, id Περίφρασις appellatur: quae nihil est aliud, quam orationis, quae verbo uno, aut paucioribus efferri poterat, dilatatio atque explicatio, ut: *Scipionis providentia Carthaginis opes fregit*, pro ipso Scipione dicitur. Causae huius figurae duae sunt; prima est ipsa necessitas, quum aut turpitudo, et obscoenitas verbis obstat, aut nullum rei exstat nomen; altera ornatus et orationis copia, quem Fabius poëtis frequentissimum, oratoribus non rarum, semper tamen adstrictiorem esse dicit. Quidquid autem significari brevius potest, et cum ornatu latius ostenditur, id περίφρασις dicitur, quae est varia. Omnis enim περίφρασις, primum vel est personarum, ut *Troiani belli scriptor*; vel est rerum, ut *Animal ratione praeditum*. Deinde, omnis περίφρασις vel fit ἐπεκτάσει, *dilatatione*, vel προσλήψει, *assumtione* rerum exterarum. Dilatatur oratio aut ἐτυμολογίᾳ, *explicatione nominis*, ut *Philosophus sapientiae studiosus*;

aut ὅρῳ, *definitione rei*, ut *Rhetorica dicendi doctrina*. Assumtio vel est paucarum rerum, vel plurium; paucarum, quum aut patria, aut secta, aut facinus aliquod pro nomine proprio ponitur: ut *Poëta Mantuanus* pro *Virgilio*, *Peripateticae scholae princeps* pro *Aristotele*, *Eversor Carthaginis et Numantiae* pro *Scipione*. Plurium rerum assumtio, quum notis et signis quibusdam rerum fortuitarum, aut rem, aut personam aliquam describimus, ut: *Bilis effervescit*, *pallet vultus*, *ardent oculi*, *tremor membra occupat*; pro *irato*. In personis ea est varietas, ut vel ponantur personarum nomina cum ipsa re atque accidentibus, ut: *Scipionis providentia Carthaginis opes fregit*, pro *Scipione et Carthagine*: vel personae nomen omittitur. Atque huius figurae usus maxime in ornando consistit: quae quum in vitium incidit, Περισσολογία dicitur, id est *superfluitas* nihil ad rem pertinens.

*Transgressio est*) Transgressio ὑπέρβασις, ἡ ὑπέρβατον est, quando verba ὑπερβαίνονται, id est *transgrediuntur* ordinem grammaticum: quod frequenter ratio comparationis et decor poscit; fit enim saepe aspera, et dura, et dissoluta, et hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur; quare, ut in structuris lapidum impolitiorum, sic etiam in verborum collocatione, ordinis est habenda ratio: cuius mutatio orationem maxime facit numerosam. Duas tantum Auctor trangressionis facit species, *perversionem*, et *transictionem*, ut etiam Quinctilianus; alii plures addunt. Omnis igitur trausgressio fit vel in verbis singulis, vel in coniunctis. Deinde in singulis, aut fit τμήσει, *sectione*, ut: *Quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes*: aut ἀναστροφῇ, ἢ ἀντιστροφῇ *perversione*, idque vel in uno verbo, ut *Mecum*, *Tecum*, *Secum*: vel duobus, ut: *Virtute pro vestra*, *Quibus de rebus*. In verbis pluribus fit aut ὑπερβάτῳ, *transgressione*, quum decoris gratia contrahitur longius verbum: sic enim proprie ὑπερβάτου nomen tenet, ut: *Animadverti, iudices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes*; aut συγχύσει, *transiectione*, sive *confusione*, ut: *Instabilis in istum plurimum fortuna valuit: omnes invidiose eripuit tibi bene vivendi casus facultates*. Huiusmodi multa sunt in poëtis, ut illud in I Aen. *Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet, Saxa vocant Itali, mediis quae in fluctibus aras*: aut fit παρενθέσει, *interpositione*, quum continuationi sermonis melius aliquis sensus intervenit, ut: *Ego quum te, mecum enim saepissime loquitur, patriae reddidissem*; aut ἐπεμβολῇ, *interiectione* alterius sententiae, ut in epist. ad Brutum:

*Peto a te hoc diligentius, quam si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare, quam de sua, ut negotium conficiendum cures* etc.

## CAPVT XXXIII

*Superlatio est* ) Superlatio ὑπερβολή, est oratio superans veritatem, alicuius augendi, minuendive causa. Cicero huiusmodi verba *superlata* vocat; supra fidem enim eam rem, quam magnam, aut parvam videri volumus, vel amplificant, vel extenuant. Eam ob causam Aristoteles hanc figuram μειρακιώδην εἶναι dicit: quoniam adolescentes natura et augere nimium rem ipsam, et minuere solent. Poëtis frequens est, oratoribus autem rara. Primum, omnis ὑπερβολή aut est μειρακιώδης, *iuvenilis*, quae vitanda est, praesertim oratori; aut est ποιητική, *poëtarum*, quibus ita loqui licet, quoniam sunt magniloqui, et a quotidiani sermonis consuetudine remotum orationis genus habent, et ex professo multa fingunt: aut est *oratoria*, quae medium quid inter hanc poëticam, et illam iuvenilem servat. Deinde, omnis ὑπερβολή vel est ἁπλῆ, *nuda* atque solitaria, ut in primo exemplo, vel est συμπεπληγμένη, ἢ σύνθετος, *coniuncta*. Tertio, coniuncta superlatio aut fit μεταφορᾷ, *translatione*, ut: *Iugulare aliquem iudicio;* huiusmodi sunt ea, quae per simplicem adhibentur denominationem, ut, quum rem vehementer suavem *mel*, aut *nectar* appellamus, acerbam *fel*; aut fit εἰκασμῷ, *imagine:* ut, si quis crudelissimum hominem *Atreum* appellet; aut ὑπαλλαγῇ, ut quum *scelus* pro *scelesto*, *senium* pro *admodum sene*, *Thersitem* pro *deformi;* est enim huiusmodi ὑπαλλαγὴ ὑπερβολική. Aut ἀντιπαραβολῇ, *comparatione*, quae vel a *similitudine* ὁμοιότητι qualitatis sumitur, ut: *Corpore niveum candorem, adspectu igneum ardorem assequebatur;* vel a praestantia imparium ac dissimilium rerum, sive maiorum ac minorum, ut: *Arma tua splendidiora sole sunt;* sive plus, quam maiorum ac minorum, ut: *Tantus erat in armis splendor, ut solis fulgor obscurior videretur.* Aut σημείῳ, quum res signis quibusdam extollitur, ut:

*Illa vel intactae segetis per summa volaret*
*Gramina, nec teneras cursu laesisset aristas.*

Aut geminatione, quum alia etiam ὑπερβολὴ additur, ut: *Quae Charybdis tam vorax? Charybdim, dico? quae si fuit, fuit animal vivum. Oceanus mediusfidius vix videtur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam cito absorbere potuisse.* Quarto, omnis ὑπερβολὴ vel est αὐξητικὴ quae *augendi* gratia fit, ut in superioribus exemplis; vel est μειωτικὴ, *minuendi* causa facta, ut: *Vix ossibus haerent, Caecior talpa, Levior foliis.* Fit haec iisdem rationibus, quibus αὐξητικὴ.

*Intellectio est*) Intellectio dicitur a Latinis atque *Comprehensio*, quum aliud ex alio quocumque modo intelligitur, Graeci Συνεκδοχὴν appellant, ἀπὸ τοῦ ἐνδέχεσθαι, quod est *animo atque cogitatione aliquid comprehendere.* Id fit modis duobus; aut quum plus dicitur, quam intelligitur, aut contra, minus profertur, quam res et sententia requirit. Quatuor autem huius figurae species facit noster auctor, tametsi plures sunt. Primum enim in Synecdoche aut plus dicitur et minus intelligitur, aut contra. Plus dicitur et minus intelligitur variis modis; quum aut res tota parva, hoc est ipsum totum pro parte sumitur; ut, si quis ei, qui vestitum, aut ornatum sumtuosum ostentet, dicat: *Ostentas mihi divitias, et locupletes copias iactas*: aut pluralis pro singulari, ut: *Atrox calamitas pectora moerore pulsabat, itaque anhelans ex imis pulmonibus prae cura spiritus ducebatur;* hic unum pectus, unusque intelligitur pulmo. Et in his observandum est, ut vel sint ἐπιστημονικὰ, quum aut natura rerum consideratur, ut in pulmonibus, qui duo esse videntur in homine; aut imitatio, ut quum *Pectora* dicimus pro *pectus*, quoniam φρένες Homerus dixit; vel sint ἠθικὰ, quum amicorum *studium, laborem, curam, studia, labores, curas* humanitatis gratia appellamus. Recipit etiam quotidiani sermonis usus, ut numerus pluralis pro singulari usurpetur κατ' ἐναλλαγὴν, ἡ ἑτέρωσιν gravitatis gratia quum de se quis loquitur, ut: *Populo imposuimus*, et *oratores visi sumus*, Cic. ad Brutum, et saepe alias. Aut consequens pro antecedente, ut: *Trepidare* pro *timere.* Minus etiam dicitur et plus intelligitur, aut ex parte totum, ut: *Non illae te nuptiales tibiae eius matrimonii commonebant?* nam hic omnis sanctimonia nuptiarum uno signo tibiarum intelligitur, quod inter reliqua, quae multa sunt in nuptiis, minimum est. Vult autem rem totam parvam esse, quoniam magna, quibus in amplificando utimur, minus figurata sunt. Aut ex forma genus, ut: *Iracundior Hadria*, pro quovis mari, Item:

*Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.*

Aut ex materia res confecta, ut: *Clam ferro incautum superat*, pro *gladio*. Aut ex antecedentibus consequentia: *Subdidit equo calcaria*, pro *cucurrit*. Aut ex singulari pluralis, ut: *Romanus proelio victor*. Id suavitatis gratia fieri dicit. Aut ex sensu ipso aliud, quam dictum est, ut: *Vixerunt*, pro *mortui sunt*, et *Concutere muros*, pro *oppugnare*. Deinde omnis Synecdoche aut est aperta, ut superiores sunt: aut est εἰρωνικὴ, in quibus plus ornatus ac festivitatis inest, ut, si quis plane sordidus prodeat in forum, aut senatum, quum tamen domi habeat magnas opes, ad eum aliquis dicat: *Iam incipis divitias tuas populo ostendere*. Haec figura maxime orationem variat: sed liberius tamen hac poëtae, quam oratores utuntur, qui, quid usus loquendi recipiat, observabunt.

*Abusio est*) Abusio Κατάχρησις est, quando verbi proprietate abutimur; est enim necessitatis causa inventa, ut non habentibus nomen suum, quod in proximo est, accommodet. Differt a translatione, quod Abusio est, ubi nomen defuit; Translatio, ubi fuit, ac semper sunt translatis duriores abusiones, quae tamen a consuetudine leniores fiunt; ut *homo durus*, pro *moroso*. Omnis autem abusio rhetorica aut rerum est, aut verborum; rerum est, quando una pro altera ponitur, aut κατὰ παραδιαστολὴν *per distinctionem diversam*, quum pro virtutibus vicina sumuntur vitia, aut contra: ut *Virtus* pro *temeritate*, *Liberalitas* pro *luxuria*, *Severitas* pro *crudelitate*, *Parcimonia* pro *avaritia*, *Sapiens* pro *astuto* etc. Solent enim ita iudicare homines, non ut res est, sed ut illis videtur. Aut κατ' εἰρωνείαν, contrariorum assumtione: ut, si quis *prodigum* atque *luxuriosum*, *parcum*, et *diligentem* nominet. Verborum abusio aut est necessaria, in iis scilicet, quae proprium non habent, ut:

...... *Equum divina Palladis arte aedificant.*

Item:

*Vir gregis ipse caper deerraverat.*

Huiusmodi sunt etiam illa: *Vires hominis breves*, *parva statura*, *longum consilium*, *grandis oratio*, *ingens gratia*, *paucus sermo*.

## CAPVT XXXIV

*Translatio est*) Inter omnes tropos nullus est, qui sit frequentior ac venustior in omnibus linguis, Translatione, quam Graeci μεταφορὰν vocant. Orationem enim tamquam stella illustrat, et *ita nobis est concessa a natura*, ut Fabius inquit, *ut etiam indocti illa utantur.* Est autem metaphora, verbi proprii in locum alienum cum quadam similitudine migratio. Haec similitudo ac proportio in propriis spectatur, quam Aristoteles ἀναλογίαν appellat. Metaphora aut vacantem occupabit locum, aut, si in alienum venit, plus valere debet eo, quod expellit. Huius pulcritudo partim sono aestimatur, partim significatione, partim vero sensu, maxime oculorum, qui omnium est acerrimus. Differt ab Imagine, sive similitudine: utroque enim Fabius utitur: quod Metaphora brevior est, quam Similitudo; deinde, quod haec comparatur rei, quam volumus exprimere. Sic *gemmare vites*, *sitire agros*, *luxuriem esse in herbis*, *laetas segetes* dicimus. Modi autem transferendi latissima patet ratio, quem necessitas genuit inopia coacta et angustiis, post autem delectatio, iucunditasque celebravit. Est enim verbi translatio, *instituta*, ut Cicero ait, *inopiae causa*, *frequentata delectationis*. Sic translationes, quae non inopiam indicant, sed orationi splendoris aliquid accersunt, *paullo audaciores* vocat. Primum autem omnis translatio vel est propinqua, quae a simili propiore sumitur, deflexione ad rem proximam, ut: *sentire* pro *intelligere*; et *horrere animum*, quod est corporis; et *canere*, pro *describere*. Vel est remota, quae sumitur aut ab animali bruto, ad animal ratione praeditum, ut: *Cato Scipionem allatrare solebat*, pro *conviciari;* et apud Terent. *Quid ille gannit?* id quod vulpium proprium est; et contra ab homine ad brutum; ut *Cygnus* pro *poëta*, apud Horatium, et apud Virg. in Georg. de apibus:

*Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis*
*Mores, et studia, et populos, et proelia dicam.*

Aut ab animali ad animal, ut *apes pascere* apud Maronem, quum sit pecorum. Aut ab animali ad inanimum, ut:

*At procul excelso miratus vertice montis.*

hominis verticem ad montem traduxit. Huius generis sunt illae κατὰ προσωποποιΐαν factae, quum rebus inanimis agendi vim quamdam attribuimus, ut: *Quid enim tuus ille, Tubero, districtus in acie Pharsalica gladius agebat?* Item apud poëtas:

*Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos.*
*Omnia nunc rident, nunc est laetissimus annus.*

et contra ab inanimali ad animal;

. . . . . *Si tantum pectore robur*
*Concipis.*
*Ambo florentes aetatibus.*

Hic *florem*, qui est arboris, illic *robur* a ligno, cuius est proprium, ad hominem transtulit. Aut ab inanimato ad inanimum, ut si quis silvam *scatere* dicat, quod est fontium:

. . . *Classique immittit habenas*, hoc est, *anchoras.*

Ita *suppullulascere odium*, quod est fruticum. Deinde, omnes translationes vel sunt ἀκόλουθοι, ἢ ἀντίστροφοι, *communes*, sive *consequentes*, quae adiuvantur utrimque: ut, quum pro *gubernatore aurigam*, et pro *auriga gubernatorem* dicimus; vel sunt ἀνακόλουθοι, quae sunt unius tantum partis, neque in alteram retrorsum commeant: ut *horrere*, quod est corporis, recte ad animum transfertur, sed non contra *timere* ad corpus. Atque haec rerum ἀναλογία *proportio* atque comparatio diligenter observanda est. Tertio, omnis translatio vel est in singulis similibus, vel in continuatis. Singula fiunt aut in simplici, sine nomine, ut *pecus* pro *homine ventri dedito; Epicuri de grege porcus*, apud Horatium; sive verbo, ut:

. . . . *Cito pede labitur aetas.*
. . . . *Tacitisque senescimus annis.*

aut κατ' ἐπίθετον, ut *saxeus homo, aetas florida.* Translatio continuata ac perpetua est, quoties translationes plures continuae fiunt, quae ἀλληγορία dicitur, de qua infra. Quarto, omnis metaphora vel est ὀνομασμένη, quae proprium habet nomen: vel est ἀνώνυμος, ut *stirpes florere* dicuntur: at literae, cum quo comparentur, non videntur habere. *Florent* igitur arbores, *coluntur* literae: quae tum etiam *florere* dicuntur, quum quasi coli et celebrari feruntur. Causae porro translationum duae sunt; una necessitas, quum, deficiente verbo, quo res significetur, adsciscimus quam maxime aptum, aut vicinum, sive rei, sive nobis; altera commoditas, quae necessitatis quoddam genus est.

Ea duplex est; nam aut vitamus damnum, quod fit, quando effugitur turpitudo, ut quum *pudenda* dicimus pro *testiculis:* et mulierem *delectari quotidianis nuptiis;* haec translatio αἰδεία est, et plane ἠθική, cuius etiam poëtae sunt amantes; ut in Georg.

*Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus*
*Sit genitali arvo, et sulcos oblimet inertes;*
*Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.*

Est enim hic poëta verecundiae et pudoris ubique studiosissimus: ut clarissime etiam ex IV Aeneid. in mentione congressus Aeneae cum Didone apparet. Quare miror, qua temeritate illi Priapeia inscribantur, quum Romae appellatus sit Parthenias. Aut facimus lucrum sive significantiae, sive decoris. Significantia translationis est, quum plus virium est in significatu, quod tribus modis fit: vel quum translatio est σύντομος, ut *Exstinxit civitatem, telum manu fugit:* vel αὐξητική, ut, *Nullus moeror, et calamitas istius explere inimicitias, et nefariam saturare crudelitatem potuit*; vel ἐνδιάσκευος, quae rem ob oculos ponit, ut: *Tumultu expergefacere Italiam, incendi ira, inflammari cupiditate, labi errore* etc. Differunt ἐνδιάσκευος et αὐξητική, quod illa rem, ut est, ostendit ac demonstrat; haec maiorem facit. Decor est, quando plus gratiae inest, quum vel sic dicitur, ut rem, dicentem, audientem decet; vel quum gratiam conciliat orationi et lumen: quod ex eo, quod dedecet, intelligitur, quae magis notabilia sunt, quam pulcra. Vt enim in veste, quae primum, necessitatis causa, contra frigus est inventa, deinde quaesitus est ornatus: sic etiam in verbis translatis factum est, quorum usus si est modicus atque opportunus, omnia illustrat atque clariora reddit; si frequens, obscurat, et taedio complet; si continuus, in aenigma atque allegoriam, quae perpetua est metaphora, transit. Sunt autem translationibus etiam sua vitia. Nam aut significantia diluitur, quum vel procul petitur metaphora, ut *syrtis patrimonii*, quod *scopulum* Cicero dicere mavult: vel ab ignotis rebus petitur, ut *charybdis bonorum:* notior autem esset *vorago.* Facilius enim ad nota atque visa, quam ad ignota et audita mentis oculi feruntur. Vel quum sunt captatae, ut, *Voluptas hic praetorem agit, a quo non licet provocare:* apparet enim affectatio. Decor etiam perit, quum vel inde transferimus, quod minime decet, aut dicentem, ut si senator a lusione, vel scurrilitate ganearum sumat metaphoras: aut audientem, ut si apud rusticos e media philosophia simili-

tudines ducamus, apud homines mediterraneos e navigiis et navigatione: aut rem, ut si in sacra concione de lupanari, de obscoenitate, de rebus ludicris sumatur metaphora. Vel quando oratio non redditur venustior: ut quum translationes sunt aut maiores, quam pro re, ut *tempestas comessationis*: aut minores ut si *poëma musarum clamorem* voces; est enim humile; aut, quum sunt durae, asperae, invite pertractae, ut si quis *filium patris vocem* nominet: aut novae, quae periculosae sunt, et duriusculae, priusquam usu molliantur, ut, *In illis placitis suis confirmandis ingrediebatur per funem;* quae tametsi apta est, tamen, quia est nova, non habet decorem. Quamobrem verbis quibusdam durae atque novae praemolliendae sunt: qualia sunt *velut, ceu, quasi, ut ita dicam, ut nunc loquuntur*, et similia.

*Permutatio est* ) Hoc genus, inquit in Oratore Cicero, Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine quidem recte; genere melius ille, qui ista omnia translationes vocat. Intelligit Aristotelem Cicero, qui hanc figuram translationis speciem facit lib. III Rhetor. eiusque sententiam probat. Est enim Ἀλληγορία, ut idem inquit Cicero, quoties plures continuae translationes fluxerunt, ut alia plane oratio fiat. Dicta est, ὡς ἄλλο ἀγορεύουσα: aliud enim dicit, aliud sentit. Fabius *inversionem* vertit. Species allegoriae a Rhetoribus enumerantur octo: Αἴνιγμα, Παροιμία, Εἰρωνεία, Σαρκασμός, Ἀστεϊσμός, Μυκτηρισμός, Ἀντίφρασις, καὶ Χαριεντισμός. Quibus a nonnullis additur Ὑπερβολή, de qua supra. 1. Igitur omnis allegoria vel est vulgaris atque usitata in sermone quotidiano, in qua iam amisimus modum, et gratiam rei nimia captatione consumpsimus; ut *Iugulum petere, pedem referre, sanguinem mittere*, et similia; talia sunt etiam proverbia vulgata: *Similes habent labra lactucas; Lusciniae nunquam deest cantus* etc. Vel est oratoria. 2. Omnis allegoria vel est pura et perfecta, quum omnia sunt allegorica: vel est mista. Pura est apud Ciceronem pro Milone: *Hoc miror enim, querorque, quemquam hominem ita pessumdare verbis velle, ut etiam navem perforet, in qua ipse naviget.* Item apud Horatium in Ode 14. Lib. I Mista est, quae vel aperta habet, ut: *Equidem caeteras tempestates et procellas, in illis dumtaxat fluctibus concionum, semper Miloni putavi esse subeundas. Fluctibus concionum*, quae verba sunt aperta, allegoriam miscuit. In hoc genere et species, ut inquit Fabius, ex accersitis verbis venit, et intellectus ex propriis. Vel similitudinem et translationem habet permistam, ut pro Murena: *Quod fretum, quem Euripum, tot metus, tantas, tam varias habere*

*creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes et quantos aestus habet ratio comitiorum? Dies intermissus unus, aut nox interposita, saepe et perturbat omnia, et totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris.* Hoc in genere duo observanda sunt: primum, quod, ut, quo in genere coeperis translationem, hoc desinas; deinde, ne allegoria sit obscurior, quae *aenigma* dicitur. Est enim, praesertim apud Oratores, vitiosum, quibus propositum est dilucide dicere. Quamobrem illi nonnunquam ad vitandam obscuritatem similitudinem explicant imagine, ut in Quinctiana: *Quo fit, ut ego, qui tela depellere, et vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar, quum etiam telum adversarius nullum iecerit. Et si qua in re falsum crimen quasi venenatum aliquod telum iecerit, medicinae faciendae locus non erit.* 3. Omnis allegoria vel habet translationem, ut superiores; vel fit sine translatione, ut in Bucolicis:

*Certe equidem audieram, qua se subducere colles*
*Incipiunt, mollique iugum demittere clivo,*
*Vsque ad aquam, et veteris iam fracta cacumina fagi,*
*Omnia carminibus vestrum servasse Menalcam.*

Hoc enim in loco, praeter nomen, caetera omnia propriis sunt decisa verbis: verum non pastor Menalcas, sed Virgilius est intelligendus. 4. Omnis translatio, aut aliud ostendit, aut contrarium: quae aliud ostendit, tractatur vel similitudine, vel argumento: similitudine, quum translationes una, aut plures frequenter ponuntur a simplici ratione ductae, ut: *Nam, quum canes fungantur officio luporum, cuinam praesidio pecuaria credemus?* per *canes* magistratus, per *lupos* tyrannos, per *pecuaria* plebem intelligit. Argumento κατὰ περίςασιν, καὶ παράδειγμα, quum aliqua similitudo augendi, aut minuendi causa ducitur, aut a persona, aut loco, aut a re gesta; a persona, si *Scipionem, C. Caesarem*, aut alium *astutum, Vlyssem* nominemus; *seditiosum Gracchum.* A persona, loco, et re gesta, ut: *Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum facit: Multos caesos non ad Thrasymenum lacum, sed Servilium vidimus. Quis ibi non est vulneratus ferro Phrygio? Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos: quos iam aetas a proeliis avocabat. Postremo, Priamum ipsum senem, Antistium, quem non modo aetas, sed etiam leges pugnare prohibebant.* Pro Roscio Am. coniunguntur in hoc exemplo persona, res, locus: *orator*, *pugna*, *Cannae.* Per *pugnam* vero

*Cannensem* , *bellum civile* intelligit, alludens ad clades populi Rom. secundo bello Punico acceptas. Deinde ex poëta quodam aliam admiscet allegoriam de Bello Troiano sumtam, quia Priami oratoris mentionem facit, ut in metaphora maneret; quod supra ex Quinctiliano observandum esse dixi. Horum autem oratorum de Claris oratoribus mentionem facit. Contrarium, ἐναντίον, ἡ εἰρωνεία est inversum παράδειγμα, quando intelligitur contrarium: ut, si quis Verrem *iustum* atque *liberalem*, aut *prodigum* et *luxuriosum parcum* atque *diligentem* appellet. Haec fit duobus modis, aut similitudine, ut: *Quid ait hic rex*, *atque Agamemnon noster* , *sive*, *ut crudelitas est*, *potius Atreus*; aut exemplo, si invertas, ut: *Infacundum Demosthenem* , *impudicam Penelopem* , *adulterum et intemperantem Hippolytum*, *impium Aeneam*. Quidam ἀντίφρασιν, et alias figuras ἀλληγορίας species esse dicunt: sed illi falluntur similitudine. Frequens usus est non modo apud poëtas, verum etiam apud oratores earum permutationum, quae cum apertis sunt permista, in quibus verba accersita speciem, propria intellectum indicant. Rarior est perfectae atque purae allegoriae usus.

## CAPVT XXXV

*Distributio est* ) Hactenus de tropis dictum est: nunc πρὸς τὴν διανοίας σχήματα, id est *mentis*, vel *sensus* vel *sententiarum figuras* accedit. Harum primam facit distributionem, quae a Rhetoribus μερισμός, διαλλαγή, διαίρεσις, et ἀπαρίθμησις appellatur: a philosophis ἀνάλυσις dicitur. Ea est, quum in plures res, aut personas negotia quaedam dispertiuntur. Materia igitur huius figurae sunt, res et personae: quia orator causas tractat finitas; quamobrem etiam eventorum conglobatio huc pertinet: quum rerum enumeremus exitus, et, quid futurum sit, ostendimus. Nascitur haec figura ex divisione dialectica, cuius hic demonstratur usus. Quae enim dialectica nude ac concise agit, ea Rhetorica verborum ac sententiarum copia et splendore illustrat: neque rebus, sed elocutione tantum differunt. Quamobrem Aristoteles ῥητορικὴν τῇ διαλεκτικῇ ἀντίστροφον εἶναι dixit. Omnis autem distributio, 1. vel fit διαιρέσει, vel μερισμῷ, vel ἀπαριθμήσει. Διαίρεσις est divisio generis in suas species, ut: *Si spongia neque herba est*, *neque frutex*, *neque arbor*, *haberi planta nullo modo potest*. Μερισμός

est, totius in partes distributio, ut illud Cic. pro Murena: *Hic vero, iudices, et fuit in Asia, et viro fortissimo parenti suo magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit.* Ἀπαρίθμησις est, enumeratio atque comprehensio totius divisionis, quum finitum in infinita explicatur, aut subiectum in sua accidentia, ut in secundo exemplo. Haec totius est divisionis, quum omnia comprehenduntur: μερισμὸς est copiosa quidem, sed non tamen plena partitio. 2. Omnis distributio vel est αἰτιολογική, quum singula annexas habent rationes, ut in primo exemplo; vel est ἀναιτιολόγητος, quae rationibus caret: ut in secundo exemplo, quod habet officiorum διάκρισιν. 3. Omnis distributio vel est pura atque simplex, ut in superioribus exemplis: vel est mista atque vehemens interrogatione iterata atque ironia: huius numerosum est exemplum in Orat. pro domo, quod legem per vim tulerit Clodius: *Quid, si per vim tulisti? tamen ne lex erit?* etc. 4. Omnis distributio vel est perfecta, quae constat propositione totius rei, enumeratione partium, et conclusione propositionis, quum repetitur summa rei, sive totum, paucis verbis, ut in proximo Ciceronis exemplo: vel est imperfecta, quum aut propositio deest, ut in secundo auctoris exemplo, et illo de spongia; aut conclusio deest, aut utrumque, ut in primo exemplo. 5. Omnis distributio vel est κατασκευαστική, quum enumeratione partium aliquid tribuimus alicui, vel est ἀνασκευαστική, quum aliquid ab aliquo partium distributione auferimus. In affirmando ergo, atque confirmando, et in negando atque reprehendendo, hac figura utimur.

## CAPVT XXXVI

*Licentia est*) Licentia a Graecis Παῤῥησία dicitur, quasi πάντων ῥησία, hoc est, *explicatio rerum omnium libera.* Tametsi autem etymologia eius late pateat, tamen potestatem atque usum habet adstrictiorem. Est enim licentia, quum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen aliquid pro iure nostro dicimus, quod eos minime offendat, aut quos hi diligunt, quum in aliquo errato vere deprehendi posse videantur. Sunt in hac figura et personae, et res spectandae, tanquam materia. Personae vel auctoritatem habent, vel potentiam, vel utrum-

que. Ratio igitur est habenda non solum eorum, quos aut vereri propter virtutem, aut metuere propter potentiam debemus: sed etiam eorum, quos hi diligunt, ne rebus illos asperis et ingratis offendamus; id quod praeceptis benevolentiae maxime est adversum. Quomodo huiusmodi personae sint tractandae, ex Rosciana apparet, in qua ita contra Chrysogonum potentissimum hominem, et Sullae dictatori, cuius libertus erat, gratissimum, defendit Sex. Roscium Cicero, ut neuter offensus esse posset. Est deinde etiam finis observandus, quem postea in tres partes dividit.

## CAPVT XXXVII

*Eiusmodi licentia*) Exemplis subiungit κατάληψιν, qua ratione mitiganda sit acrimonia; fit enim acrimonia vel cum mitigatione, vel absque mitigatione. Ostendit autem, multis mitigationibus, posse leniri acrimoniam: et unum solummodo ponit, laudem eorum, qui reprehenduntur. Omnis igitur παῤῥησία vel est ἀληθής, *vera* atque libera, vel est χαριζομένη. Vera est, quae fit cum acrimonia, σφοδρότητι, quae (ut Hermogenes inquit) ἐννοίας ἔχει ἐπιτιμητικὰς, καὶ ἐλεγκτικὰς προσώπων κατ' ἐλαττόνων, inferiorum personarum. Haec acrimonia vel mitigatione caret, ut in primo et secundo exemplo, vel habet mitigationem, quae a Graecis oratoribus varie appellatur; nam et παραμυθίαν et προθεραπείαν et ἐπιδιόρθωσιν appellant, quum nimia verborum lenitur ac mitigatur asperitas atque acrimonia: ut in tertio exemplo. Omnis autem mitigatio vel fit ἐπαίνῳ, *laude* eorum, quos reprehendimus, ut in tertio exemplo, vel ὀδυρμῷ, *querela*, ut ex Philipp. I: *Qua quidem ex re magnum accipio dolorem* etc. vel fit κατηγορίᾳ κοινῇ, ut in eodem exemplo, quum inquit: *Idcircone nos populus Rom. consulares fecit* etc. non dicit *Vos*, sed *Nos*: ut quasi seipsum etiam castigans, hoc peccatum cum iudicibus sibi faciat commune: quod apud oratores frequens est. Vel fit ἀντικαταλλάξει, ut in proximo exemplo: *Grave dictu est, sed dicendum tamen*; vel fit ἀφαιρέσει τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ ἀφηγήσει, hoc est, *remotione*, *expositione* atque *excusatione* criminis. Potest etiam παῤῥησία vel unam, vel plures habere mitigationes, ut exempla ostendunt; παῤῥησία χαριζομένη tota est κολακευτική, *adu-*

*landi* instituta gratia, quum peccatum nullum est. Haec fit aut obsequio, quum ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipsi se cupiunt obiurgari. Aut fit mera adulatione, quum dicimus nos timere, quomodo id, quod scimus, facile omnes audituros, accipiant; utriusque exempla posuit; et hoc genus mitigationis non indigere ostendit, quoniam vera licentia non est, sed auditorum gratia simulata.

## CAPVT XXXVIII

*Deminutio est* ) Deminutio variis nominibus a Graecis Rhetoribus appellatur; alii enim μείωσιν, alii ταπείνωσιν, λιτότην, λεπτότην, ἐλάττωσιν, καὶ ἐξουθενισμὸν vocant. Hanc Quinctilianus inter obscurae atque inornatae orationis vitia recenset; σχῆμα tamen esse fatetur, quum a prudentibus usurpatur. Ηθικὴ est figura, quae deminuit atque attenuat oratione id, quod aut in nobis, aut in iis, quos defendimus, vel natura, vel fortuna, vel industria dicemus esse egregium, ut vitetur arrogantia atque odium; neque enim ferre homines possunt, si quid superbius aliquis de se iactet. Omnis autem deminutio vel fit in verbis, quae a Graecis ὑποκορισμὸς et ταπείνωσις proprie dicitur, ut *homuncio*: de hoc genere a Grammaticis praecipitur. Vel est in ipsa sententia, quum minus quidem dicimus, plus tamen intelligimus, ut utroque exemplo. Deinde, deminutio vel est *vera*, ἀληθὴς, et aperta, vel εἰρωνικὴ: haec in laude adhibetur, et ad festivitatem pertinet; ut de natura deorum Vitellius: *Epicurus*, *homo minime stultus*, id est, *sapientissimus:* quod non ausus fuit dicere, propter risum. Vera et aperta est in primo et secundo exemplo. Tertio, omnis deminutio vel fit particulis negativis, ut: *Munera non sperno* etc. huiusmodi multa sunt in poëtis; vel malorum habituum verbis, ut: *Inimicus tuus minime sum*, *Epicurus minime malus*; vel fit per verba rebus minime apta, ut: *epistolis bellum gerere*: *calamo et atramento militare*: *dolor domesticus* pro *morte Caesaris*.

## CAPVT XXXIX

*Descriptio nominatur* ) Descriptionem alii διορισμὸν, alii ὑπογραφὴν, alii διατύπωσιν, Hermogenes συναθροισμὸν τῶν ἐκβάντων, Cicero *consequentium conglobationem* vocat; quidam eandem esse putant, quam infra *demonstrationem* appellat, sed differunt. Haec enim rerum consequentium tantum perspicuam et dilucidam cum gravitate expositionem continet: illa antecedentia, consequentia, mediaque comprehendit. Hanc vero consequentium expositionem vult cum gravitate fieri, propter materiam. Est enim figura παθητική: et in rebus adversis atque fugiendis illa utimur: quas res quum sit necesse intelligere, si movere auditorum animos velimus, genus dicendi perspicuum et apertum habere illa debet, ut sit ἐνδιάσκευος, et res quasi videatur. Atque hac in re quandam cum demonstratione habet affinitatem. Omnis autem descriptio vel est simplex et pura, ut postremum exemplum: vel est mista pluribus figuris, ut primum et secundum. Deinde, vel misericordiam propositam habet descriptio, ut secundum et tertium exemplum: vel saevitiam, ut primum. Tertio, descriptio vel solam misericordiam movere studet, ut in tertio exemplo: vel alteri parti misericordiam, alteri vero saevitiam excitare, atque indignationem eorum, qui audiunt, ut in secundo exemplo.

## CAPVT XL

*Divisio est* ) Divisio a Graecis inter figuras non numeratur, quamobrem ab illis non est nominata. Vocarunt eam quidam διάλυσιν, alii διαίρεσιν, quamvis voce generali quidam *Complexionem*: qui mihi videntur ideo errare, quod haec non est complexio, sed nonnunquam complexione tractatur, ut fit in primo exemplo. Est autem divisio, quae res inter se diversas separat, et utramque absolvit ratione subiecta: non fit enim enumerandi, sed potius distinguendi causa. Partes igitur habet πρότασιν, ἀπευθύνσιν duarum, aut plurium rerum et absolutio-

nem, sive conclusionem, quae fit ratione subiecta. Omnis autem divisio vel est εὑρετική, quae ad rem constituendam pertinet, de qua in orationis partibus praecipitur, vel est φραστική, hoc est elocutionis. Haec rursus vel est ἀποδεικτική, quae ad confirmandum aliquid, sive refutandum adhibetur propter διλήμμα, ut primum et secundum exemplum: vel est ἀποφαντική, quae simplicem habet enumerationem absque argumentatione, et a generali sententia incohatur. Tale est tertium exemplum, et in principio de Nat. Deor. amicos docendos, inimicos refutandos esse. Est igitur figura διδακτική, quae orationem ornat non modo distinctione rerum, quae acumen babet, sed rationibus etiam subiectis.

*Frequentatio est* ) Frequentatio est conglobatio rerum, quae a Graecis σωρεύσις, ἐπιτροχασμός, συναθροισμός, καὶ ἀνακεφαλαίωσις dicitur. Magnam habent inter se affinitatem, frequentatio, descriptio, atque distributio: sed in hoc differunt, quod distributio est earum rerum, quae ad unum caput pertinent, sive illud totum sit, sive genus, sive subiectum. Descriptio τῶν ἐκβάντων, quae sunt rerum diversarum, est expositio: frequentatio autem est rerum ante tractatarum ἀνακεφαλαίωσις. Est enim duplex ἀνακεφαλαίωσις: una εὑρετική, quae est perorationis; altera φραστική, elocutionis, de qua hoc in loco. In definitione fines ostendit tres, τὴν πίστιν, τὸ πάθος, καὶ τὴν κατηγορίαν, his verbis: *Quo gravior, aut acrior, aut criminosior* etc. *Res diversas* vocat, argumenta et rationes seorsum antea tractatas.

## CAPVT XLI

*Eiusdem generis est illa* ) Exemplum quod hic affertur est στοχαστικόν, ad rem probandam pertinens: quod fit conglobatione suspicionum unum in locum, et vim magnam habet. Nam, *quae non prosunt* ( ut Poëta inquit ) *singula iuncta iuvant.* Habet igitur frequentatio, τὰ ἀπ' ἀρχῆς, ut Hermogenes appellat, ἄχρι τέλους, id est, σύλληψιν τῶν σημείων, *comprehensionem signorum* omnium, principii, medii atque finis. *Suspiciones* appellat τὰ εἰκότα, rem perspicuam τεκμηριώδη, ut ex oratione verisimili necessaria fiat.

## CAPVT XLII

*Expolitio est*) Expolitio Ἐπεξεργασία frequens est omnino oratoribus bonis: saepius tamen illa Cicero, quam Demosthenes utitur. Aristoteles προσοικοδόμησιν appellat: alii κόσμησιν κατ' ἐξοχὴν, propter effectum excellentem, quoniam ornatum habet verum, non effeminatum, qui est inutilis. Est enim varia sententiae propositae repetitio, sive exornatio, et quasi novum quoddam aedificium. Ac fere aut maiorem, aut minorem syllogismi principalis propositionem habet. Differt a frequentatione, quod haec condensat signa atque argumenta leviora disperse tractata. Expolitio autem graviora a levioribus separat, et maxima causae firmamenta urget, quibus comparatur victoria. Hac oratores maxime inter sese differunt, propter ornatum insignem. Omnis autem expolitio fit in eadem re, idque duobus modis: si aut eandem plane rem dicimus, τὰ αὐτά: aut de eadem re saepius περὶ αὐτοῦ. Vtrumque fit in rebus gravibus atque necessariis. Eandem rem dicimus ἀλλοιώσει, *commutatione*: est enim vitanda ταυτολογία. Commutamus tripliciter, primum, τοῖς λέξεσι, *verbis*; deinde ὑποκρίσει, *pronunciatione*; tertio, ἐργασίᾳ, *tractatione*. Ἀλλοίωσις τῶν λέξεων est, quando in eadem re immoramur ἰσοδυναμίᾳ, quae fit vel in singulis verbis: *Abiit*, *evasit*, *erupit*, *excessit*: vel in coniunctis, idque sententiis aliquando binis, frequenter ternis, raro autem quaternis, hoc modo: *Nullum tantum est periculum* etc. Τῇ ὑποκρίσει pronunciando commutatur oratio, quum sermo, hoc est oratio simplex, sive ἀπόφασις, cum acrimonia, id est affectu effertur κατ' ἐρώτησιν, ut: *Non ibi: egone ad eam, quae me? quae illum? quae non? mori malim*: in Eunucho. Facta est haec ἐπιμονὴ κατὰ πρόκρισιν. Ἐργασίᾳ, *tractatione* fit, aut sermocinatione, διαλογισμῷ, aut exsuscitatione. Sermocinatio, de qua infra praecipit, hoc in loco tractatur ἠθοποιΐᾳ, estque plane ἠθικὸν exemplum, quod animi grati significationem ostendit. Partes autem habet, propositionem ἠθοποιΐαν, et conclusionem. Exsuscitatio, quae συμπάθεια dici potest, vel ad laudandum, vel vituperandum adhibetur. Ea fit variis modis, ut in exemplis facile observari potest. Nam in laude προτροπὴν habet, in vituperatione ὀργὴν, ἀγανάκτησιν, νέμεσιν atque ἔκπληξιν.

## CAPVT XLIII

*Sed de eadem re*) Altera expolitionis ratio est, quum de eadem re dicimus προσλήψει, *assumtione*. Haec autem partibus tractatur septem, προτάσει, κατασκευῇ, επικατασκευῇ, ἐναντίῳ, ὁμοιοτήτι, παραδείγματι, συμπεράσματι: est autem conclusio in exornatione nihil aliud, quam propositio confirmata.

*Ergo huiusmodi*) Ostendit hanc septem partium rationem, ut vehementer sit ornata, ex frequentibus cum verborum, tum sententiarum exornationibus debere constare.

## CAPVT XLIV

*In his generibus expolitio*) Conclusio huius figurae αἰτιολογικὴ: rationem enim ostendit, cur prolixius eam tractaverit. Ostendit autem usum esse duplicem in rebus seriis, atque actionibus causarum et in declamationibus, quae exercitationis fiunt gratia. Efficit autem, primum, ut res bene intelligatur; deinde, ut memoretur; tertio, ut fides habeatur oratori; postremo, motum in animis auditorum excitat. Vrget enim firmamenta causae vehementissima. Est igitur figura διδακτικὴ, atque παθητικὴ.

## CAPVT XLV

*Commoratio est*) Commoratio ἐπιμονὴ, ἡ ἐπανακαίνωσις, est sententiae prius tractatae post intervallum, et res alias interpositas, repetitio. Differt ab Expositione τάξει, καὶ τόπῳ, *loco* atque *collocatione*. Haec enim in loco uno fieri solet, antequam ad rem aliam orator accedat: commoratio in diversis; et hac in gravissimis, illa vero in gravibus atque gravioribus argumentis utimur. Non est haec illa ἐπιμονὴ, quum in eadem re sententiis diversis immoramur: sed, quum id, quod est firmissimum, et

ante a nobis diutius tractatum, aliquoties renovamus. Huius cum in aliis Ciceronis orationibus, tum in Verrinis plura sunt exempla. Est enim in illis orationibus maior ornatus, quam in aliis, quod domi scriptae sunt, non in foro habitae: et oratoris ἐπιβουλή, ἡ μελέτη, hoc est, *diligens et accuratum studium*, non in abscondenda arte, quae saepe est apertior, sed in compositione illarum orationum manifestum est.

*Contentio est*) Contentio ἀντίθετον, σύγκρισις, ἡ ἐναντίωσις, ἡ ἐναντιότης, est contrariorum oppositio. Multae porro sunt verborum figurae, quae sunt etiam rerum: sic est contentio quoque, et verborum et sententiarum haec ἀντίθετον, illa ἀντίθεσις appellatur, quae est simplex verborum oppositio. Ac de illa supra dixit. Sententiarum contentio est, quum sententiae pugnantes inter sese pares paribus opponuntur, ut pro Murena: *Tu mihi id arripis, quod necesse est omnium vitiorum esse postremum: relinquis illa, quibus remotis, hoc vitium esse non potest.* Et ibidem: *Odit populus R. privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit.* Et in Catil. *Honeste vivere quum non possint, perire turpiter malunt.*

*Inter haec duo* etc.) Distinguit verborum contentionem ab ea, quae est sententiarum, quod illa γοργότητα, *celeritatem* habet, propterea quod una, eaque brevi comprehensione absolvitur: haec vero συγκρίσει, ἡ ἀντεξετάσει, sive in una, sive in pluribus comprehensionibus tractatur. Omne igitur ἀντίθετον, vel in una periodo absolvitur, ut in proximo exemplo pro Murena; vel in pluribus. Deinde, omne ἀντίθετον vel est purum, quod sola contentione constat, vel est aliis figuris mistum, ut: *Domus deerat? at habebas: pecunia superabat: at egebas?* fit occupando. Tertio, omne ἀντίθετον vel est rerum, vel personarum, vel utrorumque: et personae vel sunt generales, vel singulares. Magnus est huius figurae usus, cum in docendo, tum etiam in movendo.

*Similitudo est*) Similitudo a Graecis ὁμοίωσις, καὶ παραβολὴ dicitur: quae figura apud oratores frequens, apud poëtas frequentissima esse solet. Eandem vim habet, quam Inductio: quare Socrates saepissime ex similibus concludit. Haec autem, ut lucem rebus infert, ad quas adhibetur, quum est apta, urbana, et ex notis, ac perspectis rebus sumta: sic etiam orationem humilem, obscuram atque vilem reddit, quum est vulgaris, ignota, vilis, sordida. Est autem similitudo, oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. Partes eius sunt πρότασις, et ἀνταπόδοσις, *propositio* ac *redditio*. Adhibentur tamen

nonnunquam etiam humiles similitudines cum apud poëtas, tum apud oratores: quod quum fit, aut ὑποθέσει emendantur, ut: *Si parva licet componere magnis*, aut αἰτιολογίᾳ, ut in Oratore: *Parva enim magnis saepissime recte conferuntur*, inquit Cicero. Omnis autem similitudo vel est ὀγκώδης, vel πιστική, vel σαφής, vel ἐνδιάστικος: hoc est aut sumitur ornandi causa, aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi. Haec divisio ex causis finalibus sumitur, αἰτίοις τελικοῖς. Altera divisio τῆς ἐργασίας, est et ex causis efficientibus sumta: omnis similitudo tractatur aut per contrarium, aut per negationem, aut per brevitatem, aut per collationem. Atque haec ab auctore exemplis illustrantur, ut nostra explicatione non habeant opus. Hoc tantum dico, omnia illa etiam aliter posse tractari, quam aut contrario, aut negatione, aut brevitate, aut collatione: id, quod in oratorum exemplum adnotandum est. Quinctilianus inquit, eam, quae rem ante oculos ponit, aut apertius indicat, proprie elocutionis esse: in qua observandum, ne id, quod similitudinis gratia adscivimus, aut obscurum sit, aut ignotum, sed clarius eo, quod illuminat. Poëtis tamen est concessum, ut dicant:

*Qualis ubi hibernam Lyciam, Xantique fluenta*
*Deserit, aut Delon maternam invisit Apollo.*

Ea, quae ad probandum assumuntur, similia, vulgaria et communia esse debent: ut sunt ea, quae a rebus naturalibus, ab artibus atque disciplinis ducuntur.

## CAPVT XLVI

*Ornandi causa sumitur*) Ornandi igitur causa αὐξήσεως ἕνεκα per contrarium tractatur similitudo, quum similia atque dissimilia ita inter se comparantur, ut similia negentur: quamobrem hacc tractandi via contrarium appellatur, et ab aliis ἀνομοιότης. *dissimilitudo* dicitur. Est enim in omni simili aliquid dissimile, et nihil est tam dissimile, quod non etiam aliquam habeat cum aliis similitudinem. Tum autem ornatus causa aliquid adhibitum esse iudicatur, quum res ipsa sine ornatu tractari minime potest: quales sunt aut res magnae, ut de Deo, de religione, de rep. et in hoc simili de imperatore et exercitu: aut parvae,

ut in IV Georg. de apibus. Huiusmodi similitudo est in Rosciana, ubi Sullam excusat Cicero, a Iove similitudine ducta, quam non per contrarium, ut hic fit, sed καταφατικῶς tractavit.

*Per negationem*) Probandi causa τῆς πίστως ἕνεκα similitudinem adhiberi per negationem dicit. Id fit, quum propositiones negativae inter se consociantur. Sed non modo negando, verum etiam affirmando probandi causa similitudines sumuntur: idque a rebus vulgaribus, communibus, maximeque notis, ut: *Quemadmodum terra cultu, sic animus disciplinis melior uberiorque fieri solet.* Et καθ' ὑπόθεσιν, ut illa pro Murena: *Quod si e portu solventibus, ii, qui iam in portum ex alto invehuntur, praecipere summo studio solent et tempestatum rationem et praedonum et locorum: quod natura affert, ut eis faveamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediantur: quo tandem animo me esse oportet, prope tam ex magna iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas reip. tempestates subeundas?*

## CAPVT XLVII

*Apertius dicendi*) Σαφηνείας ἕνεκα similitudo dicitur per brevitatem συντομίαν, quando similitudinis propositio cum eiusdem redditione coniungitur, ut: *In hac fama tanquam flamma versatus est.* Apud poëtas crebra huius generis exempla sunt, ut II Aeneid.

*—— Inde lupi ceu*
*Raptores atra in nebula, quos improba ventris*
*Exegit caecos rabies, catulique relicti.*

Tum et illud:

*In segetem veluti cum flamma furentibus Austris*
*Incidit, aut rapidos montano flumine torrens*
*Sternit agros, sternit sata laeta, bovumque labores,*
*Praecipitesque trahit silvas: stupet inscius alto*
*Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.*

*Ante oculos*) Quae similitudo ἐναργείας ἕνεκα sumitur, tractatur κατ' ἀντιπαραβολὴν καταφατικῶς, ut paria paribus respondeant. Hoc genus perspicuitatis est, brevitas orationis, negatio, et coutra-

rium ex natura rei sumuntur. Exemplum venustum ponit, quod non solum ἀντιπαραβολὴν habet, sed etiam ἐνάργειαν, quia utriusque personae descriptionem habet illustrem.

## CAPVT XLVIII

*In similibus*) Docet, quid in similitudinibus sit spectandum. 1. Igitur videndum est, ut similitudo sit illustris et apta, hoc est, rei praesenti aequalis, sive dignitate et splendore in laudando atque ornando, sive humilitate et contemtu in vituperando, quae ex rebus sumuntur deterioribus. 2. Vt sumantur a rebus notis non nobis modo, sed illis etiam, apud quos dicimus. Neque enim intelliget agricola, quae ex re nautica transferuntur; nec Germanus, quae ab animantibus Indicis, aut Aegyptiacis sumuutur. 3. Vt verba sint ad similitudinem accommodata, ut in hoc exemplo apparet. 4. Omnis similitudo aut est perfecta, aut imperfecta: perfecta est, quae cum re connexa, πρότασιν habet, et ἀπόδοσιν, *redditionem*, qua similitudo explicatur: ea enim rem utramque, quam comparat, pariter ostendit, et oculis subiicit; imperfecta est, quae libera, atque separata, redditioue caret. 5. Omnis similitudo vel praecedit rem, ut in illo superiore ex II Aeneid. vel sequitur, ut in I Georg.

*Vt cum carceribus sese effudere quadrigae,*
*Addunt se in spatia, et frustra retinacula tendens*
*Fertur equis auriga, nec audit currus habenas.*

6. Omnis redditio vel est eadem utrique rei, ut: *Amantibus idem contingit, quod aegris, ut salubribus consiliis inimici sint*: vel est diversa, ut *quales pecudes, tale est hominum vulgus*: nam ut illae sequuntur, quo priores ierint, ita homines, receptos mores sequuntur sine iudicio. Omnium locorum, quibus argumenta ducuntur, nulli fere minus est virium contra renitentem auditorem, quam similitudini; ad eum vero, qui sponte sequitur, docendumque se praebet, accommodatior nullus est. Aperit enim rem, si recte adhibeatur, et quamdam eius imaginem subiicit animo: ut, quum assentiendi necessitatem non afferat, afferat tacitum dissentiendi pudorem. Quapropter ad probandum non ita crebro, ad explanandum illustrandumque saepe ab oratoribus, a poëtis saepius adhibetur.

## CAPVT XLIX

*Exemplum est*) Exemplum, Παράδειγμα est, alicuius facti, aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine propositio atque explicatio. Refertur autem ab hoc auctore inter exornationes, quia non solum est ἀποδεικτικόν, atque ἐπαγωγικόν, ut alia quaedam σχήματα, quae inter argumentorum etiam genera recensentur, verum etiam ornatum habet. Tria autem in exemplis sunt spectanda: Causae, effectus, genera. Causae efficientes sunt vel humanae, ut virorum, atque mulierum: vel naturales et quasi divinae, ut tempestates, exundationes, pestes, eversiones urbium, quae divinitus accidunt, et exemplorum loco adhibentur, sive ad virtutem colendam hortemur, sive ut a vitiis abstineamus, dehortemur. Causa finalis quadripartita est: nam iisdem de causis adhibetur, quibus similitudo, ut rem vel ornatiorem faciat, vel apertiorem, vel probabiliorem, vel ante oculos ponat. Quemadmodum autem causae, ita et effecta vel humana sunt, vel divina, quae a Deo immittuntur. Genera duo sunt: nam et divina et humana, aut ab oratione proveniunt, ut dicta, pronunciata, iudicata, oracula, apophthegmata, proverbia: aut gesta sunt, quae aut vera sunt, ut sunt historica; aut verisimilia, ut fabula, apologus: et quae a poëtis sumuntur. In Topicis Cicero cum similibus coniungit. Nam et simile est exemplum, et exemplum simile, et utrumque παράδειγμα exemplum appellavit Fabius lib. V, cap. 11. Sed hic auctor separavit, quoniam similitudo παραβολὴν ducit fere a rebus inanimis, et dissimilibus genere, exemplum autem a rebus praeteritis.

*Imago est*) Imaginem, quam Graeci vocant εἰκόνα, a similitudine et metaphora separavit, cum qua eam Aristoteles coniunxit, atque inter tropos numeravit. Dicitur εἰκὼν ἀπὸ τοῦ εἰκάζειν, hoc est, *vivam imaginem exprimere. Formas* hoc in loco vocat res sensu praeditas; ad hominem enim plerumque ab animantibus imago ducitur; quamquam etiam est rerum sensu carentium. *Collationem* intelligit παραβολὴν, quae cum similitudine illustri, et adhibita personis fieri debet. Imago est brevis et expressa sive similitudo, sive comparatio poëtica, a qua videtur habere originem. Res enim poëtae pluribus explicant, personas paucioribus describunt: at oratores contra faciunt, quoniam

ἐν τῇ ὑποθέσει versantur. Εἰκὼν ἐςὶ μεταφορὰ, διαφέρουσα προσθέσει, inquit Arist. διὸ ἧττον ἡδὺ, ὅτι μακροτέρως. *Est enim imago translatio, quae tantum adiunctione differt. Itaque ideo minus est iucunda, quia longius protrahitur.* Differt autem a metaphora, ut idem Aristot. inquit: ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ τὸν Ἀχιλλέα, ὡς δὲ λέων ἐπόρευσεν — εἰκών ἐστιν, ὅταν δὲ, λέων ἐπόρευσε, μεταφορά. διὰ γὰρ τὸ ἄμφω ἀνδρίους εἶναι, προσηγόρευσε μετενέγκας λέοντα τὸν Ἀχιλλέα. *Nam quum poëta de Achille dicit, tamquam Leo irruebat, imago est: quum autem, Leo irruebat, est translatio, quoniam enim ambo fortes sunt, translato nomine, Achillem vocant Leonem.* Ita translatio simpliciter, quod sit, ostendit absque notis: imago vero aliquid tale, vel non tale esse, particulis comparandi annexis demonstrat. A similitudine differt secundum maius et minus; plus enim luminis habet imago illustris, apparens et oculis subiecta similitudo. In hac figura quatuor sunt spectanda: primum res, deinde formae, tum tractatio, postremo usus. Res duplex est: proposita, et imaginis, sive similitudinis causa adhibita; res proposita plerumque est persona: res vero, quae imaginis causa adhibetur, non minus, quam ipsa similitudo, nota et ad rem praesentem accommodata esse debet. Formae (quia ἀποδεικτικὴ est figura) duae sunt: vel enim est ἐγκωμιαςικὴ, vel ψεκτικὴ. Laudis causa sumitur, ut Antisthenes Cephisodotum, qui cognominatus est *Tenuis*, thuri assimilabat, quod, quum atteritur, suaviter redolet. Vituperationis gratia tribus de causis, ut in odium, aut in invidiam, aut in contemtum ducit. Exempla sunt perspicua, et huiusmodi multa sunt in Cicerone. Vt in Verrina III: *Nam, ut iste profectus est, non ut legatus pop. Rom. sed ut quaedam calamitas pervadere videretur.*

*Effictio est*) Effictionem alii εἰκασμὸν, alii ἀπεικασμὸν, nonnulli χαρακτηρισμὸν, Rutilius χηςηρισμὸν appellat: et, quemdmodum pictor coloribus figuras describit, sic oratorem inquit hoc schemate aut vitas, aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformare. Differt ab imagine, quod haec paucis verbis et coloribus alienis personam, aut rem depingit: effictio vero verbis propriis, ac suis qualitatibus, quoad satis est, hoc est breviter designat atque exprimit. Miror a quibusdam appellari προσωποποιΐαν, de qua inferius: quum corporis cuiuspiam forma exprimitur, ut in hoc etiam exemplo apparet. Omnis autem effictio aut est perfecta, ut hoc loco, cuius prolixissimum exemplum habet Rutilius; aut est imperfecta, quae vel adventu, vel interpellatione alicuius personae, ut in Dialogis, impeditur, sive abscin-

ditur. Tale est in Phormione Act. I, Sc. 2, ubi Geta ancillam, quae intus erat, alloquens, inquit: *Si quis me quaeret rufus.* D. *praesto est*: *desine.* Davus enim, quem depingere volebat, eum subito adveniens interpellat.

## CAPVT L

*Notatio est*) Notationem Graeci et ἠθοποιΐαν, et ἠθολογίαν appellant: quidam etiam μίμησιν vocant. Rufinianus *figurationem* atque *expressionem* interpretatur; Grammatici προσωπογραφίαν, et διαγραφὴν appellant: quod si vocabulum Latinum respiciamus, ἀποσημείωσις dicitur. Est autem ἠθοποιΐα, quum certae personae ficta tribuitur oratio, qua facta, affectus, mores atque cogitationes animorum exprimuntur. Omnis autem ἠθοποιΐα vel est nostrae personae, ut in illo Lysiae: *Rure rediens, iudices, homo maior natu, magno calore, vix sufferens vitae molestiam, tamen his verbis egomet me consolor: Fer fortiter demum laborem, iam brevi domum venies exspectatus: excipiet te defatigatum diligens, atque amans uxor: ea sedulo, ac blande praeministrando detrahet languorem, et simul seniles nutriendo recuperabit vires. Haec me itinere cogitatio prope confectum confirmabat. Postea vero quum domum veni, nihil earum rerum inveni: sed potius bellum intestinum ab uxore contra me comparatum.* Vel est personae alienae, ut in auctoris exemplo, quod τοῦ ψευδοπλούτου προσωπογραφίαν habet.

## CAPVT LII

*Sermocinatio est*) Sermocinationem duabus Graecis vocibus appellare licet, διαλογισμῷ, καὶ διαλόγῳ. Haec sermonem attribuit personae vel absenti, vel praesenti, cum ratione dignitatis, ut observetur conditio, status, vita, mores, aetas, ingenium, etc. propter τὸ πρέπον. Differt a superioribus duabus, quod effictio corporis est, notatio animi, haec vero pronunciationis atque vocis; item illae unam, haec personas habet plures: sunt igitur

inter se quidem distinctae, sed tamen sese mutuo adiuvant. Quamquam autem fere plurium personarum est sermocinatio, tamen nonnunquam etiam est unius, ut in altercatione, de qua post agemos. Omnis sermocinatio vel est praeteritarum rerum, ut in primo exemplo, vel est futurarum, ut in secundo in quo ἠθοποιΐα dominatur. Deinde omnis sermocinatio, vel est μονοηθὴς, quum personae eiusdem sunt ingenii: quales multae sunt in poëtarum fabulis: vel est πολυηθὴς, quum ingenium, mores, studia, conditio diversa sunt; ut in fabulis poëtarum, et hic primo exemplo; atque id genus longe est praestantius illo altero. Tertio, omnis sermocinatio vel fit aperta interrogatione, ut: *Domus tibi deerat? at habebas; pecunia superabat? at egebas.* Vel fit interrogatione tacita, sive occupationibus crebris: ut pro Plancio: *Male populus iudicavit: Non debuit; at potuit. Non fero: at multi clarissimi, et sapientissimi cives tulerunt.* Habet haec figura usum cum in subtilitate, tum in mediocritate, propter τραχύτητα, *asperitatem*, quae obscuritatem parit, ut ex Satyricis apparet. Nam etiam ex iis, quae ponenda essent, quaedam omittuntur. Adhibetur etiam in amplo dicendi genere ab oratoribus in altercando, ut pro Milone 6: *At enim Cn. Pompeius rogatione sua, et de re, et de causa iudicavit; tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, in qua Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? nempe, ut quaereretur. Quid porro quaerendum est? factumne sit? at constat. A quo? at patet.*

## CAPVT LIII

*Conformatio est*) Est etiam haec figura affinis superioribus, quam Graeci προσωποποιΐαν, hic auctor *Conformationem* vocat. Et, quemadmodum in illis, ita in hac praecipue opus est ingenio, prudentia, ac rerum plurimarum cognitione atque usu. Summa enim in his est virtus, quae personis affingimus, τὸ πρέπον, ut conditio, sexus, aetas, ingenium, mores, studia, affectus, casus, eventa, locus, tempus, et similia animadvertantur: in quo poëtas videmus esse principes. Huiusmodi oratio, in qua haec non sunt neglecta, ad dignitatem accommodata esse dicitur. Formam hoc in loco personam vocat, et conformationem personae fictionem. Est autem hoc in loco observandum,

res magnas, et personas graves, in quibus sit auctoritas, esse debere non mediocres, ut fit in sermocinatione. Debent enim habere dicendi libertatem: quamobrem etiam oratores huiusmodi figura utuntur, ut ex primo Coelianae exemplo apparet, in quo Cicero rationem reddit, cur Appii personam producat. Recte igitur Quinctilianus, et propter personam, et propter ipsas res difficillimam esse hanc figuram scripsit, et in ea magnam quamdam vim eloquentiae desiderari. Plures enim in hac varietates esse inquit, quam in causa, propter attributa personarum atque rerum, de quibus supra dixi. Omnis autem conformatio vel habet personas veras, vel fictas. Verae sunt, quum velut ab inferis personae notae excitantur, ac loquentes producuntur, quam alii εἰδωλοποιΐαν appellant. Huius generis venustissima sunt exempla in IV de Finibus, et in Coeliana; Personae fictae vel sunt rerum mutarum, vel sunt ἀλόγων: ut animantium in fabulis Aesopicis, et alibi apud poëtas. Res fictae aut sunt corporeae, ut quum urbem aliquam, aut nationem loquentem producimus, ut, Pannoniam conquerentem de acceptis a Turca malis, et veterum Germanorum virtutem desiderantem. Sic in Verrinis Sicilia loquitur. Aut sunt corporum expertes; ut quum reipublicae, philosophiae, virtuti sermonem tribuimus. Huiusmodi multa sunt apud poëtas, ut Somni, Famis, Discordiae, Ates, Eridis, Megaerae; illi enim ea, quae in terris accidunt, atque usu veniunt, quibusdam veluti numinibus illorum attribuunt. Secunda divisio: Omnis προσωποποιΐα vel est simplex, vel est geminata, ut in isto Coelianae: *Redeo nunc ad te, Coeli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam, severitatemque suscipio* etc.

*Significatio est*) Significationem alii ἔμφασιν, alii συνεκδοχὴν appellant, quae ad verbum ἔνδειξις potuit nominari. Plus enim relinquit cogitandum auditori, quam dicitur: et indicatur res, non dicitur. Est enim bipartita significatio: una verborum, de qua supra dictum est; altera sententiarum, quae vel abscondit sententias, vel omittit. Quinque modos Auctor ostendit, quibus significatio fieri solet, ὑπερβολὴν, ἀμφιβολίαν, ἑπόμενον, ἀποσιώπησιν, ὁμοίωσιν. Ὑπερβολὴ, *exsuperatio* est, quum ex verbo minimo res intelligitur ingens, ut in primo exemplo. Quamquam autem videtur hic modus definitioni adversari, quia non minus, sed plus dicitur, quam verum est: tamen, quia ex re parva, magna intelligitur, recte sub definitione comprehenditur. Quinctilianus libro XII, συλλογισμὸν, *ratiocinationem* appellat. Tale est illud in II Philipp. *Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria*

*totius corporis firmitate, tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, ut tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie.* Ostendit autem hoc in loco duplicia esse ambigua: quaedam, quae orationem reddunt obscuram, quae vitanda sunt, quod etiam Fabius monet: quaedam, quae habent significationem ridiculi absconditam, quae consequenda esse monet, et qua id ratione fieri possit indicat. Tertius est, τὸ ἑπόμενον, *consequentia*, quum vel ex re consequenti antecedens intelligitur, ut quum, aliquem appellans, eum dicas multos fideiussores habere, id est, aere alieno esse obligatum; vel ex antecedenti consequens, ut quum dicimus: *Is est adolescens, cuius causa parentes eius saepe timuerunt*: id est, male frugi est. Quartus ἀποσιώπησις, *abscissio*, per quam non finita adhuc oratione, aliquod in suspicione relinquitur, ut illud pro Ligario: *Quod si in hac tanta tua fortuna lenitas tanta non esset, quantam tu per te, per te inquam, obtines: intelligo, quod loquar.* Tacuit enim illud, quod nihilominus accipimus, non deesse homines, qui ad crudelitatem eum impellerent. Quintus est ὁμοίωσις, *similitudo*, quum res vel simili explicatur, ut:

> *O formose puer, nimium ne crede colori,*
> *Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.*

Vel exemplo, ut in hoc loco.

## CAPVT LIV

*Brevitas est* ) Brevitas narrationis potius videtur esse sive virtus, sive genus, quam figura elocutionis: verum refertur ab hoc auctore inter exornationes, quoniam nonnunquam in aliis etiam orationis partibus adhibetur, et a Graecis συντομία, sive βραχυλογία dicitur. Est autem brevitas rerum ac sententiarum tractatio concisa, atque unum in locum condensata, quae fit verbis tantummodo necessariis per incisa: quo enim plura paucioribus complectimur, eo videtur esse pulcrior. Fabius *dissolutionem copulatam* vocat.

## CAPVT LV

*Demonstratio est*) Id, quod hic auctor *demonstrationem* vocat, Graecam vocem ἐπίδειξειν respiciens, qua sophistae, utebantur, alii διατύπωσιν et ὑποτύπωσιν, quasi *formam rei expressam*, Quinctilianus *evidentiae*, τῆς ἐναργείας *speciem* facit: quoniam quasi rem ob oculos ponit: quamobrem Aristoteles libro III Rhetoricorum appellat περὶ ὀμμάτων ποιεῖν, ὅσα ἐνεργοῦντα σημαίνει, *quae significanter aliquid geri ostendunt.* Est enim, ut inquit Fabius, proposita quaedam forma rerum ita expressa verbis, ut cerni potius videatur, quam audiri. Id tum fieri solet, quum res non gesta indicatur, sed, ut sit gesta, ostenditur, nec universa, sed per partes. Componitur ex superioribus effictione, notatione, sermocinatione, et plus, quam illae, habet virium quia totius rei gestionem demonstret. Haec autem in antecedentia, coniuncta atque consequentia dividitur, in quibus tota rerum imago quodammodo comprehenditur. Omnis demonstratio vel est praeteritarum rerum, vel futurarum. In futuris verecundia esse debet, ut: *Haec, quae non vidistis oculis, animis cernere potestis.* Mire tractat pro Milone, quae facturus fuerat Clodius, si praeturam adeptus invasisset: quem locum brevitatis causa hic non adscribo, quum in omnium manibus sit ipse Cicero. Est igitur in huiusmodi quaedam quasi praemonitio addenda: *Credite vos intueri* etc. quod a sui seculi declamatoribus negligi, Fabius libro IX conqueritur. In praeteritis ordo observatur, et ita, ut unumquodque gestum est, exponitur. Huius generis cum apud poëtas, tum apud Ciceronem quoque multa sunt exempla.

EXPLICIT COMMENTARIVS

RHETORICORVM AD HERENNIVM

# CORRIGENDA.

## IN TEXTV

Pag. 71, lin. 12, *alias* lege *illas*; pag. 120, lin. 5, *acerrimam* — *acerrimarum*.

## IN NOTIS

Pag. 87, col. 1, lin. 13, *eadem* lege *eamdem*; pag. 95, col. 1, lin. 11, δίττας ἐπιγράφην — διττὰς ἐπιγραφὴν; lin. 14, ἄλλα — ἀλλὰ; lin. 17, δυνάτων — δυνατῶν; lin. 21, συμβαλομένων — συμβαλλομένων; pag. 132, col. 1, lin. 13, *volubili* — *volubilem*; pag. 150, col. 2, lin. 10, ζῆν — ζῇν; pag. 453, lin. 1, in admodum paucis exemplaribus, pro *vera sententia*, lege sis, *utra sententia*.